Bibliothecæ Granatensis Societatis Iesu.

# ANGELVS ARETINVS DE MALEFICIIS,

R-10478

CVM

*Additionibus* D.*Auguſtini Ariminenſis*, D.*Hieronymi Chuchalon*, & D.*Bernardini de Landriano*.

*His acceſſerunt eiuſdem argumenti tractatus diuerſi, nempe*


Do. Alberti de Gandino. fol. 3.

Do. Bonifacii de Vitalinis. 306

Do. Pauli Grillandi. 609

Do. Baldi de Periglis. 656

Do. Iacobi de Arena. 697


*Omnia nunc demum ex uetuſtiſſimorum exemplarium collatione ab innumeris mendis, quibus hactenus ſcatebant, repurgata, ſummarijſq; illuſtrata.*

Index præterea in omnes tractatus rerum ac uerborum copioſiſſimus.


LVGDVNI,

Apud hæredes Iacobi Iuntæ.

M. D. LV.


BIBLIOTECA PUBLICA U.L. DE GRANADA

Bibliothecæ Granatenſis Societatis Ieſu.

# ANGELVS ARETINVS DE MALEFICIIS,

CVM

*Additionibus* D. *Auguſtini Ariminenſis,* D. *Hieronymi Chuchalon, &* D. *Bernardini de Landriano.*

*His acceſſerunt eiuſdem argumenti tractatus diuerſi, nempe*

Do. Alberti de Gandino. fol. 3.
Do. Bonifacii de Vitalinis. 306
Do. Pauli Grillandi. 609
Do. Baldi de Periglis. 686
Do. Iacobi de Arena. 697

*Omnia nunc demum ex uetuſtiſſimorum exemplarium collatione ab innumeris mendis, quibus hactenus ſcatebant, repurgata, ſummarijsq́; illuſtrata.*

Index præterea in omnes tractatus rerum ac uerborum copioſiſſimus.



LVGDVNI,
Apud hæredes Iacobi Iuntæ.
M. D. LV.

R-10478
BIBLIOTECA PUBLICA U. L. DE GRANADA

# AD ILLVSTRISSIMVM

## ET EXCELLENTISSIMVM PRINcipem Herculem Eſtenſem, Ducem ſecundum Ferrariæ &c. Auguſtinus Bonfranciſcus Ariminenſis Doctor, eiuſdem conſiliarius ſecretus.

ETSI multis uarijsq́;, contēplatione tuæ excellentiæ, occupationibus publicis occupatus ſim: quinimò ob rerum multitudinem ſæpenumero faſtiditus, excellentiſsime Dux: tamen ſi quando rerum commoditas patitur aliquid temporis inde furari, ad legale ſtudium ſimul et canonicum recreandi animi cauſa confugio: in quo à teneris unguibus, ut aiũt, & uerſatus & educatus ſum. Nec mihi profectò deſunt & priſcorum & modernorum diuina monumenta, quæ me mirum in modum leuare queant: ſiue Imperatorũ, ſeu Pontificum ſacratiſsimas conſtitutiones contemplari malim: quarũ lectione iucundiſsima atque omniũ humanarũ rerũ mihi potiſsima adeo mirificè capior, ut ſempiternas optimo & maximo Deo gratias habeam agamq́;. Cúmq; mihi inter legendum quædam annotatu digna uiſa ſint, ea ne ſolus mihi haberem, gratus alijs, non ſummis quidem et peritiſsimis Doctoribus, ſed me in hac facultate inferioribus impartire uolui, quæ non tanquam in aceruum indigeſte congeſsi, ne confuſa legentibus multitudine ac uarietate rerũ congeries tædio eſſet, ſi indiſtinctè & promiſcuè traderentur: ſed ea in additionum ordinem ad ſubſidium memoriæ ita annotaui, ut cohærentiá huic operi de maleficijs conuenirent. Neque hoc feci ut cuiquam detraherem, uerùm quia hæc maleficiorum materia dignior uiſa eſt: in qua de hominum ſalute & pœna diſputatur: qua in re nouas quæſtiones, quæ in ueritate perquàm neceſſariæ eſſent, formare nolui, & quæ ab ipſo quoque domino Angelo omiſſæ ſunt. Sed his tantũmodo quæſtionibus, & concluſionibus, quæ ab eodem tactæ ſunt, additiones meas copulare profiteor. Quas nomini tuo, diue Hercules, dedicaui, quem inter huiuſce ætatis principes ſolum huiuſcemodi muneribus dignum exiſtimo. Qui etſi alioquin in re immortale decus adeptus

*ſis: iuſtitia tamen et pietate maiorem te inuenio neminem: idcirco iuſtiſsimo tibi opus hoc de iuſtitia quàm aptiſsimè conueniet.* Non me *præterea latet multos inuidos et detractores futuros eſſe, qui meum hoc opus mordaci liuore carpere conabuntur: quibus ut potero adſentiam, ſi ipſi uel maiora, uel ſimilia edere palam et in medium adducere curauerint: quod ſi facere neglexerint, eos* Fuſiæ Caniniæ *legis nomine damnabo.* Nam *cùm ex ſe quicquam tale edere nec ualeant, nec poſſint, aliorum ſcriptis maledici more detrahunt: quibus illud* Martialis *obijciam:*

> *Cum tua non edas, carpis mea carmina* Loli.
> *Carpere uel noli noſtra, uel ede tua.*

*Vos autem quibus hoc opus utilitatem allaturum exiſtimatis fœliciter legetis, inter uos dicentes, Rumpatur quiſquis rumpitur inuidia.*

## AD MAGN. D. IO. FRANCISCVM
*Tridapaleum, patritium Mantuanum,*
*Caliſtus* Sergius *Parmenſis.*

> *Sunt tua quæ audiui ſacra digniſsima cedro*
> *Carmina: communis non tibi uena datur.*
> *Ocnei facunda tibi iam muſa Maronis*
> *Cedat, & ingenio pareat uſque tuo.*
> *Iam tibi iam cedat tenerorum luſor amorum:*
> *Iam tibi iam cedat Bilbilicana domus.*
> *Iam tibi iam cedat genuit quem Corduba quondam,*
> *Iam cedat uatum quæq; corona tibi.*
> *Se tibi morigerum præſtat Latonius heros:*
> *Se facilem præſtat Pieridumq; chorus.*
> *Perge igitur Franciſce meus, quo dignior alter*
> *Non fuit: haud Phœbo deſine digna loqui.*



# ANGELI ARETINI VITA, PER DOMINVM THOMAM
*Diplobatacium Conſtantinopolitanum,* I. V. *Docto. edita, ad Ludouicum & Paulum Paduæ legum profeſſores & ſororios, filios excellentiſsimi artium & Medicinæ Doctoris, domini Auguſtini de Angelis Piſaurenſis.*

*

ANGELVS natione Tuſcus, patria Aretinus, gente Gambiliona, patre Ioanne, Iuriſconſultus eximius & celeberrimus practicus (ut ipſe refert inſtitu. de pupi. ſubſt. in princ. in ij. col. & in §. fi. in fi. inſt. de pa. pot.) Audiuit Bonon. Ioan. de Imol. & Floria. de ſancto Petro, prout pluries in ſuis lecturis atteſtatur, & præcipuè in §. affinitatis. inſti. de nupt. & Paduæ, Rapha. Fulg. & Raph. Cuma. prout in ſuis lecturis refert: & Paul. de Caſt. prout ipſe ſcribit in §. fi. inſtitu. de inoffic. teſtamen. & in l. j. §. cùm ex edicto. ff. quæ ſenten. ſine appel. reſcin. Et etiam Peruſii Onofrium de Bartolinis de Peruſio, ut refert in §. poſteriori. in ulti. col. & in §. ex eo. in j. col. inſti. quib. mod. teſt. infir. Quorum doctrina effectus fuit excellentiſsimus, & anno Domini 1418. fuit licentiatus, & poſtmodum fuit doctoratus, anno 422. ut ipſe ſcribit in §. quædam actiones. in vj. col. inſti. de áctio. in uerſic. quæro de quæſtione. Et legi ego in libro ſecretorum almi collegii Bonoñ. quòd dictus Angel. die 13. Ianuarii 1422. fuit doctoratus publicè more ſolito, & inſignia doctoratus habuit à dicto domino Floriano, & Ioannes de Guaſconibus fecit ſermonem. Hic Angelus fuit primò aſſeſſor Peruſii, ut ipſe refert in §. j. in fi. inſtit. ui bonorum raptorum. Et Romæ & Caſtelli, ut ſcribit in rubrica, Inſtit. de exceptionibus. in x. col. in fi. & Romæ fuit locum tenens Senatoris, ut per ipſum in l. j. in ij. colum. ff. à quibus appella. non licet. & uide inſtitut. de perpe. & tempo. actio. & quæ in hæred. in princ. in ij. col. Et collateralis Nurſiæ ſecundum Pari. de puteo doct. Neapolitanum, in ſuo ſolenni tracta. ſyndica. in xxxj. colum. Vbi dicit, quòd audiuit Angel. prædictum dum legebat appellationes, quòd ipſe fuit collatetalis apud Nurſenſes, & cùm fuiſſet in ſyndicatu, fuit incarceratus, & ſtetit per annum in carceribus, & quòd decapitabatur, niſi omnia collegia Italiæ conſuluiſſent in ſui fauorem, ex qua cauſa relictis officiis exereuit ſe in lecturis, & ob doctrinæ ſuæ præſtantiam à Borſio Eſtenſi Marchione, & primò Ferrariæ Duce, publico ſalario ibi conductus fuit, cuius tempore primum literarum gymnaſium ibi conſtitutum (prout ipſe refert in procemio inſtit.) & ibi legit inſtit. & alias lecturas. Legit etiam Bonoñ. tit. inſtit. de actio. anno 1441. ut ipſe atteſtatur inſtitu. de actio. in principio. & in §. ex maleficiis. in

ij.col.eod.titu.Ibi etiam legit appellationes in diebus feſtiuis, anno domini 1443. Angelus fuit eximius legum doct.prout Ioan.de Imol.ſuus præceptor ſcribit in conſi.xxxvij.incip. Viſis & conſideratis his quæ latè.in princ. Et uide Ludo.Roma.in conſi.ccccxcvij.incip. Diligenter perſcrutatis prolixo conſilio &c.Et præſtantiſsimum & celeberrimum Iuriſconſul.appellat Alexand.de Imo.in conſi.lxxiiij.in vj.uol.incipien. Viſo titulo quæſtionis. & in conſi.iiij.j.uolu.incip.Circa primum.in ix.col.in fi.& in conſil.xxvj.in vij.uolu.incip.Cumulatiſsimè in ulti.col.& in conſi.cxcviij.in ij.uolu.incip. Viſo præſtantiſsimo.& in conſi.lxxix.inter conſilia Mariani Socini, incip. Accumulatiſsimè & eleganter.in princi. Et ſolennem doct.ætate ſua appellat Franciſ.Curtius, in conſil.xxxv.in xj.colum.incip. Statuto. Hic Angelus habuit auditores excellentiſsimos doct.uidelicet, dictum Alexand.de Imo. prout idem Alexan.ſcribit in conſi.xxvj.in vij.col.& in l.ſanctio legum. in additio.ff.de pœnis.& Bartho.Cæpo. Veronenſem, prout ipſe Bartho.refert in authen.ſed nouo iure.in xiiij.colũ.C.de ſer.fugit.Et dictum Pari.de puteo, ut ipſe ſcribit in dicto tracta.ſyndica.in xxxj.colum.& etiam alios docto.Floruit Bono.& Ferrariæ anno domini 1445.ut per ipſum inſtit.ad legem Aquil.in princi.in uerſi.in glo.in eo anno. Et ibi compoſuit in iure ciuili plura commentaria in ordinariis & extraordinariis, & præcipuè in materia appellationum in titul.de appell.uſque ad titu.ſi penden.appella. mors interue.incluſiuè.Compoſuit etiam ſuper inſtitutionibus opus utiliſſimum & propè diuinũ.& tra.in materia maleficiorum infrà ſcriptum multò utiliſsimum, incipit, Sæpe mihi naturæ munera.quod apud Modernos iudices adoratur:cui fecit addi.Auguſt. Bonfranciſcus Ariminenſis aduocatus conſiſtorialis, quem allegat Iaſ.in l.j.C.de preci.Impe.offe. & Franci. Curtius in dicto conſi.xxxv.in xj.colum. Compoſuit etiam plura uolumina conſiliorum, & tractatuum de teſtamentis per uiam gloſſarum, incip. Ego Angelus de Gambilio legum doct. Ferrariæ &c. In inclyto ſtudio. & pro tractatu Angeli allegat Philippus Decius in l.precibus.in v.col.C.de impu. & aliis ſubſti.& in l.de alimentis, in j.col.C.de tranſact.tamen dictum opus attribuitur Caſtellano domini Saluſtii de Peruſio. Et ita dictum opus habeo intitulatum manu propria, mutato nomine Caſtellani, in Angelũ prædictum. Tandem Ferrariæ moritur, & ſepultus eſt in Eccleſia Carmelitana, ubi eſt tale Epitaphium.

Angeli Gambilionis de Aretio perſpicacium ingeniorum alumno oriundi, perplexarum legum enodatoris, interpretiſq; fama noti ſuper æthera, ſummis ac infimis gratiſsimi, integritate, comitate, graui genere, diuitiis bono modo partis, ingenua liberorum ſobole ornatiſsimi, uiridi ſenecta religioſiſsimè extincti, oſſa hic molliter quieſcunt.



# ANGELI ARETINI TRACTATVS DE MALEFICIIS,

CVM

Additionibus D. Auguſtini Ariminenſis, D. Hieronymi Chuchalon, & D. Bernardini de Landriano.

## PROOEMIVM.

SAEPE *mihi naturæ munera animo repetenti uerisſimum illud Stoicorum uideri ſolet: Quæcunque à natura ipſa genita eſſent, omnia ad uſum hominũ eſſe genita.* Homines *autẽ etiam hominũ cauſa eſſe procreatos, ut ſibi inuicẽ quacunq; poſſent ratione auxilio forent.* Proinde *quantũ quiſq; ingenio, quantũ opera & labore aſſequi poſſet, tantũ in communẽ hominũ ſocietatẽ conferendũ eſſe.* Itaq; *cùm eſſem rogatus à pluribus iuris ciuilis ſtudioſis, & qui in eo adminiſtrando uerſari cum dignitate cuperent: ut de inquirẽdis puniendiſq; criminibus conſcriberẽ: quo facilius ea & rectius dijudicare, & iuſtis pœnis emẽdare poſſent: nõ ingenio fretus, ſed eorũ precibus, & eo (quo dixi) naturæ inſtinctu adductus: minimè in hoc à me illis officiũ meum denegandum putaui: præſertim recta cupiẽtibus, & iuſta petẽtibus. Quare cùm in hoc de uita & moribus hominũ agatur, quæ inter mortalia potiſſima ſunt, collectis multorũ doctorũ ſentẽtijs, atq; opinionibus ueris & cõmuniter uſitatis: decreui eas in libellũ cõferre, nec ex meipſo quicquam, niſi breues notulas aliquas addere. Satis enim mihi uiſum eſt, ad ſimilitudinẽ doctiſſimi* Papyrij *iuriſcõſulti, ſi ea quæ ab illis doctiſſimis uiris ſummo labore cõquiſita, ac literis prodita eſſent, ita diſponerem, atq; ordinarẽ, ut eorũ inueſtigatio & perceptio facilior uideretur. Quare re cùm publicè in inclyto, ac in orbe famoſiſſimo ſtudio* Bononiæ *iura ciuilia legerẽ: ego* Angel.de Gambil.de Aret. *minimus inter legũ doctores, id opus aggreſſus ſum, breuiq; tẽpore perſolui: quod ſpectabilibus dominis rectoribus, necnõ excellẽtiſſimis doctoribus, & ſcholaribus*

egregijs Bononiæ cōmorātibus aſsigno:quodq; omniū iudicio corrigē=dum,atq; emēdandū trado.Tu igitur lector, uelim ipſum nō detrahēdi, aut uituperādi ſtudio,ſed amore impulſus,diligēter legas : & ſi quid in eo aut incōditū,aut parū perfectè ſcriptum inueneris, id tua doctrina ſuppleas:& quòd minus pro iuris æquitate dictum uideatur, prudētia corrigas,emēdesq;.Si quid autē ex ipſo fructus & utilitatis capies, im=mortali Deo, & ſummis illis doctoribus, qui ea nobis ſcripta reliquerunt,gratias agas.Huius autē liberculi uel tractatus,erit ordo. Primò nanque loco tex.ponetur, & inquiſitio quædam, cum totali proceſsu. Demū,loco interpretationis,ac declarationis dicti tex.gloſsas neceſſarias,& utiles faciam.

## INQVISITIO.

HAEC eſt quædā inquiſitio,quæ fit & fieri intēditur per do.T.de Fano, honorabilē poteſtatē Bononiæ, necnō per do.Sabbā eius iudicē maleficiorū,ex eorū,& cuiuſq; eorū mero officio,autoritate,poteſtate,arbitrio,atque bailia. Et ad querelā infràſcripti Titij,necnō ad denūtiam Ioan. Ambr.miniſtralis,ſiue ſyndici capellæ ſancti Petronij : cōtra & aduerſus Caiū Sempronij de nobilibus de monte OlIueto,capellæ ſancti Blaſij de Bononia, homicidā:& Andreā Marci lanificē, capellæ prædictæ ſancti Blaſij de Bononia auxiliatorē:& Semproniū Rodulphi barbitonſorē forenſem de Florētia,mādatorē.In eo,de eo,& ſuper eo,quòd fama publica præcedente & clamoſa inſinuatione referēte:nō quidē à maliuolis,& ſuſpectis,ſed potius ab honeſtis,& ueridicis hominibus & perſonis:nō ſemel tantū,ſed ſæpe ac ſæpius ad aures & notitiā dicti domini poteſtatis iudicis & curiæ,etiam per modū notorij auditu peruenit, quòd de anno præſenti,& de mēſe Octobris, dictus Sēpronius exiſtēs Florētiæ in hoſpitio leonis:cui à primo latere cohæret platea cōmunis, ab alio bona do.Andreucij,& alia latera:cōmiſit, & mādauit d.Caio,quòd Titium Ioan.Martini de Bononia,capellæ ſancti Saluatoris in ciuitate Bononiæ uulneraret:& ad hoc,colloquium,& tractatum qualiter hoc fieri poſſet,in dicto hoſpitio adinuicē habuerūt.Deinde dictus Caius de anno præſenti,& de mēſe Nouēbris,in feſto omniū ſanctorū, de nocte,ut dictū mandatū exequi ualeret, armatus uno ſtocho de ferro,ſcienter,do=

loſè,



loſè,& appenſatè in ciuitate Bononiæ mouēdo ſe de loco ad locū, feci inſultū contra dictū Titiū, in platea cōmunis Bononiæ, in ſcalis ſancti Petronij:quibus ab una parte cohæret eccleſia dicti ſancti Petronij,ab alia platea dicti cōmunis,& alia latera : & cōtra dictū Titium uerba iniurioſa & contumelioſa dicen.uidelicet, (Traditore adultero,che hai adulterata la mia donna,& hai tradito la tua patria,falſario incēdiario,metitor de mali dati,tu nō poi ſcāpare,io te ne pagaro.)Et ipſum Titiū per pannos ſiue caputiū capiendo,dictū ſtochum quem habebat ad latus euaginauit,& ipſum admenauit cōtra dictū Titium:ipſumq; Titiū percuſsit & uulnerauit una percuſsione, & uulnere in pectore, ex qua ſanguis exiuit:& etiā ipſum percuſsit una alia percuſsione & uulnere in facie ſuper cilio ſiniſtro,cū ſanguinis effuſione,& cum fractura oſsis,ex qua cicatrix & ſignū perpetuū erat remanſurū.Et non contētus de prædictis,dictū Titiū pluribus & pluribus percuſsionibus & uulneribus percuſsit,et uulnerauit in brachio dextro:ex quibus mēbrū prædictū remanet debilitatū:& dictus Titius ſe defendēdo,percuſſit dictū Caiū cum uno cultello,in manu dextra uno uulnere,ex quo ſanguis exiuit. Deinde ex interuallo dictus Titius ex dictis uulneribus mortuus fuit,& eſt.Et ut uotū ſuū iniquū dictus Caius adimpleret,ueſtem cœleſtē foderatā de agnelinis dicti Titij,ualoris & cōmunis æſtimationis flore.x. abſtulit:& de loco ad locū cōtractando quò uoluit, aſportauit:& in ſui utilitatem conuertit. Et ut dictus Caius prædicta omnia habilius committere poſset,dictus Andræas armatus uno enſe de ferro, quem habebat ad latus, dicto maleficio ſemper aſtitit. Et prædicta & quælibet prædictorum facta,commiſſa, & perpetrata fuerunt per dictos inquiſitos,& quemlibet eorū,ſingula ſingulis referendo ſuprà dictis locis,modis,& temporibus, cōtra uoluntatē dicti Titij, & contra formam iuris et ſtatutorum communis Bononiæ.

a

## FORMA SENTENTIAE.[a]

SVper quibus omnibus & ſingulis emergētibus,cōtingentibus,connexis,& depēdētibus ab eis,ac prorſus extraneis:prædicti dominus Poteſtas & Iudex,& quilibet eorū ex eorū,& cuiuſq; ipſorū mero officio ſecundū formā iuris & ſtatutorū dictæ ciuitatis,inquirere & procedere intēdunt:& dictos inquiſitos,& quemlibet eorum repertos cul=

 pabiles

pabiles,punire & cõdemnare intendunt,ſecundũ formã iuris & ſtatutorum communis Bononiæ.Die xxiiij. Nouẽbris ſupradicti anni M.ccccxxxvij.inchoata,facta & formata fuit dicta inquiſitio per dictum dominũ Poteſtatẽ,& eius iudicẽ maleficiorũ:& quemlibet uel alterũ ipſorũ,pro tribunali ſedẽtes,ad eorũ ſolitũ bãchum iuris,ex ipſorũ & cuiuſq; eorum mero officio,arbitrio,autoritate,poteſtate,atq; bailia. Die uerò xxv.Nouembris,ipſe dominus iudex,ut ſuprà pro tribunali ſedẽs,cõmiſit N.publico & iurato nuncio cõmunis Bononiæ,quòd dictæ inquiſitionis copiã ſecum portet,& dimittat ad camerã actorum cõmunis Bononiæ.Dicta die dictus N.publicus nuncius,retulit ſe dictã copiam portaſſe,& dimiſiſſe &c.ut habuit in mãdatis &c.Die autẽ xxvi.Nouẽbris,ſupradictus dominus iudex,ut ſuprà pro tribunali ſedens,cõmiſit N.publico & iurato nuncio,quòd citet,& requirat dictos Ca.An.& Sẽpronium,& quẽlibet eorum inquiſitos,& eiſdẽ ſchedulã cõtinentẽ totum tenorẽ dictæ inquiſitionis ſecũ portet,& eis dimittat. Dicta die,dictus N.publicus & iuratus nuncius prædictus,retulit ſe dictos inquiſitos,& quemlibet eorũ,quoniã ipſos perſonaliter reperire non potuit,citaſſe domi eorum,& cuiuſq; eorũ ſolitæ habitationis:& omnia alia dixiſſe,& feciſſe quæ habuit à dicto domino Iudice in cõmiſſione & mandatis.Die uerò xxvij.Nouẽbris,dict.dominus Iudex,ut ſuprà pro tribunali ſedens,quoniã eſſet cõtra formã ſtatutorũ:uel quia nõ eſt uerũ,quòd cicatrix ſit perpetuò remãſura:uel quia non fuit de nocte,dicta uerba in inquiſitione appoſita,uidelicet,cicatrix & ſignum perpetuò remãſurũ,uel de nocte,ademit & detraxit, & huius detractionis copiã ad camerã portari iuſſit,& impoſuit dicto N.nuncio publico,quòd ad iſtã detractionem dictos inquiſitos,& quemlibet eorũ ſolẽniter citet,cũ ſchedula cõtinẽte dictã detractionem & adẽptionẽ &c.Dicta die N.nuncius retulit ſe copiã dictæ detractionis in camerã actorum dimiſiſſe,& etiã dictos inquiſitos,& quemlibet eorum cũ dicta ſchedula ſe citaſſe domi &c.Die uerò tertia Decẽbris,dictus Iudex,uidẽs & cognoſcẽs dictos inquiſitos non cõparuiſſe, & eſſe cõtumaces,& in eorum cõtumacia perſeuerãtes:cõmiſit S.publico bãnitori dicti cõmunis dictos inquiſitos,& quemlibet eorũ banniri in tali pœna,uel in tanta quãtitate pecuniarum:& iiſdẽ aſſignet

terminum



terminum octo dierũ ad cõparẽdum,& defendẽdum ſe à dicto bãno & inquiſitione,& cõtẽtis in eis uel altero eorum.Dicta die dictus S.præco retulit ſe ita bãniſſe,præconizaſſe,& in banno poſuiſſe,& alia feciſſe,ut habuit in cõmiſſione & in mandatis.Die autẽ xiiij.dicti mẽſis, prædicti inquiſiti cõparuere corã ſupraſcripto Iudice,& reſpondẽdo dictæ inquiſitioni,aut negauerunt totũ,aut cõfeſſi ſunt totũ,aut partẽ negauerunt & partẽ cõfeſſi ſunt &c.aut in eorũ cõtumacia perſeuerauerunt,& omnia iſta ut appareãt,ſcribi debent in actis. Dicta die,præfatus Iudex fecit ſibi dari licentiã poſſe procedi uſq; ad ſententiã diffinitiuã incluſiuẽ,à dictis inquiſitis cõparẽtibus,& cætera.Qui Iudex dictos inquiſitos,& quemlibet eorum monuit ſingulis diebus & horis &c.Qui inquiſiti,& quilibet eorum,promiſerunt ſtare,parere, & pati omnẽ cõdemnationẽ &c.pro quibus & quolibet eorum &c. An.Thomæ capellæ ſancti Antonij de Bononia fideiuſſit &c.Quibus inquiſitis,& cuilibet eorum dictus Iudex ſtatuit terminũ decẽ dierum ad faciẽdas ſuas defenſiones.Qui dictus Iudex dictum Caiũ detineri & carcerari iuſſit,& cætera.Die xxv.Decẽb.cõparent dicti inquiſiti,& quilibet eorum,& in termino defenſionis,& pro eorũ defenſione produxerunt inſtrumentum pacis,& alia quæ ſunt in filcia,& infraſcriptos teſtes,quos petierũt citari & examinari &c.Die uerò ſecũda Ianuarij,dictus Iudex ad probationẽ ſuæ inquiſitionis & proceſſus produxit infraſcriptos teſtes,quos examinauit &c.facta prius citatione de dictis inquiſitis,ad uidẽdũ iurare teſtes &c.Die quinto dicti menſis, dict.Iudex publicauit proceſſum. Qui dict.Iudex,ſtatuit terminum quatuor dierũ ad cõparẽdum & opponẽdum cõtra dictũ proceſſum. Die viij.eiuſdẽ,cõparẽt & opponunt dicti inquiſiti contra proceſſum & teſtes,prout eſt in filcia &c.Die xij.eiuſdẽ,dict.Iudex impoſuit S. publico bãnitori,quòd banniat ad cõcilium generale pro ſententijs in criminalibus ferẽdis.Dicta die,prædictus præco retulit ſe ita banniſſe, præconizaſſe &c.ut habuit in mãdatis,In nomine domini,amen.Hæc eſt quædam ſententia condẽnatoria corporalis,et partim pecuniaria &c.lata per dominũ Thomã de Fano poteſtatẽ &c.Bononiæ &c.de cõſenſu omnium ſuorum iudicũ &c.ſub examine do.Sabbæ Iudicis maleficiorum &c.Nos Tho.Poteſtas prædictus pro tribunali ſedens,ad

noſtrum

noſtrum ſolitum bāchum iuris maleficiorū &c.ſaluo et reſeruato ſemper &c.et quia nobis cōſtat,&c.Sempronium in libris ccc.Bononeorum &c.dandis,et ſoluēdis camerario:quas ſi non ſoluerit intra decē dies,ſoluat cum quarto pluri,admiſſo ſibi beneficio propter cōfeſſionē &c.Et ſic deducta quarta parte ſibi,ac etiā ſibi deducta alia quarta parte propter inſtrumētum pacis &c. And.in libris mille Bononeorum,quas ſi nō ſoluerit intra decem dies,manus ſibi amputetur &c. Caium quòd duci debeat per loca publica cōſueta uſque ad locum iuſtitiæ,et ibi caput à ſpatulis amputetur,ita et taliter quòd moriatur &c.et eius bona publicamus &c.præſentibus T.D.et G.infraſcriptis teſtibus &c.præſente dict.Caio & appellāte &c.Qui do.Poteſtas,& eius Iudex maleficiorum,& quilibet eorum uiſis & intellectis prædictis,& uiſa forma iuris & ſtatutorum cōmunis Bononiæ,appellationē d.Caij nō admiſerunt,imò ut friuolè,& contrà,uel præter formam iuris & ſtatuti Bono.nō detulerunt.Quinimo non obſtāte dicta aſſerta appellatione,mandauerunt Ant.militi ſuo,qui dictam executionem corporalem faciat,prout habuit in commiſſione & in mandatis.Qui Antonius miles die dicta de corporali executione fidem fecit per publicum inſtrumentum &c.

## ADNOTATIO.

a ¶Forma ſententiæ. *Adde tu circa hoc,& uide domi.Alexand.de Imo.in l.ſi conſtante.in princip.iij.colum.ubi tenet,quòd gloſſ.malè,loquitur,dum uult, quòd fauore ſidei,non debeat extendi ad accuſationem,& quòd contra illam tenet Archid.ibi:quem ſequitur Ludo.Ro.in authē.ſimiliter.C.ad le.Fal.& quòd cauſa accuſationis ſit magis fauorabilis, quàm cauſa inquiſitionis,patet ex nota.per Bar.in l.infamē.ff.de publi.iudic.& l.ij.§.ex publico.ff.de adulte & aliquid per Bald.in l.ea quidem.C.de adulte.& in l.iij.ff de ſuſpe tu.& pro cōfirmatione prædictorum,adde quod uoluit Cald.in tit.de accuſa.conſi.j.& de pœnis.conſi.j. Fulg.conſi.cxxxvj.& conſil.clxxxvj.& Capo.conſi.lxv.Pet.de Ancha.conſi.cxc.& Abb conſi.xxv.In quibus locis cōcluditur, quòd inquiſitio eſt uia extraordinaria,& accuſatio ordinaria: & quòd damnatus ex inquiſitione non efficitur infamis:ſed ex accuſatione ſic.Ergo patet,quòd quo ad punitionē criminis,accuſatio eſt magis fauorabilis.facit quod dicit Alexā.conſi.lxiij.in j.uolu.ubi quòd omnis exceptio quæ poteſt opponi contra accuſatorem,poteſt opponi contra iudicē inquirentēm.& inquantum dixi quòd damnatus ex inquiſitione non efficitur infamis:intellige ut per Barto.in d.l.infamē.& adde quòd per dicta Barto.ibi conſuluit Rapha.Cu.in conſil.lxxj.quòd ſi taliter damnatus inſtituitur à fratre in teſt.*

ibi nō efficia͡tur infamis in teſt. adde guid. ſing. 330.



*in teſtamento,quòd excludetur per querelam inofficioſi ab illo qui de iure debebat inſtitui.aduerte tamen,quòd gloſ.in d.c.in fidei.ſequitur ſimpliciter Rom.in conſi.cccxxxvij.Ber.*

## INQVISITIONIS *declaratio.*

### SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio fit ex mero iudicis officio, accuſatio ad partis petitionē,denunciatio uerò ad relationem & denunciam officialis.*

2 *Inquiſitio eſt magis fauorabilis ad reprimendum delicta quàm accuſatio,& ideo ſtatuta in fauorem inquiſitionis non extenduntur ad accuſationem,quod limita prout in additio.ibi.*

HAEC eſt quædam inquiſitio. Hūc ordinem tenebo,ſcilicet quem tenuit Barto.in extrauaganti, ad reprimendū.quia exponā unumquodq; uerbum ſubſtātiale,& clauſulas dicti proceſſus,quid importēt, & quare ita practicatur,ſuper unoquoq; uerbo faciendo glo.formando quæſtiones & caſus quotidianos,ponendo deciſiuè dicta docto.
1 *Et ideo dicitur,Hæc eſt quædā inquiſitio,ad differentiā accuſationis, quæ non fit ex mero officio,ſed ad partis accuſantis petitionē.l.reſcripto.§.ſi quis accuſatorem.de mu.& ho.l.qui accuſare.ff.de accuſa.& dicitur ſuper gloſſ.in uer.necnon ad querelam.Et etiam dicitur inquiſitio, ad differentiā denunciationis, quę fit ad denunciam,& relationem officialis,de quo in l.Diuus.ibi per Bar.ff.de cuſt.reo.& per Cy.Bald.& Sali.in l.ea quidem.C.de accu.& infrà dicetur,in uerſi.necnon ad denunciā.Et de iſtis tribus dicunt Moder.habetur in tex.& ibi Bart.in extrauag.ad reprimen.in uer.per accuſationem,denunciationem,& inquiſitionem.
2 *Aduertas tamē, quòd magis fauorabilis eſt inquiſitio ad reprimēdum ipſa delicta,quàm accuſatio:unde multa ſtatuta in fauorem inquiſitionis, nō extenduntur ad accuſationē:ut eſt tex.cum gloſſ. in c.in fidei.de hære.lib.vj.& Ange. in l.ſi uacantia.C.de bo.ua.lib.x.in uer.ſumus expediti de hac lege.

AVGVSTI. Tu hic in hac prima concluſione adde,quòd uerum eſt,quòd ſtatuta in fauorem inquiſitionis non extenduntur ad accuſationem.Limita hoc procedere,quādo illa ſtatuta in fauorē inquiſitionis ſunt contra ius commune:quia non extenduntur ad accuſationem, aliàs ſecus. Iſta eſt ſententia Ioan. And.& Domi.de ſancto Gemi.in c.frequens.in uer.primo.extrà,de reſtitu.ſpo.lib.vj.idem firmauit Domi. in d.c.in fidei.Adde de materia no. per Antonium de Butri.in ca.uenerabili.in fi.extrà,de offic.deleg.

HIERON. Præclarè ſcribitur apud Pſalmiſtā celebrem:Prope eſt dominus inuocātibus eum.quo inuocandi more non tantum in maioribus & arduis unuſquiſque fidelis Chriſtianus uti debet:ut in ca.in nomine domini.de teſtib.ubi doct.& j.quæſt.j.cùm Paulus.cum cōcor. de quibus ubiq;:ſed etiam & in minimis.apud Græcos ſummæ philoſophiæ princeps Plato,primo Thimei prudēter ſcripſit:Omne quippe opus ex diuini nominis inuocatione principium bonū,melius medium,optimúmq; finem conſequitur:ut

tur:ut in auth.quomo.opor.epiſ.in
prin.colla.j.not.gl.& doct.in proœ.
inſtit.Bart. & doct.in j.conſtitu.ff.in
princ. idcirco clementiſsimũ ac ſu-
premum Deum puro corde & ore,
humiliter inuoco,& piiſsimo ſalua-
tore domino noſtro Ieſu Chriſto
medio , ac immaculata & ſemper
uirgine Maria aduocata noſtra, to-
táque cœleſti curia, ac beato Iaco-
bo, & diuo Hieronymo patronis
meis interceſſoribus, dignetur in-
greſſum inſtruere, progreſſum di-
rigere, egreſſum cõplere, luménq;
claritatis,ueritatis, ac iuſtitiæ ſuper
intellectus mei tenebras infundere,
quatenus ualeam quæ uera ſunt &
maieſtati ſuæ grata,ad eius laudem,
iudicũ & aduocatorum utilitatem
ſcribere, & in mediũ deferre, & o-
mni uana gloria ſemota ita dicere:
Nolite loqui ſublimia gloriantes:
quoniam Deus eſt ſcientiarũ domi-
nus:ut j.Reg.cap.ij.ſapienter ſcribi
tur,& cætera. Nunc ad propoſitum
noſtrũ deuenio,quia aliquando iu-
uenes aſſeſſores ignorant qualiter
formanda ſit inquiſitio (ut uerbis
utar domi.Boniſac.in ſuo tracta. de
maleſi.in rubri.de inquiſi.)ideo ui-
deatis eũ,qui poſuit aliquas diuer-
ſas formas inquiſitionũ:cũ unaquę-
que inquiſitio formari debeat, ſe-
cundũ quod qualitas delicti expoſ-
cit:ut in l.pretor.ff.de iniuriis.& per
Papienſem in ſua practica,in rub.de
forma inquiſitionis.ubi multa tan-
gentia materiam noſtrã reperietis.

3 *Inquiſitio quædã eſt generalis, quæ-
dam ſpecialis, & quæ ſit prima ſpe-
cies inquiſitionis generalis.*

4 *Inquiſitionis diffinitio, tam genera-
lis,quàm ſpecialis.*

5 *Inquiſitionis generalis quæ ſit ſecun-
da ſpecies.*

6 *Item quæ ſit tertia ſpecies.*

7 *Item quæ ſit quarta ſpecies.*

8 *Inquiſitio ſpecialis quæ ſit.*

9 *Inquiſitio duplex eſt,una generalis,
alia ſpecialis,ſecundum Hoſtien.*

10 *Inquiſitio,ſecundum Spec.duplex eſt,
una præparatoria ,alia ſolennis &
ordinaria.*

11 *Inquiſitionis alia diffinitio ſecundum
Hoſtien.*

ANGELVS.

ET pro expeditione iſtius mate-
rię antequam diffiniatur ipſa inqui
3 ſitio,*quæro quotuplex eſt inquiſi-
tio:& ibi dicetur eius diffinitio ſe-
paratim. Et dic, quòd duplex eſt in-
quiſitio,una generalis, & alia ſpe-
cialis. Generalis diuiditur in qua-
tuor ſpecies.Vna eſt,cum præſes in-
quirit generaliter quo ad delicta,&
quoad perſonas:ut cũ inquirit ne in
ſuo territorio aliqui ſint pœna di-
gni,ut l.cõgruit.ff.de offi.preſi.Et ex
iſta hodie ſuccedit illud bannũ ge-
nerale cõtra omnes homines malæ
conditionis & famę.Et hoc faciunt
facere Poteſtates per proclama in
principio ſui officii: & dicetur hic
infrà,in hac ea.gl.in uer.(ex quo di-
co tu iudex & cætera.) & ita dicit
But.in d.l.cõgruit.& Sal.in l.ea qui-
dem.C.de accu.in uer.ſed quia per
denunciationẽ deuenimus & cæte-
ra.circa prin.licet Ang.dicat cõtra-
4 riũ in d.l.ſi uacãtia.*& ita diffinitur,
ꝙ eſt ius procedendi per officiũ ad
inueſtigatiõem omnis facinoroſæ
perſonæ inquirẽtis in territorio pœ
na dignæ:facit quod no.Inn.in cap.
5 bonæ. de elect.* Secunda genera-
lis inquiſitio, eſt generalis quo ad



perſonas: ſpecialis quo ad delicta,
ut cum delictum notorium eſt, ſed
a ignoratur malefactor[a] l.iiij. §.man
datis.ff.ad leg.Iul.pecu.& ita diffini
tur, quòd ſit ius per officium proce
dendi ad inueſtigadum perſonam,
quæ iam repertum maleficiũ com-
6 miſit*. Tertia eſt inquiſitio genera-
lis quo ad delicta, ſpecialis quo ad
perſonas:ut eſt illa quam facit uiſita
tor eccleſiæ contra exiſtentes in ec-
cleſia,ad inueſtigandum & punien-
b dum crimen per aliquem eorum [b]
cõmiſſum: de qua in c.per inquiſi-
tionem.extrà de accu.uel cum Syn-
dicus Poteſtatis contra Poteſtatẽ &
eius familiã generaliter inquirit de
delictis: & ſic Syndicus ex ſua gene
c rali[c] inquiſitione poſſet dãnare Po-
teſtatem & eius familiam,poſtea re
pertam culpabilem de aliquo deli-
7 cto.* Item eſt & quarta ſpecies in-
quiſitionis generalis contra perſo-
nas de neceſsitate, ut cũ inquiritur
de aliquo maleficio contra aliquam
ciuitatẽ & eius homines:de qua in
l.aliud. §. refertur. de reg.iur.& ſic
iſtæ duæ ultimæ diffiniuntur, ꝙ eſt
ius quoddã per officiũ procedendi
ad condemnandum & puniendum
facinoroſos homines de territorio
inquirentis de aliquo crimine,non
à maliuolis diffamatos: & hoc etiã
de mẽte Salic.licet per alia uerba,
in d.l.ea quidẽ.uer.ſed quia per de-
nunciationem deuenimus ad inqui
8 ſitionem.*Alia eſt inquiſitio ſpecia
lis, de qua loquitur iſte proceſſus:
ſpecialis dico quo ad delicta,& quo
ad perſonas:quę poteſt ſic diffiniri,
quòd eſt quoddam ius per officium
procedendi ad cõdemnationem &
punitionẽ dictos aliquos nomina-
tim inquiſitos de delictis certis diſ-
famatos. Iſta ſunt in effectu uerba
Bart.in d.l.ij.§.ſi publico.ff.de adul
teriis. & Angelus in d.l.ſi uacantia.
in uerbo, (ſumus expediti de hac
lege.)Et uide circa huiuſmodi diffi
nitiones Bal.in l.ea quidẽ.C.de ac-
cuſa.in uer.circa quod his pręmiſsis
& cætera.qui in effectu idem ponit.
Et ita in hac prima concluſione reſi
det dominus Ange.

ADNOT. a ¶Sed ignoratur malefactor. *Adde circa hoc, & dic ut per Bal.in conſi.xxix.incip.in cauſa inquiſitionis.in ij.uol. Ber.*

b ¶Aliquem eorum. *Adde quòd cum per iudicem eccleſiaſticum inquiritur ad punitionem criminum per pœnitentiam, tunc poterit interuenire procurator, nec cauſa dicitur criminalis:ſecus tamẽ ſi ad depoſitionem: nec ſuperiori caſu habet Abbas ſe neceſſe inſcribere,cum detrudit monachum in carcerem propter crimen. ita tenet Calderi. in titulo de accuſatio. conſilio ciij. & tenet Oldrad.in conſilio xlvj. incipiente, uidetur quòd epiſcopus. Bernard.*

c ¶Ex ſua generali. *Adde circa hoc Bal.in cõſ.clxiij.in iij.lib.incip.præſuppoſito ſtatuto.de inqui.ubi dicit.ſyndicatus officialiũ dicuntur digeſtiones:quia tunc officialis digerit,quòd inglutiuit ante.& ideo ſufficit libellus inquiſitionis generalis de generibus ſingulorum, ſi poſtea ſequatur probatio ſpecialis de ſingulis generum:præſertim ſi in inquiſitione ponantur quædam capitula ſpecialia: & dicit eſſe caſum expreſſum in capitulo ueritatis.in uerſic.aliiſque criminibus. de dolo & contuma. Aduerte tamẽ quòd ſyndici non poſſunt cognoſcere de commiſſis extra officium: ita Romanus conſilio ccccxv.*

AVGVS. Tu autem in hac ma-
teria adde, quòd licet Bart.in d. §.ſi
publico. poſuerit has diuerſitates
inquiſitionum:tamē Hoſti.in tit.de
inquiſi.in ſum.ſua, in §.& qualiter
procedatur.non uidetur uelle ex di
9 ctis per ipſum ibi, niſi quòd* duplex
ſit inquiſitio : una generalis, altera
ſpecialis.Et idem Roſre.in ſum.ſua,
in titu.de accu.& inqui.§.j.uer.item
uideamus de ſecunda parte rub.Et
idem dixit Gandi.in tract.maleſi.in
rub.quomodo cogno.de maleſi.per
inquiſi.in uer.ſuper inquiſitione au
tem per iudicem faciēda.Adde ta-
men quòd Specu.in tit.de inquiſi.§.
quando autem.uer.quòd autem.in
hac quæſtione quotuplex ſit, dixit,
10 *quòd duplex eſt.Vna eſt præpara-
toria:alia ſolennis & ordinaria.Ho
ſtien.uerò in c.qualiter & quando.
extrà, de accu.ſecundum quod refe-
runt ibi Moder.repetentes, & eum
ſequuntur in hac materia : addidit
aliam ſpeciem inquiſitionis, quòd
erat una inquiſitio ultra generalem
inquiſitionem, ſcilicet generaliſsi-
ma inquiſitio, quæ fit ex mero iudi-
cis officio:cū in generali, uel pro-
uinciali, aut diœceſali cōſilio inqui-
ritur de ſtatu prouinciarū, ſiue diœ-
ceſium.& de hac tractatur in authē.
de ſanct.epiſ.in §.ut autem omnis.
colla.ix.& in c.graue.extrà de præ-
ben.Sed aduerte, quòd ſi quis ſubti-
liter omnia iſta conſiderabit, licet
per diuerſa uerba hæc dicāt:tamen
reducuntur ad diſtinctionem Barto.
de qua ſ.in d.§.ſi publico.à cuius do
ctrina non eſt recedendum in hoc,
licet repetentes Moder.in d.c.qua-
liter & quando.multa in hoc dicāt,
tamen reſident in idem.Et de mate
ria uide per Salic.in d.l.ea quidem.
C.de accu.in materia inquiſitionis,
in j.quæſt.& uide Bal.in d.l.ea qui-
dem:qui multùm eleganter loqui-
tur:& de illa generali inquiſitione,
uide Barto.in l.congruit.ff.de offi-
cio præſidis.Item addo, quòd Hoſt.
in titu.de inquiſitio.§.primo.aliter
11 diffinit inquiſitionem.Nam * dicit,
quòd inquiſitio eſt alicuius crimi-
nis manifeſti, ex bono & æquo iudi
cis cōpetentis canonicè facta inue-
ſtigatio:quæ diffinitio poſſet mor-
deri, quia inueſtigatio ſonat in fa-
ctum.Sed inquiſitio eſt quoddā ius,
ut diffinit Barto.in d.§.ſi publico.&
ideo plus mihi placet diffinitio Bar.
& quòd inquiſitio ſit ius, & non fa-
ctum, ad hoc allego Bal.in l.quidē.
C.de accuſ.& ibi uide per eum dif-
finitionem inquiſitionis generalis
a & ſpecialis:& uide a Oldra.in con-
ſilio ſuo cclxxvj.qui ponit effectum
inquiſitionis generalis & ſpecialis:
& ponit an ambæ poſsint concur-
rere in unomet delicto:& quomo-
do in inquiſitione generali teſtes
domeſtici ſint admittendi.

ADNOT.a ¶ Vide Oldra. *Adde tu, & uide eundem in conſil.cclxxviij.incipiente, licet quantū clauſtrales. Bernar.*

HIERO. Inquantum dominus Angelus quærit quotuplex ſit inquiſitio, & qualiter diffiniatur, addatis Vitali.in tracta.maleficio.in rubrica de inquiſi.& earum forma, in princ. Bonicuntum in tracta.de accuſa.& inquiſi.colum.iiij.uer. reſtat uidere de quarto.Angelus de Clauaſio.in ſum.in uerſi.inquiſitio.in §.j.latius Prepo.in ſumma.ij.q.viij.colum.xij. uer.circa inquiſitionem.





12 *Inquiſitio in quibus caſibus de iure formari poſsit.*

13 *Inquiſitionis ponuntur quinque regulæ, ſecundùm quas poteſt inquiri.*

14 *Inquiſitio formatur, aut ad priuatā utilitatem, aut ad publicam:ad priuatam principaliter, non inquiritur regulariter.*

15 *Inquiſitio ad publicam utilitatē, aut reſpicit principaliter utilitatem publicam pecuniariam & ciuilem, & poteſt inquiri:aut reſpicit caſus criminales, & tunc dic, ut infrà.*

16 *Inquiſitio formari poteſt ubi crimen tale eſſet, quòd accuſando iuris ſolennitas relaxetur, & de eo crimine inquiri poteſt.*

17 *Item, ubicunque crimen committitur coram iudice, ita quòd offenditur perſona uel iudicis maieſtas.*

18 *Item, ubicunque crimē eſt de atrocioribus, & præcedat fama publica à fide dignis.*

19 *Item, propter immanitatem criminis.*

20 *Item, in crimine læſæ maieſtatis.*

21 *Item, in crimine hæreſis.*

22 *Item, quando unus ſocius nominat alios.*

23 *Item, quando fuit impetratus accuſator corruptus à reo, & abolitio fuit impetrata.*

24 *Item, quando dominus dicitur occiſus à familia, nec conſtat à quo, ſumendo quæſtionem à familia.*

25 *Item, ſecundū l.quoties.C.de ſubmer. lib.xij.*

26 *Item, quando iudex ex inquiſitione generali, inquirit contra aliquem de crimine diffamatum.*

27 *Cautela iudicū eſt, ut in principio ſui regiminis faciant fieri bannum prout in litera, quia tunc in caſibus expreſſis in bāno & ſimilibus, poterunt inquirere.*

28 *Damnari regulariter nemo poteſt ſine accuſatore.*

29 *Inquirendi facultas, utrū ſit permiſſa de iure ad publicam utilitatē & uindictam.*

30 *Inquiſitionem non poteſt formare Iudex contra certam perſonā, nullo alio præambulo præcedente : propter quod iudici uerè, uel præſumptiuè conſtet de aliqua præſumptione legitima, illā perſonam delictum perpetraſſe.*

31 *Inquiſitio formari poteſt ad utilitatē priuatam, quādo propter dolum partis eſſet præcluſa uia agendi.*

32 *Inquirere poteſt Iudex ad utilitatem priuatam, ubi per fraudem eſſet impoſitum ſilentium actori uel reo.*

33 *Inquiri poteſt in caſibus de quibus agit do.Anton.de But.& Bald.in locis hic allegatis.*

34 *Inquiſitio poteſt formari in cauſa ciuili.ſ.in cauſa uſurarum, in cauſa ſuſpecti tutor.& ubi aliqua pietas mouet Iudicem.*

35 *Inquiſitio formari poteſt ciuiliter in cauſa ſpoliationis:quando cauſa eſſet miſerabilium perſonarum, uel epiſcopus haberet iudicare inter clericos ſuos.*

36 *Inquiſitio ciuiliter formari poteſt ſuper iniurijs & uiolentijs, ſi Papa delegat unum iudicem ſuper eiſdem.*

37 *Inquiri poteſt in caſibus poſitis per doct.in locis hic alleg.*

38 *Inquiri poteſt propter iniuriam illatam presbyteris & illorum miniſtris, in eccleſia, uel cultu diuino, & in alijs caſibus, de quibus per Gandi.in locis hic alleg.*

39 *Item, in charta falſa corā iudice producta.*

40 *Item, quando hæres, qui adit hære-*



[BIB]LIOTECA UNIVERSITARIA

*ditatem cum beneficio inuentarij, aliqua de hæreditate ſubtrahi.*
41 *Item, quando ſocius nominat ſocium.*
42 *Item, in crimine notorio.*
43 *Item, in bonis damnatorum.*
44 *Item, contra turbantes, uel iniuriantes ſcholares.*
45 *Inquiſitio criminalis formari poteſt, ubi delictum committitur contra miſerabilem perſonam.*
46 *Inquiri poteſt in delicto notorio.*
47 *Inquiri quãdo poſſit cum gloſ. ponant regulam, & poſtea faciant exceptiones.*
48 *Inquiri an poſſit de iure nouiſſimo de omni crimine.*

ANGELVS.

12 SECVNDO * principaliter in hac materia uidendum eſt, in quibus delictis poſſit formari de iure ipſa inquiſitio: & dico, quòd gloſſ. & antiqui communiter poſt Dynum, dicunt, quòd regulariter de iure nõ eſt permiſſa ſpecialis inquiſitio. Sed fal-
a lit in ſex caſibus [a], quos glo. enumerat in d. l. ſecũda. §. ſi publi. de adult. Et Bartol. & Nico. de Matarel. in dicto §. ſi publico. in uer. do ergo re-
13 gulam. Ponunt * quinq; regulas ex quibus poteſt inquiri. Prima eſt, ad denũciam officialis: ut l. diuus. & ibi Bartolus. ff. de cuſt. & exhib. reo. Secunda, quando incidenter de crimine cognoſcitur. l. j. C. ſi aduer. lib. Tertia, quando præcedit generalis inquiſitio, poſtea ſpecialiter inquiri poteſt: ut l. cõgruit. ff. de offic. præſi. Quarta, quando crimẽ committitur coram eo. l. nullũ. C. de teſti. Quin-
b ta, propter immanitatẽ criminis [b] l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſcop. & cleri. & ſic quoties poteſt procedi ſine metu calumniæ, tunc poteſt procedi per inquiſitionem. Sed Ang. in dicta l. ſi uacantia. damnat iſtam opinio. Barto. ibi in uer. uenio ad ſecundum articulum principalẽ. quia falſum eſt, ꝙ inquiſitio formari poſſit, ubi procedi poteſt ſine metu calumniæ: quia fama, licet falſa, excu-
c ſat à præſumpta calumnia [c]: ut l. ſi. ff. de hære. inſti. & tamen non poteſt inquiri de omni crimine, de quo rumor & fama procedit, ut ibi latè per eum. facit l. iiij. in princi. & quod ibi not. ff. de ſuſpe. tut. & quod no. Dyn. in l. ſi. eo. titu. quia requiritur inſcriptio & accuſatio calumniæ, ad hoc ut procedi poſſit, ut ibi not. Item in crimine ſuſpecti tutoris, poteſt per inquiſitionem procedi. l. tertia. §. ſuſpectus. ff. de ſuſpe. tut. & tamen hoc non eſt ſecundum regulas Bart. uidelicet, nõ ad denunciam officialis, non per incidentem cognitionem, nõ ob generalem præcedentem inquiſitionem, nec propter criminis atrocitatem, nec per offenſam iudicis. Vnde ipſemet Angel. in dicta l. ſi uacantia. in uer. quid dicendum, &
14 iſtud eſt difficile *; dicit, quòd inquiſitio poteſt formari, aut ad priuatã, aut ad publicam utilitatem. Ad priuatam principaliter non inquiritur regulariter. quia quãdo tractatur de priuata utilitate, debet fieri ad partis petitionem: ut l. quarta. §. hoc autem. & ibi Bartol. de dam. infect. Sed fallit primò, in crimine ſuſpecti tutoris. l. j. & iij. de ſuſpect. tut. Secundò, fallit in datione tutoris. l. credendũ. ff. qui pe. tut. Tertiò, inquiſitor ad priuatam utilitatem inquirit, ad uidendũ cuius patrimonium ſit minutum, ut releuetur à cenſu. l. finali. ff. de cenſi. Quartò, prætor inquirit ad priuatã utilita



utilitatẽ cõtra executores publicos, ne interim tributis & aliis uexationibus iniuſtè uexẽt ſubditos: in auth. de man. prin. §. coges. Quintò, epiſcopus cõtra uſurarios inquirit, ut uſu-
d ras priuato reſtituant. [d] C. ad noſtram. extrà de iureiur. referũt etiam quod Sali. in dicta l. ea quidem. C. de accuſ. in uer. ſed quia propter denũciationes uenimus &c. dicit, quòd etiam fallit in l. quoties. C. de naufra. lib. xij. & his caſibus exceptis dicit, quòd non poteſt inquiri ad priuatã
15 utilitatem. * Secundò caſu principali ad publicam utilitatem, diſtingue: aut reſpicit principaliter utilitatem publicam pecuniariam & ciuilem, & poteſt inquiri. d. l. ſi uacantia. aut reſpicit caſus criminales: & in hoc ibi Angel. dat quatuor regulas, tres affirmatiuas, & unam negatiuã.
16 * Prima affirmatiua eſt, quòd inquiſitio formari poteſt, ubi crimẽ eſſet tale, quòd accuſando iuris ſolennitas aliqualiter relaxetur, & de eo crimine poteſt inquiri: ut dicta l. ea quidẽ. & l. j. §. denunciatores. ff. ad Turpil. & ratio quare ad denunciam officialis poteſt inquiri, eſt: quia ex hoc crimen efficitur notorium: ſed in notoriis, proceditur nulla iuris ſolen-
e nitate [e] ſeruata. l. j. C. qui & aduer. quos. & c. ueſtra. extrà de coha. cleri.
17 & muli. & ibi per Inno. & alios. * Secunda regula eſt, quòd ubicunq; cri-
f mẽ committitur coram iudice [f]: ita quòd offendatur perſona, uel Iudicis maieſtas, de eo poteſt inquiri. dicta l. nullum. C. de teſti. & l. iubemus. C. de probat. & ibi plenè per Bald. C.
18 de proba. * Tertia regula eſt, quòd ubicunque crimen eſt de atrocioribus, fama publica præcedente à fide dignis, de eo poteſt inquiri. l. quarta. §. mandatis. ff. ad l. Iulia. pec. Et ratio eſt: quia in his atrocioribus, ſolennitas iuris relaxatur. l. prouinciarum. C. de feriis. Ergo ratione prædicta, poteſt per inquiſitionẽ procedi. & probatur in l. ſi quis in hoc genus. C. de
19 epiſ. & cleri. * quòd propter immanitatem criminis, poteſt formari inquiſitio. Et quæ dicantur crimina a-
g trocia [g], colligitur ex not. in l. ab ea. & in l. omnibus. ff. de re. iur. & in l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & l. auxiliũ. §. in delictis. de mino. & in auten. de man. prin. §. ſed nec homicidas. & in authen. de nup. §. denunciationes. in quibus caſibus poteris per inquiſitionem procedere: & quòd propter criminis immanitatem poteſt inquiri, probatur in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſco. & cleri. Et adde Roſre. in materia inquiſitionis, in ſumma ſua. & Spec. in titu. de inquiſitio. §. ij. addunt alios duos caſus ſpeciales,
20 * ubi poteſt informari inquiſitio, ſcilicet in crimine læſæ maieſtatis. l. ij.
21 & iij. ad leg. Iul. ma. * Item in crimi-
h ne hæreſis [h] l. apoſtata. C. de apo-
22 ſta. * Item, quando unus ſocius nominat alios: nam eius dicto non creditur regulariter. l. ſi. C. de accuſ. tamen ex hoc ſolo Iudex poteſt in-
i quirere [i] contra eum. l. j. §. ſi quis ul-
23 tro. ff. de quæſt. * Item, quando accuſatorem à reo corruptum, & abolitionem ipſam impetraſſe dicitur:
24 ut l. abolitio. C. de aboli. * Itẽ quando dominus à familia dicitur occiſus, nec conſtat à quo, tunc poteſt inquiri, ſumendo quæſtionem à fami-
25 lia. l. j. in princi. ff. ad Sil. * Item in l. quoties. C. de ſubmer. lib. xij. ſecun-
26 dum aliam lect. * Item, quando iu-

dex ex inquiſitione generali, inqui-
rit contra aliquem de crimine diffa-
matum. Nam tunc Iudex ad ſpecia-
k lem, [k] & ſolennem inquiſitionem
ſuper illo delicto, contra illum pro-
cedere poteſt.l.iiij.§.j.ff.ad l. Iul.pe.
Et eſt ratio, ne inquiſitio generalis
reperiatur fruſtratoriè facta:& maxi-
mè, cùm iudex nunc ſcit illum diffa-
matum eſſe de crimine.l.illuſtriſsi-
mos.C.de offic.præfe. prouin.ita di-
cit Sali.in dicta l.ea quidem.in dict.
uer.ſed quia propter denunciatio-
nem. & in uer.eſt & alia ſpecies.Ex
quo dico,quòd Salic.ibi uidetur uel-
le id,quod uult Barto.in dict.§.ſi pu-
blico.in uer.uenio ad ſecundum ar-
ticulum.in uer.non obſtat, quòd alia
eſt inquiſitio generalis. Et dico, ꝙ
27 * iudices debent aſſumere hanc cau
telam, quòd in principio ſui regimi-
nis faciant bannum fieri,ad purgan-
dum prouinciam malis hominibus,
latum ut comprehendat proditores,
ſacrilegos, inceſtuoſos, homicidas,
fures,raptores, incendiatores,adul-
teros, falſarios, & omnes homines
malæ conditionis & famæ: & poſtea
l addenda eſt clauſula generalis [l] in
fine: & contra omnem perſonam,
quæ aliquid fecerit, uel dixerit con-
tra formam iuris & ſtatutorũ com-
munis Ferrariæ.Nam in omnibus ca
ſibus expreſsis in illa inquiſitione
generali, & etiã in ſimilibus expreſ-
ſis, poterit poſtea fieri inquiſitio ſpe
cialis, licet aliàs in illo caſu ſpeciali
non potuiſſet formari inquiſitio. &
faciunt not.in l.ſtipulationes .§.cõ-
modiſsimum.ff.de uerb.obliga.& in
l.ſed & ſi quis. §.quæſitum .ff.ſi quis
cau.& c.qui ad agendum.de procur.
in vj.& in clemen.fi.extrà de procur.

28 * Vltima regula negatiua eſt, quo-
niã regulariter ſine accuſatore, ne-
mo poteſt damnari.l.reſcriptio.§.ſi
quis accuſato.& ibi glo.ff.de mune.
& hono. Vltimò in hac difficultate
uidetur ſecundum Salicetum in di-
cta l.ea quidem.in uer.ſed quia pro-
pter denunciationes.ibi, ſed mihi ui
detur &c.quòd prædictorum conclu
ſio non ſit lege uel ratione, quia nõ
ſequitur,accuſatio ſine metu calum-
niæ fieri poteſt, ergo & Iudex pote-
rit inquirere, quia iſta ſunt ſeparata.
l.Papinianus exuli.ff.de min. & ecõ-
trà,nõ admittitur accuſator ſine me-
tu calumniæ præſumptæ: ergo nec
Iudex poteſt inquirere.Pręterea eo-
rum uerba potius probant,quòd Iu-
dex poteſt ſemper inquirere, ſicut
quis accuſare: ſed non tenetur de
præſumpta calumnia accuſator:un-
de ipſe tenet gloſſ.aliter intelligen-
29 do,quàm intelligat Bart. * Et ideo,
cum quæritur, an facultas inquiren-
di ſit de iure permiſſa ad publicam
utilitatem & uindictam:ſic ibi inquit
Sal.aut quæritur an ſit permiſſa hoc
reſpectu,ut ſit ſenſus,an de quolibet
crimine poſsit inquiri. & dicit, quòd
ſic,quicquid ſenſerit gloſſ.& probat
primo: quia accuſatio de quolibet
crimine eſt permiſſa:ergo & inquiſi-
tio,quæ ſuccedit loco eius: capitulo
licet Hely. extrà de ſimo.l.cum pa-
tronum.§.j.ff.de iur.pa.& ſic ad eũ-
dem effectum, ne maleficia rema-
neant impunita. Secundò,inquiſitio
generalis fit ad effectum deſcendẽ-
di ad ſpecialem.l.iiij.§.j.ff.ad legem
Iul.pec.ergo ſequitur, quòd in ſpe-
ciali, de quolibet delicto poteſt in-
quiri: iuxta illud generale, propter
unumquodque tale, & illud magis:
ut in



ut in authen. multo magis.C.de ſac.
ſanct.eccle.& dicit, quòd non eſt re-
ſponſio bona huic motiuo. Vnde
ſubdit ibi Salic.in d.l.ea quidẽ.quòd
uera concluſio in materia eſt iſta:
30 * aut quæritur an Iudex poſsit ſuam
inquiſitionẽ ſpecialem formare cõ-
tra certã perſonam, nullo alio præ-
ambulo præcedente, propter quod
iudici uerè, uel præſumptiuè ſibi cõ-
ſtet de aliqua præſumptione legiti-
ma, illam perſonam delictum perpe
traſſe.& dicit,quòd non.Et hoc mo-
do intelligenda eſt gloſ.in dict.§.ſi
publico.& poteſt eſſe ratio, ut iudi-
m cum malitia refrenetur [m]: ut l.ij.in
fi.de cu.reo. Si uerò præambulo le-
gitimo præcedente, propter quod
appareat iudici uerè, præſumptiuè
iſtam perſonam illud delictum per-
petraſſe: dicit, quòd inquiſitio ſpe-
n cialis [n] formari poterit. Pro cuius
declaratione cum Canoniſtis dat ta-
lem concluſionem, quòd iudex po-
terit formare ſemper inquiſionem,
ubi clamor ualidus peruenit ad au-
res iudicis,quòd eius ſubditus diffa-
matus ſit de aliquo delicto. & dicit,
quòd de hoc eſt tex.in dicto ca.qua-
liter & quando. extrà de accu.& in l.
iij.ff.de offi.præfe.præ.& ex eo,quia
contra diffamationẽ,in inquiſitione
generali, Iudex deuenit ad ſpecia-
lem.d.l.quarta.ff.ad leg.Iul.pe.& eſt
ratio:quia tale delictum non poteſt
amplius ſub diſsimulatione tranſ-
ferri. Nam iudex non debet dimit- b
tere indiſcuſſum ius reipublicæ:ma-
ximè, cùm ſcandalum poteſt oriri:
ut in dicto capit. qualiter. dummo-
do clamor iſte perſeueret, qui per-
ueniat ab honeſtis,& non à maledi-
cis perſonis. Item, quòd ſit ualens

clamor:ita quòd non ab uno,uel ſe-
mel tantùm,ſed ſæpe & ſæpius:& ta-
lis clamor debet eſſe cum diffama-
tione:& ideo iudex de tali diffama-
tione non debet inueſtigare à uici-
nis,& ab aliis notis, & poſtea ſuam
inquiſitionem formare: ubi autem
talis diffamatio ceſſaret, non poteſt
iudex talem inquiſitionem formare,
niſi ſit talis perſona, uel uerè,uel iu-
ris pręſumptione,de tali crimine ſu-
ſpecta:& ſic iudici præambulum cõ-
ſtaret ſibi, uidelicet, tale delictũ cõ-
miſiſſe,ut in ea inquiſitione genera-
li reperitur deliquiſſe.Item,& quan-
do iudex cognoſcit incidenter.& eſt
ratio, quia ſatis ſibi conſtat ut iudici:
ideo non poteſt ſub diſsimulatione
tranſire, & reipublicæ ius indiſcuſ-
ſum relinquere: & hoc etiam patet
per alios caſus numeratos per gloſ.
in dicto §.ſi publico. Item probatur
in eo qui inſtituit accuſationem, &
non probauit: quia præſumitur ca-
lumniosè,& contra ipſum poteſt iu-
dex de calumnia inquirere. Sed his
ceſſantibus, non poteſt inquirere:&
ſic loquitur opinio gloſſ.& iſta ſunt
uerba Sali.in dicta l.ea quidem.quæ
ualde ſunt notanda.

ADNOTATIO. a ¶Caſibus.
*Adde,& uide doct.ſuprà,in prima apoſt.
alleg. Et ultra ibi alleg.uide Cæpo.in cõ-
ſil.xxiij. Pet.de Anch.in conſi.cxc.& ad
ea quæ ponit infrà do. Auguſtin.uide do.
Alex.in d.§.publico. in apoſtillis.*

b ¶Propter immanitatem crimi-
nis. *Adde, quòd propter immanitatem
criminis poteſt tranſgredi lex, ut puta,
propter præruptam ſeditionem, ita dicit
Bal.in l.ſi quis filio.§.hi qui.ff.de iniuſt.
teſt. & ſequitur do. Hiero.in conſi.edi-
to in fauorem Florentinorum, cum ſuſpẽ-*

*di fecerunt archiepiſcopum Piſanum, & ſpecialia propter criminis immanitatem, uide per Barb.in conſil.ſuo lxxij.Ber.*

c ¶Calumnia. *Adde Bal.in conſ.clxij. in iij.uol.ubi ponitur, quòd iudex inquirendo excuſatur à præſumpta calumnia, licet dicat, fama publica præcedente: & quòd dicit famam publicam non præceſſiße, id probare debet: & adde quòd iudex poteſt inquirere, licet fama non habeat certum autorem, ita Io.i. An.in addi. Spe.in tit.de not.cri.in §.fama.& ſequitur Franc. de Are.in conſi.ſuo lxxij. Ber.*

d ¶Reſtituant. *Adde, quòd quando formatur inquiſitio contra aliquem, qui fuit publicus uſurarius, non requiruntur ſpecificationes circunſtantiarum criminum, ſed ſufficit generalis. ita Cal.in tit. de accuſa.conſ.ij.Ber.*

e ¶Solennitate. *Adde, & intellige de notorietate, tam facti permanētis, quàm tranſeuntis: ut dicit Ange.in d.l.ſi uacantia.uer.ſed quæro. & ita alleg.& ſequitur Hie.tor.in d.conſi.ſuprà alleg.*

f ¶Coram iudice. *Adde, ut per Rapha. Cu.in conſi.cxxxv.ubi ponit qualiter iudex poſſit inquirere de ſcriptura falſa producta per partē. & Pe.de Anc. in conſ.clxij.Ber.*

g ¶Crimina atrocia. *Adde ad hæc Bart.in conſi.cxxvij.inci.ad declarationem.Io.de Ana.in conſil.xliij. Cæpol.in conſil.xj.& no.quòd iudex, licet in atrocioribus delictis non poſſit inquirere, niſi fama publica præcedente: tamen, ut obuietur delicto committendo, poterit ſine infamia præcedente inquirere, ita uoluit And. Barb.in conſi.lxxj.incipi. ſcribitur in lib.Heſler.& dicit fuiße ſingulare dictum Inno.in capit.j.de poſtul.præla.& in dicto conſi.uide etiam multa conceßa: ut futuris delictis obuietur.Ber.*

h ¶In crimine hæreſis. *Adde, quòd inquiſitor hæreticæ prauitatis, poteſt procedere cōtra Iudæum occultantem Chriſtianum, uolentem ad Iudaicam ſectam tranſire. ita Old.conſ.xxxvj.& quid ſit hæreſis, & qualiter debeat probari, uide eundem Old.in conſ.ccx. & an inquiſitor poſſit procedere, tam contra hæreticum, quàm contra illum qui confeßus eſt ſe malè ſentire de fide, qui de dicto peccato ſuſcepit pœnitentiam, ſed adimplere noluit. uide Cal.in tit.de hære.conſ.j. Et an ſimiliter procedi poßit contra illum, qui prædicauit hæretica: & per ſuperiorem correctus prædicauit oppoſitum, nō tamen uoluit corrigere dicta quæ ſuus ſcholaris ſcripſit: uide per eundem in dicto tit.conſi.ulti.Ber.*

i ¶Inquirere. *Adde, quòd Fulg.in cōſi.clxxij.inci.in cauſa inquiſitionis, tenere uidetur, quòd illud habet locum in homine malæ famæ, ut ex confeßione ſocij poſſit inquirere contra culpatum, & ita refert Alb.& Oldra.in quodam tract.quē dicit inſeruiße Gand.in titu.de quæſtio. & tormē.& uide Alex.in conſi.lxxxix. in iij.uol.& Pau.de Caſt.in conſ.ccxxiij. in nouis.Ber.*

k ¶Ad ſpecialem. *Adde circa hoc, & uide Franciſ.de Are.in conſi.ulti. Pet.de Anch.in conſi.ccccxl.& Paul.de Caſt.in conſi.xvij.in nouis.*

l ¶Clauſula generalis. *Adde tu, & uide Fulg.in conſi.cxxxvj.in iij.col.& de prædicta clauſula uide per Ro.in conſil. cclxxv. & conſi.ccccxcix. & caſus aliquos in quibus iudex poteſt facere ſpecialem inquiſitionem: uide per Io.An.in c.j. ut eccle.benefi. & uide Cal.in conſi.j.de accuſ.& Pet.de Anch.in conſi.cxc.Ber.*

m ¶Refrenetur. *Adde circa hoc latè And.Barb.in conſi.xxxv.incip.ſcribitur præclare eccleſiaſtes.Ber.*

Specialis



n ¶Specialis. *Adde quod Rapha. Cu. in conſi.cxxxv.dicit, quòd communis opi. eſt de iure ciuili, quòd iudex poßit inquirere: ſed de conſuetudine contrarium obſeruatur: & tamen non poteſt inquirere, niſi præcedentibus indicijs legitimis. & idem uoluit Ioan.Andr.in addi.ad Spec. titu.de inquiſi.§.j.*

AVGVST. Tu autē in hac materia adde, & dic quòd inquantum tractatur hic in iſto paſſu, in quibus caſibus poteſt formari inquiſitio. Et primò diſcuſſum fuit, an ad utilitatē priuatā poſſit formari ultra illos ca-
31 ſus ſuprà enumeratos. * Adde aliū caſum, ubi poteſt formari inquiſitio ad priuatam utilitatem, quando propter dolum partis eſſet præcluſa uia agēdi: ita uoluerūt Guil.Lau. & Paul. in cle.j.extrà de offi.ordi. quæ doctrina fuit approbata à Petr.de Ancha.& à Io.de Imo.ibi. & idem uoluit Paul. in cap.fi.extrà de fo.compet. De qua materia latè per doctores.in c.ad noſtram.& in capit.quemadmodum.de iureiur.& infrà dicetur. Dicit tamen do. Car.in dicta clemen.j.quòd Lau.
32 ibi dicebat, * quòd ubi per fraudem eſſet impoſitū ſilentiū reo uel actori: quòd tunc iudex poteſt inquirere ad utilitatem priuatam: maximè ſi ſit caſus, in quo eſt peccatum notoriè, ut eſt in reſtitutione uſurarum, uel in impedimento executionis teſtamenti: quia talia ſpectant ad eccleſiā, maximè ſi actor iurauit non agere: & ſic dicit Lau. quòd intelligatur dictum capit.ad noſtram. Sed dicit do.Card. quòd propriè hic non fit inquiſitio ad utilitatem priuatam, ſed ad intereſſe publicum. Item adde, quòd doctrina poſita in dicta cle.j.de offi.ordi.uidetur falſa: nam ſentētia eſt Innoc.Ioan.And.de But. & aliorum in c.ad noſtram.extrà de iureiu. ꝙ etiā in cauſa uſurarum, quòd fortius eſt, ſi ſoluens eſt excluſus à uia repetendi uſuras: quia ita iurauit non repetere: tamen iudex ad priuatam utilitatem, & ſic ad priuatum intereſſe, non poteſt formare inquiſitionem ſuam, ad hoc ut ille reſtituat uſuras: ſed bene poterit formare inquiſitionem ad pœnitentiam imponēdam, licet in conſequentiam ueniat priuatum intereſſe, quia fructuoſam, non poteſt agere pœnitentiam, niſi reſtituat alienum.cap.non remittitur peccatum.de reg.iur.& ita uoluit Hoſti.
33 in capit.j.extrà de uſur. * Item adde in hac materia alios caſus, quos poſuit Ant.de But. & alii in dicto capit. ad noſtram. extrà de iureiurād. Item adde alium caſum, quem poſuit Bal. in l.ſancimus.per illum tex.C.de ſac. ſanct.eccl.qui dicit, ꝙ licet fuerit ſententia Inno. in d.c.ad noſtram. ꝙ in cauſa ciuili nō poteſt formari inquiſitio: tamen fallit fauore eccleſiæ: quia contra detentatores rerum eccleſiarum, poterit iudex formare inquiſitionem ciuiliter. Et pro hac cōcluſiōe bene facit id quod dixit Bal. in c.j.§.ſi tres. de pa.iur.fir.qui uide-
34 tur uelle, * ꝙ in cauſa ciuili, iudex nō poteſt formare inquiſitionē, niſi in tribus caſibus: in cauſa uſurarum, in cauſa ſuſpecti tutoris, & ubi aliqua pietas mouet iudicē. & idē dixit Bal. in c.primo. §.iniuria.de pa.iu.fir.ubi allegat Cynū in l.mulierē. C.ſi man. ita fuer.ali.ne proſti. quem ſequuntur doct.ibi. ꝙ in cauſa miſerabilium perſonarū, poteſt iudex formare inquiſitionem ciuiliter. Sed cauſa eccleſiæ eſt cauſa pia, & dicitur habere

 fauorem

fauorem miſerabilium perſonarum. arg.eorum quę habentur in l.ſi.C.de ſac.ſanct.ecc.igitur & cætera. Et pro hac concluſione facit quod dixit etiã Hoſtien. & ſequitur Ioan.And.in ca. ſolitæ.extrà de reſtit.ſpo.in j.colum.
35 qui dixit, * ꝙ licet uideatur probari, quòd in cauſa ſpoliationis iudex poſsit formare inquiſitionem ciuiliter: hoc uerum, quando cauſa eſſet miſerabilium perſonarum, uel epiſcopus inter clericos ſuos haberet iudicare in tali cauſa. Adde tamen,quòd licet Innoc.in dicto capitulo,ad noſtram.& in c.quoniam frequenter.extrà ut lite non conteſt.dixerit, quòd ciuiliter ſuper iuribus eccleſiæ inferior à Papa non poſsit per inquiſitionẽ, exiſtente legitima cauſa,procedere:niſi quòd domi. Anto. de But.in dicto c.quoniam. §.ſunt & alii.declarat hoc, quòd erit legitima cauſa, ſi quis occupat, uel male tractet iura eccleſiæ.uide tamen Imo.in dicto §.ſunt & alii. qui aliter intelligit dictum Innoc. & Imo.in d.ca.ad noſtram.uide dicta Anto.de Butr.in capit.uenerabili.extrà de offic. dele. in penulti. columna.uide Ro.in ſingula.primi anni,quod inci.Inno.dubitat &c.& eſt ſingul.penul.illius primi anni, qui per bonas rationes cõcludit,quòd etiam inferior à Papa, &
a quilibet iudex, [a] poteſt procedere per uiam inquiſitionis ſuper rebus eccleſiæ,& aliarum perſonarum mi-
36 ſerabilium. * Adde etiam alium caſum poſitum per Fed.de ſenis in ſuo
b eleganti conſi.ccix.[b] qui dixit, quòd ſi Papa delegat unum iudicem ſuper iniuriis & uiolentiis:talis iudex poterit formare inquiſitionem ciuiliter ſuper eiſdem:& non poterit formare inquiſitionem ad hoc, ut reus criminaliter puniatur:& hoc concludit per bonas ratiões: de quibus ibi per eum.Et certè mirabilis eſt illa doctri-
37 na. * Adde alios caſus collectos per domi.Anto.in d.c.ad noſtram.& alii etiam poſſent colligi ex doctrina Sali.in d.l.ea quidem.& per Bald. ibi,dum allegat l.inter dum.§.qui furem.ff.de fur.& uide Ange.in l.inter litigantes.ff.de iud. & Bar.in dicta l. ſi uacantia.Et inquantum do.Angel. hic ponit materiam quando in criminalibus poſsit formari inquiſitio.
38 * Adde, quòd ultra alios caſus poſuit alium Ioan.And.in ca.j.ut eccle. benefi.propter iniuriã illatã presbyteris & illorum miniſtris, in eccleſia uel cultu diuino:per ea quæ habentur in l.ſi quis hoc genus.C.de epiſc. & cle.Gandi.uerò in tracta.maleſi.in rubric.quomo.cogno. de maleſi.per inquiſi.& melius in rubric.quid ſit accuſ. & quan.accuſa.eſt neceſſ.enumerat alios caſus, ubi per inquiſitionẽ poteſt procedi in crimine ſacrilegii.
39 dicta l.ſi quis in hoc genus. * Item, in charta falſa coram iudice produ-
40 cta.l.iubemus.C.de probat. * Item quando hæres qui adit hæreditatem cum beneficio inuentarii, aliqua de hæreditate ſubtraxit:ut C.de iure de
41 libe.l.ſancimus.§.licentiam. * Item, approbat etiam, quando ſocius no-
42 minat ſocios * Item, in crimine notorio. & hoc uoluit etiam gl.in c.de manifeſta.ij.q.j.& in d.cap.j.ut eccle.
43 benefic. * Item, in bonis damnatorum.l.ſi quis intra.C.de bo.proſcrip. & tandem multas alias leges allegat etiam, ubi ſpeciale eſt, quòd poteſt formari inquiſitio. uide etiam Ioan. An.in dicto c.j.ut eccle.beneſi.ponẽ-

tem



tẽ multos alios caſus, ubi poteſt etiã formari inquiſitio:ſed Imo.ibi eum
44 reprehendit. * Item adde alium caſum ultra docto. ut contra turbantes,uel iniuriantes ſcholares, poteſt formari inquiſitio:ut dicit Bal.in authenti. habita. C.ne fi. pro pa.in viij.
45 colum. * Adde aliũ caſum per Angel.poſt docto.ibi, in l.mulierem.C. ſi manci.ita fuer.alie. quòd ubi delictum committitur contra miſerabilẽ perſonã,in omni tali delicto inquiſi-
46 tio criminalis poteſt formari. * Itẽ, ubi delictum eſt notorium:& de materia uide per Bar. in extrauag.ad reprimen.in uer.per inquiſitionem.ubi idem dixit,quòd in dicto §.ſi publico.& per Bald. in dicta l.ea quidem. Et inquantum quidam nituntur impugnare gloſſ.illam in dicta l.ij.§.ſi publico.de adul.quæ dicit,quòd regula eſt,quòd de iure ciuili non poteſt formari inquiſitio contra delinquentem. ſed iſta regula habet multas fallentias, ut ſuprà dictum fuit.
47 * Adde, quòd gloſſ.noſtra iuris ciuilis uidetur uera. pro qua allego aliam gloſſ.de iure cano.in c.de manifeſta.ij.q.j.approbant omnes docti.ibi: & aliam gloſſ.in c.j.extrà ut eccle.benefi.quæ gloſ.faciunt regulam, poſtea ponunt exceptiones, in quibus caſibus poteſt formari inquiſitio.Ad idem allego gloſſ.inſtit. de pub.iudic.in prin. & gloſſ.in l.tutor. §.præterea.ff.de ſuſpe.tuto. & gloſſ. in l.reſcripto. §.ſi quis accuſatorem. ff.de mu. & ho.faciunt no.per gl. in
48 d.l.nullũ. & l.pe.C.de proba. * Sed aduerte, quòd iſta doctrina uidetur falſa:& primò in hac difficultate allego autoritatem Ioan. And.in c.felicis. extrà de pœn.in nouel.lib.vj.qui dicit,quòd hodie de iure nouiſsimo, in omni crimine poteſt formari inquiſitio:per text.in authen. de colla. §.iubemus.per quem tex.dicit etiam Ioan. Fab.inſtit.de publi.iud.in prin. quòd ſatis hodie poſſumus dicere, tam de iure ciuili,quàm canonico:ꝙ præcedente infamia,poteſt de omni crimine formari inquiſitio. & ita dicit,quòd de facto obſeruatur.Præterea hoc idem eſt de conſuetudine, quia licet de iure non poſsit formari inquiſitio, niſi in certis caſibus ſuprà enumeratis:tamen hodie,de cõſuetudine, poteſt formari inquiſitio regulariter in omnibus caſibus: & primò ad hoc allego autoritatẽ Gan. in tract.maleſi.in dicta rub.ſuprà alleg.qui dicit,quòd de iure Lombardo,poteſt formari inquiſitio in omnibus caſibus,ſed etiam de conſuetudine in aliis locis.de quo dicto Gandi.fecit mentionem Bal.in dicta l.ea quidem. Quinimo ſaltẽ de iure cano.hodie in omnibus caſibus poteſt formari inquiſitio,præcedẽtibus his, de quibus in ca.qualiter & quando. extrà de accuſat. Ita in terminis not. Anto.de Butr.in cap.j.extrà de offic. ordi.per illum text.in j.colũ.& idem Anto.in c.j.ut eccle.benefi. in vj.col. eſt & ſententia Archi. in d.c.felicis.§. ſi.extrà de pœ.lib.vj. & doct.communiter in dicto ca.qualiter & quando. Sed aduerte,quia regulariter teneo, ſiue de iure ciuili, ſiue de conſuetudine,ſiue de iure canonico,non poteſt formari inquiſitio,niſi in caſibus ſ.enumeratis:& regula eſt uera, tam de iure ciuili, quàm de iure canonico, quòd inquiſitio non poteſt formari.Fallit in caſibus ſuprà enumeratis:hoc ſatis ſ.probatum eſt authori-

 tate

tate illarũ gloſſa.de iure ciuili & ca-
nonico, in d.§.ſi publico. & in dicto
c.de manifeſta.& in d.c.j.ut eccle.be
neſi.ubi gloſſ. noſtri ſemper poſue-
runt exceptiones à regula: & ſic eſt
falſa illa doctrina Ioan. Andr.in d.c.
felicis.& ideo illa gloſſ.in dicto c.de
manifeſta.quæ dicit, Fallit quādo cri
men probatur per inquiſitionem:uo
luit dicere, quòd ubi præcedunt illæ
ſolennitates,& ſunt probatæ: de qui
bus in d.c.qualiter & quando.pote-
rit procedi hodie per inquiſitionem:
quia fateor hic,quòd iſte eſt unus de
illis caſibus ubi poteſt formari inqui
ſitio,quādo fama præceſsit. Et ideo,
in hoc reprehēdo Bar.in l.congruit.
ff.de offic.præſi. qui dixit, quòd ubi
ſancitum eſt, quòd in certis caſibus
ſpecialibus poſsit procedi per inqui
ſitionem:hoc debet intelligi,ſi fama
præceſsit: quia dico,quòd in omni-
bus caſibus, poteſt formari inquiſi-
tio,ſi fama præceſsit, per d.c.quali-
ter & quando.Nec ob.ille text.in §.
iubemus.per quem tex.Io. And.in d.
c.felicis.dicit,quòd hodie de iure no
uiſsimo, in omnibus delictis poteſt
formari inquiſitio. Nam hæc ſua ſen
tentia eſt falſa,quia ille text.loquitur
in caſu ſpeciali, ubi poteſt formari
inquiſitio.Et ideo ipſemet [c] Io. And.
melius,& rectius in hac materia locu
tus eſt in addi.Spe.in titu. de inquiſi.
§.quando autem.in uer.ij.ubi repre
hendit iudices qui hodie in Italia de
conſuetudine in omni delicto for-
mant inquiſitionē:& dicit,quòd ma-
lefaciunt.Ecce ergo quomodo Ioā.
Andr. totum dixit contrarium eius,
quod dixit in dicto capitulo,felicis.
Adde tamen quòd Guid.de Suza.in
tract. de maleſi.ſub rubric.quali.fiat

inquiſitio.dicit, quòd de generali cō
ſuetudine, hodie Poteſtates omnes
in omnibus criminalibus procedunt
per uiam inquiſitionis,licet cōtra ius
ſit:quia niſi in xiij.caſibus de iure hoc
fieri non poteſt. Et in hac materia
multum elegāter locutus eſt Gaſpa.
de Calde.in conſi.ſuis, in titu.de ac-
cuſa. conſilio primo. qui ponit, qui
ſunt caſus,in quibus de iure ciuili po
teſt procedi per uiam inquiſitionis.
Preterea,quòd in omni crimine poſ-
ſit formari inquiſitio de iure canoni
co:hoc etiā nō credo uerũ,quia Spe.
& Ioan.Andr.in dicto §.quando au-
tem.dum ponunt exceptiones à regu
la,uidentur ſentire contrariũ. & Ioā.
And.in dicto cap.primo.ut ec.bene-
fi.Et ideo.licet Bal. dixerit in capitu-
lo primo. extrà de offic. ordin.quòd
inquiſitio de iure canonico, eſt re-
medium ordinarium:ſed de iure ci-
uili, eſt remedium extraordinarium.
Nam omnis exceptio, quæ eſt con-
tra regulam, dicitur eſſe remedium
extraordinarium: & ſic Bald.uidetur
ſentire,quòd de iure canonico, nul-
la eſt exceptio criminis, quin in o-
mni crimine poſsit formari inquiſi-
tio: quia ordinarium remedium eſt
hoc de iure canonico: ſed de iure ci-
uili,eſt ſecus:quia eſt extraordinariũ
remedium: patet,quia non inquiri-
tur niſi in caſibus exceptuatis. Nam
dico,quòd iſta doctrina Bald.eſt fal-
ſa. Et contra ipſum allego deciſ. In-
noc.in capit.cum oporteat.de accuſ.
qui dixit, quòd inquiſitio eſt reme-
dium extraordinarium: & gloſſ.hoc
dicit in capitulo presbyter.ſecunda
quæſtio.iiij. dum dicit, primo debet
præcedere accuſatio,poſtea inquiſi-
tio.faciunt ea quæ habentur in capi-
tulo



talo nullus.iij.quæſt.iiij. & facit cap.
quoniam contra.coniuncta gloſſ.de
proba. ubi appellatione iudicii ordi
narii,nō uenit inquiſitio: & ideo gl.
in indiuiduo de iure cano. in capitu
lo,cum ſpeciali. extrà de appella.in
uer. eum iudicem.uult quòd proceſ-
ſus inquiſitionis dicatur extraordina
rius proceſſus: & hoc credo uerum,
licet Inno.in capitulo,dilecto.de ſen
ten.excom.libro ſexto. tenuerit con
trarium.& Bald.in capitulo ſuper li-
teris.extrà de reſcript.allegat Innoc.
hoc uoluiſſe ibi,quòd de iure cano-
nico,inquiſitio ſit remedium ordina
rium.Adde tamen,quòd in hac mate
ria uidenda eſſent dicta Barto.in l.ſi
maritus.§.j.ff.de adult. & do.Bal.in
l.j.§.cum urbem.ff.de offi.præfe.ur.
& Ang.in l.ea quidem. C.de accuſ.&
dicta do.Abb.in rubr.extrà de iu.ubi
uidetur concordare opi.& uide Do.
de ſan.Gemi.latius loquentem in ca
pitulo,multi.ij.q.j.& Baldũ.in l.pri-
ma.C.qui accu. & Angel.in dicta l.ſi
uacantia.Item aduerte, quòd in illis
caſibus exceptuatis à regula,in qui-
bus dixit, quòd poteſt formari inqui
ſitio:poſſem allegare multas deciſio
nes ſimiles,ſed quia in hoc nemo cō
tradicit: ideo ſum cōtentus pro nūc
de huiuſmodi allegationibus.

ADNOTATIO. a ¶ Iudex.
*Circa hanc materiam, uidelicet, qui Iudex poſsit inquiſitionē facere contra ſuos ſubditos, uide longam & bonam diſ.do. Henrici Boyc,qui per duas col. eam examinat.in c.primo extrà de offic.ord.* Hie. *Chucha.*

b ¶ Conſi.ccix. *Adde tu, quod eſt in cōſil.cxvj.inci.do.Fed. & dicit hoc probari in authen.de collatio.§.iubemus.* Ber.

c ¶ Et ideo ipſemet. *Aduerte tu,quia Ioan. And.ibi loquitur de iure ciuili, ſed de iure ca. ſentit ſecus,ut ſuprà.*

HIERO. Inquantum Angel. &
Auguſti.laborant,an gloſſ.in dicta l.
ſecūda. §.ſi publico.de adulte.ſit ue
ra,quòd regulariter de iure ciuili nō
eſt permiſſa inquiſitio, niſi in certis
caſibus.dicatis,quòd domi.Alber.de
Roſa.in l.ea quidem. C.de accuſa. &
in dicto §.ſi publico.tenet illam glo.
& dicit eam communiter à docto.ap
probatā.ſubdit tamen,quòd de con-
ſuetudine,& alicubi de ſtatuto,iudi-
ces de omni crimine inquirunt: pro
quibus dicit benefacere text.in au-
thent.de colla.§.iubemus.coll.ix. &
ff.ad legem Iul.pe.l.iiij. §.mādati.l.
congruit.de offi. præſi. & Amede.in
tracta.de ſyndic.columna vij.& ean-
dem opinio.gl.tenet Bal.in ſua pra-
ctica:quam dicunt quidā fuiſſe Tan-
cre.de corne.in rubr.de quæſtio.cir-
ca inquiſitio.in j.q.ubi etiam firmat,
quòd nec etiam de iure cano.in om-
ni cauſa ſeu crimine generaliter poſ
ſit inquiri:& reſpondebit ad c.quali-
ter & quando. cum ſuis cōcor.quod
loquitur quando inquiritur contra
aliquem in ſua adminiſtratione, uel
officio præſidentiæ,ut ſuæ uillicatio
nis rationem reddat:tūc enim, quia
eius adminiſtratio cōſiſtit circa mul-
ta:ideo nō eſt mirum, ſi de multis in
quiratur.arg.l.j.C.de tranſact.& l.exi
gendum.C.de procur.& l.j.de admi.
tut.& l.procu. C.de trāſact.unde etiā
de omnibus delictis cōmiſsis & per
eū perpetratis,poteſt inquiri: ut au-
then.ut iud.ſi.quoquo ſuffra.& de di
uer.& tempo. præſcrip.l.j. & de ſtat.
mo.c.j.in princ. ſed prædicta omnia
non ſunt trahenda ad conſequentiā
inquirendi contra ſpecialem perſo-
nam

nam præter adminiſtrationem offi-
cii delinquentem : quia de hoc nihil
dicitur in dicto c.ſtabimus ergo iuri,
quod non inuenio correctum &c. ut
C.de teſta.l.ſancimus. nec obſt. etiã
iura alle. uidelicet, §.iubemus. & §.
mandatis. quia reſpõdeo dupliciter.
primò, ſecundùm Marſil.quòd dictę
leges intelligantur,& loquãtur,quã-
do generaliter contra perſonam in-
quiritur : ut in l.congruit.ff.de offic.
præſi.& ita uidetur ſentire ibi gloſſ.
Ia.Al.& Bartol. & Alber.in d.§.ſi pu
blico.ubi multas ſolu.ponit ad dicta
iura.uel ſecundò,ſecundùm Dy. quã
do crimina ſunt notoria & manife-
ſta : nam tũc permiſſum ſit iudici in-
quirere,& interrogare. ſubdit tamẽ,
quòd de conſuetudine contrarium
obſeruatur:& hanc opi.uidetur tene
re Aret.in rub.extrà de iud.ubi dicit,
quòd etiam de iure can. regulariter
non eſt permiſſa inquiſitio. Vos ta-
men domini , reiectis opin.teneatis
cum Sali.& Angel.hic & Areti.idem
tenenti in ca.qualiter & quando.ex-
trà eod.colũ.xiiij. pro quibus allego
Vitali.in ſuo opere malefic. in dicta
rubric. de inquiſi. ubi concludit per
ſupradicta iura, quòd procedi poſsit
per inquiſitionem in omni caſu : &
quòd ita de generali conſuetudine
obſeruatur,quæ uicem l.obtinet : ut
ff.de leg.l.cùm de conſuetudine.l.de
quibus. §.fina.& quæ ſit lon. conſue.
C.l.j. & ſic cùm tam certã habuerint
interpretationem, minimè eſſent im
mutanda : ut in l. minimè.ff.de legi.
quod tamen intelligit fama præce-
dente,clamore, uel indicio uno, uel
duobus:per dictum c.qualiter. & ibi
nota.& c.cùm oporteat.eo.titu.idem
etiam tenet Ioã. Fab.in l.ea quidem.
C.de accuſ.& Præpo. in ſum.ij.q.viij.
colũ.xxij.uerſic.in criminibus autem
&c.& hæc uidetur uerior opi. Secun
dò,inquantum Ang.tangit,an quan-
do agitur de priuata utilitate, poſsit
inquiſitio formari.adde quod Areti.
ubi ſuprà,columna xv.uerſi.ſed quæ
ritur.tãgit quæſtionẽ, & finaliter cõ-
cludit,quòd ſic, per l.cõgruit.de of-
fic.pręſi.ubi generaliter uidetur per-
mittere iudicem ſuper omni delicto
poſſe ſpecialiter inquirere. & ponit
exemplum in furto,quod eſt crimen
priuatum:ut in l.fina.ff.de furt.& ta-
men pro eo ponitur pœna corporis
afflictiua:ut in authent.nouo iure.C.
de furtis.& in corpore , unde ſumi-
tur. & ibi reſpondit ad quædam fa-
cientia contra hanc opin.& concor-
dat cum eo Præp. ubi ſuprà,qui de
uerbo ad uerbum omnia motiua &
fundamenta Areti. eo tacito poſuit,
dũ tamen ex ſufficientibus indiciis
moueatur iudex ad inquirendum.
Tertiò,inquantum Angel. & Augu.
enumerant hic plures caſus in qui-
bus poteſt formari inquiſitio,tam ad
publicam utilitatem, quàm etiam ad
priuatam:uide quàm plures per Bal.
in ſua practi.in d.rub.& q.& Præpoſi.
& Vitali.ubi ſuprà. Zaneti. in repet.
c.j.extrà de accuſ.ſuper ru.col.xij. &
Alex.in apoſt.ad Bart.in d.§.ſi publi-
co.Io.de Platea inſtitu.de pub.iud.in
princip.col.ij.& tertia.& per Soci.in
tract.fallen.quem dicunt fore ſuum,
in cc.regula.ubi ponit vij.fallen. per
ordinem : in quibus poteſt iudex in
criminalibus etiam ad priuatam uti-
litatem inquirere , quas referre non
curo , ne longum proceſſum facia-
mus. Item, inquantum dicunt, quòd
quando unus ſocius nominat alios,
iudex



iudex poteſt inquirere:addatis quòd
contraria ſententia uidetur uerior:
quam tenet Fulgo. conſilio cxxxvj.
col.fina.uer.nouiſsimè.Alexã.conſil.
cxxviij. incip. quoniam abundè.col.
fi.lib.iiij. Phili. Deci.conſil.clxxv.in j.
parte.incip.in cauſa falſita.columna
ij.uerſi.ſecundò dato.& in conſil.cc-
xxxiiij.incip.in effectu quæritur.col.
j.in ij.parte. ubi allegat plures con-
cord.pro qua mihi uidetur quòd fa-
ciat doctrina Vitali.de qua ſuprà,in-
quantum uult,quòd non poſsit pro-
cedi ad inquiſitionem, niſi ſaltem ſit
unum indicium cõtra delinquentẽ:
ſed dictũ ſocii non facit indiciũ:uult
Sal.in l.fi.C.de accuſ.& Ale. & Phili.
in præall.cõſi.ergo dicendũ eſt iudi
cem non poſſe propter eius dictum
inquiſitionẽ informare. Item etiam
facit pro hac opin.doctri.Angel.hic,
cum concor.de quibus ſ.quando ſci
licet poſsit contra certam perſonam
iudex ſuã inquiſitionẽ formare &c.
Quartò inquantum Ang. & Auguſt.
dicunt poſſe formari inquiſitionem
in cauſa uſurarũ : addatis, quòd hoc
procedit de iure canonico , non ta-
men de iure ciuili:ita Bal. in cap.j.§.
ſimiliter. col.ij.uer.extrà not. &c. de
contro.inueſt.refert & ſequitur Phi-
lip.Dec.conſil.clxx.in j.parte.colum.
iij.uer.confirmatur.inci.uiſo thema-
te & his quæ narrata & cætera.

49 *Inquiſitionis uia qui iudices procedere poſsint.*

ANGELVS.

TERTIO Principaliter eſt ui-
49 dendum, * qui iudices poſsint per
uiam inquiſitionis procedere . & di-
co, quòd Ange.in dicta l.ſi uacantia.
dicit,aut eſt cauſa meri imperii prin-
cipaliter,aut incidenter: aut eſt cau-
ſa merè pecuniaria. Primo caſu ne-
mo formabit illam inquiſitionem,ni
ſi ſit iudex qui habet merum impe-
rium , nec poteſt hoc merum impe-
rium delegari. l. j. ff.de offi.eius cui
man.eſt iuriſd.& l.imperium.ff.de iu
riſd.omn.iudic. Si autem cauſa meri
imperij incidit in dicta cauſa merè
ciuili,etiam pecuniaria,& tunc quili-
bet iudex coram quo tale crimẽ in-
cidit, poterit cognoſcere de tali cau
ſa.l.nullum.C.de teſti.cum ſim.Et eſt
ratio:quia ratione incidentis cogni-
tionis cauſa meri imperij deuoluta
eſt ad ſuam iuriſdictionẽ. l.quoties.
C.de iud.Secundo caſu,quando cau
ſa eſt merè pecuniaria & ciuilis,ſpe-
ctans ad publicam utilitatẽ: & tũc o-
mnis iudex qui habet cognitionẽ de
illa cauſa, poterit per inquiſitionem
procedere in dicta cauſa,ut eſt tex.in
d.l.ſi uacãtia. & ita dicit do.Ang.ibi.

AVGVSTI. Tu autem in hac
materia adde quæ dixit Spe.in tit.de
inquiſi.§.j.in uer. item opponitur ꝙ
uolens &c.qui dixit, quòd Papa &
Imperator inquirũt per ſuos legatos
a uel delegatos [a] . Itẽ epiſcopi in ſuis
diœceſibus . Item metropolitanus,
non tamen in clericis ſuffraganei, ni
ſi in caſibus qui no.in c.paſtoralis.de
offi.ord.Item pręſes prouinciæ.Item
quicunque habet cognitionem cau-
ſæ criminalis : hoc eſt,merum impe-
riùm.& qui ſunt iſti,not.per Spec.in
tit.de iuriſd.om.iud. & allegat dict.
c.qualiter & quando.& c.ſicut olim.
extrà de accuſ.& c.j.extrà de offi.or.
& l.j.§. ſi quis ultrò.ff.de quæſtio. &
in fine concludit, quòd quicunque
iudex qui poteſt corrigere & puni-
re , poteſt & inquirere : & hanc ſen-
tentiam tenuit Hoſtiẽ.in ſum. de in-
quiſitio.

quiſitio.§.ſi quis poſsit. qui in effe-
ctu hoc dixit. Adde tamen, quòd in
hac materia in illa inquiſitione ge-
neraliſsima, de qua locutus ſum ul-
tra docto.quòd illam inquiſitionem
generaliſsimam poteſt facere epi-
ſcopus, & quilibet metropolitanus:
ſecundùm tamen formam traditam
in c.ſicut olim. extrà de accuſa. & in
authen.de ſan.epiſco.§.ut autem o-
mnis.col.ix. Item illam inquiſitionē
ſuper ſtatu alicuius eccleſiæ, uel lo-
ci,tam ſuper capite,quàm ſuper mē-
bris,poteſt facere quilibet prælatus,
qui habet eccleſias ſub ſe pleno iu-
re:ut in c.conquerente. extrà de offi.
ord. Item ſcias, quòd Old.in conſil.
b ſuis,conſi.ccxiij. [b] dicit, quòd iudex
delegatus ſuper iniuriis & differen-
tiis, cenſetur etiam habere poteſta-
tem inquirēdi ſuper huiuſmodi uio-
lentiis.

ADNOTATIO.a ¶Per ſuos
delegatos.*Adde tu tamen, quòd dele-
gati Papæ in ſuis prouinciȷs non poſſunt
dicere ſentētiam ſanguinis. ita Io. An.in
c.ſi.ne cle.uel mo.lib.vj.tamēſi Papa cō-
mittat ſacerdoti cauſam capitalē ex cer-
ta ſcientia, uidetur diſpenſare ut ſenten-
tiam capitalem dicat.ita Fran. de are.in
conſ.lviij.ubi etiam dicit,quòd ſtatutum
de duabus diebus,nō habet locum in cau
ſa inquiſitionis.Ber.*

b ¶Conſi.ccxiij.*Adde, quòd uoluit al-
legare Fed.de ſenis in conſi.ccxvj.Ber.*

HIERO. Inquātum quærit An-
gel.qui iudices poſsint per uiam in-
quiſitionis procedere:addatis,quòd
iſtam quæſtionem melius quàm ali-
bi reperietis examinatā,per do.Hēr.
Boyc.in c.j.de offi.ordi.extrà in j.diſ.
quem omnino uideatis, & quia lon-
ga eſt eius di. eam referre non curo.
ſufficiat uobis remiſsio.

*50 Inquiſitio quot de neceßitate requi-
rat,ad ſui ſubſtantiam.*

*51 Inquiſitio quando teneat,etiam ſi non
præcedat diffamatio.*

*52 Inquiſitio non tenet, ſi non habet de-
bitam formam.*

*53 Inquiſitio, uel libellus criminalis, non
requirūt de neceßitate concluſionem.*

*54 Inquiſitio debet fieri in ſcriptis.*

*55 Inquiſitio non requirit quod lis con-
teſtetur.*

*56 Solennitates iuris uel ſtatutorum non
requiruntur in modo procedēdi uel cō-
demnandi quando crimina leuia ſunt.*

*57 An iudex inquirens ex mero ſuo offi-
cio,poßit formare inquiſitionem, nul-
la diffamatione præcedente.*

*58 Inquiſitio fit in crimine hæreſis, nulla
diffamatione præcedente.*

*59 Inquiſitio ſpecialis tenet, non præce-
dente diffamatione,quādo de conſcien
tia principis formata eſt inquiſitio.*

*60 Inquiſitio ſiue proceßus non tenet,ni-
ſi fama præcedat, licet reus non oppo-
ſuerit, & reſponderit inquiſitioni, &
ſemper poterit opponere.*

*61 Inquiſitionem & capturam debet
præcedere fama, quæ originem ha-
beat ab honeſtis & fide dignis.*

*62 Inquiſitio generalis non debet conti-
nere tempus nec locum.*

*63 Inquiſitio in crimine hæreſis tenet, ſi-
ne loco & tempore.*

*64 In crimine falſi tenet proceßus, ſine
loco & tempore.*

*65 Inquiſitio formata contra certam
perſonam de pluribus criminibus in
genere commißis,non requiruntur ſpe
cificationes circunſtantiarum.*

*66 In criminalibus hodie de conſuetudi-
ne concluditur per illam clauſulam:
quare peto eum condemnari, ſecundū
formam iuris & ſtatutorum.*

*67 In inquiſitione non fit litis conteſta-
tio,niſi ex parte rei.*

*68 Crimina quæ dicantur eſſe leuia.*



ANGELVS.

50 QVARTO principaliter * quæ-
ro,quot ſunt neceſſaria pro ſubſtan-
tia inquiſitionis:& dic quòd quinq;.
Primò, quòd ex parte iudicis inqui-
rentis ſit Iudex competens:aliàs non
ualeret quicquid actum eſſet.C.ſi à
non compet.iudi.per totum. Secū-
dò requiritur ex parte rei cōtra quē
inquiritur, quòd ſit ſuppoſitus iuriſ-
a dictioni inquirentis [a] quo ad illud
crimen, aut ratione loci, aut de-
licti.l.j.C.ubi de crimin.agi oporte.
aliàs non poſſet contra eum inqui-
rere.capit.ſi diligenti.de foro com-
pet. Tertiò requiritur ex parte cau-
ſæ de qua inquiritur, quia non ſu-
per omni crimine,de iure ciuili,po-
teſt inquiri, ut ſuprà dictum eſt,ſecū-
dùm Salicetum. Quartò requiritur
ꝙ fama publica à fide dignis præ-
cedat:& non ſemel, ſed ſæpius: & ſit
tanta, quòd generet ſcandalum, &
ſine periculo tolerari nō poſsit.ca-
pitulo, ad petitionem. & capitulo
qualiter & quando. & capitulo cum
oporteat.extrà de accuſatio.ita dicit
Angelus in dicta l.ſi uacantia. & ſi
iſta diffamatio nō præcedit, nec in-
quiſitio procedit. Sed Angelus in di
cta l.ſi uacantia.in uer.de quinto no
tabili articulo. dicit, quòd in pluri-
bus caſibus tenet inquiſitio.quantū-
cunque non præcedat diffamatio.
51 * Primò, quando reus eſt præſens,&
b non opponit: [b] ut in capitulo ſecū-
do.de accuſatio. in ſexto. quia tunc
tenet inquiſitio ſine diffamatione.
Item fallit in inquiſitione generali
contra caput & membra:ut in cap.j.
de offic.ordin. & ſic Syndicus po-
teſtatis qui inquirit contra poteſta-
tem & eius officiales, & ſic contra
caput & membra, poteſt inquirere
nō pręcedente aliqua diffamatione.
Tertiò fallit quando ad denunciam
c officialium [c] procedit: ut dicta l. ea
quidem. Quartò fallit quādo Iudex
ex mero officio inquirit, & non ad
poſtulationem uel querelam alicu-
ius.dicto capitulo primo. de offic.
ordina. Quintò, quando iudex in-
quirit ex neceſsitate ſui officii, uel
uertitur periculum animarum:ut no
ta. in capitulo ad noſtram. extra de
iureiurand. quod notandum eſt: ſi
per ſtatutum cauetur, quòd poteſtas
teneatur inquirere de tali delicto:&
ſi non fecerit, imponit ſibi pœnam:
& tunc in tali crimine poteſt inqui-
ſitio formari, non præcedente ali-
qua diffamatione:aliàs poterit inqui
rere ſi uellet: ſed non arctatur à ſta-
tuto,tūc regulariter requiritur,quòd
d diffamatio præcedat, [d] niſi in ca-
ſibus ſupradictis: ut in.c. qualiter. &
in c. inquiſitionis. de accuſ. ita dicit
Ang.in di.l.ſi uacantia.uer.de quin-
52 to uerò articulo. * Sextò requiritur
ex parte formæ inquiſitionis:quia ſi
e non habet debitam formam, [e] non
tenet. d.c. qualiter & quando. & di-
cto c.inquiſitionis.facit l.j.ff. ſi men.
fal. mod. dixe. ita dixit Angel.in l. ſi
uacantia. & in iſta forma eſt, quòd
pars citetur.ita dicit Aug.in dicta l.ſi
uacantia.in prin.facit cle.paſtoralis.
de re iudi.Item,quòd apponatur lo-
cus & tempus, ſicut in accuſatione.l.
libellorum.ff.de accuſ.quoniam Iu-
dex inquirens,ſuccedit in locum ac-
cuſatoris,pręterquā in ſubſcriptione
ad pœn

f ad pœnam talionis: [f] quia non de-
bet ſe ſubſcribere: ita dicit Bartol. in
dicta l. ij. §. ſi publico. uer. quæro utrũ
in inquiſitione. & in uer. utrum in
inquiſitione iudex. & Angel. in dicta i
l. ſi uacantia. in uer. quæro an iudex
teneatur ad pœnam talionis. & in
uer. quero an in inquiſitione debeat
apponi locus. & Salic. in dicta l. ea
quidem. uer. ſi per denunciationem. k
53 Et ſubdit do. Ange. hic,* quòd licet
in libello ſit neceſſaria concluſio, ta
men in libello criminali uel inquiſi-
tione, non eſt neceſſaria concluſio: 55
ut not. in l. j. ff. de eden. quia ius con-
cludit ad pœnam ſine iudice. l. j. ff. ad
Turpil. ita not. Bald. in dicta l. edita.
C. de eden. Sed de conſuetudine ac-
cuſator concludit. dum petit eum pu
niri ſecundum formam iuris uel ſta-
g tutorũ: [g] & iudex inquirens conclu-
dit, apponendo illam clauſulam, ſu-
per quibus omnibus & ſingulis &c.
Ita dicit Bart. in dicto §. ſi publico. in
uer. tertio quæro utrum inquiſitio
debeat continere concluſionem. &
54 Ange. in dicta l. ſi uacantia.* Item re-
quiritur quòd inquiſitio fiat in ſcri-
h ptis, & redigatur in ſcriptis, [h] ſicut
libellus in ciuili: ita dixit Ang. in di-
cta l. ſi uacantia. in uer. item quæro
an quando fieri debeat inquiſitio. Et
fuit originale uerbum Azo. in auth. 56
de exhib. re. in §. ſcimus. in fi. gl. ma- l
gnæ. Item iudex debet animaduer-
tere, quòd antequam faciat inquiſi-
tionem, interroget reum ſuper quo
intendit inquirere contra eum: aliàs
ſi primò formaretur inquiſitio, &
poſtea interrogaret, non ualeret: ut
in capitu. qualiter & quando. in uer.
debet igitur. de accuſa. Sed Ange. in
dicta l. ſi uacantia. in uer. proceditur
autem in inquiſitione ordinaria. di-
cit, quòd hoc de conſuetudine non
ſeruatur: quia imò ſemper ante fit
inquiſitio, & poſtea interrogatur.
Sed dic quòd illa doctrina [i] Ange.
in dicta l. ſi uacantia. procedit quan-
do iudex contra abſentem inquirit.
Si autem reus eſt præſens & in for-
tia officialis, tunc ſemper iudex in-
terroget [k] cum tortura: & ſi non, in
camera pluries, ut uideat bene ſu-
per quo poſsit informare inquiſi-
tionem, & poſt eius interrogationẽ
formet inquiſitionẽ. * Itẽ nõ eſt ne-
ceſſe ꝙ ſuper inquiſitione lis cõteſte
tur: quoniã hic nõ eſt actio: ergo nõ
eſt dare conteſtationẽ: & licet nõ ſit
litis conteſtatio, fieri tamẽ debet per
iudicẽ interrogatio, & per reũ reſpõ
ſio: ut infrà patebit in gl. ſuper uerbo
(cõſtitutus &c. reſpõdet &c.) Et maxi
mè hoc militat, ubi contra abſentẽ in
aliquibus caſibus poterit fieri cõdẽ-
natio: ut l. quarta. ff. de ſica. & ex for-
ma ſtatutorũ cõmuniter per Italiam,
proceditur contra abſentẽ: ergo nõ
requiritur litis conteſtatio, quia hoc
impoſsibile eſt. ita dicit Angel. in di-
cta l. ſi uacantia. in uerſic. item quæ-
ro an in cauſa inquiſitionis debeat
lis cõteſtari. Et prædicta omnia pro-
cedunt in criminibus grauibus: quia
iſtæ ſolennitates requiruntur. * Sed
in criminibus leuibus [l] ſolennitates
iuris, uel ſtatutorum, non requirun-
tur in modo procedendi, uel con-
demnandi: ut in authen. niſi breuio-
res. C. de ſent. ex breuicu. recit. pu-
ta, ſi quis fuerit repertus ad ludum
azardi uel cum armis, uel de nocte:
ſi pœna eſt pecuniaria & parua, tunc
in his non requiritur ordo iuris, uel
ſtatutorũ: nec requiritur quòd pro-
ceſſus



ceſſus formetur: ſed ſufficit quòd iu
dex faciat mandatũ, quòd ſoluat pœ-
nam: & ſi ſtatuto cauetur, quòd de o-
mni delicto iudex faciat proceſſum:
intelligitur de delictis grauibus, nõ g
autẽ de leuioribus. ita eleganter di-
cit Bar. in l. leuia. circa fi. de accuſa. &
m quæ crimina dicantur leuia [m]: uide
Bar. in d. l. leuia. & plenius in d. l. non
ſolùm. §. ſi mandato. de iniuriis.

ADNOTAT. a ¶Inquirẽtis, h
*Adde tu, quòd tamẽ delegatus papæ po-
terit inquirere & citare exiſtentẽ in ter-
ritorio imperij. ita* Bar. *in extraua. ad re-* i
*pri. uer. totius orbis. & dicit etiam ipſe
ibi, in uerbo, per edictũ. quòd licet iudex
non poſsit citare in alieno territorio: põt
tamen ſcribere iudici illius territorij, ut
reum citet. & ſi fuerit negligens, poterit* k
*poſtea ipſe citare. & prædicta ſequitur
Fran. de Are. in conſi. liij. ubi etiam dicit,* l
*quod ſi inquiſitus comparuerit, & reſpõ
derit inquiſitioni, & deinde receſſerit:
quod tamen ualet ſententia contra eum
lata: ex quo uoluntariè comparuit, licet
non potuiſſet citari.* Ber.
b ¶Et non opponit. *Adde ad hoc* Cæ
*po. in conſi. lxvij.*
c ¶Officialium. *Adde* Cæp. *in conſi. xl.
quem uide.*
d ¶Diffamatio præcedat. *Adde Ful
go. in conſil. cxxxvj. & conſil. clxxv. ubi
conſuluit pro ſtatuto* Vincentiæ: *& uide
infrà, in uerbo, fama publica præcedente.* 57
e ¶Formam. *Adde, quòd ex inepta in-* a
*quiſitione debet ſequi abſolutoria. ita te-
net* Ro. *in conſi. cxliij. & an ſine inquiſi-
tione quis poſsit damnari. uide* Cæpo. *cõ-
ſi. xl. in fi. &* Roma. *in conſi. cx. &* Paul.
*de* Caſt. *cõſi. cxlj. in antiquis. & quæ ſint
præeminentiæ inepti libelli, uide per* Bar.
*in conſi. penul.* Ber.
f ¶Pœnam talionis. *Adde circa
hoc* Io. *de* Ana. *cõſi. j. &* Ang. *cõſ. clxxvij.
& an procurator fiſci debeat ſe ſubſcri-
bere ad pœnam talionis in crimine læſæ
maieſt. uide* Cæpo. *conſi. xvij.*
g ¶Statutorum. *Adde quòd tunc libel
lus dicitur præſumptiuè concludere, ita*
Ro. *in conſi. xv. & an ſit neceſſe quòd li-
bellus in criminalibus concludat, uide*
Cæp. *in conſil. xiiij. col. iij. uer. nec ob. dum
dixi. ubi tenet quòd non.*
h ¶In ſcriptis. *Adde & uide Spe. in tit.
de inquiſi. §. nunc tractemus. in tit. de lit.
conteſt. §. j.*
i ¶Illa doctrina. *Adde quòd ex his de-
clarantur dicta per iſtum infrà in uer. fa
ma publica. in vj. col. uer. quæro qualiter
&c. & in iiij. col. in addi. incip. tu autem
adde hoc &c.*
k ¶Interroget. *Adde, & uide* Cæp. *in
conſi. xl. col. viij. uer. circa ſextum.*
l ¶Leuibus. *Adde tu & uide* Cæp. *in
conſi. xxxiiij. & idem eſt ſi eſſet conſuetu
do quòd de grauibus non fieret proceſſus:
ut refert* Cæp. *in cõſ. xl. fieri in* Alemania
*&* Germania. *ita ipſe in d. conſi. xl. in fi.*
m ¶Leuia. *Adde quæ dicantur crimina
leuia, tã de iure diuino quàm poſitiuo &
uide per* Bart. *in conſil. ccxvij. inci. ad de-
clarationem.* Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac
materia adde, quòd quantum primò
ſuprà deducta fuit illa ſingularis do-
ctrina Domini Ang. in d. l. ſi uacãtia.
in quarta fallentia.* quòd ubi iudex
inquirit ex mero officio [a] ſuo, & nõ
ad poſtulationem, uel denunciã ali-
cuius, ꝙ tunc Iudex formabit inqui-
ſitionem nulla diffamatione præce-
dente, per c. j. de offic. ord. dicatis, ꝙ
licet cõmuniter aſſeſſores hoc ob-
ſeruent: tamen iſta doctrina eſt falſa:
contra quos primo allego Gandi. in
tracta. male. in Rub. quo. cog. de ma.

per inquiſi.in uer.ſi autem iudex ac-
cedat ad inquiſitionem,nullo inqui-
ſitionem promouēte.& in uerſi.item
not.quod quãdo Iudex recipit teſtes
ſuper infamia alicuius ex mero offi-
cio, & cætera.qui cõcludit ipſe,quòd
ubi iudex procedit ex officio ſuo ad
inquiſitionē nullo promouente iudi
cem,quòd tunc ſi reus neget ſe de il
lo crimine infamatũ, tunc iudex de-
bet inqrere de fama et infamia: qua
reperta,incipiet procedere ad inqui
rēdum de maleficio. & allegat dictũ
c.j.de offi.or.Bene uerũ eſt,ꝙ Gand.
ibi dicit,ꝙ ſi iudex inquirens recepe
rit infamiam cõtra Caium , & Caius
neget ſe eſſe de illo crimine infa- b
matũ:nõ tenetur iudex ei facere fidē
de ipſa infamia. Nam iudex non fa-
ceret fidem de ipſa infamia, niſi ſibi
iudici;cum ipſemet iudex ſit. Dicit ta
men quòd ſi à tali grauamine appel
letur, tunc iudici ſuperiori fides eſt
adhibenda de ipſa fama. c.cum ceſ-
ſante.extrà de appel. Vnde Gand.ibi
uult omnino, ꝙ iſto caſu reo negan
te,cõtra quem inquiritur, ſe eſſe in-
famatum de tali crimine, ꝙ non te-
neat inquiſitio,ſi non præceſsit infa-
mia : & in hoc eſt differentia bene,
quãdo iudex inquirit ex mero offi-
cio, uel alio promouēte iudicem ad
inquiſitionē: quia ubi iudex ex mero
officio procedit, habitis teſtibus ſu-
per infamia, & reo petente copiam:
iudex non debet dare ſibi copiã:ſe-
cus ſi ad poſtulationē alterius uel ad
denunciam alterius iudex inquirit:
quia ipſi reo petēti copiã de ipſa in-
famia,iudex debet ei dare copiã in-
famiæ.Et ideo cõtra Ang.concludo,
quòd nemo iudex unquam ſit tantæ
audaciæ quando inquirit contra cer
tam perſonam de maleficio , etiã ex
ſuo mero officio , ut formet inquiſi-
tionem ſuam, niſi præcedente infa-
mia de delicto.Et in terminis ad hoc
allego Hoſti.in ſum.de inquiſitio.in
§.& qualiter procedatur.uer.quòd ſi
aliàs contra ſingularem perſonã in-
quiſitio fiat,& iudex ex ſuo officio ꝓ
cedat. & ibi in uer.aut præſens eſt is
contra quem &c.qui Hoſt.determi-
nat illud idem quod dicit Gan.ſ.ſci-
licet,ꝙ ubi iudex ex ſuo officio pro-
cedit nullo promouente inquiſitio-
nem , & reus negat ſe eſſe diffama-
tum,iudex nõ poteſt procedere, etiã
iſto caſu,niſi pręcedat infamia.&hoc
uoluit Spec. [b] in tit.de inquiſitio.§.
nũc tractemus. uer. hoc autem ſcias.
& Io.And.in c.qualiter & quando.ſu
per gl.magna.extrà de accuſa. Adde
tamen ꝙ pro opin.Ang.uidetur eſſe
caſus in c.ad noſtram.extrà de iure-
iurã.ubi proceditur ad inquiſitionē,
nulla præcedente infamia.Et ideo di
cebat ibi d. Ant.de Butr. ꝙ Inn.dice
bat,quòd ibi erat ſpeciale, ubi iudex
ex mero & puro officio procedit:
quia non præcedente diffamatione,
poterat formare inquiſitionē : ſecus
ſi ad denũciam alterius. Sed do.Ant.
de Butr. ibi temperat hoc eſſe uerũ,
ubi iudex procedit ex mero & puro
officio,& agitur de peccatorum cor
rectione,uel imminet periculum ani
marum : tunc iudex procedendo de
mero & puro officio,formabit inqui
ſitionem ſine diffamatione præcedē
te.alleg.c.ij.& pen.de ſup.negli. præ
la. & c.fi.de cleri.peregri.& hanc li-
mitationem ſemper teneas menti.
58 * Item adde alium caſum ubi proce-
ditur per inquiſitionem nulla præce
dente diffamatione,ſcilicet in crimi
ne hære



ne hæreſis,caſus eſt quem do. Card.
dicit ibi eſſe ſingularem , & ſe alibi
non legiſſe , in c.excõmunicauimus.
§.adiicimus. extrà de hære. & ipſum
ſequitur Ioã.de Ana.ibi in ij.col. Sed
ille tex.hoc mihi non dicit.bene ue-
rum eſt,quòd eſt alia differentia iſto
caſu , quòd ubi iudex ex ſuo officio
procedit ad inquiſitionē nullo pro-
mouēte,examinabit teſtes ſuper dif-
famatione, ꝙ iſto caſu ſi comparet
contradictor,& uult probare de bo-
na fama,nõ auditur:ſecus ſi iudex ad
poſtulationem alterius inquirit con
tra aliquem.ita uoluit Gandi.in loco
ſ.alleg.quia non ita præſumitur con
tra iudicem,ſicut contra aduerſariũ.
alleg.d.c.cum oportet. & de hoc ui-
59 de etiam in locis ſuprà allega.* Ad-
de etiam alium caſum, ubi regulari-
ter tenet inquiſitio ſpecialis , nulla
præcedente diffamatione,quãdo de
conſcientia principis eſt formata in-
quiſitio,quæ cõcluſio:an ſit uera uel
falſa , latè dicã in addi.meis j.in uer.
60 fama publica præcedente. * Item
adde Old.in cõſ.ſuo.ccxiii. qui uult,
quòd fama præcedat inquiſitionem,
uel quòd teſtes ipſam probent: aliàs
non tenet proceſſus,licet etiam reus
non oppoſuerit , & reſponderit in-
quiſitioni:quia ſemper poterit pro-
bare contrarium , & hoc opponere.
61 * Item adde pulchrum conſiliũ Pet.
de Anch.in conſi.ſuo ccliiij.qui con-
ſuluit,quòd opus eſt,ꝙ fama præce-
dat capturam & inquiſitionem iudi-
cis,non autem ſequatur: & debet ha
bere originem ab honeſtis & fide di
gnis:& ideo ibi dicit,quòd fama quę
probat, quòd poſt capturam rei ha-
buit originem,nõ probat:quia opus
eſt,quòd appareat à quibus, & à quo
tempore iſta fama habuit originē an
62 te capturam,& inquiſitionem. * Itē
inquãtum ſuprà dictum eſt, ꝙ in in-
quiſitione debet apponi locus & tē-
pus:addatis quòd hoc eſt uerũ in in-
quiſitione ſpeciali, ſecus in inquiſi-
tiõe generali,ut uoluit Bar.in extra-
ua.ad reprimen.ſuper uerbo, inqui-
ſitionē.qui affirmauit etiam in d.§.ſi
publico.dum reſpondet ad gl.inſtit.
63 de publi.iudi.in prin. * Item adda-
tis,quòd hoc nõ habet locum in cri-
mine hæreſis: quia procedit inquiſi-
tio ſine loco & tempore. Ita ſingula
riter dixit Bald. in l.j.C.qui accuſa.in
iij.col.& ibi uide rationem.Et de iſta
materia uide omnino Raph.poſt do
cto.in l.edita.C.de edē. & ibi Bal.in
uer.nono opponitur.& ibi dicit Bal.
quòd imò in inquiſitione non debe-
mus apponere nec locum, nec tem-
pus : quia lege hoc non cauetur.& l.
libellorũ. loquitur in accuſatore qui
non caret odio : ſed nõ ſic in iudice.
Et omnino uide Abb.in c.fi.extrà de
purg.cano.qui uidetur limitare præ
dicta.& per Bald.in l.ij.C.de eden.&
per Bald.& Salic.in d.l.ea quidem.&
Cy.in l.j.C.ubi conue.qui cert.lo.da.
promiſ. & per Bart.in l.j.§.j.ff.de ſu-
ſpe.tuto. & per Ang.in l.libellorum.
64 ff.de accuſ.* Item adde quod dixit
Bald.multũ eleganter in c.j.qui.mo.
feu.amit. qui dixit, quod in crimine
falſi tenet proceſſus ſine loco & tem
pore.& dixit,quòd allegat.gl.quę nõ
reperitur alibi.inſtit.de pub. iudi.in
prin. Et ratio eſt, quia crimen tale fit
in abſconſo:& ſic etiam poſſemus di
cere, ꝙ omnibus caſibus ubi nõ mi-
litat ſolēnitas legis libellorum,in il-
lis caſibus procedet inquiſitio ſine
loco & tēpore : & qui ſunt iſti caſus,

pro nunc tene mēti quod dixit Ang. multū ſingulariter in auth.quō opor. epi.in §.fi. & contra cōmittentes delictum contra maieſtatē diuinam tenet proceſſus ſine ſolennitate legis libellorum: quæ ſolennitas legis libellorum, an habeat locum de iure canonico: Moder. latè poſuerunt in
65 c.dilecti. extrà de iudi. * Item adde id quod dixit Gaſpar Calde.in conſi. ſuo ij.titu. de accuſ. ꝙ ubi formatur inquiſitio contra certam perſonā de pluribus criminibus in genere commiſsis:non requiruntur ſpecificationes circunſtantiarum criminū:& allegat Io.An.ita uoluiſſe,& in hac ma
c teria c, uide Ang.in cōſ.ſuo clxxvij. quod incip. uiſis actis prædictis. qui dicit,quòd in inquiſitione,ſicut in accuſatione, debet apponi locus & tēpus:& dicit ꝙ locus & tempus homicidii debet apponi,non autem auxi-
66 li, uel mandati.* Item inquantum ſuprà dictum eſt, ꝙ in criminalibus non eſt de neceſsitate ponere concluſionem in libello: adde gl.Cy.& Ang.in l.in cauſis.C.de accuſa.quam gl.ponderauit etiam Bald.in l.edita. C.de edē.in uerſic.ibi.circa ſecundū, an libellus procedat ſine concluſione &c. ibi Bald. notabiliter loquitur, quæ differētia ſit,an libellus cōcludat,uel non, in criminalibus. Adde tamen quod Sali.in d.l.in cauſis. dicit, ꝙ hodie de conſuetudine concluditur ſemper in criminalibus,per illam clauſulam quę apponitur in fi. quare peto eum condemnari ſecundùm formam iuris & ſtatutorū.& de hac materia uide pulchra uerba Bal. in l.& ſi ſeuerior.C.de his qui no.infa.p Bar.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de infami.& per Ange.in d.l. edita.& latius dicā infrà in uerſi.nec
67 non ad querelam.* Item inquantū dictū eſt ſuprà,ꝙ in inquiſitione non
d fit litis cōteſtatio d .Adde quod Bal. in l.j.§.ij.de offi.præf. ur.in ulti.col. dicit, ꝙ non fit litis conteſtatio niſi ex una parte, ſcilicet rei.& in ultima col.C.de accuſ.& ibi dixit unum no. uerbum.& idem Bal.in l.j.C.qui accuſa.in x.colu.dicit, quòd licet in inquiſitione lis non conteſtetur, tamē quaſi conteſtatur per reſponſionem rei apud acta,dum reſpondet inquiſitioni.Et de materia uide per Bald. in l.j. C.ubi de crimin.in fi. Sed tene menti,quæ dixerūt do. Ant.de Butr. & Abb. in c.quoniam frequenter.in §.ſunt & alij.extrà ut lite nō conteſt. Nam imò uidetur quòd in cauſa inquiſitionis non poſsit procedi ſine litis cōteſtatione.de hoc uidetur text. in c.cum dilecti. extrà de purga.can. Et ideo pro ſolutione referūt, quod Hoſt.dicebat: aut iudex procedit ex mero officio,& tunc nulla requiritur litis cōteſta.quia non eſt cum quo lis cōteſtetur:aut ad querelam alterius inquiritur: & tunc cum illo promouente querelam, debet lis cōteſtari. idem,ſecundum Innoc.cum inquiritur aliquo ſpecialiter proſequente ipſam inquiſitionē,per not.in c.cum olim.extrà,de teſt.ad fi.magnæ gloſ. Et de materia in ca.cum I. & A.extra de re iudi.Referunt tamen ꝙ Specu. in tit.de inquiſi.§.j.uerſi.cum igitur. concordat opi. quòd in generali inquiſitione, ſiue ſit ſpecialis proſecutor,ſiue nonnon fit litis conteſta.fit tamen quaſi litis conteſta. ita loquitur tex.in c.cū I.& A.In ſpeciali uerò inquiſitione,ſi non eſt ſpecialis proſecutor,non fit litis conteſta.fit tamē quaſi



quaſi litis conteſta. quæ eſt inter famam & reſponſionem factam per ipſum reum,traditis capitulis ſecundum formam c.qualiter & quando. Si autem eſt inſtigator tunc aſsiſtēs, uel ibi poſitus per iudicē, ut adiuuet iudicem, tunc non eſt lis conteſtanda: ſecus ſi ſit proſecutor ſpecialis impetrans & aſſumens inquiſitionis tutelam:quia tunc lis debet conteſtari cum ipſo & reo:& hoc omnino ad limitationem Bart. & Ang.& dictorū ſ̄.& hoc uoluerunt Inn.& Hoſti.in c. cum clamor. extrà de teſt. Quando b
autē eſt ſpecialis proſecutor, & reus eſt abſens per contumaciam, an tūc ſine litis conteſta. poſsit procedi:uide do.Abba.in d. §.ſunt & alii.decidētem quòd ſic: per gl.in c.cùm I.& A.extrà de re iudica. & hoc affirmat c
Old.in conſi.ſuo cclxxvj.& uide Bal. in l.ſi pluribus.ff.de leg.j.& uide pulchra uerba Bal.in l.cū mulier.ff.ſolu. mat.in v.col. qui dicit,quòd licet per talem reſpōſionem factam per reū, inducatur quaſi litis conteſtatio: tamen illa reſponſio debet fieri iudice ſedente pro tribunali,nō in hortis &
68 non in domo: quod not.* Item inquantum do. Ang.hic dixit quæ crimina dicantur leuia,uel non:& allegauit Bart.in locis ſ̄. alle. addatis, ꝙ per prædicta non habetis ueram cōcluſionem:ſed uideatis Ang.temperantem iſta in dicta l.non ſolùm. §.ſi mandato.de iniur.& in dicta l.leuia. de accuſa.& adde ultra ipſos gloſ.in ca.cum illorum.extrà de ſen.excom. in uerbo, membri. quæ dicit, quòd hoc relinquitur arbitrio iudicis, quæ crimina dicantur leuia, uel non: & per illam gl.cōtra Bart.approbo do. Ang.in dicta l.leuia. quia ſecundùm uulgi opi.& conſuetudinem,iſta ueniunt in conſideratione. Nam licet aliàs per l.crimen.dicat atrox:tamen ſecundùm conſuetudinem hoc nūc non erit. & uide glo.in l.iij.ff.de iniur.in princ.quæ uidetur uelle, quòd omnis iniuria facta cum armis,dicatur atrox crimen.

ADNOTATIO. a ¶Ex mero officio. *Adde circa hoc & de intellectu dict. c.j. & uide per Barb.in conſi. xxxv.incip.ſcribitur præclarè apud Eccleſiaſtes.ubi latè de hoc.* Ber.

¶Et hoc uoluit Spec. *Adde quòd ubi ſcandalum uerti poſsit, & in cauſa hæreſis poteſt iudex inquirere diffamatione non præcedente:ita Specu.in d.§.j. uer.utrū.quod fortifica, ut per Barba.in conſil.lxxv. incip.ſcribitur libro Heſter.*

¶Et in hac materia. *Adde quòd Angel.in conſil.clxxviij.& in conſi.ccxcvij. dicit expreſſè,quòd in inquiſitione, ſicut in accuſatione,eſt apponendus locus conſummati delicti, nec ſufficit ponere locū auxilii præſtiti,uel mā.uel tractatus: & quòd debeat apponi locus & tempus & ſolennia l.libellorum.tenet Alex.de Imo. in conſi.clxvj.& conſi.cxxiij.in ij.uol.& uidetur uoluiſſe Raph. Cu.in cōſil.xxvij. ubi dicit,quòd ex quo inquiſitio ſucceſsit loco accuſa.ſicut offenſus accuſans nō pōt producere teſtes domeſticos, ita nec iudex inquirēs:& uide remiſsiuè p Ale.in apoſt. ad Bar.in d.l.libellorū.no.tamē quòd ſicut in accuſatione requiritur locus & tēpus delicti,ita debet poni in mādato dato ad accuſandū,ſecūdū Ro.cōſi.ix.& nō ſolū in libello criminali inſerendus eſt locus,ſed etiā cū agitur actione famoſa ciuiliter.ita Ro.in cōſi.cxcj.tamen ſi cognoſceretur uirtute reſcripti,in quo eſſet clauſula quòd cognoſceret ſummariè de ueritate & æquitate,tunc locus non incertus*

*nõ uitiaret libellũ.ita Ale. in con. vj. in iij.uo.Bern.*

d ¶ Litis conteſtatio. *Adde tu circa hoc.& uide Fran.de Are.in conſil. lviij. uerſ.ad quintum. ubi quòd reſponſio facta per reum in iudicio criminali accuſationi uel inquiſitioni ad interrogationem iud. etiam abſente denunciatore inducit lit.cont.allegat Bart.in l. is qui reus. & de publi.iudi. & dicit quòd ita ſeruatur in practica:& iudex dicitur interrogaſſe reum quando detulit iuramentum calumniæ,ut reſpondeat inquiſitioni.& licet in actis non appareat de interrogatione:tamen ex quo apparet de ſolenni reſponſione, præſumitur quòd præceſſerit interrogatio. allegat Io.And. & Ant. de But.in c j.de lit.conte. & an quando eſt ſpecialis proſecutor, & reus eſt abſens, poſſit procedi in contumaciam litis conteſt.uide Oldr.conſ.lxvj.& Cæp.in conſi.vj.Bern.*

HIERO.Primò inquãtum Ang. ponit quinque quæ neceſſaria ſunt de ſubſtantia inquiſitionis: addatis Amede. in tract. de ſyndica. col. vij. uer.ſucceſsiuè. ubi per ordinem ponit iſta quinque ſubſtantialia Bal. in ſua practi.in rubr.de quæſt. circa inquiſi. in prima quæſtio. Secundò, inquantum Ang. enumerat hic quinque caſus in quibus poteſt iudex formare inquiſitionem, diffamatione non præcedente:addatis Amede. in tracta. de ſyndic.colũ.xj. in gloſ. ſuper uerbo, in eo & cætera. ubi enumerat xij.caſus, quos referre non curo:in aliis autem caſibus regula remanet firma per iura hic allegata. & hæc eſt communis ſententia doctor. in dicto capitulo, qualiter & quando.& in capitulo,inquiſitionis.de accuſati.de qua etiam materia latè traditur per Alex.conſilio cxxiiij.incip. quoniam abundè. in prin. ſexto uolumine.& in conſilio cxxxviij.incip. uiſa copia denuncia. in princ. & col. iij.uer.non obſt.eo.uolumine. & cõſilio cxx.incip.uiſo proceſſu inquiſitio.in prin.ſeptimo uolu.Phili. Deci.conſilio clxx. incip.uiſo thema. & his quæ narrata ſunt. in j. parte. col. ſecunda.uerſi. ſed prædictis. & conſil.clxxv. incip. in cauſa falſita. colũ. ſecunda.uer.ij.principaliter. ubi plures concor. Hier. Zane. in repe.capitul.j.de accuſ. ſuper rubric.colum. xiij.uer.nec procedit &c. Tertiò inquantum dicit quòd forma inquiſitionis eſt quòd pars citetur:uideatis notabiliterMar.So.in tra.de cita.art. xx.q.xxv.ubi ponit formam citationis in criminalibus. Quartò,inquantum Ang. ſequendo Ang.in dicta l.ſi uacantia. tenet, quòd quando iudex ex mero officio inquirit, & non ad poſtulationem partis, quòd non requiritur diffamatio:addatis quòd cõmunis opi. doct. eſt in contrariũ,de qua uideatis Alex. qui eam tenet cũ multis concor.per eũ in conſi. cxxxviij.incip.uiſa copia inquiſitionis. colum.pe.& fi.uer.non obſt. pro iſta cõmunis eſt tex.iuncta gl.quam ſequuntur docto.ibi,in ca.j.de offi. ordi. ubi latiſsimè Henric.Boyc, in ſua j. diſt. quam dicit ibi Bald. procedere, etiã ſi Poteſtas habeat à ſtatuto arbitriũ procedendi liberè in criminalibus, ut probatur in d. text. in uer. liberã. pro qua facit doctrina Paul. de leaza.in capitulo grauis. in ultima col. extrà de depoſi. & ante eũ fuit Gan. in rubri.an pote.qui hab. arbi.& cætera.qui uolunt, quòd Poteſtas, ſiue iudex quantumcunque habeat am-





plum & liberum arbitrium procedẽdi in criminalibus: non tamen per hoc poterit ponere aliquem ad torturam,legitimis non præcedentibus indiciis:ut latè tradit Alexand. conſ. clxxxiij.incip.habita ſuper contentis, & cætera. ſecundo uolu. & cum communi tenet Bonifa. Vital. in d. opere maleſi.in dict.rubri.de inquiſi.in prin.uer.ſi autem iudex Præpo. in capitu.habet.ij.q.iiij.col.ſecunda. in princ. uer. conclude.ſed aduerte, poſito quòd indicia debeant præcedere inquiſitionem: ſi tamen oppoſitum non fuerit, an ualebit proceſſus: & uidetur quòd ſic,per textum in capit.ſecundo.de accuſ. lib.ſexto. & ibi doc.& Alex.in d.conſ.cxxxviij. & in conſ.cxx.inci.uiſo proceſſu.vij. uol. & practicus Pap. in ſua forma inquiſitio. in gl. ſuper uer. fama publica, & cætera. Cõtrarium tamẽ tenet Vital.in d.opere, in dicta rubric. de inquiſitio. in forma inquiſi. contra robora.in ſi.per ca. inquiſitionis. de accuſa.extrà.idem Aret.ubi alleg. Bart.Bald.& Gand.idem tenere in c. qualiter & quando. pe. col.in ſi. Sed breuiter dicatis,quòd prima op. procedit quando præſente & tacẽte inquiſito iudex inquirit:ut in dicto ca. ſecundo. de accu. lib.vj. ſecus tamen quando abſente:& ita procedit,ſecũda op. Quintò, inquantum de ſubſtantia inquiſitionis eſt, quòd ponatur locus & tempus: adde quòd idẽ tenet Bal.conſilio ccccxc.incip.de ſola ſubſcriptione. in tertio uolumine. Pa.ubi ſuprà in gl.ſuper uerbo.in domo Amede.ubi ſuprà.col.ſeptima.in fine. & Pari. de puteo in tracta. de ſyndic. in rubrica, redditio rationũ. in uerbo, an per dictum.char.cj. idẽ Bart.& Ang. in ſua marga.in uerbo, inquiſitio. uer.j. & notabiliter Henri.Boyc.in cap.fin. de purg. cano. de quo poſuimus infrà in gl. de anno præſenti:& in gl.in Platea.& traditur etiam per Angelum infrà in uerbo, ( & ad querelam, ) num.55. & adde quòd gl.quam hic allegat Aug.inſti. de pub.iudi.in prin.reprobatur communiter, ſecundùm Præpo.in dicto cap. libellorum. ſecunda quæſtione. octaua col.quinto uerſiculo.&de inquiſitione,& cætera.Cano.tamen cõmuniter in dicto ca. qualiter & quãdo.tenent quòd non, ut ibi per Fely. poſt alios. Sextò quæro, in quibus cauſis criminalibus non requiratur libellus.uideatis not.Marian.in cap. Ignatius epiſcopus.de libel. ob. ubi colũ. ſexta ponit regulam cum lxxx. fallen. inter quas enumerat multas cauſas criminales,in quibus non requiritur libellus. ſed etiam quæro, an iurabitur de calumnia in iſtis cauſis criminalibus. Et breuiter dico ꝙ ſic, ſecũdùm communem opinionẽ: quam latè proſequitur Marian. in capitulo,literas.de iuramẽ. calum. col. ſecunda.uer.octauo. Inquantũ Ang. concludit, quòd in libello criminali, uel in inquiſitione,nõ requiratur cõcluſio. adde quòd idem tenet idem Ang.infrà in gl. ſuper uerbo, ( & ad querelam.) & ibi Aug.uer.an autem dies, & cætera. de quo latè Præpoſi. qui idem tenet in cap.libellorum.ſecunda quæſt. octaua.colum.ſecunda. uerſ.nota quòd nõ & cætera.& Amede.in dicto tracta. col. ſeptima. in fine. Octauò inquantum tangit Angelus an requiratur lit. conteſt.in inquiſitione:uide unam bonam diſt.quam facit dominus Henric.Boyc,in dicto

cap.qualiter & quãdo.lo ij. in ſecun-
da diſtinct.& rogo, quòd ubicunque
allegauero tibi diſt. Henri. quòd o-
mnino eas uideas:quia meram ueri-
tatem,quaſi ſemper,in eis reperies.

69 *Inquiſitio ex quibus cauſis poßit im-
pugnari.*

70 *Omnis exceptio quæ poteſt opponi cõ-
tra accuſatorem, poteſt opponi contra
iudicem regulariter,excepto quòd con
cerneret,quia eſt magiſtratus.*

71 *Inquiſitio nomine reipublicæ fieri non
poteſt per iudicem , quando exceptio
reſpicit perſonam offenſi : ut quia eſt
malpagus , qui ex forma ſtatuti non
eſt audiendus,nec in ciuili , nec in cri-
minali.*

72 *Inquiſitio poteſt fieri de delicto in ban
nitum commißo , licet ipſe non poßit
audiri.*

73 *Inquiſitio licet poßit opponi quòd
reus non eſt diffamatus, limita hoc nõ
habere locum, ubi inquiſitio ex mero
iudicis officio eſt formata.*

ANGELVS.

69 *QVINTO principaliter quæ-
ro,ex quibus cauſis poteſt inquiſitio
impugnari.Reſpõdeo, ſecũdùm An
gelum in dicta l.ſi uacantia.in uer.de
tertio articulo principali. quòd in-
quiſitio ſemper poteſt impugnari,
quando deficit aliquid de natura ex
ſubſtantia ipſius inquiſitionis:& hoc
regulariter eſt in omni actu,ut ex ta-
li defectu ſemper poſsit impugnari.
l.cum hi.§. cum prætor.ff. de tranſ-
actio.Sed Salice. in dicta l. ea quidẽ.
in uer.ſed quia propter denuncia-
tionem. & in uer. quæro quintò.de
exceptione dilatoria. altius exordi-
c tur materiã , quòd quædã ſunt exce-
ptiones reſpicientes permiſsionem
inquirendi,quædam perſonam iudi-
cis continentes,quædam eius quali-
tates,uel officium attendentes. Exce
ptiones circa permiſsionem inqui-
rendi pertinentes , & reſpiciẽtes,in-
diſtinctè poſſunt opponi:ut puta, nõ
eſt tibi permiſſum de hoc crimine
inquirere:& procedit exceptio, attẽ-
to quòd de omni crimine non po-
teſt inquiri,aliàs ſecus.pro quo facit,
quia ſufficit dare inſtantiam. prima
quæſtio.primo capitulo,ſicut urgeri.
& eſt textus cum gl. in l. creditori.ff.
de oper.no.nuncia. Item, quia non
poteſt contra me inquiri , quia non
ſum diffamatus: & ideo contra me
non poteſt procedi, ut dicto capitu-
lo qualiter & quando. Et iſto caſu ha
bebit iudex de hoc præambulo do-
cere : aliàs non poterit ad ulteriora
procedere.l.ignorant.C.qui accu.nõ
poſſunt. Secundò poteſt opponere
exceptiones tendentes contra per-
ſonam iudicis,ut quia ſunt inimicitię
a capitales : [a] ut eſt textus, & gl. in di-
cto capitulo,qualiter & quando. ſed
hoc probabit opponẽs. Et aduertas,
ſecundùm Bar.in d.l.ij. §. ſi publico.
ff.de adult.in uer.item queritur utrũ
70 contra iudicem. Nam dicit,* quòd
regulariter omnis exceptio,quæ po-
teſt opponi contra accuſatorem,po-
b teſt opponi contra iudicem : [b] exce-
pto eo quòd concerneret, quia eſt
magiſtratus.allegat de cleri.conıu.c.
diuerſis.ut puta,quia eſt magiſtratus,
uel quòd habeat plures uno ſemel
inquiſitos. Iſtud non poteſt opponi.
arg.l.cum his.§.j.ff. de condictio.in-
debit.ita etiam dixit Sali.in dicto lo-
co. Si autem opponeret exceptionẽ
c incompetentiæ [c] ratione iuriſdictio-
nis:& poteſt opponi.l.j.C. ſi à nõ cõ-
pe. iudi. Item iſto caſu non poterit
iudex



iudex declarare inquiſitionem ob-
ſcuram , & eius uerba quæ forma-
uit eius præceſſor:ita dicit Bart. in l.
inter ſtipulãtem. §.j.ff.de uerborum
oblig. & ideo hæc exceptio poterit
71 opponi.* Quædam ſunt exceptio-
nes reſpicientes perſonam offenſi,
ut quia eſt malpagus , qui ex forma
ſtatuti non eſt audiendus , nec in ci-
uili,nec in criminali : tunc iudex no-
mine reipub. non poteſt inquirere,
cum ipſe offenſus non poſsit.& iſtã
quæſtionem formãt Ia.de are.& Bar.
in l.non ſolum.§. quãquam.ff.de in-
iu.ubi Iac.tenet, ꝙ talis exceptio po
teſt opponi.d.§.quãquam.in contra-
riũ alle.Bar.in l.j.§.uſque adeò.eod.
tit.& plus ibi nõ dicit Bar. ſed Sal. in
d.l.ea quidem.pro Bar. alle.gl. con-
iũcto tex.in l.falſi.C. de fal. Quapro
pter diſtinguit Sali. aut uerba ſtatuti
ſunt in rem ſcripta , ut puta de iniu-
riis illatis in malpagum ius non red
datur:& tunc procedat opi. Iaco.pro
quo facit d.§. quanquam. in uer. ſin
autem cum liberto. Nam ibi maritus
& uxor erant prohibiti agere iniuria
rum . aut uerba ſtatuti in perſonam
ſunt ſcripta , quia malpagus non au-
diatur:& tunc aut uerba aliqua in ſta
tuto procedunt, uel ſequuntur : per
quæ iniuriæ malpago illatæ ſunt
permiſſæ:& tunc etiam iudex inqui-
rere non poteſt:quia iniuria non eſt
punibilis : & maximè quia reſpubl.
conſentit, quòd iniuria in malpagũ
fiat:ideo nomine reip.inquiſitio fie-
ri non poteſt.d.l.j.§. uſque adeo. in
fi.aut talia uerba procedunt,per quæ
non appareat quòd malpago iniurię
ſunt à ſtatuto permiſſæ, tũc licet mal
pagus non debeat audiri:tamẽ reſp.
de iniuria ſibi illata poterit formare
inquiſitionem de uulnere malpago
illato.d.§.uſque adeò.Nec huic con-
tradicit d.§.quanquam.imò confor-
mat.Nam pro iniuria illata à patro-
no non leui libertæ, permittitur ma-
rito cum liberta proprio nomine ex-
periri,ut ibi in prin.&in fi.Et per hoc
accedat gl.in d.l.falſi.& quod ibi An
ge.& gl.in l.j.C.ſi tut. uel cur. nõ geſ.
& Bal.in l.j.C.ſen.reſcin.non poſ. Et
pro prædicta diffinitione , an uerba
ſint ſcripta in rem , uel in perſonam,
facit text.in l.hæc uerba.ff.de adul.&
quod ibi Bar.& l.aut qui aliter.§.fi.ff.
quòd ui aut clã. quod eſt no. de qua
q.uidẽda ſunt dicta per Pet. de anch.
in cle.j.de ſeq.poſ.& fruc. refert etiã
qualiter Ang.in d.l.ſi uacãtia. in uer.
iuxta prædicta quæro,Peruſinæ ciui-
tatis ſtatuto cauetur. finaliter conclu
dit,quòd quando ſtatutum facit ma-
leficium licitum : puta quia non ſol-
uens collectas poteſt impune offen-
di, tunc non poteſt formari inquiſi-
tio contra facientem tale maleficiũ,
quia non eſt illicitum.d.§. quãquam.
Si uerò ſtatutum non facit maleficiũ
licitum , ſed tantummodo denegat
audiẽtiam malpago:quia dicit quòd
non ſoluenti collectas ius non red-
datur: tunc aut redditio iuris dene-
gatur perpetuò,& tunc eſt uera opi.
Ia. de bu. quòd nec per inquiſitionẽ
procedi poteſt.l.filius.§.ueteranis.ff.
de proc.Nec ob gl.in l.querelam.C.
de fal.ubi poſt xx. annos falſi quere-
la perpetuò denegatur:& tamen in-
quiri poteſt,quia illa gloſ.ſecundum
Ang.falſa eſt : & contra d.§.uetera-
nis.& ita dicit , quòd audiuit Bart.in
ſcholis hoc dicentem : aut redditio
iuris denegatur ad tẽpus : puta, quia
ſtatutum dicit,quòd nõ ſoluenti col-

lectas, non reddatur ius ad annum: & tunc propriè uerba fauent, quòd ius non reddatur ad petitionem nõ ſoluentis:& tūc ex mero officio inquiri poteſt: & ita loquitur gl.not. ſi rectè inſpiciatur, in l.j.C.qui accu.nõ poſ.& in l.j.C.de calum.

ADNOTATIO. a ¶ Inimicitiæ capitales. *Adde circa hoc & uide Antonium de Prato uer. in conſilio penultimo. in conſiliis* Barba. *primo uolumine.*

b ¶ Contra iudicem. *Adde circa hoc* Alexand. *in conſi. lxiiij. & conſi. lxxij. & conſilio clxxvj. in ſecundo uolumine. & uide Spec.in §.j.in tit. de inquiſi. & Rapha.Cuma. in ſuo conſil. xxvij. Bernardin.*

c ¶ Incompetentiæ. *Adde, quòd licet reus non oppoſuerit de incompetentia, & crimen confeſſus fuerit, dummodo ſcienter reſponderit, quòd debet abſolui.ita Angel.in conſilio ſuo xxvij. in fin. & dicit Cap.in conſil.lix. in fine. quòd reus non uidetur conſentire in iudicem procedentem per inquiſitionem. alleg. Innocen. in capitu. ad petitionem. de accuſa. & dicit eſſe ſingulariter notandum.*

72 AVGVST. * Tu autem in hac materia adde quod Bald. in capitu. j.in princip. hic finitur lex Corradi. deinde incipiunt conſuetudines regni indiſtinctè: dixit quòd licet bannitus non poſſit audiri, tamen poteſt inquiri de delicto in eum commiſſo: & allegat Richard. Malum. ita dixiſſe. ſed uide Bald. in l.j.C. ſi à non compe. iud. in penultim. columm. qui multum eleganter diſtinguit in hac materia, ſecundùm doctrinam domi. Richard. Malum. Et tandem facit illam diſtinctionem, quam facit Angel. in dicta l. ſi uacantia. prout ſuprà refert Angel. & ſic autor iſte hic credit, quòd illa diſtinctio Angel. in dicta l. ſi uacantia. fuerit ipſius Angeli.quia dico, quòd fuit Richard. Malum. originaliter, ſecundum Baldum in dicta l.j. à qua doctrina Salic.in l. ea quidem.poſtea ſubtilizauit illam ſuam diſtinctionem. Sed iſtam materiam latè poſuit Baldus in l. cùm mulier. a in ultim. char. ff. ſolut. mat. qui referens illam diſputationem Iacob. de Butrigar. arguit pro & contra multum eleganter, per cuius dicta poteris limitare prædicta. Et de materia uide per Bartol. & Angelum per illum text. in l. quæſitum.ff.de in ius uocand. Aliquid per Bartolum in conſilio ſuo xcvj. Adde dicta Angel. in dicta l. querela.C. de fal. per illum textum.coniuncta gloſſ.& per Modern. in repe. capitul. qualiter & quando. extrà de accuſa. per Petrum de Ancha. in capitul. nulli. extra de accuſa. per Iacobum Butrig. & per Angelum, multum eleganter per illum textum, in l. quæ adulterium.C. de adul. per Bartolum in l. j.§.quod autē.ff. de aleat. Adde dicta Bald.in l.j.§.filius.ff. ne quis eum qui in ius uocand. eſt ui exi. & per Baldum in l. falſi. C. de fal. Sed in hac materia adhereo ſententiæ Baldi, in dicta l. cum mulier. ex cuius doctrina poteris ibi habere ueram concluſionem. Limitarem etiam prędicta non procedere, ſi primò iniuria fuit facta malpago, antequam deſiiſſet ſoluere:quia tunc ſicut ipſe poterat proſequi accuſationem ſuā, non obſtante ſtatuto, ita nõ dubito, ꝙ iudex poterit inquirere, per not. per



per Bal.in l.j.C.qui accuſ. qui referēdo Cyn. dicit, quòd ſi per ſtatutum bannito non debet reddi ius, ſi ante bannum produxit libellum contra aliquem in criminalibus,licet poſtea ſit bannitus,tamen audiri debet ipſe

73 bannitus. * Item inquantum ſuprà dixit dominus Angelus hic,quòd cõ extra inquiſitionem poteſt opponi exceptio, quòd reus non eſt diffamatus de tali crimine: & Iudex habet probare de tali diffamatione: limitate hoc non habere locum,ubi inquiſitio ex mero officio Iudicis fuit formata:quia licet non poſſit formari non præcedēte diffamatione etiā iſto caſu: tamen non tenetur Iudex facere fidem reo de tali diffamatione:per ea quæ ſuprà dixi in additio. meis, in præceden.articulo. in quarta quæſtio.princi.dum allegaui Hoſtien.Spec.& Gandi.Et hic adde Oldrad.in conſilio ſuo ccxiij.qui dicit, quòd etiam ſi reus reſponderit inquiſitioni, & non oppoſuerit, quòd fama nõ præceſſerit inquiſitionem, ſemper poteſt opponi, & cõtrarium probari.

ADNOTAT. a ¶ In l.cū mulier. *Adde circa hoc, & uide Franc.de Aret.in conſi.lxxix. & latè per Rom.in conſil.ccxiiij. Feder.de Senis conſi.cclxxj. & Alex.in conſi.cxxx.in iij.uol.Ber.*

HIERO. Circa hanc quintam quæſtionem principalem, uide latè Specul.in titulo de inquiſitio.in §.j. ubi latè materiam proſequitur. Secūdò, quantū ad quæſtionē de malpago: uideatis fortè melius quàm alibi Areti.in capitulo, nulli.extrà de accuſat.colum.ij.in princip.ubi poſt Abba.& doctor.facit unam longam diſtinctionem.

74 *Inquiſitione formata per Iudicem, ſi ſuperueniat accuſator,an ſuperſedeat Iudex in inquiſitione.*

75 *Inquiſitione formata, Iudex ſuperſedet ſuperueniente accuſatore: limita hoc non habere locum in crimine læſæ maieſtatis.*

76 *Item limita hoc non habere locum,in crimine hæreſis.*

77 *Item limita, quia ſi offenſus dicat ſe nolle accuſare: & ideo Iudex formauit inquiſitionem,poſtea offenſus producit accuſationem, accuſatio non debet recipi, quia Iudex præuenit eam.*

78 *Inquiſitio non impeditur, ſi Iudex habet ſuſpectam cõcluſionem accuſatoris,uel ſi fiſcus ex hoc patiatur præiudicium, niſi accuſator ſit in bona fide.*

79 *Inquiſitio non retardatur liquidato maleficio in inquiſitione, ſi ſuperueniat accuſator.Idem quoq; eſt, ſi ſunt probata indicia ad torturam.*

80 *Inquiſitione formata per iudicem,poterit accuſator teſtes producere, licet nolit accuſare.*

ANGELVS.

74 * QVAERO, an inquiſitus in inquiſitione formata per iudicem, ſuperueniēte accuſatore, ſuperſedeat iudex in inquiſitione,& ſic an inquiſitus poterit opponere, quòd ſuperuenit accuſator: Dic quòd Dyn.poſuit iſtam materiam in c. actus legitimi.extrà de regu.iur. Cynus poſuit in l.ea quidem.C.de accuſa. Bartol. in l.tertia.§.fi.ff.de adulte.ibi cõcludit, quòd ſi inquiſitio eſt formata ad petitionem uel querelam iniuriati, uel ob negligentiam, ceſſat accuſatio, nec poteſt opponi talis exceptio: ut l.ij.in fi.ff.de adulter.aut iſta ceſſant, & tunc ſi accuſator proſequitur

quitur ſuam iniuriam,quia tenet ac-
cuſatio : tunc contra talem inquiſi-
tionem poteſt inquiſitus opponere.
dicto §.fina.& l.ſi cui.§.eiſdem.ff.de
accuſa. Si uerò non proſequitur ſuã
iniuriam, & tunc de iure communi
poteſt opponi talis exceptio : quia
âccuſatio,ut remedium ordinarium,
præfertur inquiſitioni remedio ex-
traordinario.l.in prouinciali.in prin
cip.ff.de oper.no.nunciat.niſi com-
prehendat iudex, quòd animo calũ-
niandi hoc faciat.l.ij.§. finali.ff. de
adult. Hodie autem cum per ſtatutũ
permittatur ꝙ de omni crimine poſ
ſit fieri inquiſitio,& ſic inquiſitio erit
remedium ordinarium , unum ordi-
narium nõ poterit tollere aliud or-
dinarium. Angelus uerò in l.ſi uacã-
tia.C.de bon.uacant.in uerſi.quæro
an accuſatio ſuperueniens in effe-
ctu.uidetur uelle illud idem quod
Bartol.ſuprà. Salic.uerò in dicta l.ea
quidem.in uer. ſed quia propter de-
nunciationes.& in uerſi.quæro cum
gloſſ.in capitulo, actus legitimi. la-
tius locutus eſt. Nam dicit,aut accu-
ſator ſuperuenit ante receptionem a
teſtium, ſeu probationum , ſeu poſt.
Primò caſu , aut negligentia poteſt
accuſatori imputari. & tunc nõ ceſ-
ſat inquiſitio , ſed repellitur accuſa-
tor. dicta l.ij.in fine. Et eſt ratio,quia
propter negligentiam ſe ſuſpectum
facit : & ſic magis lex confidit de iu-
dice,ut in quarta ratione Cy.aut ac-
cuſatori non poteſt negligẽtia im-
putari, tunc aut proſequitur ſuã , uel
ſuorum iniuriam, & tunc auditur, &
ceſſat inquiſitio,niſi uideretur iudi-
ci,quòd animo calumniãdi & tranſi-
gendi accuſator uenit : ut di.l.ij.§.j.
in fine.Et eſt ratio : quia colludente,
uel deſiſtente accuſatore , Iudex po-
teſt perficere.dicta l.ſi cui.§. eiſdem.
& l.ij.de abolitio. Et pro tanto non
debet deſiſtere à ſua inquiſitione,ut
in quarta ratiõe Cy.aut ſuã uel ſuo-
rum iniuriã non proſequitur,& tunc
non auditur , & ſic inquiſitio nõ ceſ-
ſat.Et iſto caſu, inquiſitus non poteſt
iſtam exceptionẽ opponere. Ratio,
quia in pari cauſa,melior eſt condi-
tio poſsidẽtis. Sed Iudex inquirens,
cum accuſatore contendit, & Iudex
eſt in quaſi poſſeſsione inquiſitio-
nis,uel proceſſus, igitur&c. Itẽ præ-
occupantis melior eſt cõditio. in l.ſi
quis à multis.ff.de noxa. Item, quia
in iudice eſt maior ratio:quia proſe-
quitur uindictam publicã & offenſi:
& cum ex ſuo officio incũbat inſpi-
cere ne maleficia cõmittantur : for-
tius ut commiſſa puniãtur:& ſic non
proprio dolore commotus,creden-
dum eſt, quòd fidelius proſequatur,
nec accuſator ſuum perdet intentũ:
quia poteſt aſsiſtere iudici,& neceſ-
ſaria præparare:quod ſi nõ facit, ſa-
tis ſe ſuſpectum reddit : nec eſt in-
quiſitio remediũ extraordinariũ [a] ,
ſi teneas quod ſ̃.dictũ eſt : uidelicet,
ꝙ de omni crimine poteſt inquiri
ad uindictam publicam : tamẽ in ca-
ſu , in quo poteſt Iudex inquirere,
cùm ſuccedat in locum accuſatoris,
ut ſuprà dictũ eſt, ipſe eligendus eſt
ut idoneior : ut l.ſi plures.ff.de ui &
ui armata. & l.ſi plures.ff.de accuſ.
Secũdo caſu principali , quando ac-
cuſator ſuperuenit , quando proba-
tiones ſunt iam receptæ in inquiſi-
tione,& tunc delictum iam erat pro-
batũ,& ceſſat accuſatio. Si uerò de-
lictum non erat probatum,tunc au-
ditur accuſator, ne præiudicium fiat
accu



accuſatori , lata ſententia abſoluto-
ria : & ratio eſt , ne delictum rema-
neat impunitũ. Item, ſi teneas quòd
poſt didiſcita teſtificata,poteſt de no
uo Iudex teſtes recipere , ad uerita-
tem criminis eruendam:ut not.Bart.
in l.j.in fi.ff.de quæſt. Et concluſionẽ
cauſæ , quòd Iudex poteſt teſtes ac-
cuſatoris examinare , abſque nouo
proceſſu,ne differatur ſententia ab-
ſolutoria,uel cõdemnatoria.Et prę- b
dicta procedunt,quando coram eo-
dem iudice inquirente fit accuſatio. c
Sed quando coram alio , qui eſt pa-
ris potentiæ , an Iudex inquiſitionis
b poterit obiicere [b] iudici inquirenti,
ne ſuper inquiſitione procedat:dicit
Bart.in d.l.iij.de adul.quòd ſic.argu.
l.ſepulchri.& ibi Bar.ff.de ſepul.uio.
Quinimo dicit,quòd cum ſua inter-
ſit,poſſet ſuam iuriſdictionem tueri.
l.j.ff.ſi quis ius di.non obtemp.pro
hoc allegat ca.ideo.de offic.ordin.
quod not.tu qui es inquiſitus in iſto d
caſu , facias quòd Iudex coram quo
uertitur accuſatio,notificet,uel pro-
teſtetur Iudici inquirenti , ut ſ̃.quod
placet do. Ang.hic,in caſibus,in qui-
bus accuſatio faceret ceſſare inqui-
ſitionem,aliàs ſecus.Et ſubdit domi.
Ange.quòd Bald.& Ange.in l.ſi ſer-
uus plurium.§.ij.ff.de lega.j. dixe-
runt , quòd ſi quis procurauit accu-
ſari ut euitet inquiſitionẽ, talis pro-
c curatio ſibi non prodeſt [c] , imò Iu-
dex poterit inquirere, per illum tex.
Sed Rapha.ibi tenet cõtrarium , per
l.at qui natura.§.cum me abſente.ff.
de nego.geſt. Nec obſt.ille §.ij.quia
ille text.conſiderauit , ut uideretur
colludere : uel procurauit, ut iniuſtè
deferretur fiſco.Sed puto fortè con-
ſiderandum eſſe , an iſta procuratio
quòd accuſetur, fiat animo colludẽ-
di,uel nõ,per prædicta : & ita in hoc
eleganti paſſu reſideo.

ADNOTA. a ¶ Extraordina-
rium. *Adde hic quæ ſ̃. poſui in prima
addi. & uide Specul. in titu.de inquiſi.§.
nunc tractemus.uer. ſi autem.ubi quòd
inquiſitio tunc dicitur remedium ordi-
narium , quando accuſator non compa-
ret.Ber.*

b ¶ Poterit obiicere. *Adde & uide
Bald.in l.ea quidem.C.de accuſa.*

c ¶ Sibi non prodeſt. *Vltra poſita
j.per do.Auguſti.in apoſtil.quando pro-
ſint procurata.per Barb.in conſi.liij.in-
cip.Scribitur j.Reg.Ber.*

AVGVSTI. Tu autum in hac
materia adde Bar.in extrauagan.ad
reprimen.in uer.per denunciationẽ.
75 qui dicit, * quòd licet ſuperuenien-
te accuſatore , Iudex debeat ſuper-
ſedere ſuper inquiſitione:tamen li-
mittat hoc non habere locum in cri-
d mine læſæ maieſtatis [d] , per illũ tex.
76 * Adde aliam limitationem , quam
poſuit Ang.in l.j.§.j.in fi.ff.de rei uẽ.
quòd in crimine hæreſis,ſuperuenіẽ
te accuſatore, Iudex non ſuperſede-
bit in inquiſitione.Et iſto caſu unum
remedium non tollit aliud : & has
duas limitationes approbauit etiam
Ange.in l.ea quidem.C.de accuſ.per
tex.in ca.per hoc.extrà de hær.lib.vj.
licet Ang.non habuerit notitiam de
doctrina Bart.in d.extrauag. & uide
77 Bald.in d.l.ea quidem. * Adde aliã
limitationem quam poſuit Bald.in l.
accuſationem.in j.col. C.qui accuſ.
qui dixit, quòd ſi offenſus dixit ſe
nolle accuſare:& ideo iudex forma-
uit inquiſitionem : & formata inqui-
ſitione, offenſus producit accuſatio
nem , quòd tunc ſua accuſatio non
debet

debet recipi:quia iudex præuenit eã antequam reuocaret uolũtatem ſuã: quod eſt notab.argu.illius tex.iuncta gl.Et adde Bald.in l.j.§.ij.ff.de offic. præfe.urb.qui reprobat Bart.inquãtum Bar.uoluit, quòd ſi per ſtatutum de omni crimine poteſt fieri inquiſitio, quòd tunc ſuperueniente accuſatore, Iudex ſuperſedebit in inquiſitione. Nam illa doctrina Bar.eſt reprobata à Bald.& ibi Bal.multum latè loquitur:ex cuius dictis,poteris limitare prædicta. Adde etiam omnino Io.And.in addi.Spe.in titu.de inquiſitio.§.nũc tractemus.in uer.porrò.qui hunc paſſum latè diſputat, & refert omnes antiquos in hac materia. Ex cuius dictis poteris etiam limitare prædicta.& uide Bal.in d.l.ea quidem.& adde Bald.in addi. Spec. in tit.de ſenten.in xvij.col.qui multum eleganter loquitur in hac ma-
78 teria. * Et ibi dicit unum notabile uerbum, quòd ſi Iudex habet ſuſpectã concluſionẽ accuſatoris, nõ debet ſuperſedere in inquiſitione. Itẽ ſi ex hoc fiſcus patitur præiudicium, quia inquiſitio eſt probata, & accuſator uellet de nouo producere probationes,nõ auditur. Limita tamen, niſi accuſator ſit in bona fide: quia tunc etiã Iudex ſuperſedebit in inquiſitione.ar.l.eum qui.§.in popularibus.ff.de iureiur.& dicit, quòd practica eſt, quòd ſi plenior eſt accuſatio,ſuper ea tãtùm procedet,& pronunciabitur non eſſe procedendum ſuper inquiſitione. Et nihilominus acta facta in inquiſitione, poterunt produci in accuſatione: ſed atteſtationes non publicatæ in inquiſitione,non poterunt produci in accuſatione. Et ibi dicit,quòd ſuperueniẽs accuſatio non tollet ipſo iure inquiſitionem,ſed opus eſt quòd pronuncietur primò non eſſe procedendũ in inquiſitione. allega. l.ij.in fi.ff.de adulte.& uide Gand.in tract.maleſi. in rub.quomo. cogno.de maleſi.per inquiſi.in uerſic.ſed pone Iudex inquirit. qui per plures rationes probat, quòd Iudex non debet ſuperſedere ſuper inquiſitione propter accuſationem ſuperuenientem. & de materia uide per Bal.in l.denique.§. j.ff.de mino.qui dixit ad ampliationem prædictorũ unũ notabile uer-
79 bum: * quòd licet liquidato maleficio in inquiſitione ſuperueniente accuſatore Iudex non debeat ſuperſedere in inquiſitione. Idem erit, ſi ſunt probata indicia ad torturam: & hoc ſemper teneas mẽti. allegat Cy. ita uoluiſſe ibi in addi.& de materia uide Bald.in l.quædam.in fin.ff. de eden.qui dixit,quòd licet ex doctrina Dy.poſſit fieri fraus: quòd reus uidens formatam eſſe inquiſitionẽ contra ipſum, faciet uenire unũ accuſatorem, qui accuſat,& poſtea nihil probat, & ſic ſequitur abſolutio: tamen dicit ibi Bald.quòd Iudex poterit huic malitiæ reſiſtere,producẽdo teſtes, quos credit ſcire ueritatẽ: ut not.in l.idem eſt.§.ſi tibi.ff.de cõdi.ob turp.cauſ.& uide unum uerbũ per Bald.in l.ea lege.C.de condi.ob cau.& per Ioan. And.latè in c.actus legitimi.extrà de reg. iur.in mercu.
80 * Et tene menti, quod dixit Bald. in authẽ.nunc ſi hæres.C.de litig.quòd licet accuſator nolit accuſare,tamen inquiſitione formata per Iudicem, poterit teſtes producere. Adde quæ dixi in d.l.ſi ſeruus plurium.§.ij.ff. de leg.j.an ſit uera illa doctrina Bal. & Angel.ibi.& uide Angel.in conſi. ſuo cclxxxvj. quod incipit uiſo facto & ſtatuto.in fi.per quæ poteris limitare prędicta,latè per Albe.de Roſa. in iij.parte ſtatutorum.q.lxvj.

ADNOT. d ¶In crimine læſæ maieſtatis. *Adde tu quòd Barto. non fundat ſe ex eo quòd ſit crimen læſa maieſtatis: ſed ex eo quod ubi competit remedium ordinarium, non poteſt impedıri per aliud remedium ordinarium: & ſic dicit ceſſare rationem Dyn.in c.actus legitimi.extrà de reg.iur.& hoc eſt quod dicit hic Ange.ſi bene aduertatur. & ad dicta per do. Aug.hic in præſenti addit. uide Alex.de Imol.in apoſt.ad Barto.in l.iij.ff.de adult.Ber.*

HIERO. Quantum ad principa.quæſt.addatis,quòd diſt.Sali.in l. ea quidẽ. quam hic refert Angelus, communiter tenetur, ſecundùm Felynũ.in cap. qualiter & quando.in §. licet.in fin.uer.ulterius tangunt. de qua quæſt.ultra allega.per Felynum traditur per Alber.in rubri.ff.de ſuſpec.tuto.& per Signo.conſilio xlvj. inci.ſtatuto ciuitatis Mediolani &c. Præpo.in cap.porrò.de diuor.in iij. notab.Vitali.in d.rubri.de inquiſi.in forma inquiſi.ſ.relata. in j.col.uerſi. ſed pone quòd Iudex.licet Baldus in dict.practi.in rubri.de quæſt.circa inquiſitio.in tertia quæſt.dicat, quòd opinio Dyn.quam refert hic Angelus,ſeruatur in practica.Item,inquãtum incidenter tangitur, an inquiſitio ſit remedium ordinariũ, uel extraordinarium: Dicatis omiſſis opinio.doct.quòd communis concluſio eſt, ꝙ tam de iure canonico, quàm ciuili, ſit remedium extraordinariũ. Et hanc opi.tenent communiter cano.in rub.extrà de iudic.ubi do, Philip.& Moder.dicunt hanc communem:& eam tenet Bal.Ange.& Paul. in l.j.C.de libe.& eo.libe. Ange.in l. ea quidem.C.de accu.Inno.in c.cum oporteat.de accuſ. Bart.in l.ſi maritus. §.ſin autẽ.ff.de adul. Ancha.cõſi. cix.incip. plura.Cæpol.conſil.lxv.incip. ſuper articulo glo.& ibi Præpo. & Peruſi.in c.cum ſpeciali.de appel. glo.& ibi Lanfran.in c.quoniam cõtra.C.de prob.uoluit etiam Auguſti: ubi etiam dat concor.ſ.in ſecunda quæſt.princ.in fi.

18 *Inquiſitio Iudicis,an impediatur,trãſactione interpoſita ſimpliciter ſuper crimine.*

ANGELVS.

81 QVAERO, * an tranſactione ſimpliciter interpoſita ſuper crimine, impediatur quòd Iudex poſſit inquirere, uel inquiſitionẽ inchoatã proſequi:dicit do. Ange.quòd iſtam materiam ponit Iacob.& Barto.in l. tranſigere.C.de tranſact.& Bart.in l. ſi maritus. §.ſi negauerit.ff.de adult.

AVGVST. Tu in hac materia omnino uide per Moder.in dict. l.tranſigere. & unum pulchrum cõſilium Bart.quod incip.Domino poteſtati terræ rochæ cõtractæ.per Cano.in c.j.de col.deteg.& uide unum bonum uerbum Ange.in l.iuriſgentium. §.ſi paciſcar.ff.de pact.qui dixit, quòd ſi pœna remittitur per ſtatutum:quia dicit facta concordia inter partes,remittatur pœna:tunc Iudex non poteſt proſequi inquiſitionem inchoatam,facta concordia inter partes.

82 *Iudex inquirens & non probans, an incidat in Turpilianum.*

ANGELVS.

82 * QVAERO,an Iudex inquirens & non

& non probans, incidat in Turpilianum. uidetur text. quòd ſic. l. ſenatus. §. nam ad eos. ff. ad Turpil. Tamen gl. & Bar. ibi aliter intelligunt: & ibi dicit Barto. quòd ſi inquirit ex neceſsitate officii, quòd ſit excuſatus à præſumpta calumnia: ut not. Bar. in l. ij. §. ſi publico. ff. de adult. & etiam excuſatur ne incidat in Turpilianū, niſi ſit in euidenti calumnia. dicto §. nam ad eos.

AVGVST. Tu autē in hac materia [a] adde, quæ dixit Bald. in l. iubemus. in fi. C. de probat. quòd Iudex inquirens, excuſatur à preſumpta calumnia, non autem à probata calūnia. Et ideo uoluit ibi dicere Bald. ꝙ ſi ex proceſſu apparet Iudicē inquirentem calumniaſſe, quòd tunc tenetur de calumnia: & idem uoluit Bald. in dicta l. iubemus. in princ. ubi dicit, quòd Iudex inquirens excuſatur à præſumpta calumnia, & à pœna in caſibus, in quibus ex officio debet formare inquiſitionem: & ibi enumerat qui ſunt illi caſus: & hoc eſt quod uoluerunt dicere Canoniſtæ: maximè do. Anto. de But. in c. cū dilecti. extrà de dolo & contu. quòd ſi Iudex præcedente fama formauit inquiſitionem, excuſatur à præſumpta calumnia: nec debet ipſe ſoluere expenſas factas in illa inquiſitione, ſi poſtea reus fuit abſolutus: quia proceſsit ex neceſsitate officii, fama præcedente. & ita dixit Bald. in l. obſeruare. in §. proficiſci. ff. de offi. proconſul. & legat. in xvj. quæſt. allegat Cyn. in l. ſeueriter. C. de excuſa. tuto. Adde tamen omnino do. Ang. in l. fi. C. ad Turpi. ubi no. loquitur: & probat dicta Barto. in d. §. nam ad eos. & ibi exclamat Angel. in dict. l. fi. quòd caueas tu Iudex ut formata inquiſitione, non ſuperſedeas in proceſſu, quia teneris in ſyndicatu, quia incidis in Turpilianum.

ADNOTAT. a ¶In hac materia. *Adde etiam tu in materia, & uide Bald. in l. j. §. ſi præſes, ff. de magi. conue. & Bal. in conſi. clxiij. in iij. uolu. Frāc. Arc. in conſi. clxxiij. & latius per Barb. in conſil. xxxv. incip. ſcribitur præclare apud Eccleſiaſtes j. Ber.*

HIERO. Tu adde, an iudex male inquirēs faciat litem ſuam: & dic, quòd aut loquimur in calumnia uera, & tunc facit litem ſuam: ut in cle. j. de hære. & in l. ſeueriter. C. de excuſa. tuto. aut de calumnia præſumpta, & tūc qualitas officii excuſat ipſum, quia præſumitur pro iudice. in ca. in præſentia. de renun. c. Piſanis. de reſtit. ſpolia. l. ij. C. de offic. ciui. iudic. & ita intelligatur Cal. in auth. generaliter. C. de epiſco. & cler. in l. licet. de procu. in l. ſancimus. C. de iudic. in l. obſeruare. §. proficiſci. de offic. procon. in l. ſecunda. §. ſi abſens. ſi ex noxali cauſ. aga. in l. athletas. §. calumniator. Anto. de Butri. quem hîc refert Auguſt. in dicto cap. cum dilecti, docto. in c. finem lit. de dolo & contu. & in c. quoniam contra. de proba. Anchar. in dicta cle. j. de hære. Item adde, quòd ſi iudex formet inquiſitionem de mandato principis, non tenebitur, ſi temerè inquiſiuerit, per not. per Inno. in c. cum oporteat. de accu. & Bald. in l. nullus. ad leg. Iuli. maieſta. Item etiam ſi mandato, uel ſcientia regentis ciuitatem, quia regens ciuitatem habetur loco principis. ſecundùm gloſſ. & Cyn. in l. fi. de præſcrip. long. temp. Bart. in l. hoſtes. de capti. Ita uoluit Paris de puteo in tract. de



tract. de ſyndic. in ru. de ſu. officia. in uerbo, dicit cōſtitutio. ij. col. in princ.

83 *Inquiſitio an formari poſsit per iudicem originis contra ſubditum, pro delictis commiſsis extra territorium.*

84 *Communis opinio eſt, ꝙ delinquēs extra territoriū punitur per iudicē originis, ſecūdū ſtatuta loci delicti cōmiſsi.*

ANGELVS.

85 * QVAERO an in delictis commiſsis per ſubditum extra territoriū, poſsit formari inquiſitio cōtra eum per iudicem originis. Odof. & Ia. de Bel. in l. j. C. ubi de cri. agi opor. tenēt, quòd non: quia inquiſitio, regulariter eſt ꝓhibita: & pertinet ad uindictam publicā. Ciuitas autē originis non offenditur, ſed terra ubi eſt delictum cōmiſſum. idem uoluit Gādi. & idem Io. And. in addi. Spec. in tit. de compe. iudi. adi. §. j. Sed Cyn. in d. l. j. tenet contrariū: quoniam inquirere, pertinet ad ordinem proceſſus: ideo inſpicitur locus iudicij. l. ij. C. quēadmo. teſta. aper. & ſic poterit inquirere de delicto cōmiſſo in alieno territorio. l. ſi quis. in hoc genus. C. de epiſco. & cle. & idem uoluit Bart. in l. j. C. de ſum. tri. Subdit tamen ꝙ pœna debet imponi ſecundùm ſtatuta loci delicti, non ſecundū ſtatuta loci originis: qđ tamen non placet Bal. in d. l. j. C. de ſum. trini. uerſi. ulterius quæritur. & uerſic. poſito ꝙ ciuis &c. ubi dicit, quòd tutior eſt opinio, ꝙ iudex originis poſsit inquirere, quia obligatio ſequitur delinquentem. Nam noxa caput ſequitur: merito pōt per iudicem proprium puniri, etiā inquirendo, nō attenta qualitate loci, ſed perſonæ quæ eſt affecta propter delictum. Sicut enim officiū ſuum ex omni cauſa ciuili impartitur, ita in criminali cum redigatur ad inſtar ciuilis in procedēdo. l. abſentem. de pœnis. Et maximè, quia ponitur illa clauſula, ſuper quibus omnibus & ſingulis. & ita dixit Ang. in d. l. ſi uacantia. in uerſ. ſed hic incidenter quæro de inquiſitione, quam hoc anno uidi in ciuitate Aretii &c. & dicit d. Ang. hîc ꝙ ſemel habuit iſtam quæſtionē de facto. Et ꝙ multa conſilia doctorum peritorū uidit pro & contra. Tñ ipſe in practica tenuit opi. Cyn. & Bar. ad hoc, ne delicta remaneāt impunita.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde, ꝙ Bal. & Ang. in l. fi. ff. de iuriſ. om. iu. ſequuntur opi. Cyn. & Bar. & Bal. in l. j. §. ij. ff. de offic. præt. urb. approbat dicta per ipſum in l. j. C. de ſa. ſanct. eccle. & idem dixit Bal. in l. j. C. ubi de cri. licet Bal. in addit. Spe. in tit. de ſent. in pe. col. uideatur trāſire cum opi. Odofr. & Io. And. & uide Bal. in l. ſi qs in hoc genus.[a] qui approbat dicta per ipſum in d. l. j. C. de ſacroſanct. eccle. Et de materia uide pulchra uerba Bar. in l. ij. C. de eunuchis. & dicta Bald. in l. mercatores. C. de commer. & per Bal. in l. neganda. C. qui accuſar. in vj. col. in uer. pone Florētinus deliquit. & per omnes doctores. in ca. ut animarum. §. j. extrà de teſtib. & in vj. per Canoniſt. maximè per do. Anto. de Butr. in c. à nobis. extrà de ſent. excom. & opi. Cyn. & Bar. ſecutus eſt Ang. in publica diſputatione, quæ incip. Bononienſis bannitus. & uide Pet. de Ancha. in ſolenni ſua repetitione. c. poſtulaſti. extrà de fo. cōp. & de materia per Bar. in l. ij. ff. de offi. præſi. Adde tamen ꝙ Bal.[b] in l. j. §. ij. ff. de offi. præf. ur. uidetur uelle, ꝙ in foro canonico, ſaltem militet opi. Odof. quod no. quia in terris

d

in terris eccleſiæ fortè nõ poterit iudex punire malefactorem committentem delictũ extra territorium : & ſic concordabimus opiniones. Et de materia per Bart.in l.ſi cui.§. fi.ff.de accuſa.& Pet.de Anch.in repetitio.c. canonum ſtatuta.extrà de cõſti. dum ponit materiam, an ſtatuta extẽdant uires extra territoriũ.& ibi dixit Pet. de anch.ꝙ imò Io.And.in addi.Spe. approbat opi.Cy.Puto quòd errauit Pet.de Ancha.ibi: unde non dubito, ꝙ iſta eſt cõmunis opi.& ſi do.Ang. uidiſſet iſtas deciſiones, nõ dubitaſſet formare inquiſitionem, ad hoc tãtùm,ut delicta punirentur. Sed dico, ꝙ hodie iudex debet formare inquiſitionem,quia iſta eſt cõmunis opin.

84 * An autem ſecundùm ſtatutum originis uel loci in quo deliquit ille talis debeat puniri:uide in locis ſuprà c alleg.communis eſt ſententia, quòd in locis delicti.

ANNOT. a ¶Si quis in hoc genus. *Adde quòd ibi uidetur caſus cõtra Odof. & ratio, quia nõ differunt procedere per inquiſitionem,uel accuſationẽ, niſi quò ad ordinem.l.abſentem.ff.de pœ. & finis inquiſitionis tẽdit ad hoc, ut prouincia purgetur.l.congruit.ff.de offi. præ.*

b ¶Adde tamen quod Bal. *Hoc ibi non firmat, ſed remittit ſe ad dictum c. ut animarum, in quo fundatur dubitatio : ſed reſponde quòd loquitur in pœna quæ infligitur ipſo iure: & de hoc uide in c.cùm contingat.in ij.col.de fo.compe.& adde ꝙ aliud eſt in foro canonico, aliud in terris eccleſiæ in foro ciuili.patet in ca. cùm eſſes.de teſta.& aduerte,quia Gãd. in tract.maleſi.in q.incip.licet finem impoſuerim.quæ eſt in fi.ſui operis, ſentit, ꝙ de iure canonico iudex originis & domicilii poſſit inquirere : ſecus de iure ciuili, per rationes,de quibus ibi per eũ: & idẽ ꝙ in iure canonico,& de iure ca.procedat opi.Cy.uult Io.And.in addi.Spe.in tit.de comp.iudi.adi.ut refert & declarat Abbas.Pan.in c.cum contingat.de fo. comp. ubi uide per Moder. & uide aliquid per Ale.in cõſi.cxj.in j.uol.& latius per Abba.in cõſi.xxiiij.inc.Rodul.ciuis Corneti.*

85 *Poteſtas tenetur de negligentia,ſtatuto dicente, quòd poteſtas in talibus caſibus poſſit inquirere.*

ANGELVS.

85 * QVID ſi ſtatuto cauetur , quòd poteſtas in talibus caſibus poſſit inquirere,an ſi non inquirat,teneat̃ de negligentia ? Bal.in l.Gallus.in prin. ff.de lib.& poſthu. tenet ꝙ ſic. Et ſequuntur ibi Raph.& Imo.qui dicunt, ꝙ cũ poteſtas teneatur purgare prouinciã malis hominibus : l.congruit. ff.de offi.præſi.not.in rub.ff.de iuriſ. om.iu.neceſſariò ſequitur,quòd uerbum,poteſt,importet neceſsitatẽ: & per conſequens ſi fuerit negligens, teneatur de negligẽtia. faciũt quod no.Doct.maximè Bal.& Ang.in l.mãcipia. C.de ſer. fug. quod not.debet ergo iudex de delictis inqrere, aliàs tenetur in ſyndicatu , ſi fuerit negligens,ſiue ſtatutũ dicat , quòd de tali crimine debeat inquirere,ſiue quòd poſsit inquirere.

AVGVSTI. Adde hic quæ dixi in d.l.Gallus.uide tex.& ibi Bar.in l.j. C.de publi.læti.lib.xij.qui dicit,quòd acriter puniuntur iudices, qui diſsimulant inquirere contra malefactores. Adde tamen,quòd dicta Bal.[a] & a ſequacium uidentur falſa : quia ubi uerbum,poteſt,dirigitur in iudicem. illud uerbũ,poteſt,nõ inducit neceſſitatẽ:& ideo dicit Bal.in l.non quicquid.ff.de iudi. ꝙ iſto caſu iudex nõ facit litem ſuam,nec poteſt appellari à tali negligentia. & allegat Spec. hoc uoluiſſe in tit.de offi.iud. §.impedit.uerſi.ſed nunquid iudex.ſequitur dom.Catald.in tracta.ſyndica.in quæſtio.clv.

ADNOT. a ¶Quod dicta Bal. *Adde quod contra Bal.etiam tenet Alex.in d.l.Gallus. & ꝙ ideo in ciuitate Bono.ſunt duo ſtatuta, unũ, ꝙ iudex teneatur inquirere : aliud quòd poſſit : ſed Rapha.Cuma.in cõſi.cxlviij.in ij.col.tenet quòd uerbũ,poſſit , poſitũ in ſtatuto, importet neceſſitatem cauſatiuam , quia aliter ſtatutum eſſet fruſtratorium: quãdo autem in ſtatuto ſunt prædicta uerba negatiuè prolata,tũc bene important neceſſitatẽ præciſam. ita conſuluit Alex.in conſi.lxxvij.in iij.lib.& de uerbo,poteſt, uide per Pau.de Caſt.in conſi.ccxvj.Ber.*

86 *Aretinus cõmiſit delictũ in Marchia, & ibi de delicto conuenitur:an Aretii poterit de dicto maleficio conueniri.*

ANGELVS.

86 * QVAERO, Aretinus commiſit delictũ in Marchia , & ibi de delicto conuenitur,& eſt contumax:an Aretii poterit de dicto maleficio conueniri. Bart. format iſtam quæſtionẽ in l.ſepulchri.ff.de ſepul.uiol.& ibi cõcludit , ꝙ ſi præcedente proceſſu in Marchia eſt contumax,& uelit opponere Aretii de litis pendentia,nõ poteſt:quia non poteſt uti beneficio dicti proceſſus in quo eſt contumax,niſi compareat , & reficiat expenſas.l. ſancimus.C.de iudic. & ſic nõ poteſt uti beneficio l.ubi cœptum.ff. de iudic.& idem no. Bart.in l.quamuis.ff. de dam.infe.& idẽ ſi in Marchia fuit condẽnatus, tamen illi ſententiæ nõ paruit,& fuit cõtumax,tunc non poteſt uti dicta ſententia in ſui fauorẽ. l.euidẽter.ff.de excep.rei iu. Et ideo poteſt in loco ſuæ originis conueniri:ex quo Bar.ibi in fine infert unum mirabile, quòd ſi in Marchia eſt cõdemnatus & Aretii, & ſic in loco originis,quòd ualet utraq; condẽnatio: & ſic imputet ſibi, ſi non cõparuerit in uno loco , & dictæ ſententiæ paruerit,& oppoſuerit exceptionem litis pendẽtiæ in alio loco : ſicut in ſimili dicimus in eo, qui cõdemnatus eſt & domino & procuratori.l.ſi ſeruum.§.cum autem.ff.rem ra.hab. Et dico hoc eſſe not.quia aliâs hoc uidi de facto, & tunc ſi tã in Marchia fuerit repertus , quàm Aretii, poterit de dicto delicto puniri.

AVGVSTI. Tu autẽ in hac materia adde quæ dixit Bald. in l.ſenatus.C.qui accuſa. qui hoc idem dixit a qđ Bar.in d.l.ſepulchri.[a] quòd contumax nõ poteſt opponere de litis pẽdentia,quãdo in duobus locis in diuerſis territoriis formantur inquiſitiones.Et idem dixit Pet.de ancha.in repetitio.ca.propoſuiſti.extrà de fo. cõp. & do.Ab.in c.poſtulaſti.in prin. ulti.col.extrà de fo.comp.qui multũ magnifecit doctrinam Bar.in d.l.ſepulchri.& eã approbat.& uide Imo. in c.à nobis.extrà de ſent.excõmu.Et hæc fuerunt originalia uerba Iac.de bel.in ſua diſputa.quam poſuit in l.j. C.ubi de cri.quem refert & ſequitur Bal.in l.ſi pluribus.ff.de leg.j.dicens hoc eſſe uerum, ꝙ propter contumaciam inquiſiti in diuerſis territoriis, poterit formari inquiſitio. Intellige tamen prædicta , ut latè ſcripſi poſt Mod.in d.l.ſi pluribus. & uide quòd no.in d.l.ubi cœptum.ff.de iudic.

ADNOT. a ¶Quod Bar.in d. l.ſepulchri. *Adde & uide ibi Alex.in* apoſt.

*apoſt.& in conſilio ſuo xj.in j.uolu.*

87 *Iudice inquirente de delicto, de quo nō pōt inquiri, poterit appellari, ſi appellās alleget cām impedientē proceſſū.*

ANGELVS.

87 * ET notanda eſt doctrina Bald. quā poſuit in l.ij.C.de epiſc.au.in pe. col.ꝙ ſi iudex inquirit de delicto, de quo non poteſt inquiri, ꝙ poterit appellari, ſi ipſe appellans allegat cauſam impedientem proceſſum: quia grauatur litibus & ſumptibus: & etiā quia ipſum forte oportet ſtare in carcere, quod grauamē non poteſt poſt ea reparari: ſecus ſi allegaret cauſam inimicitiæ: quia non poterit appellare, ſed debet ſe purgare: ut l.is qui reus.ff.de publi.iud.

AVGVST. Tu adde hic quod dixit Bald.in l.ſi quis prouocatione.
a [a] C.de appell. qui dixit, ꝙ ubi timetur ꝙ iudex nō prorumpat in actum, quo facto non eſſet reparabile per appellationē: puta ne ponat inquiſitum ad torturam indebitē, ꝙ ille poterit appellare: modo in propoſito, facta inquiſitione, deuenitur regulariter ad torturam, ut infrà dicā. unde nō dubito, ꝙ ſi iudex formabit inquiſitionē, caſu quo fieri nō poteſt, qđ in iſtis criminalibus tenebit appellatio.

ADNOT. a ¶ Prouocatione. *Adde circa hoc quod uoluit Alex. in cōſi. cxlj.in ij uol. & Paul. de caſt.in conſilio cxxij.in antiquis ſecundo impreſſis. B.*

88 *Inquirere an poſſit iudex contra ſuum officialem.*

89 *Poteſtas, uel ſuperior poteſt cognoſcere de iniuria facta officiali uel eius familiari, ſi ſic ſit conſuetudo.*

ANGELVS.

88 * QVAERO an iudex poſſit in-
a quirere cōtra ſuum officialē [a] delinquētem. dic, aut deliquit in officio, & poteſt.l.ij.C.de ſportu. Si uerò extra officiū, tunc ſi crimen non eſt notorium, nō pōt, quia eſſet ſuſpectus. l.ſenatus.& quod ibi per gl.& Bar.ff. de of.præ. aut eſt notoriū quia iudex non habet niſi punire.& tūc pōt.l.ſi quis fortè.§.ſi quos. & qđ ibi Bart.ff. de pœn.& ibi Bar.etiā dixit, ꝙ iudex pōt inquirere cōtra delinquentē in familiā ſuā, quando crimen eſt notorium, quia tunc ceſſat cauſa ſuſpitionis.ar.l.ea quidem.C.de acc.ſecus ſi non eſt notoriū, niſi delictum cōmittatur circa officium principaliter, & non circa perſonam officialis, quia tūc poteſt procedere & punire.d.§. ſi quos.ſecus ſi deliquerit circa perſonam.d.l.ſenatus.& dicit do.Ange. ꝙ uidenda ſunt dicta Inn.& Io.and. in c.ex parte.extrà de uerb.ſig. & plenius Pet. de Anch.in cle.j.de fo.cōp. & bonus tex.in c.j.de pœ.in vj.& Cy. in l.j.C.ne quis in ſua cau. dixit etiā Bar.in d.l.ſenatus. ꝙ ſi duo officiales in ſimul delinquunt eiuſdē iudicis, talis iudex idoneus erit in cognoſcendo & puniēdo: quia ceſſat cauſa ſuſpitiōis.ar.l.nō ſolū.§.j.ff.de ri.nu.

ADNOT. a ¶ Officialem. *Adde tu ultra dicta hic per do.Ang.ꝙ opi.Bar. ſequitur Alex.in conſi.xxxv. & an Epiſcopus poſſit cognoſcere in cauſa ſuæ eccleſiæ: uide Oldra.in conſilio lvij.*

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde dicta Bar.in l.lex Cornelia.in prin.ff.de iniur. qui ponderauit illum text.ad hoc, quòd poteſtas tunc pōt eſſe iudex de iniuria facta familiæ: nihilominus Bar.ibi approbat dicta per ipm in d. §.ſi quos. & de materia aliqđ p Bar.in l.ſi quis obrepſerit.circa fi.ff.de fal.Et ad idē allego



allego Dominic.de ſancto Gemi.in c.j.de pœn.in vj.qui dixit, quòd ibi eſt caſus, ꝙ ſuperior non poteſt cognoſcere de iniuria facta officiali, uel eius familiari: patet ibi in text. quia opus fuit, ꝙ Papa illi ſuperiori delegaret illā cauſam. Nā fruſtratoria illa fuiſſet delegatio, ſi ille de iure cōmuni poterat procedere circa
89 proceſſum illū. * Limita tamē prædicta ſecūdū illū tex.& gl.ibi: & Domi.de ſancto Gemi.in d.c.j.ꝙ etiā in caſibus in quibus de iure communi poteſtas, uel ſuperior nō poteſt cognoſcere de iniuria facta officiali, uel eius familiari, niſi cōſuetudo eſſet in contrariū, quia cōſuetudo tribuit ius, ut ibi per gl. quia tūc poterit ſuperior eſſe iudex in illa cauſa. Et de materia uide omnino dicta Spe. in ti.de legato.§.j.uer.ſed nunquid poterit legatus.& bene faciūt nota. per Spe.in ti.de cōpe.iudi.aditio.§. ij.uer.itē not. Adde tamē in materia unū notabile uerbū, ꝙ eo caſu, quo poteſtas inquirit de delicto facto per a officialē, uel ei⁹ familiarē nō pōt appellari ab illa ſentētia lata per poteſtatē. Iſte eſt caſus, & ibi omnes notāt, in l.nulli.C.quorū appel.nō reci.

90 *Inquiſitio an fieri poſſit cōtra Caiū de homicidio, ſi reperitur mortuus unus Eremita, qui fuit interfectus à Caio, & ignoratur nomen occiſi.*

ANGELVS.

90 * QVAERO, reperit̃ un⁹ Eremita mortuus, uel unus aduena qui fuit interfectus à Caio, & ignorat̃ nomē occiſi: an cōtra Caiū homicidā poſſit inquiri, ut ualeat inquiſitio uel accuſatio, licet ignoretur nomē interfecti. dic ꝙ ſic: ut eſt gl.ſing.ij.q.viij.c. libellorū. Et no.Bal.& Imo.in l.quoties.§.ſi quis nomē.ff.de hære.inſti. Et hic dicit Ang.quòd cętera ſpectātia ad materiam inquiſitionis, dicētur j.in uerb.ſuper fama publica.

AVGVST. Tu autē in hoc articulo ſuprà dicto adde, ꝙ Bal.in l.ſolam.C.de teſti.in iiij.colū.approbat illā gl.in d.c.libellorum.& ibi dicit ipſam eſſe ſingularem.pro qua glo. ego allego caſum in l.j.§.interdum. ff.ſi pars hære.pet.quem tex.ad hoc ponderauit ibi Ang.qui dicit no.ꝙ hic text.eſt pro illa gl.in d.c.libellorum.ꝙ ſi cōſtat unum occidiſſe unū hominē, & ignoratur quis ſit occiſus, poterit formari inquiſitio cōtra occidētem. Et idē dicit in furto, quia quotidie uidemus in iſtis furibus qui capiuntur cū diuerſis rebus ſubtractis, & ignoratur cuius fuerint res, ꝙ poterit formari inquiſitio. Et dicit ibi do. Ang.quòd utrunq; caſum ita uidit practicari. Et ad hoc uide in argumentum bonā gl.in l.ſi cum exceptione.in §.in hac.ff.quod me.cau. quā gl.ponderauit ibi Ange. [a] referens Bal.fratrē ſuū aliàs uidiſſe praticari Florentiæ cōtra unum poteſtatē, qui in tortura unum occidit, cuius nomē ignorabatur, quia punitus poteſtas, licet nomē occiſi ignoraret. Quinimò fortius dixit ibi Ange.ꝙ licet acrius puniretur iſto caſu occidēs ciuē ꝗ forenſem, ꝙ in dubio ille occiſus in tortura, præſumit̃ magis ciuis quàm forēſis. Nā ex quo occiſus erat Florētię, præſumitur potius Florētinus quàm forēſis, niſi alia eius oſtendatur origo: ut l.j.in fin.ff. ad munici.imò ſi ille occiſus allegetur fuiſſe bānitū. Dicit Ang.ibi, hoc non præſumi: quia non eſt qualitas inſita à natura. dic ut ibi per eum.& remittit

remittit ſe ad nota. in l. libellorum. ff. de accuſa. in reportatis ſuis, quas fecit Bononiæ. & hæc omnia bene no. Adde Ang. in l. prætor. §. ſi dicatur. ff. de iniur. qui dicit, quomodo debet formari inquiſitio uel accuſatio iſto caſu: & an ille talis occiſus, præſumatur bannitus.

ADNOT. a ¶ Et ibi Ang. *Adde & uide Bald. in addi. ad Specula. in tit. de accuſa. in iiij. parte.*

QVAE ſit & quæ fieri intenditur. Notanda ſunt iſta uerba, quia non ſolùm dicitur, quæ fit, ſed etiam dicitur, quæ fieri intenditur: quaſi uelit non ſolùm præſens tẽpus, ſed etiam futurum comprehendere & manifeſtare, quòd dictus dominus poteſtas & iudex, uolunt, & intẽdunt ex eorum mero officio per inquiſitionem procedere in caſu infrà ſcripto, poſtea in ſpecie deducto, & in toto proceſſu uſque ad ſententiam incluſiuè: ſicut dicit Bar. in ſimili, quãdo procurator in principio ſui libelli dicit, Titius procurator, & procuratorio nomine agit, & agere intendit: & ſic ſignat futurũ tempus: quia licet poſtea in proceſſu omittat procurator dicere, & procuratorio nomine, tamen intelligitur: quia apparet expreſsè de ſua prima intẽtione, ꝙ in toto illo proceſſu, & ſic in futurũ, uult ꝓcuratorio nomine agere. ita uoluit Bar. in l. ſi ſtipulatus. §. Chryſogonus. ff. de uerbo. obli. in ulti. col. Nã licet poſtea in dicto ꝓceſſu in aliquo actu nõ apparuerit qs actũ fecerit, poteſtas, uel iudex, uel ſub nomine proprio, uel ſub nomine dignitatis, uel officii, ex inquiſitione, & ſic ex mero officio, uel quomodo: quòd iſta clauſula in principio apposita, eſt tantæ potentiæ, quòd facit quòd præſumatur per uiam inquiſitionis, ex mero officio, proſequutum per dominũ poteſtatem, & iudicẽ maleficiorum uſque ad finem.

AVGVST. Tu autẽ in hac materia adde inquãtũ ſuprà dom. Ang. allegauit doctrinam Bart. in dicto §. Chryſogonus. uide pulchra uerba Bart. in l. qui in aliena. §. is qui. ff. de acquirẽda hæreditate. Et ibi omnino uide Romanũ, qui multa allegat. uide Bald. in l. literas. C. mandati. & per Bar. in l. poſt dotem. ff. ſoluto matrimonio. in ſexta lectura. uide quæ dixi poſt Moder. in d. §. Chryſogonus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex cauſarum ciuilium, & qui habet iuriſdictionẽ tantùm, non poteſt de cauſa criminali cognoſcere, uel punire.*

PER Iudicem maleficiorum. 1 *Iudex enim cauſarum ciuilium tantũ, & ſic qui habet iuriſdictionem tantũ: iuxta l. imperiũ. in fi. ff. de iuriſdict. om. iudi. & l. ea quę magiſtratus. ff. ad muni. nõ poteſt de cauſa criminali cognoſcere, uel punire regulariter, ut dictũ eſt ſuprà in text. in princ. ibi, hæc eſt quædam inquiſitio. in uerſicu. tertio principaliter eſt uidendũ. Ad hoc enim ut quis poſsit de maleficiis regulariter cognoſcere, & punire: oportet, quòd habeat merum imperium. l. imperium. ff. de iuriſdi. om. iud. & quod ibi Bart. & l. iubere cauere. eod. tit. l. j. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſdi. facit quod not. Bar. in l. inter conuenientes. ff. ad municipa. Iudex enim cauſarum ciuilium tantùm, etiam ſi iuriſdictio ſua eſſet prorogata, non poſſet de cauſa criminali cognoſcere: ſicut econtra,

iudex



iudex maleficiorum non poſſet de cauſa ciuili iudicare: ut l. ſolemus. §. latrunculator. ff. de iudic. etiam ſi ſua iuriſdictio in cauſis ciuilibus eſſet prorogata. l. teſtamenta omnia. & quod ibi Bald. C. de teſta. & no. Cy. & Bal. in l. ſi quis ex conſenſu. C. de epiſcop. audi. & Bart. in dicta l. inter cõuenientes. quod eſt uerum, ſi principaliter iudex maleficiorum ſuper ciuili aditus, etiam ex prorogatione, fuiſſet: ſecus ſi incidenter, ut quia cognoſcit de furto criminaliter, & poteſt iudicare ultra pœnã furti, quòd res ablata reſtituatur: ut dicit gloſ. & Bart. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. & notat Innoc. in capi. cum oporteat. de accuſatio.

AVGVST. Tu autẽ in hac materia adde, quòd id qđ dixit Bar. [a] in dicta l. interdum. §. qui furem. idem uoluit in l. penult. ff. de calum. Et idẽ uoluit Angel. in dicta l. ſi uacantia. in ulti. quæſtio. & Bart. in l. defuncto. §. fin. ff. de public. iudic. per illum text. qui ita limitat dictum §. latrunculator. Et ideo dixit Bald. in l. quod euitandi. C. de condi. ob turp. cau. quòd ex proceſſu criminali, peruenitur ad ciuilem proceſſum ex eadem inſtantia, ex officio iudicis. Et ideo dicit, quòd fur qui criminaliter fuſtigatur, tamen de carcere non relaxatur, donec furtum reddatur. allegat dictum §. qui furem. Et ideo dicit, quòd cuſtodes carcerum caueant, ne talem ſic condemnatũ dimittant, niſi prius ſit ſatisfactum fiſco & parti. Et idem uidetur uelle Bal. in dicta l. ea quidẽ. in ultim. col. dum allegat dictum §. qui furem. & idem Bal. in l. j. C. ſi à nõ compe. iudi. in penul. col. & idẽ Bart. in l. j. in §. hoc edictum. in j. col. ff. vi bo. rap. per Bar. in l. j. quan. ciui. actio præiudi. crimi. Adde tamen, ꝙ Bald. in l. ſi quis à ſe fundum. C. unde ui. in ulti. col. tenet cõtrarium: quia iudex maleficiorũ incidẽter nõ pronunciabit ſuper reſtitutione rei: quia duo proceſſus ſunt neceſſarii, ſcilicet ciuilis, & criminalis. Nec ob. dictus §. qui furem. quia reſpondet, quòd ibi fuit proceſſum de facto, non de iure. & alle. Odof. Pet. & Cy. ita tenuiſſe: uel dicit, quòd ibi eſt ſpeciale, quia delinquens fuit repertus in crimine: ut eſt etiam ſpeciale in l. cap. quinto. ff. de adult. & in l. ictus fuſtium. ff. de infa. Ad idem contra Bart. Bal. allegauit text. in terminis, in l. ſi de poſſeſsione. C. unde ui. Nam dicit Bald. in dicta l. ſi de poſſeſsione. hic eſt caſus cõtra opi. Bar. quòd iudex maleficiorum incidenter non poteſt pronunciare ſuper reſtitutione rei. Non obſt. §. qui furẽ. quia reſpõdet, quòd ibi fallit, niſi latro duceretur ad furcas. & ita intelligit dictum §. qui furem. & ſic uoluit, quòd ibi illo caſu in dicto §. qui furem. eſſet ſpeciale. Sed non recedatis ab opi. Bar. in locis ſuprà alleg. quia diuinatio eſt, ꝙ in dicto §. qui furem. ibi fuerit aliqua ſpecialitas. Limita tamen prædicta, quòd uerum eſt, quòd incidenter iudex maleficiorum ex officio poteſt pronũciare ſuper reſtitutione rei ablatæ, quando de maleficio conſtaret per confeſsionem: ſecus ſi per alias probationes. ita eleganter & ſingulariter uoluit Bald. per bonas rationes, in l. qui crimen. in ultima col. C. qui accuſare. & certè iſta eſt maxima reſtrictio ad dicta Bart. & ad dictum §. qui furem. ſed certè rationes Bal. ibi ſunt friuolæ, quas ipſe adduxit.

De hac materia uide per Sal.in d.l.ſi quis à ſe fundum. & aliquid per Bar. argum.illius tex.in l.penult.C. ſi aduerſ. lib. Et de intellectu dicti §. qui furem.latè per Gand.in tracta. maleficior.in rubri. forma libel.accuſa. in uerſic. ſed interim ego quæro,nunquid in eodem libello &c.& ibi latè examinat intellectum dicti §. qui furem.& uide Barto.in l.j. in fine.ff. ad Turpil.& Bal. in l. obſeruare.§.proficiſci.ff.de offi.proconſu. & leg. qui in ſi.vj.q. dicit, quòd diſpoſitio dicti §.qui furem.habet locum in inquiſitione,nedum in accuſatione:& intellectum dicti §.qui furem.melius poſuit Ang.in l.j.C.quando ciui.act.prę iudi.crimi.& ponit practicā qua utuntur iudices maleficiorum:per Bald. in l.j.in j.col.C.de appella. per dom. Catald. in tracta. ſyndica. q. cxcviij. qui tenet, quòd iudex maleficiorum erit iudex, etiam ſi de maleficio ageretur ciuiliter.

ADNOT. a ¶ Id quod dixit Bart. *Adde tu quòd opin.Bart. uidetur tenere Rom.in conſi.clxij. ubi dicit quòd non ualet ſententia iudicis maleficiorum in ciuili, cùm non condemnat de maleficio,uel criminis cauſa:& de conſenſu partium non poſſet de cauſa ciuili cognoſcere.Bernardin.*

ANGELVS.

ET DICO quòd quilibet poteſtas & quilibet alius officialis iurare debent,quòd officium ſuum facient bona fide,& ſine fraude,remoto pretio & qualibet illicita pactione.l.ſi.& ibi Bal. C. ad legem Iuliam repetūd. Si quidem aūt aliquid receperit per cōcuſſionem,uel per baratariam acceperit, donum illud cum quadruplo reſtituet.l.j.& ibi Bal.C.eod. titu. quæ pœna tranſit in hæredē officialis,licet contra eum nō fuerit lis cōteſtata, uel ad hæredē eius nihil peruenerit.l.ij.& ibi Bald.eod.titu.Nam officialis debet habere mundas manus.l.omnis.eod.tit.& ibi Bal.de barataria poteſt à quolibet accuſari.l. iubemus.eod.tit. & ibi Bald.& etiam ab eo à quo extorſit, dummodo ad querelam porrigat intra certum tēpus:ut l.unuſquiſque.& ibi Bal. eod. tit.quod not.pro ſyndicatu, & cōtra alios officiales baratarios.

AVGVST. Adde tu in hac materia,inquantum dictum eſt, quòd iudex qui commiſit baratariam, tenetur ad quadruplum : dic hoc uerum, quando ciuiliter cōueniretur, ſecus ſi criminaliter. Nam & criminaliter poteſt etiam conueniri, textus eſt in l.antepen.§.hodie. ff. ad legem Iuliā repetund. & ideo caueāt, ne iudices baratariam committant.& quòd etiā criminaliter poſſit agi,uoluit gl.in l. j.C.eod.tit.& omnes Docto.Cy. Pet. & Salyce.in l.iij.C. eod. tit. quinimo dixit ibi Ang. quòd ſi iudex in cauſa capitali commiſit baratariam, quia condemnauit innocentem,& abſoluit nocētem, pœna capitali punitur, uel deportatur. In aliis caſibus, ſiue criminaliter agatur,ſiue ciuiliter,etiā ſi cauſa ſit pecuniaria, relegādus eſt, per dictum §.hodie. licet Sali.ibi. in dicta l.iij.aliter intellexerit iſtam materiam. Item inquantum dictum eſt ſuprà, quòd quilibet poteſt accuſare iudicem,qui commiſit baratariā.Adde & tempera prædicta procedere quando ageretur criminaliter, ſeu ageretur pœna quadrupli, & illud quadruplum applicaretur fiſco:ſecus ſi illud quadruplū applicaretur par-





ti & fiſco:quia tunc non poteſt quilibet de populo agere cōtra iudicem: ſed ſolum ille, qui dedit pecuniam, & hæres eius cuius intereſt. Ita dixit Angelus in dicta l.j.C. ad legem Iuliam repetundarum.in prima col. Et de materia uide Barto. in d.l. datur. qui ponit quando hæres iudicis teneatur de barataria. & per Ange. & Sali.in l.ij.C.eod. titu. & uide dominum Catald.in tract.ſyndica.in q.cx. qui dicit, quòd in ſola promiſſione
a committitur barataria, [a] & in uno nummo:& priuatur ipſo iure officio, & in q.lxiiij. ponit, quando mediator in barataria poteſt eſſe teſtis.

ADNOT. a ¶ Barataria. *Quid autem ſit barataria, & qualiter fiat:& ad materiam uide Paul. de caſt. in conſi. clxij. prima ſtamp. & Petr. de ancha. conſil.cclxxij. Bern.*

HIERO. Tu adde Pari. de pu. ubi latè tradit de hac materia in trac. de ſyndi. in rub. de barataria. char. xxvj.& in ead. rub.in uer. corruptio. char.xxxvij.

SVMMARIVM.

1 *Accuſationis proceſſus non ſit officio iudicis,ſed ad partis petitionem.*

2 *Verba, mero officio,operantur, quòd inquiſitio fieri poſſit abſque hoc,quòd procedat diffamatio, & quòd inquiſitionis copia reo detur.*

MERO officio,arbitrio,autoritate, poteſtate, atque bailia. Dic quòd iſta uerba, de neceſſitate,& utilitate, & cum miniſte-
1 rio apponuntur:* quoniam quando agitur per accuſationem, non ſit ex officio iudicis, ſed ad partis petitionem:ut dicetur ſtatim in gl.ſeq.facit l.reſcripto.§.ſi quis accuſatorem. ff.de mune. & hono. & dic quòd iſta uerba,ex mero officio, ſunt multum utilia apponi in inquiſitione : nam per talia uerba appoſita in inquiſitione, non eſt neceſſe quòd præce-
2 dat diffamatio:* ſed nec eſt neceſſe, quòd copia inquiſitionis tradatur reo:ut in capitu.qualiter & quando. & in c.inquiſitionis. eod.tit.ita dicit Angel. in d.l. ſi uacantia. in uerſi.de quinto uerò articulo.& in uerſi.item fallit.ubi iudex inquirit ex mero officio, & hoc uoluit Ant. de bu. in d. c.qualiter & quando. in iij. col. aliâs non appoſitis dictis uerbis,non procederet inquiſitio, niſi præcedente diffamatione. Et multum commēda in practica,quia multi hoc non ponderauerunt. & quid importet & ſignificet,ex mero:uide Ang. & Imol. in ſi.in l.v.in princ.ff. de uerb.oblig. facit text.& gl.in uerb.mero.inſti. de diuiſ.ſtipu.§.ij.& ibi dixi.

AVGVST. Tu autē in hac materia adde quæ dixi ſuprà in illo arti-
a culo, [a] in iiij.q.princip. in gloſ. hæc eſt quædam inquiſitio. ubi probaui iſtam ſuam practicā eſſe falſam, motus autoritate Specula. Hoſtien. & Ioan. And. & Gandi. qui in propriis terminis dixerunt contrarium : quos iſte ignorauit.qui uolunt, quòd imò ſi iudex etiam procedit ex mero officio, neceſſaria eſt ipſa diffamatio: imò dico, quòd tu iudex teneris in ſyndicatu, ſi tu formares etiam inquiſitionem ex mero officio, nulla præcedente diffamatione,dic ut ibi: & de uerbo, mero, uidē quæ dixi in dicta l.v.ff.de uerb.oblig.

ADNOT. a ¶ In illo atticulo. *Adde tu,& uide ibi poſita.& uide Capol. in conſil.lxvj. ubi tranſit cum opin. Angeli, ſcilicet, quòd non ſit danda*

*copia inquiſitionis & indiciorũ:& dicit*
*quòd Ang.in d.l.ſi uacantia.hoc non di-*
*cit.& quòd author iſta ſic correxit in-*
*frà in uerſicu.fama publica.& quòd ſit*
*dãda copia indiciorũ & inquiſitionis,cũ*
*proceditur ex mero officio, dicit tenere*
Io.Pe.Ferr.Pap.*in ſua prac.*Gãd.*& plu*
*res alios, quos uide ibi:& quãdo ſit dã-*
*da copia indiciorũ cum iudex habet latũ*
*arbitriũ,uide* Ale.*in cõſi.xlj.in.ij.uol.*B.

SVMMARIVM.

1 *Querelans,aut inſtigans iudicem,ut*
*inquirat,nõ propriè dicitur accuſator.*
2 *Querelans,ſiue inſtigãs,aut ſolicitans*
*iudicem ut iniquirat, tenetur pœna*
Turpil. *& condẽnatur in expenſis,ſi-*
*cut ſi principaliter accuſaſſet & non*
*probaſſet.*

ET ad querelã Titii infraſcri-
1 pti.* Dico ꝙ iſte nõ eſt ꝓpriè
accuſator,licet querelet,uel inſtiget
iudicẽ ut inquirat:quod patet, quia
nõ facit ea quę ſunt neceſſària in ac
cuſatione,ut ſe ſubſcribat,uel præ-
ſtet fideiuſsionẽ,& alia de qbus in-
2 frà.* Et dico unum mẽti tenendũ,ꝙ
a talis ad cuius inſtãtiã querelã, [a] uel
inſtigationẽ iudex inqſierit ſiue ſoli
citauerit:ſi inqſitio nõ probatur,te-
netur pœna Turpiliani,& etiã con-
dẽnatur in expenſis:ſicut ſi princi-
paliter accuſaſſet,& non probaſſet
accuſationem:ut eſt tex.& gl.in l.j.§.
incidit.ff.ad Turpil.& eſt tex.glo.&
Bartol.in l.in ſenatus.§.an ad eius.
in princip.ff.ad Turpilia.& eſt text.
in l.ob hæc uerba.ff.de infam.Et ibi
omnino uideas Bal.& Ang.ſingulari
ter:qđ ſingulariter no.& tene mẽti.

ADNOTAT. a ¶ Querelam.
*Adde tu quid ſit querela,& an ponatur*
*pro accuſatione & denunciatione.uide*
*Cæp.in cõſi.lxv.& quod aßiſtẽs ſeu ac-*
*cuſans,ſi nõ probat,poßit puniri de fal-*
*ſo.tenet do.*Alex.*in conſi.xj.in j.uolu.&*
*an inſtigator incidat in Turpilianũ:ui-*
*de* Cæp.*conſi.lxvj.*Ber.

AVGVST. Tu adde vltra prę-
dicta ea quæ dicit Ange.in l.iij.ff.de
cri.ſtel.qui dicit,quòd iſti inſtigato-
res tenentur crimine ſtellionatus,&
ſic puniũtur arbitrio iudicis Et idem
uoluit in dicta l.ob hæc uerba.quem
omnino uide.Si autẽ unus cũ pecu-
nia faceret,ꝙ unus denũciaret iudi-
ci iniquè aliquod maleficiũ,ad hoc
ut iudex procederet cõtra eũ,tene-
tur pœna falſi.l.l.Cornelia.§.fi.& ibi
Bar.ff.de fal.Et adde hic not.per do.
Ant.de But.& Abb.in c.cùm dilecti.
in fi.extrà de dolo & contu.Et ꝙ iſte
promouens iudicẽ in formando in-
quiſitionẽ teneatur in expẽſis ſi reus
eſt abſolutus,tenet do.Catald.in tra
cta.ſuo ſynd.q.clxv.ſecus ſi iudex ex
neceſsitate officij, ex mero officio
ſuo,format inquiſitionẽ.ibi uide,&
in q.ſeq.ibi declarat do.Catald.quid
importet hoc uerbum,querela.

HIERO. Addatis Stepha. auf.
omnia iſta referentem & approban-
tem in deciſio.Capellæ Tholoſanę.
in deci.vij.in ordine.

3 *Accuſare quid ſit.*
4 *Accuſator iurat quòd non animo ca-*
*lumniandi reum accuſat.*

ANGELVS.

ET qa hîc tractat̃ materia cõgruẽ-
tius ipſius accuſationis:Primò quæ-
3 ro,* quid eſt accuſatio. Vnde dicit
Azo.in ſum.C.de accu. Accuſare,eſt
aliquẽ in libello reũ criminis defer-
re,uel facere ad uindictã.Et de mate
ria latè per Hoſt.in ſum.e.tit.& facit
4 l.cũ rõnib⁹.C.qui accu.* Et ille q ac
cuſat,primò iurare debet,ꝙ nõ ani-
mo calũniãdi reũ accuſat. Ita uoluit
Bar.in l.is q re⁹.ff.de pub.iud.in uer.
ſed quero qũo cum ſuprà dixerim.

AVGVST. Tu adde qđ miror
ꝙ iſte nõ allegauerit doctrinã Bart.
in l.j.C.de iura.calũ.qui melius hoc
dicit,ꝙ hodie ſecũdùm conſuetudi-
nem Italię,accuſator iurat in princi-
pio,quòd accuſatio eſt uera,& quòd
non animo calumniãdi hoc facit,&
reus iurat de dicẽda ueritate. Idem
dixit Gandi.in tract.malefic.in rubr.
qualiter fiat accuſatio.in uerſi.hodie
autẽ de conſuetudine per totã Ita-
liã.ubi dicit, ꝙ hodie non produci-
tur libellus accuſatorius, ſed ſim-
plex quædã accuſatio,quę cõtinet &
nomen accuſantis & accuſati,& de-
lictum,locũ,& tempus:& ille accu-
ſans iurat accuſationẽ eſſe uerã.Sed
ibi Gandi.nõ adiicit illa uerba,quòd
non animo calumniandi hoc facit.

HIERO. Tu adde do.Præpoſi.
in ſum.ij.q.viij.in ij.col.uer.& in pri
mis.cum pluribus ſeq.ubi ponit plu-
res diffinitiones,quę tamen in idem
reincidunt.& per Bal.in ſua pract.in
rub.de quæſt.circa lib.cri.Hiero.za-
ne.poſt Docto.in repe.c.j.de accuſa.
ſuper rub.colum.v.uerſic.quæro.Vi-
tal.in tract.maleſi.in rub.quot mod.
ſuper malefic.proced.in uer.quid ſit
accuſatio.ubi etiã ponit multas for-
mas accuſ.ſed an accuſatio expe-
diatur officio iudicis nobili.& breui
ter dico ꝙ ſic,ſecũdùm Bapti.de ſan
cto Blaſio,qui latè hãc quæſtionẽ diſ
putat in l.imperiũ.ff. de iuriſd.omn.
iud.iiij.col.uer.octauo quæro.&c.

5 *Accuſator ſubſcribit ſe ad pœnã taliõis.*
6 *Inſcriptio requiritur de iure canonico.*

ANGELVS.

5 * SECVNDO requiritur,ꝙ ſe
ſubſcribat ad pœnã talionis.l.iij.C.
qui accu.nõ poſ.& ibi Cy.Bal.Ange.
& Sal.in l.ſi cui.in prin.& ibi Bart.ff.
de accu.& Spe.in ti.de accu.in prin.
uer.his igitur cõſideratis &c. Itẽ in-
ſcribat ſe candẽ pœnã ſubiturum,ſi
a non probet,quã reus pateretur, [a] ſi
probatũ eſſet.l.pen.& fin.C.de accu.
& debet per ſe,ſiue per alium,ſi ne-
ſcit ſcribere,ſe ſubſcribere:ut l.libel
lorum.ff.de accuſa.& auth.genera-
liter.C.de epiſ.& cle.& not.Salyc.in
d.l.iij.& uide bonum tex.in c.tuę.ex-
trà de procura.& in c.ſuper his.extrà
de accu.& hoc procedit de iure,ſed
de conſuetudine non eſt neceſſaria
b ſubſcriptio [b] : ut no.Bar.in d.l.ſi cui.
in prin.& in d.l.libellorũ.ff.de accu.
Sed de iure hoc etiã fallit in l.quã-
uis.l.ij.C.de adul.& hoc de iure anti
quo:hodie uero ſecus:ut in auth.ut
lice.ma.& auiæ.in §.ſi de adulterio.
Itẽ fallit in cauſa abigeatus:ut l.j.C.
de abig.& hoc cũ agitur de crimine
criminaliter:ſi uero agitur ciuiliter,
nõ eſt neceſſaria inſcriptio,& ſic ad
pœnã applicãdã parti.Secus ſi pœna
c applicaretur fiſco, [c] licet eſſet pecu
niaria:quia tũc dicetur agi criminali
ter:ut eſt glo.ſing.in l.ij.§.j.ff.de ſe-
pul.uio.tũc aũt neceſſaria eſſet ſub-
ſcriptio.Iſta diſtinctio probatur ex-
preſsè in l.ſi.ff.de priua.deli.& idẽ ſi
agitur de crimine & criminaliter per
uiã exceptiõis:quia qui excipit,non
propriè accuſat,& ſic ſe non ſubſcri
bit.Et hoc etiam patet,quia ſi crimẽ
obiicitur per modũ exceptionis,non
eſt punibile.l.Lucins.ff.de infa. Nec
obſtat l.ubi.C. de fal.quia illud ac-
ceſſoriè officio iudicis,non princi-
paliter:ergo eſt attendendum:ut l.ſi
quis nec cauſam.ff.ſi cer.pet.Si uero
non

nõ ſimpliciter excipit, ſed impugnat, quia petit puniri illum contra quem excipit, tunc debet ſe ſubſcribere. Ita in hoc ultimo dixit Bart. in l. ſi cui. in princ. de accuſat. & Sali. in l. iij. C. qui accuſa. non poſ. Si uerò procedatur per denunciationem, non eſt neceſſaria ſubſcriptio: ut l. ea quidem. C. de accuſa. Aduertas tamen, ſecundũ Ange. in l. iij. C. qui accuſ. non poſ. ꝙ licet quando crimen obiicitur tantummodo ad repellendum, non ſit neceſſaria ſubſcriptio. Tamen obii-
d ciens, poteſt iniuriarum [d] conueniri indiſtinctè, niſi probet, quòd non probauit propter potentiam aduerſarij, uel quia fuit deceptus à teſtibus: tunc apparet, quòd non animo iniuriandi hoc fecit: ideo non tenetur iniuriarum. Et ita tenet Ioan. An. in addi. Spec. in tit. de accuſ. in uerſi. uſque. penè ad fi.

ADNOTAT. a ¶Pateretur. *Adde tu Alexã. de Imo. in conſil. xj. j. uol. & Ant. de prato uet. in cõſi. Bar. cõſ. pen.*
b ¶ Subſcriptio. *Adde Anto. de prato uetc. in conſi. proxi. allega. & idem ſentit Ro. in conſi. cccclj. in fi. Ber.*
c ¶Fiſco. *Adde circa hæc dicta, & uide quæ ponit Alex. in conſi. cxxxij. in j. uolu.*
d ¶ Iniuriarum. *Adde ad hoc Alex. in conſi. xj. j. uolu. Oldra. conſi. cliij. & Pet. de Ancha. conſi. cccxxvj. Ber.*

AVGVST. Tu autem in materia hac adde, ꝙ uera eſt iſta concluſio, ꝙ ubi agitur ciuiliter, nõ requiritur illa ſolẽnitas inſcriptionis. text. eſt & ibi Bal. in l. mométaneæ. C. unde ui. uoluit Bald. in l. ij. C. de fide inſtru. Et in hac materia adde bonã gl. ij. q. viij. in ſumma. quę enumerat ſex caſus, in quibus de iure ſi agitur criminaliter, non requiritur inſcriptio ad pœnam talionis. Sed adde ad illã glo. & ad doct. hîc, ꝙ ubi crimen eſt cõtra maieſtatem diuinam, nec etiã ibi requiritur talis inſcriptio. Ita uoluit Ang. ſingulariter in authẽ. quomo. opor. epiſco. in §. fin. quod nota, contra blaſphemantes maieſtatẽ diuinam. De conſuetudine hodie non requiritur inſcriptio. Ita dixit Gandi. in tract. maleficiorũ. ſub rub. qualiter fiat accuſ. in uer. dixi inſcriptionẽ de conſuetudine non eſſe faciendã. Et idem Gandi. ſub rubr. quis poſsit accuſare. in uer. hodie autem in cõſuetudine. Et ibi etiam ponit aliquos caſus, ubi etiã de iure nõ fit inſcriptio. Et dixit Bart. in l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. iud. in prin. in j. col. ꝙ in Italia ex forma ſtatutorũ, non fiunt iſtæ inſcriptiones. Et ideo Specu. in titu. de accuſ. in §. j. in uer. nec mirũ ſi criminali. dicit, ꝙ generalis conſuetudo non obſeruat has inſcriptiones. Et uide Ioã. And. in addi. Spec. in tit. de accuſa. & inquiſitione. in iiij. parte. in fi. qui remittit ſe ad bonas remiſsiones. uide Old. in conſil. cclxix. qui ponit quando ſuperior accuſat
a inferiorem, [a] an requiratur inſcri-
6 ptio iſta: & dicit ꝙ ſic. * De iure canonico uidi dubitari, an requiratur inſcriptio ad pœnã talionis: & dubiũ faciebat tex. in c. dilecti. extrà de iud. & text. in c. licet in beato Petro. extrà de accuſa. Sed certè fruſtratoria erat diſputatio: quia de hoc eſt caſus in c. quiſquis. ij. q. viij. & tex. in c. licet Hely. extrà de ſimonia. ubi expreſsè requiritur inſcriptio: & text. in c. qualiter & quãdo. An autẽ ubi crimẽ opponitur per uiam exceptionis, requiratur inſcriptio? In hac materia ultra ſ. alleg. adde gloſ. ij. q. viij. in ſumma. & Bald. & Bal. in l. fi. in pen. col. C. ſi ex fal. inſtru. & Ang. in l. libellorum. ff. de accuſa. & Canoniſtæ in c. ſuper his. extrà de accuſat.



ADNOT. a ¶Inferiorem. *Adde tu & dic hoc uerũ niſi ageret ad correctionem morum, & imponeret pœnitentiam. ita Cal. in tit. de accuſa. conſi. ij. & adde, quòd libellus accuſatorius in ciuili debet continere omnes ſolennitates: ſcilicet loci, & temporis, quæ cõtinere debet in criminali. ita Ro. in conſi. cxcj. Ber.*

HIERO. In hac materia adde Salic. in l. pen. ubi ponit formã inſcriptionis. Item inquantum dicunt hîc Ang. & Auguſti. quòd inſcriptio hodie non requiritur de conſuetudine. adde quòd idẽ tenet practicus Pap. in forma inquiſitio. in gloſ. hæc eſt quædã inquiſitio. j. col. uer. ſed quid dices. Item ultra caſus poſitos hîc, in quibus non requiritur inſcriptio, adde notabiliter Henricum boyc, in c. ſuper literis. de accu. in j. & ij. col. ubi poſt antiquos ponit xj. caſus, & Præpo. poſt glo. in ſumma. ij. q. viij. & per Iacob. de bel. in ſua practi. in rub. de inquiſitio. j. col. uer. & intelligantur. ubi tenet, ꝙ ubicunque cõmunitas, collegiũ, ſeu uniuerſitas, accuſat, ꝙ nõ requiritur inſcriptio. Sed quæro, in quibus caſibus requiritur inſcriptio, etiam ſi nõ interueniat accuſatio, & an ſit nulla. & breuiter dicatis ꝙ non, ſecundũ cõmuniter in c. ſuper his. de accuſ. extrà. de qua traditur per Doct. in l. pen. & fi. hîc alleg. & ratio eſt, quia ſuppletur à lege, ut accuſator intelligatur obligatus ad pœnã talionis, & ad proſequendam accuſa. ſecundum gloſſ. & doct. ibi: qđ probatur per tex. quẽ ibi not. Bal. in l. his uerbis ſeq. ff. de adop. & in l. j. in prin. C. de rei uxo. act. ubi omiſſio ſolẽnitatis, quæ ſuppletur à lege ipſo iure, nunquã reddit actum ipſo iure nullum. & ita declarat etiã do. Præpo. c. ubi. ſ. col. iij. ſed an ubi proceditur per denunciationẽ, requiratur inſcriptio: uideatis ſingu. Henri. boyc, in d. c. ſuper his. de accuſa. ubi ponit quid in accuſatione, inquiſitione, denunciatione, & exceptione.

7 *Accuſator dicit ius in carceribus ſicut accuſatus.*

ANGELVS.

7 * TERTIO requiritur, ut ius dicat in carceribus, ut ſicut accuſatus ſtat in carcere, ita accuſans: & ſi non probat: poſsit poſtea ſuſtinere ſimilem pœnã, & ſic ne pœna ſit eluſoria, ut eſt caſus in l. fi. C. de accuſat. quod intelligit eſſe uerũ, quãdo reus eſſet detentus: quia eſt tale delictũ, ꝙ non eſt fideiuſſoribus relaxandus. iuxta not. in l. j. ff. de cuſt. reo. Aliàs autẽ ſi reus nõ cõpareret, accuſator nõ debet ſtare detentus plus quàm reus: ut eſt caſus in l. nullus. C. de exhiben. reis. Et idẽ ſi accuſatio fiat de crimine, cuius pœna ſit pecuniaria ſemper, & ſic reus ueniret fideiuſſoribus relaxandus: quia poſito ꝙ accuſator nõ probet, & ſic tenetur ad ſimilitudinẽ ſupplicii: tamẽ ſententia poterit habere effectũ, quãuis accuſator nõ ſit detentus, cũ præſtet fideiuſſorẽ de accuſatione proſequenda. arg. l. generaliter. C. de epiſco. & cle. & l. gerge. §. poſt. ff. de fideiuſ. & dicit d. Angel. hîc, iſta eſſe bene not. quia uidit multos peritos errare. Dicit tamẽ, ꝙ licet accuſator debeat ſtare detẽtus, unà cũ malefactore: tamen relaxabitur liquidato delicto, licet adhuc lata nõ ſit ſentẽtia: quia nõ põt amplius eſſe

eſſe ſuſpitio, ꝙ aut colludat, aut nõ
probet delictũ intẽtatũ. Ita dicit Sali.
in d.l.nullus.in fi.C.de exhi.reis.Bar.
autẽ in l.pe.§.ad crimẽ.ff.de pu.iud.
in prin.ij.col.dicit,ꝙ hodie cõmuni-
ter ex forma ſtatutorũ Italiæ hoc nõ
obſeruatur,ut accuſator ſtet detẽtus:
quia ut plurimũ ex forma ſtatutorũ,
accuſator nõ tenetur ad pœnã talio-
nis: quia dicit, ꝙ ſi ſtatuta ſunt illa,
obſeruãda ſunt. aliàs autẽ procedũt
de iure quę ſ̃.dicta ſunt.& uoluit etiã
Bar.in d.§.ad crimẽ.& Bart.in l.fi.C.
de accuſat.quod intelligit uerum ibi
Barto.niſi accuſatus uellet ſtatim ac-
cuſare accuſatorem ſuum de falſo,
& calumnioſa accuſatione.

AVGVST. Tu autẽ in hac mate
ria adde,ꝙ Ang.in l.fi.C.de acc.põ-
derauit gl.in d.l.nullus.ꝙ accuſator
nõ debet ingredi carceres, niſi reus
cõpareat.Sed limito prædicta, ꝙ po
terit eſſe, ꝙ accuſatus ingredietur
a carceres, quia eſt uilis perſona, [a] & a
accuſans eſt nobilis perſona.Nã illo
caſu,accuſans nõ ingredietur carce-
res: ut eſt tex.ſing.in c.quiſquis.ij.q.
viij.niſi omnino eſſemus in caſu,ubi
etiam nobilis deberet incarcerari:ut
declarat Ang.in d.l.nullus.qui ponit
modũ & practicã quomodo accuſa-
tus quandoq; debet relaxari fideiuſ-
ſoribus datis:aliquãdo ꝓpter utilita-
tẽ perſonæ incarceratæ,aliquãdo da
tur in cuſtodia militibus, aliquando
aſsignatur ſibi unus locus in ciuita-
te.& licet cõtra limitationẽ meã ui-
deatur expreſsè deciſio Bal.in l.ij.C.
de fide inſtru.tamẽ cõtra Bal.ibi eſt
caſus,in d.ca.quiſquis.& in l.fi.C.ubi
ſena.uel clariſ. Tu adde,ꝙ etiã ſtãte
conſuetudine,ꝙ accuſans nõ debet
ſe ſubſcribere ad pœnã talionis, etiã
circũſcripto ſtatuto:de quo ꝑ Bar.in
d.§.ad crimẽ.& dictũ ſ̃.Dico ꝙ in il-
lis locis ubi uiget talis conſuetudo,
accuſans non ingredietur carceres:
quia ceſſat ratio.l.fi.C.de accuſ.arg.
l.adigere.§.quamuis.ff.de iure pat.
c.cum ceſſante.extrà de appellat.

ADNOT. a ¶ Vilis perſona.
*Adde ad propoſitũ, & uide Ant.de pra
to uete.in conſi.ſ̃.ſæpius alleg.Ber.*

HIERO. De hac materia adde
etiã Prępo.in ſum.ij.q.viij.col.v.in fi.
ſed aduertendũ,ꝙ do.Bonifa.de ui-
talinis dicit,ꝙ id quod dicitur de car
ceribus,non ſeruatur de conſuetudi
ne:ut per eum in di.trac.in rub.quot
modis ſuper malefic.proced.&c.in
uer.conſtitutus M.coram do.P.

8 *Accuſator præſtat fideiuſſorem de ac
cuſatione proſequenda uſque ad finẽ.*

ANGELVS.

8 * QVARTO requiritur,ꝙ fide-
iuſſorẽ præſtet de accuſatione pro-
ſequenda [a] uſq; ad finẽ:ſicut accuſa-
tor tenetur facere in ciuili.auth.ge-
neraliter.C.de epiſ.& cle.& eſt tex.in
l.iij.C.qui accuſ.nõ poſ.qui loquitur
in plurali numero.& ibi Sali.in prin.
& ꝙ ſe inſcribat ad pœnã talionis,&
de lite proſequenda,habet locũ,ſiue
delictũ ſit publicũ,ſiue priuatũ.d.l.iij.
& gl.& ibi Sal.in prin.C.qui accu.nõ
poſ. Et ſatis eſt ꝙ in criminali præ-
ſtet fideiuſſorem ante litem conteſt.
l.ſenatus.§.qui poſt.ad Turpil.

ADNOT. a ¶ Proſequenda.
*Adde circa hoc,& uide cõſi.Ant.de pra
to uete.ſ̃.allegato.& conſiliũ huius au-
toris,quod immediate ſequitur.*

AVGVST. Tu in hac materia
adde no.ꝑ Albe.de Roſa.poſt Iac.de
But.in d.l.iij.C.qui accu.& per Alb.in
l.ſenatus.§.qui poſt.ad Turpil.

HIERO.



HIERO. Circa hanc quartam q.
uide Præpo.ubi ſ̃.col.v.uer.ponitur
indiſti. ubi in fine eiuſdẽ col.hoc li-
mitat. ſed aduerte, quia Bonifa.ubi
ſuprà tenet, ꝙ de cõſuetudine non
præſtatur iſta ſatiſdatio. Sed quæro,
quid ſi ſtatutũ dicit ſimpliciter,ꝙ ac-
cuſans, uel denũcians det fideiuſ-
ſores, an ualebit accuſ.ſi cõtra factũ
fuerit.uideatis Bal.poſt Iac.But.in l.
ſi tutor.in fi.C.in quib.cauſ.in inte-
grũ.Moder.in l.ij.ff.de lib.& poſthu.

9 *Accuſare in crimine priuato regulari
ter non admittitur, niſi cuius intereſt.*

ANGELVS.

9 * QVAERO, an quilibet poſsit
de crimine publico accuſare.& dico
ꝙ diſtingui debet crimen publicũ à
priuato:nam in crimine priuato,re-
gulariter non admittitur ad accuſan
dũ,niſi cuius intereſt:ut uidetur uel-
le glo.in l.fi.ff.de priua.deli.quod li-
mita,niſi ſit tale delictum priuatũ,ex
quo ueniret pœna pecuniaria appli-
canda fiſco:quia quilibet de populo
admittitur ad accuſandũ ꝓ illa pœ-
na etiã pecuniaria,quæ applicari de- a
bet fiſco, nõ pro intereſſe offenſi.ita
uoluit glo.ſing.Dyn.& Bar.in rub.ff.
de popu.actio.pro qua facit l.j.ff.de
iure fiſci.& l.iij.ff.de præua. Sed Bal.
in l.aduerſus.C.de furt.tenet contra
gl.& Bar.& per eundem in l.j.C.qui
accuſ.non poſ.ubi dicit primò,quòd
ipſis diſsimulantibus, iniuria nõ pu-
niretur. Itẽ eſt contra dictã l.iij.ff.de
præuarica.Item ius & obligatio,quæ
ex facto oritur,cohęret perſonæ quã
factum tangit:ut l.licet.§.ea obliga-
tio.ff.de procur. Non obſt.dict. iſta
glo.in rub.ff.de popu.actio.quia il-
la loquitur de ciuilibus actionibus,
quæ ueniunt ex edicto prætoris: nã
ſunt populares eo ipſo,ꝙ pœna fiſco
applicatur. Ad pœnam autẽ corpo-
ralem, actio popularis non intenta-
tur, licet in defectũ pecuniariæ quã-
doq; pœna officio iudicis imponatur.
tur.l.ſi id quod.ff.de iuriſd.om.iudi.
Nec obſt.l.fi.C.de litig.quia aliena-
tio tẽdebat ibi ad impediendũ effe-
ctũ iudicij, & ſic delictũ in rẽ ipſam,
nõ in perſonã. Nec obſt.ff.de ſepul.
uio.l.qui ſepulchri.quia ſpeciale ibi:
quia ibi deliquit in re ſacra ſiue re-
ligioſa,unde eſt ſacrilegiũ.Itẽ ibi lex
ultra procedit:ut C.de præuarica.l.j.
Item non obſt.l.j.ff.de iure fiſci.quia
dicit, quòd ibi nõ eſt pœna crimina-
lis, ſed defertur in fiſcum ex contra-
ctu,uel ex contumacia.uel dic, quòd
illa l.indiſtinctè loquens debet intel-
ligi, ſecundũ aliam diſtinctionẽ le-
gũ. Itẽ in criminali fiſcus nõ eſt cre-
ditor,niſi lata ſentẽtia:ut l.ſi qua pœ
na.ff.de uer.ſig.& ſic ante ſententiã,
nihil pertinet ad fiſcum,quod poſſet
dici debitũ poſt ſententiã.Ergo qui-
libet poſſet denũciare qđ eſt publi-
cũ,id eſt fiſcale.Et cõtra glo.& Bar. [a]
uidetur tex.apertus in l.fi.in fi.de lit.
uide aliquid per Imo.in l.j.ff.de pu.
iudi. Et pro Bald.facit glo.ſing.in l.
cum emancipatus.§.cum emãcipati.
ff.de colla.bono.

ADNOT. a ¶ Et contra gl.&
Bart. *Adde quòd etiã contra Bart.cõſue
luit Ro.in conſi.clij.incipiẽ.præſens accu
ſatio.& ibi fortificat opi.Bal.in d.l.ad
uerſus.& ibi dicit, quòd Bald.perfectè
reſpondet ad motiua Barto.Ber.*

AVGVST. Tu autẽ in hac ma-
teria adde,ꝙ iſte Doctor errauit,dũ
ſuprà poſuit illã doctrinã Bal.contra
Bart.allegãdo Bal.in l.j.C.qui accuſ.
quia Bal.ibi nihil loquitur de iſta ma
teria

teria.Sed uoluit allegare Bal.in rub.
C.qui accu.nõ poſ.in iiij.col. Et unũ
põdera, ꝙ Bal.in d.rub.dicit, ꝙ cõ-
munis ſententia Doctorũ eſt contra
Barto.& certè periculoſum eſt uerbũ
iſtud. Sed ego ſum in contraria opi.
quia dico,ꝙ imò cõmunis opinio eſt
cõtra Bal.& pro ſentẽtia Bart.allego
aliã glo.in l.fin.C.de litig.quã ibi ſe-
quutus eſt ipſemet Bald.& ſic Bal.eſt
ſibimet cõtrarius in hoc articulo. Et
ad idẽ reprehẽdo do. Ang.hic,qui di
xit illã gl.ſing.in rub.de popu.actio.
quia ſimilis eſt glo.in d.l.fi.C.de liti.
& ita eam ibi põderauit Bal.ut dixi.
Quinimò inuenio Ang.in rub.ff.de
pub.iud.ꝙ in hac materia approbat
illã gl.in rub.ff.de pop.act.& ibi etiã
dicit,ꝙ ubi pœna applicatur fiſco in
delicto priuato, quilibet de populo
admittitur ad accuſandũ.Vnde,cùm
habeamus autoritatẽ gl.approbatã à
Bar.& ab Ange.nõ uideo quare cõ-
munis opinio non ſit illa,quã poſuit
glo.in d.rub.ff.de popu.act.& maxi-
mè cũ Bal.reperiatur cõtrarius, ut ſ.
dixi.Nec,cũ ſupportatione Bald.re-
ſpondet rectè ad motiua Bart.quin-
imò allego in indiuiduo Dy. quem
refert & ſequitur Ang.in l.ſi quis. ff.
de priuatis delict. qui hoc uoluit in
terminis.Et ibi Ange.multum excla-
mat pro ſtatutis, quæ ponũt pœnam
pecuniariã applicandam fiſco, quòd
quilibet poterit accuſare illo caſu,
licet in ſtatuto hoc non dicatur:& al
legant illam gl.in d. rub. de popula.
actio.Et ad idẽ allego Ang.in l.præ-
uaricationis.ff.de præuarica. ubi ap-
probat etiam prædictã gl. Concludo
ergo communem opi.eſſe illam,quã
tenuit præfata gl.Dy.Bart. & Ang.&
ſic errauit Bal.in d.rub.C.qui accuſa.

inquantum uoluit, quòd communis
opi.Doctorum ſit contra Bart.

HIERO. Adde,quòd dictam gl.
approbauit Albe.de roſa. poſt And.
de piſis in d.rub.de popu.actio. uide
Dy. qui ibi dixit, quòd ſi ex priuato
delicto imponatur pœna per ſtatu-
tum applicanda fiſco, quòd quilibet
de populo admittetur ad accuſandũ.

10 *Accuſare in priuato crimine poteſt,
qui ſuam aut ſuorum iniuriã,uel uin-
dictam proſequitur.*

11 *Cuiuslibet criminis, ſiue publici, ſiue
priuati, duplex oritur actio: una ad
commodum iniuriati: alia ad uindi-
ctam,ſiue pœnam fiſci.*

12 *Crimẽ blaſphemiæ eſt crimẽ publicũ.*

ANGELVS.

10 * SI uerò eſt ille qui ſuam uel ſuo-
rum iniuriam,uel uindictam propriã
uel ſuorũ proſequatur,poteſt in cri-
mine priuato accuſare: ut l.fina. de
priuatis delict.& l.fina.de iniuriis.&
l.fi.de furt. & etiam poteſt agere ad
pœnam applicandam ſibi, & ad uin-
dictam publicam: & tũc dicitur age-
re ciuiliter, & criminaliter: uel po-
teſt agere ad pœnã applicandã ſibi,&
dicitur agere ciuiliter tantum:uel po
teſt agere ad uindictam publicã, uel
ad pœnam applicandam fiſco,& tũc
dicitur criminaliter agere:ut eſt glo.
ſin.in l.iij.§.j.ff.de ſepul.uio. & Bar.
11 ibi.* Nam de unoquoq; crimine pu
blico,uel priuato, orit̃ duplex actio:
una ad commodum iniuriati, quæ di
citur actio in factũ: & uocatur actio
ciuilis. Alia ad uindictam, uel pœnã
fiſci,quę dicitur criminalis:& de hoc
eſt tex.in l.fi.ff.de priua.delict. & in l.
fi.ff.de fur.& in l.fi.de iniuriis.& in l.
qui nomine.ff.de fal.& prædicta ꝓ-
cedunt quando delictum committi-

tur con



tur contra perſonam certam, aliâs ſi
in incertam:ut puta, ſtatuto caueтur,
quòd quicunq; blaſpemauerit Deũ,
quicũq; portauerit arma, quicunque
iuerit de nocte, puniatur in x. Tunc
ad accuſandũ talem reũ, quilibet ad
a mittitur:quia cùm certa[a] & determi
nata non ſit perſona paſſa iniuriam,
ne delicta remaneãt impunita: quia
perſona offenſa non conqueritur,ut
Deus & reſpub. Tũc quilibet de po-
pulo admittitur ad accuſandũ:ut no.
Bar.& Imo.in l.j.ff.de pub.iu. & Bar.
in l.lex Cornelia. §.ſi quis libellũ.ff.
de iniur.Bar.in l.ea quidẽ. C.de acc.

ADNOT. a ¶ Quia cũ certa.
*Adde,& uide Bar.in cõſi.ſuo incip.quod
miniſter fratrũ.ubi dicit, ꝙ ſi aliquis ha-
bet priuilegium extrahendi duos carcera
tos in feſto natiuitatis domini, dummodo
carcerati habuerint pacem ab offenſo, ꝙ
blaſphemator incarceratus poterit extra
hi: quia clauſula, ꝙ habeat pacem, debet
intelligi,quando perſona eſt certa.Ber.*

AVGVST. Tu autem adde in
hac materia, ꝙ falſa eſt iſta conclu-
12 ſio,* quòd crimen blaſphemiæ ſit cri
men priuatum: imò teneo,ꝙ eſt cri-
men publicum:bene fateor,ꝙ in hoc
crimine quilibet admittitur ad accu
ſandũ.Ita allego Bal.dixiſſe, quẽ iſte
non uidit.in l.ſi reos. C.de acc.in vj.
col.qui dixit,ꝙ illud crimẽ blaſphe-
miæ eſt crimen publicũ, & quilibet
admittitur ad accuſandũ. Idem, cùm
crimen cõmittitur cõtra incertã per-
ſonam: quia crimen dicitur eſſe pu-
blicum.ita uoluit Bal.ibi.Si ergo pu-
blicum, ergo quilibet ad accuſandũ
admittitur.eſt caſus inſtitu. de publi.
iud.in prin.& hoc dixit Bar.in termi-
nis in l.j.ff.de publ.iud.qui ponit ex-
emplum in blaſphemante Deum.

13 *Accuſare cuilibet permittitur in crimi
ne publico.*

ANGELVS.

13 * IN crimine autem publico regula
re eſt,ꝙ quilibet admittatur ad accu
ſandum:& ſic regula eſt permiſsiua.
Et tene bene menti, quòd non tantũ
permittit̃ ciui dicta accuſatio de cri-
mine publico, ſed etiam cuilibet fo-
a renſi.[a] ita dicit Bar.in l.is qui reus.ff.
de publ.iud.quem ibi ſequitur Io.de
Imol.ſuper gl.fi.quoniam iura indi-
ſtinctè loquũtur.facit l.j. §.cõſequẽs.
ff.de ſuſpect.tut. Et quia non poteſt
reddi ratio diuerſitatis inter ciuẽ, &
forenſem:& pro hoc etiã facit quod
no.Iac.de are. & Bar.in l.prouincia-
li.§.fi.ff.de ope.noui nunc.& facit gl.
in l.ij.§.penul.ff.ne quid in loco pu-
bli. Et pro hoc poteſt allegari quod
no.Imol.in rub.de publi.iu.quod dic
perpetuo eſſe notandum. Et dico,ꝙ
inquãtum ſuprà dictũ eſt, ꝙ cuilibet
ciui & forenſi licita eſt accuſatio pu-
blica: hoc uerum,niſi quis lege, uel
ſtatuto prohibeatur,uel conſuetudi-
ne:ut l.qui accuſare. cum pluribus le
gibus ſequentibus. ff.de accuſ. & ibi
not.& plures alios qui repelluntur à
dicta accuſatione, ponit Spe.in ti.de
accuſatore.in fi.& no.gloſ.in rub.C.
qui accu.non poſ.& ibi Bal.& Salice.

ADNOT. a ¶ Forenſi. *De hoc ui
de etiã per Pet.de anch. in cõſil.ccccxvij.*

AVGVST. Tu autẽ in hac ma-
teria adde inquãtũ dictum eſt, quòd
forenſis poterit accuſare.dic, quòd
imò uidetur,ꝙ illa gloſſ.in d.l.is qui
reus.ff.de pub.iud.ſit uerior,quæ uo
luit,ꝙ forenſis non poſsit accuſare.
& ita uoluit Ange.in rub.ff.de publi.
iudi.quia ſua non intereſt, etiam ra-
tione patrię.ergo non admittitur ad

e accu

accuſandum.ſed uide Imo.ipſum reprehendentem in l.j.ff.de publi.iud. qui dicit,ꝙ Ang. cõtrarium uidetur tenuiſſe in l.fi.ff.de priuatis delictis. & in hoc reprehendo do.Ang.qui ſuprà allegauit Imol.poſuiſſe iſtã materiam, in rub.ff.de publi.iudic.quia non eſt uerũ,quod ibi Imo.loquatur de iſta materia.Adde etiam, ꝙ Ang. in l.ſi quis.ff.de priua.delict. attingit iſtam difficultatem. & ibi in indiuiduo dicit, ꝙ imò forenſis poterit accuſare.& de hoc dicit,ꝙ allegat glo. nota.in l.ij.§.penult.ff.ne quid in lo. pub.& uoluit Bal.in rub.C.qui accuſare.in ulti.col.in illa q.quam ponit: an ſtatuto dictante,ꝙ quilibet poſsit accuſare, an forenſis poterit accuſare.& in hac materia mihi placet doctrina Ang.in d.l.ij. §.penul.Ex cuius dictis poſſumus reducere omnia ad cõcordiam: dic ut ibi per eum. Et omnino uide quæ ſcripſi poſt Mod.in d.l.in ꝓuinciã.§.fi.ff.de ope.no. nũc.

HIERO.In hac q.ſcilicet,an cuilibet forẽſi permittatur accuſatio de crimine publico.dicas ꝙ uerior opi. uidetur quòd non admittat',per tex. in l.in prouinciali.in §.fi.de ope.no. nuncia.ubi Pau.uult per illum tex. ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ quilibet poſsit accuſare,quòd forenſis nõ admittetur ad accuſandum.pro quo Iaſon ibi allegat Bal.qui idem tenet in c. ex parte A.de teſti.col.ij.uerſi. dicit Bart. &c. iuncta gl.ibi per doctri. Bal. & Paul. in l.j.§.huius ſtudii. de iuſtit. & iure. ubi uolunt,quòd ſi iniuria ſit facta ſacerdoti,ꝙ quilibet de populo poterit accuſare : quod intelligũt,ſcilicet de populo illius loci,ſcilicet ciuitatis,uel caſtri.& hanc etiam opi. tenet do.Præpo.in ſumma. ij.q.viij.col.vij. ubi dicit Ang.Paul.& Rò. idem tenere in dicto §.fina.

14 *An regulariter omne crimen ſit publicum,uel priuatum.*

15 *Crimen commiſſum contra incertam perſonam, licet dicatur publicum, ita quòd cuilibet competat accuſatio:nulla tamen lege cauetur , quòd tale crimen puniatur criminaliter.*

ANGELVS.

14 * QVAERITVR tamẽ pro declaratione,an omne crimen regulariter ſit publicũ,uel priuatum. dicꝙ regulariter omne crimen dicitur priuatum,niſi lex exprimat ꝙ ſit publicum.l.iij.in fi.ff.de præuaricat. & ibi Bar.& Bald.in l.j.ff.de public.iudi.& Imol.in l.fi.ff.de priua.deli. & in l.ij. ff.de concuſsio.In certis tamen caſibus regulariter omne crimen eſt publicum. Primò , ſi cõmittitur in Deũ uel in ſanctos.C.de hæret. l. Arriani. & ſuprà dictũ eſt.Secũdò,ſi committitur in ſacerdotibus. l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſco.& cleri.Tertiò,ſi committitur in magiſtratibus, occupando uel offendẽdo:ut l.j. C.de priua.carce.l.fi. C.ad l.Iul.de ui. Quartò,quando committitur in religionẽ diuinam.l.fi.ff.ad leg.Iul.pecu. Item eſt publicum,propter quod offenditur etiã omne genus hominum.l.fin. C.de malefi.& mathe.quia non committitur contra ſingularem perſonã, ſed cõtra genus perſonarum. Idem in delicto,in quo offenditur incerta perſona cõſiderato actu:ſed cõſiderata potẽtia,iniuria poteſt cadere in quocunq;.l.eũ qui.§.in popularibus. ff.de iureiur.exẽplum in appenſo.& Ang.in l.fi.ff.de priua.deli.tenet iſto caſu, ꝙ forenſis tranſiens per iſtam ciuitatem, poterit intentare accuſationem



tionem contra tenentem aliquid appenſum.& ideo Imo.in l.j. ff.de pub. iudic.allegat gloſ.in l.ij.§.penult.ne quid in loco public. Sed idem in rubrica.ff.de publi.iudic.tenet contrarium:quia non eſt intereſſe forenſis tueri iura ciuitatis alienæ. Et dicit do.Ang.quòd hoc putat uerius.facit l.in prouinciali.ff.de ope. noui nunciatio.Non obſt.gloſſ.in dicto §.penulti.quia ibi loquitur, quando ſunt de eodẽ populo : licet eſſent de alia contrata,uel alia uicinia.

AVGVST. Tu in hac materia adde, quòd illa ſunt omnia iudicia publica,quæ ſunt numerata,inſtit.de public.iudic.per totum. & in l.j.ff.de public.iudic. Et ideo cùm legislator uoluit numerare quæ dicantur publica iudicia,manifeſtè denotat,quòd illa quæ nõ ſunt enumerata, erunt priuata. argu. eorum quæ habentur in l.cum ita.ff.de conditio. & demonſt. & l.quod Labeo. ff.de competen. & l.maritus.C.de procurat. & dixit Bal. poſt Bar.in l.ſi quis in hoc genus. C. de epiſcopis & clericis. quòd omnis iniuria, quæ fit eccleſiæ, uel clericis, dicitur crimen publicum : & omnia iſta dicta do. Ange.fuerunt Bal.in rubric.C.qui accuſa.in j.colum. & uide Bal.in l.reos.C.de accuſa.in vj.col.ꝙ ſi quis blaſphemat Deum, hoc eſt crimen publicum.& idem,ſi crimen cõmittatur in ſacerdotes.dicta l.ſi quis in hoc genus.Idem, ſi crimẽ committitur in Deum terrenum, id eſt Cæſarem,uel in his qui ſunt ad latus eius. Et ideo crimẽ cõmiſſum in aliquem ex prioribus,uel officialem publicũ, eſt crimẽ publicum.l. ſpadonem.§.ſi cũ inter.ff.de exc.tu. Et dicit ibi Bal. in d.l.reos.unum ſingulare uerbum,

15 * quòd licet crimen commiſſum contra incertam perſonam dicatur eſſe publicum,adeo, quòd cuilibet competat accuſatio: tamen nulla lege cauetur,quòd tale crimen criminaliter puniatur:quia regulariter debet conſtare de perſona offenſa. l. j. §.item illud.ff.ad Silla.Sed not.quia Bal.ibi noluit,quòd delictum ſit factum:ſed erat fieri in potentia fiendi : quia nemini dubium facto delicto , conſtaret de perſona:& ſic criminaliter puniretur. An autem forenſis poſsit accuſare in crimine commiſſo in incertam perſonam? Adde quę dixi ſuprà, in præcedenti colũ. Adde tamen hoc procedere de iure ciuili: ſed de iure canonico,omne crimen eſt publicũ. Ita dicit Ioan.fabr. inſtit.de pœna temere liti.in §.ſi.in glo.& multa allegat.& ita dicit Bal.in rub. C.qui accuſa.in vj. colũ.allegat.vj.q.j. in c.infames.in gl.quæ hoc dicit. & infrà dicam in hac eadem glo. in illa q.quæ incipit,(quid autem ſi ex aliquo delicto debet lingua amputari.)

HIERO. Circa principalem q. addatis pro eius intelligentia , quòd publicũ crimẽ poteſt intelligi tribus modis:latiſsimè,latè, & ſtrictè. quod declara,& ꝓſequere,ut latè per Bar. in l.j.ff.de public. iudic. col.ij.uerſic. pro eius decla.quem ſequuntur Ioã. de platea,& Ang.de aret in §.j.in fi. inſtitu.de publi.iudi.Præpoſi.in ſumma.ij.q.viij.col.vj.in fi. cum ſequen. Item adde,quòd publica,alia ordinaria,alia extraordinaria,de quo Spec. titu.de accuſatione.§.ij.in princip.de quo uide etiam Vitali.in tracta. malefic.in rub.de publi.iudi.& in rubri. de priuatis delictis.

16 *Accuſare de crimine publico quæ perſonæ*

*ſonæ prohibeantur.*

17 *Mulier accuſans debet ſe ſubſcribere ad pœnam talionis.*

18 *Mulier in quibus caſibus accuſare pôt.*

ANGELVS.

ET licet in ſupradictis criminibus quilibet admittatur ad accuſan-
16 dum regulariter:* fallit in aliquibus perſonis, quæ prohibentur de crimine publico accuſare.ita dicit Bald.in rubr.C.qui accuſ.non poſſ. Primò ergo prohibetur accuſare mulier. & eſt ratio fragilitatis ſexus.l.de crimine.C.qui accuſa.non poſ. niſi proſequatur ſuam,uel ſuorum iniuriam.l.ij.ff.de accuſa. & iſto caſu præfertur in accuſando omnibus accuſare uolentibus, qui nõ proſequuntur ſuam uel ſuorum iniuriã: ut eſt caſus in l. uxor.C.qui accuſ.non poſ. & ibi Salic.Si autem maſculus & fœmina proſequũtur ſuorum iniuriam, & etiam maſculus ſit in ulteriori gradu,præfertur maſculus.l.iij.ff.de lib.cauſa.& quia maſculus admittitur ad accuſandum de iure cõmuni, fœmina de iure ſpeciali. l. eius militis. §.militia miſſus.ff.de teſta.mili.Ita dicit Salic. in dicta l.uxor.Si uerò fœmina proſequatur ſuorum iniuriam, & maſculus:& ſimul ueniant ad accuſandum, præfertur fœmina. facit l.j. §.ſocrũ. ff.de poſthu.ita dicit Sali.in d.l.uxor. Quando autẽ nec maſculus nec fœmina proſequitur ſuam, uel ſuorum iniuriam: & in caſum in quo mulier poſſet admitti iuxta not. in l.qui de crimine.& quod ibi Sali.. tunc ſi maſculus aliàs eſt habilis, præfertur. Si uerò eſt inhabilis:tũc locus erit gratificationi.l.iij. §.ſi mulier. ff.de lib. homi.exhiben.Ita dicit Salic.in dicta
17 l.ſi uxor.* Sed aduertas,quando tũc admittitur mulier ad accuſandũ,debet ſe ſubſcribere ad pœnã talionis, aliàs non admitteretur.l.de crimine. C.qui accuſ.non poſ.quod fallit etiã in caſibus notatis p gl. & Bart.in l.ij. ff.de accuſ.ubi mulier admittitur ad accuſandum:licet nec ſuam, nec ſuorum iniuriam proſequatur.& per gl. in d.l.de crimine.& ibi Bal. & Ange. ibi,addunt ad gl.tres alios caſus:uidelicet, in crimine hæreſis. l.manicheos.C.de hære. & c.uergentis.extrà eo.tit. Item in crimine ſacrilegii. l.ſi quis in hoc genus.C.de epiſco.& cleri.& ij.q.j.in primis.Item in crimine ſimoniæ: ut l.ſi quenquam. C.de epiſc.& cle.Item, quando paſtor eccleſiæ dilapidat bona eccleſiæ:ut extrà de ſimonia.c.licet Hely.quos caſus etiam enumerat Spec.in tit.de accuſa.in fi.& Salice.in d.l.de crimine. in quibus caſibus non tantum fœmina,ſed quilibet admittitur, excepto inimico capitali:ut in ca.per tuas. & in c.licet Hely.extrà de ſimo.

18 AVGVST.* Tu autem in hac materia adde, quòd Gandi.in tract. maleficiorum,ſub rubrica,qui accuſ. nõ poſ.ibi in prin. ponit aliquos caſus, in quibus fœmina poteſt accuſare,& ibi dicit, quòd licet in crimine falſi poſſit accuſare fœmina: hoc uerum in crimine falſi, ubi falſitas circa teſtamentum eſt commiſſa. in alia falſitate,non:p tex.in l.& ſi per te.C.de fal.& uide Spec.in tit.de accuſatore. in prima parte.in §.uiſo.in uer. item ꝙ eſt mulier. qui enumerat nouem fallentias,ubi mulier põt eſſe in iudicio criminali accuſando.Et de materia uide tex.& gl.xv.q.iij. c.de crimine.& c.ex eo.& c.non eſt permiſſum mulieri. & ca.de certis cauſis.& cap. uxor.&



uxor.& tex.gl.& Arch.ibi,enumerantem aliquos caſus.ij.q.j.c.prohibentur.§.mulierẽ.& Spec.& Archi.enumerãt illos caſus in hæreſi,in ſimonia, & in aliis &c.quos enumerat Ange.in l.ij.ff.de accu.Nec eſt uerũ, ꝙ Ang.enumerauit illos caſus in d. l.de crimine.& in d.l.uxor.qa ibi nihil dixit.Et in hoc reprehẽdo do.Ange.hic,& ibi.dicit Ang.in d.l.ij.ꝙ licet de crimine prælati dilapidantis bona eccleſiæ mulier poſſet accuſare:ut uoluit Spe.in d.uer.§.uiſo.hoc debet limitari,quando ille prælatus eſt ſuperior ſuus.Nã intereſt eius tũc bona nõ dilapidari.Adde ꝙ inquãtũ ſuprà dictũ eſt,ꝙ fœmina tenetur ſe ſubſcribere ad pœnã talionis:hoc uerum eſt de iure ciuili.Sed ſecus eſt de iure canonico.Ita uoluit Io.fa.inſti.de ſuſp.tut.§.cõſequẽs.& allegat Hoſt.in ſum.de accu.§.qs poſsit.Et de hoc uide gl.in terminis.xv.q.iij. c.de crimine.& ij.q.j.§.mulierem.

re ad pœnã talionis,nec alia facere,
quæ ſunt de ſubſtantia,prout dictum
eſt.Facit l.ij.C.qui accu.non poſſunt.
Quidã ex his repelluntur moribus:
ut fœminæ:& hæ propriã iniuriã ul-
ciſci poſſunt & ſuorum.d.l.hi tamẽ.
& l.ij.ff.de accu.dũmodo quãdo in-
iuriã uolunt uendicare,non ſit alius
idoneior,[b] qui dictã iniuriã poſsit,
& uelit uendicare.l.ſenatus.C.qui ac
cu.Quidam repellũtur iure ciuili,&
hi per infamiã. Et iſti ſi accuſationẽ
inchoauerint ante infamiam,[c] non
repelluntur.l.is qui reus.ff.de publ.
iud.Secus ſi poſt infamiã, niſi ſuam
uel ſuorum iniuriã proſequantur.d.
l.hi tamẽ.Quidam uerò repelluntur
propter periculum participationis,
ut excõmunicati,& iſti ſimiliter re-
pelluntur.Quidam ratione pœnali-
tatis,ut bãniti:& tunc indiſtinctè re-
pelluntur. d.c.pia.De quo no.Bar.in
l.uiro.ff.ſol.ma.& in l.cũ mulier.eo.
ti.& in l.de pupillo.§.pe.& ibi Bar.
ff.de ope.no.nun.Quidam repellun
tur ratione præiudicialitatis: ut l.fi.
C.de accu.Quidã ratione ordinis.l.
denunciaſſe.§.item.ff.de adul.Qui-
dã propter magnam reuerentiã.l.pe.
in fi.C.qui accu.nõ poſ.Quidã pro-
pter euidentẽ calũniã.l.ſi maiore.§.
ſi matris.ff.de bo.lib.Quidã propter
ingratitudinẽ.l.iniquum.C.qui accu.
non poſ.& ita ſummat Bal.iſtos ca-
ſus in l.j.C.qui accu.nõ poſ.Omnes
ergo hæ perſonę quę prohibent ac-
cuſare liberos,prohibẽtur etiã accu-
f 3 ſare

ſare ſeruos.ut eſt caſus ſing.in l. ſer-
uos.& ibi Bar.ff.de acc.Cũ ergo iſtæ
perſonæ ſint prohibitæ accuſare,re-
manet regula,quòd quilibet admit-
titur ad accuſandum regulariter.

ADNOT. a ¶ Ex officio ſuo. *Adde Ro.in conſi.lx.& conſi.ccccl vij.ubi
dicit,quòd iudex ex officio ſuo debet nul-
liter agentẽ repellere,ne eluſorii actus co-
ram eo fiant. & uide Ant. de prato uete.
in conſi.pen.ſ.ſæpius allegato,ubi quòd iu
dex etiam parte non opponente. poteſt ac
cuſatorem inhabilem repellere.*Bern.

b ¶Idoneior. *Adde tamen,quòd ſi ſta-
tuto caueretur, quòd proximiores occiſi
citarentur ad accuſationẽ occiſoris: quòd
fœminæ tunc erunt citandæ:quia hoc ca-
ſu maſculinum concipit fœmininum fauo
re reipublicæ, & fœminæ poteſt habere
uindictam iudicialem. ita Ang.in conſil.
cclxxxviij.*Bern.

c ¶ Ante infamiam. *Adde, & uide
Pet. de Anch. in conſil. ccccxv.ubi quòd
bannitus poſt accuſationem repellitur ab
accu.*Bernard.

AVGVST. Tu adde inquãtum
d.Ang.allegauit ultimo loco,ꝙ Bal.
in l.j.C.qui accuſare nõ poſ.ſumma-
uit iſtos caſus:puto quòd uitio ſcri-
ptoris ita ſcriptũ ſit:quia Bal. ibi hoc
non dicit. Sed uoluit allegare Bald.
in rubr.C.qui accuſare. in ij.col. ubi
alios enumerauit.dic ut ibi.Et inquã-
tum ſuprà quæſitũ eſt: an ſi non fuit
oppoſita exceptio contra perſonam,
quæ non poteſt accuſare, nihilomi-
nus iudiciũ ſit nullũ.Adde,quòd Bal.
in l.ij.C. qui accuſare, in ultima col.
uidetur approbare d.Bart. in d.l.j.§.
acccuſationẽ.ff.ad Turp.Et idem fe-
cit Bar.in l.hi tamen.§.liberi.ff.de ac
cuſa.& omnino uide Bald.in rubr.C.
qui accuſare.in ij.col.dum quærit,an
exceptio de inhabilitate accuſatoris
poſsit opponi poſt litem conteſt.

HIERO.Inquantum Ang.cõclu
dit,quòd ſi perſonæ prohibitæ accu-
ſauerint,& oppoſitum nõ fuit, quòd
ualet proceſſus.addatis quòd iſta eſt
communis ſent. doct.in c.j. extrà de
accuſa. ubi Aret. dicit eã cõmunem,
quam tamẽ limitat, quando ſtatutum
repelleret aliquẽ ab accuſando:puta
ſi diceret,quòd bannitus non audia-
tur ab agendo, uel accuſando: quia
tunc iudicium erit nullum, ſecundũ
Bart. in l. cum lex. in ultima q.ff. de
fideiuſſor. de quo uide concor. per
eum in uer.ſed ſuppoſita &c.

41 *Statuto exiſtente, quòd quilibet poſsit
accuſare de homicidio:an admittatur
minus legitimus accuſator.*

42 *Statuto dicente,quòd de homicidio nõ
poßit quis accuſare, niſi ſit agnatus
uel affinis:tunc delictũ nõ eſt publicũ.*

43 *Statuto ſtante, quòd de tali maleficio
liceat cuilibet accuſare, & accuſator
habeat tertiam partem:ſi officialis cu
riæ,uel familiaris poteſtatis accuſaue-
rit de tali maleficio, non habebit ter-
tiam partem à ſtatuto conceßam.*

ANGELVS.

41 *SVBSEQVENTER quæ-
ro de una quæſtione quam poſuit
Bal.in rub.C. qui accuſa. Statuto ca-
uetur, quòd quilibet poſsit accuſare
de homicidio: an admittatur minus
legitimus accuſator.Bal.ibi in d.rub.
Primò arguit ibi quòd nõ:quia intel-
ligitur quilibet, ſcilicet habilis.l. ut
gradatim.in §.ſed ſi lege.ff.de mu.&
hono.In contrariũ determinat:quia
uerba ſtatuti debẽt aliquid operari.
l.j.ad muni. & ſic quilibet aliàs pro-
hibitus admittetur ad accuſandũ iſto
caſu:quod eſt uerum: niſi talis eſſet
proh



prohibitus iure diuino, ut excõmu-
nicatus:aut iure naturę,ut infans,fu-
rioſus, & mente captus. Nam accu-
ſare eſt beneficium,quod odioſis nõ
datur, nec eſt in bannitis,nec natura
impeditis:ut l.Lucius Titius.ff.de le.
ij.Mulier ergo,& minor xx.annis, ſi
eſt doli capax, & inimicus, & cæteri
quæ iure communi, uel conſuetudi-
ne hominũ regulariter repelluntur,
iſto caſu admittũtur:quia uidetur diſ-
penſatũ cũ eis, arg.l.ſi quãdo.C. de
inoff.teſta. Item admittũtur iſto caſu
forẽſes ad accuſandũ, ſi ſecundũ ius
cõmune permittitur accuſatio de di
cto crimine,aliàs ſecus: quia non eſt
de illo populo:ut l.ſi non ſpeciali.C.
de teſt. Ruſtici tamen admittuntur:
quia dicuntur eſſe de populo,uel ci-
uitate cui ſubſunt: ut in authen. de
quæſt.circa prin.Si autem ſtatutũ ad-
duceret nouã permiſsionẽ:puta ꝙ
quilibet poſsit de dãno dato accuſa-
re, an mulier iſto caſu poterit? Bald.
ibi dicit, quòd non,quia intelligitur
de perſona habili, & legitima:ut l.j.
C.de ſacroſ.eccle. Si uerò ſtatutũ in-
ducit delictum,ubi aliàs de iure non
erat,ut ne quis uadat de nocte,& dat
poteſtatem cuilibet accuſandi: dicit
ibi Bal.in fi.quòd hoc ſtatutum limi-
tatur:quia ſolũmodo perſonæ habi-
les admittuntur,& non aliæ.dicta l.j.
C.de ſacroſ.eccl. Nec per hoc quòd
dat poteſtatẽ accuſandi cuilibet effi-
citur crimẽ publicũ, quantũ ad effe-
ctum publici iudicii. Et ſic quòd dã-
natus efficiatur infamis,& quòd non
poſsit interuenire procurator, &
quo ad alia.Ratio, quia hoc nõ indu
citur aliqua lege publicorũ iudicio-
rũ: ſed eſt publicũ quo ad illos effe-
ctus,aſſumẽdo publicũ largè. Ita di-
cit Bar.in l.j.ff.de publi.iudi.Et dicit
Bal.ibi, quòd ſi ſtatutũ reſtringit ac-
cuſationẽ nõ ad certas perſonas, ꝙ
adhuc erit crimen publicum:quia in
illis perſonis, ius publicũ inducitur,
ar.l.ſicut.ff.quod cuiuſq; uniuer.no-
mi. & eſt text.in leg. quamuis. C. de
adulte. & ita uoluit Bart. in l.j.ff. de
publi.iudiciis.

AVGVST. Tu autẽ in hac ma-
a teria[a] adde,quòd imò uidetur,quòd
ſi ſtatutum dicit, quòd in homicidio
quilibet poſsit accuſare: quòd imò
nec etiam fœmina,nec alii prohibiti
poterũt accuſare, qui prohibẽtur de
iure cõmuni.Et hoc,quia tale ſtatutũ
dicit id quod ius cõmune:quia de iu
re cõmuni,quilibet de homicidio po
terit accuſare:exceptis aliquibus per
ſonis exceptuatis. l. qui accuſare. ff.
de acc.& ſatis ſuprà dictum eſt.Vnde
cum tale ſtatutum diſponat id quod
ius cõmune:debet intelligi,& inter-
pretari ſecundum ius cõmune.c.dile
ctus. extrà de cõſuetudine. & ibi ca-
ſus.c.ex parte.extrà de uerb. ſigni.&
ibi domi.Ant.de But.l.ij.C. de noxa.
Sed de iure communi,mulier,& alii
prohibẽtur,de quibus ſuprà. Nõ di-
cò de iure diuino tãtùm uel natura-
li:ergo Bal.in d.rubr.peſsimè eſt lo-
quutus in hoc. Bene approbo dictũ
do. Bald.quòd illi qui ſunt prohibiti
de iure diuino,non uidentur admiſ-
ſi propter generalitatẽ illius ſtatuti,
nec infantes, furioſi, mente capti,&
carentes intellectu: quia hoc cenſe-
tur impoſsibile. Nã generalia uerba
ſtatuti,nõ trahuntur ad impoſsibilia.
hoc modo loquẽdi fretus eſt Bal. in
leg.fi.§.in cõputatione.C.de iure de
libe.allegat Bart.in l.ſi quis ſub con-
ditione.ff. de condi.inſti. & Bal.in l.

omnes populi.ff.de iuſti.& iur. allegat.Bart.ubi ſupra.& Bal.in l.ſi.C.de ſacroſan.eccle. in v.col. & Bald.in c. cum non ab homine. extrà de iudi. Bald.in c.clerici.eo d.tit.& Bald.in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. de conſti. & Bald.in l.ſacroſanctæ.C.de epiſco.& cleri.& fuit originale uerbum Ioannis monachi,in c.ut animarum.extrà de cõſti.Abb.in c.à nobis.el.j.de ſententia excõmu. & uide text.in c. tua. extrà de decimis. & ibi do. Anto. de But.& ideo dixit Bal.per illum tex.in l.ij.§.quod ait. ff.qui ſatiſ.cog. quòd ſi ſtatuto cauetur , quòd lauda qualitercunq; lata executioni mãdentur: hoc debet intelligi dũmodo ſubſiſtãt de iure.argumẽto illius tex. & argumẽto l.diuus.ff. de teſtamen.mili. Idẽ ſi ſtatutũ dicit, quòd contra magnatẽ ſufficit qualiſcunq; probatio. quæ debet intelligi quòd de iure ualeat,argumento illius legis. Adde tamen,ſi tu uelles tenere opi.Bal.in d. rub.dum reprobaui ipſum in j.c. Vide quæ allegaui in l.iiij.§.pretor ait. ff. de damno infecto. ubi poſui , an uera ſit illa cõcluſio:an quãdo ſtatutum diſponit id quod ius cõmune, debeat intelligi,& interpretari, & limitari ſecundũ ius cõmune uel nõ: & multa allegaui in iure ciuili & canonico. Tu aũt in hac materia adde etiã Ange.in l.prætor.§.j.ff. de iniur.
42 * qui dicit , quòd ſi ſtatuto cauetur, quòd de homicidio non poſſit quis accuſare,niſi ſit agnatus , uel affinis: quòd tunc delictum non erit publicum. Vnde damnatus ex tali maleficio , non erit damnatus de delicto publico:ut ponderauit ibi Ange.tex. & gl.cuius contrarium dixit Bald. in d.rubrica.

ADNOT.a ¶In hac materia. *Vltra adducta per do.Ang.j.adde tu Pe. de Anch.in conſi.cccc.xvij.ubi quòd ſtatutum loquens de perſonis,debet intelligi de habilibus,& adde quòd Bald.in conſilio ſuo cccxciij.quòd ſtante ſtatuto,quòd nullus poßit opponere de nullitate iudicii, quòd tamen poterit opponi per filiumfamiliàs,& etiã uoluit* Ro.*in conſi.ccxviij. quòd ſtatutũ diſponens,quòd omnes cauſæ compromittantur , non comprehendit cauſas miſti imperii,nec ſpirituales.Item facit, quòd ſtatutum permittẽs iudici inquirere de omnibus delictis:debet omnino intelligi etiam de adulterio conſtante matrimonio commiſſo.& an ſtatutum debeat intelligi ſecundum ius commune, uide Alex.in cõſi.cxxx.in iiij.uolu.* Raph. *cu.conſil.xlj. Fulg.conſil.cxiiij.*Ro.*conſil. cccxlviij. Ange. conſil.xliij.Fran.de Are. pulchre in conſi.xx.&* Cæpo.*in conſi.penultim.*Bern.

HIERO. In hac materia addatis Hiero.Zaneti.in repe.c.j. de acc. extrà.col.vj.uer. reſtringo. ubi quaſi omnia hic dicta per Ang. refert & ſequitur.& poteſt iſta ſentẽtia Bal. cõprobari ex multis auto. docto. Nam cũ iſtud ſtatutũ reſpiciat publicã utilitatẽ, ne maleficia remaneãt impunita , nõ debet recipere reſtrictionẽ de habilitate,ſecũdũ Alex.poſt Guil. de cu.in l.ſi filiusfamiliàs.ff.ſi cert.peta.ubi dicit , quòd ſi proclamatũ ſit, quòd quicunque ceperit talẽ bannitum,habeat caſtrũ in feudum , quòd tunc etiam inhabiles ad feudum admittẽtur.quod dictum Guil. dicit ibi Iaſon in j.col.uer.iſtud not. quòd cõmuniter approbatur : ubi uide latè per do.& per Phil.Deciũ.in regula ſi. de reg.iur.ff.& in d.l.ſi filiusfamiliàs. iij.not.Item adde circa id quod dicit

Aug



Auguſt. quòd ſtante tali ſtatuto &c. quòd infans nõ admittatur. Hyppo. de marſi.in l. unius.§.cognitionũ.ff. de quæſt.col.ſeptima.in princ.refert Bald.tenere contra.in l.ita nobis. C. de adul. ſed male:quia tantũ loquitur de inhabilibus non iure naturali. de quo latè Iaſon in l.j.C. de ſumma trinita.col.tertia.in fine. uer. regula &c. ubi multa adducit in materia.
43 * ſed an ſtante ſtatuto, quòd de tali maleficio liceat cuilibet accuſare , & quòd accuſator habeat tertiam partem ſi officialis curiæ uel familiaris poteſtatis accuſauerit de tali maleficio , an recipiet dictã partẽ à ſtatuto cõceſſam.Bal.diſputat pro & contra in practica ſua,in rub.de quæſt.circa ſtatuta. q.xij. finaliter cõcludit quòd non:eo quia poteſtas ſiue rector recipit ſalariũ pro ſe & omnibus famulis,quo debet eſſe cõtẽtus:ut in aut. de iureiu.quod preſtatur ab his qui. in prin.Itẽ, quia lege cauetur , quòd id quod capitur ab hoſtibus efficiatur capientis:ut in l.ſi quid.ff. de ca. & poſtlimi. reuer.& tamen ſi milites armatæ militiæ qui recipiunt ſtipendia à repub . capiant aliquẽ ab hoſtibus , non ideo efficitur eius ſeruus. & idem ſeruandũ fore in officialibus & familiaribus terrarum , arg.l. ne quid.in fi.ff.de incen.rui.naufra.

44 *Statuto alterãte pœnã delicti publici, non propter hoc deſinit eſſe publicum.*

ANGELVS.

44 * QVAERIT etiam Bal.circa fi.quid ſi ſtatutũ alterat pœnã delicti publici,an deſinat eſſe publicũ propter hoc.& ibi concludit quòd non: ut not.Ia.But.in l.ſeruum quoque.in §. publice.ff. de procur. & Bald. in l. reos.C.de accuſa. Crimen tamen dicitur publicũ reſpectu ordinationis iudicii,& eius qualitatis, non reſpectu pœnæ:& lex, & nõ pœna facit publicum iudiciũ.& Bar.latè poſuit iſtã materiã in l.j.ff.de pub.iud.Et ibi cõcludit,quòd ſi ſtatutum alterat pœnã ſuper homicidio,nõ accuſatur accuſatione deſcendente à ſtatuto , ſed accuſabitur lege publicorum iudiciorum,& ſic de ſicariis. Secus ſi ſtatutum inducit nouum nomen delicti,& nouã ſpeciẽ:ut quia falſitati imponit nomẽ baratariæ,ſeu aliud uocabulum : tunc accuſabitur accuſatione deſcendente à ſtatuto,& damnatus non efficitur infamis:quia nõ eſt damnatus publico iudicio.

AVGVST. Tu adde dicta Bar. per illum tex.in l.ij.ff.de cõceſſio. & approbant d.per ipſum in d.l.j.ff.de publi.iud.& ibi uide Ang.& Imol.approbantem dicta per Bar.Et idem dixit Bart.in l.infamẽ. de publi.iudi. & in l.hos accuſare.in fi.in §.fi.ff. de accuſa.Vide tamẽ Bal.in l.ij.C.qui teſt. facere poſſunt.q dicit, ꝙ ſtatuta ſunt priuatorũ iudiciorũ,&nõ publicorũ.

HIERO.Addatis eundem Ang. in §.j.in fi.inſti.de pub.iud.& ibi per Io.de platea.

45 *Crimen pro quo uenit imponenda pœna mortis naturalis,uel ciuilis, dicitur publicum.*
46 *Crimen ex quo uenit amputanda lingua , uel aliud membrum mutilari, quando ſit publicum.*
47 *Crimen quodlibet de iure canonico eſt publicum.*

ANGELVS.

45 * ET VNVM eſt menti tenendum,quòd quoties de aliquo crimine eſt pœna mortis naturalis uel ciuilis,poteſt dici crimẽ publicũ:ut l.j.

£ 5 ff.de

ff.de pub.iud.& quod ibi latè Barto.
quod bene no.quia quoties ex lege
uel ſtatuto,ex aliquo delicto eſt pœ-
na mortis,etiã ciuilis,ꝙ quilibet ad-
mittitur ad accuſandũ:licet de dicto
crimine lex expreſsè nõ dicat quòd
ſit publicũ,dummodo nõ dicat ex-
46 preſsè,quòd ſit priuatũ.* Quid au-
tẽ ſi ex aliquo delicto debet lingua
amputari, uel aliud mẽbrum muti-
lari?Reſpondet Bal.in rub.C.de iur.
fiſ.lib.x.quòd ſi delictum punitur de
iure communi tali pœna per legem
antiquam xij.tabu. diſtinguitur:aut
punitur per l.publicorum iudiciorũ,
& eſt publicum:aut per aliam legẽ,
& eſt priuatum:ut d.l.j.ff.de pub.iud.
aut punitur per legem nouam impe
ratoris & ſtatutariã:tunc aut delictũ
ob quod uenit imponẽda pœna,fuit
commiſſum in rem æſtimabilẽ,puta
in facultates tuas:quia ratione eius
delicti multũ expendiſti,tũc accuſa-
tio nõ eſt publica:ſed tantum com-
petit ius accuſandi cuius intereſt:ut
C.de dela.l.omnes.in fi.lib.x.& not.
in l.fi.ff.de priua.delict.& de popu.
actio.in rub.aut cõmittitur in rẽ in-
æſtimabilem, ut in corpus liberũ:uel
in rem publicam, tunc accuſatio eſt
publica:& tunc maius delictum eſt.
Ita inquit Bal.in d.rub.C.de iure fiſ.
& ita intelligit de pace tenenda,&
eius uio.in §.ſi quis alium.quia ho-
die propter cognationem quãdam
quæ eſt inter homines, commiſſum
in aliquod corpus,ab omnibus po-
teſt uindicari:ut l.j.ff.de libe.homi.
exhib.ex quo ibi Bal.dicit,quòd ſi ſta
tuto dicitur,quòd qui uineã incide-
rit alterius, amputetur manus eius,
quòd nõ erit accuſatio publica.Sin-
autem dicat,quòd ſi notarius fecerit
falſum inſtrumentum,amputetur ſi-
bi manus,quòd cuilibet cõpetit ac-
cuſatio,quia deliquit in officio quod
eſt publicũ:& accuſatio erit publica
omnibus illius prouinciæ,ſiue terri-
torii,& non aliis: quia quantum ad
alios,illa ſtatuta,uel conſuetudines,
ſunt priuati iuris. Ex quo etiã infert,
quòd licet in ſtatuto ſit pœna mor-
tis pro furto:tamen non eſt publicũ
crimen,nec omnibus competit ac-
cuſatio:quia ad priuatam utilitatem
datur:& expreſsè dicitur,ꝙ eſt pri-
uatũ crimen:ut l.fi.ff.de priua.delic.

AVGVST. Tu autem in hac ma
teria adde quòd omnia iſta de iure
47 ciuili poſſunt procedere.* Sed de
iure canonico,omne crimen cenſe-
tur eſſe publicũ.Ita dixit Inno.in c.ij.
extrà de collu.detegen.Sed aduerte,
quia Inno.loquitur ibi per uerbum,
fortè.Nam dicit,fortè omne crimen
eſt publiuum de iure canonico. Sed
addatis,quòd non debebat dubitare
de hoc Inno.quia de iure canonico.
de hoc eſt gloſſ.in terminis,quæ hoc
affirmat ſine uerbo,fortè.vj.q.j.c.in-
fames.quam Bal.primò reuelauit le
giſtis.& eam ſequitur in rub.C.qui
accu.non poſ.in v.col.Sed ego ultra
Bald.allego aliam gloſſ.quam ipſe
ignorauit, quæ hoc uoluit.ij.q.iij.c.
præuaricator.in gl.mag.& ſic de iu-
re canonico,nõ habet locum titulus
de priuatis delictis.Et idem dixit Io.
Fabri,inſtitu.de pœ.temere litigan.
in §.fi.ſuper glo.Miror tamen,quòd
Spec.in titu.de accuſa.in iij.parte.in
§.ij.uer.j.hoc non dixerit.imò dixit,
quòd crimina aliqua ſunt publica,
aliqua ſunt priuata:niſi dicamus per
iura quæ ipſe allegat,quòd ipſe lo-
quitur de iure ciuili.

Appel



*48 Appellatione ſuorũ quæ perſonæ com-
prehendantur.*

ANGELVS.

48 *SVBSEQVENTER quæri-
tur,quia ſuprà uiſum eſt,ꝙ hę perſo
næ prohibitę poſſunt proſequi ſuam
uel ſuorũ iniuriam.Modo quæritur,
quid cõtinetur appellatione ſuorũ.
& gl.in l.neganda.in fi.gl.j.C.qui ac
cu.nõ poſ.dicit,ꝙ iſta uerba nõ ſunt
latè interpretanda. Alibi gl.uidetur
uelle,ꝙ ſi uni de cognatiõe fiat in-
a iuria, toti familiæ [a] dicitur facta:ut
no.in l.lex Cornelia.in prin.ff.de in-
iur.Facit quod no.Cy.in l.raptores.
C.de epiſ.& cle.Alibi dicit glo.ꝙ ſui
conſiderãtur ratione affectionis.Ita
dicit gl.in l.ut uim.ff.de iuſti.& iure.
alibi tex.limitat uſq; ad quartũ gra-
dum:ut l.petitionem.§.egrediẽte.C.
de aduo.diuer.iud.Sed Bar.in l.ij.ff.
de accu.in fin.prin.dicit ſecundũ In-
no.in c.nõnulli.extra de reſcri.quòd
cõiunctæ perſonę per conſequẽs ſui
dicuntur, uſq; ad illũ gradũ,in quo
poſſunt ſuccedere.& ita intelligitur
tex.in d.l.ſed & hæ.ff.de procu.pro b
quo bene facit tex.in auth.in ſucceſ.
& quod ibi notatur.C.de ſuis & leg.
& gl.in l.ſi fœmina.C.ad Turp.dicit,
b quòd ſuorũ [b] appellatione, dicũtur
omnes illi pro quibꝰ quis inuitus te
ſtimoniũ ferre non cogitur,qui ſunt
uſq; ad ſeptimũ gradum.Et iſtã glo.
tenet Bal.in l.j.C.qui accu.non poſ.
Et credo iſtam gl.ueram,pro qua eſt
caſus in l.ij.in princ.ff.de accu.con-
iuncta ibi gl.& coniuncta l.lege Iul.
ff.de teſti.Nã pro ſocero & nouer-
ca,quis non cogitur teſtimonium di
cere:ut d.l.lege Iul.ergo pro eis lici
ta eſt accuſatio publica.d.l.ij.ff.de ac
cu.& dicitur proſequi iniuriam ſuo-
rum,ut ibi.ſed clarum eſt,quòd eis
non ſucceditur: ut not.in l.j.C.unde
uir & uxor.facit l.ij.ff.de inof.teſta.
ergo in iſta materia accuſatiõis,cõ-
iuncta perſona non dicitur per mo-
dũ ſucceſsionis,nec etiã quò ad hoc
ut poſsit agi ſine mãdato.Quinimò
omnis ille dicitur cõiuncta perſona,
pro qua quis inuitus nõ cogitur te-
ſtimoniũ ferre. De quibus perſonis
habetur in d.l.lege Iul.& in l.fi.cum
l.j.§.ſeq.ff.de poſtu.& ita no.in l.ſed
& hæ.in prin.ff.de procu.& de mate
ria alleg.etiã Spe.in ti.qualiter in ac
cuſatione procedarur.§.iij.uidendũ
eſt.in prin.§.ex quibus.Bart.in d.l.ij.
ff.de accu.dicit,ꝙ ſicut fœmina non
admittitur ad accuſandum de mor-
te ſoceri,ita nõ admittitur de morte
uiri: quia dicitur proſequi ſuorum
iniuriam.d.l.Iulia.coniuncta d.l.ij.ff.
de accuſatio.

ADNOTAT.a ¶ Toti fami-
liæ. *Adde ut per Alex.de Imo.in conſi.
xcix.in j.uolumi.& in conſilio cxij.in ij.
uolumi.*Ber.

¶ Suorum appellatione. *Adde q.
do.de Ro.in deci.ccccl x.in ti.de renũ.di-
cunt,quòd ſuorum appellatione,ueniunt
nedum parentes & conſanguinei, ſed
etiã domeſticæ perſonæ& ibi,quòd re-
nunciatio facta de beneficio propter libe
rationẽ domeſticæ perſonæ à carcere:non
ualet, & dicitur meticuloſa,& qui ue-
niant ſuorum appellatione, uide latè per
Barba.in repe.l.cum acutiſsimi.C.de fi-
deicom.& per do.meum Soci.in repeti.l.
cum auus.ff.de condi.& demon.*

AVGVST. Tu autem in hac ma
teria adde dicta Bar.in l.lex Corne-
lia.ff.de iniur.& quæ dicantur con-
iunctæ perſonæ,uide tex.in l.j.§.fin.
ff.de poſtu.& ibi Bal.qui dicit,quòd
diuerſis

diuerſis modis accipit̃ in iure, q̃ di-
catur coniuncta perſona: & ibi uide
ipſum Bal.allegantẽ bonas deciſio-
nes Spe.& Cy.& illũ tex.ponderauit
Bart.in l.cui eorũ. §.affinitatis.ff. de
poſtu.& uide Bal.in l.ſed & hæ.ff.de
ꝓcu.& põdera ꝙ in hac materia Bar.
in d.l.ij.ff.de accuſ.uidet̃ ſibi cõtra-
rius.& uide nouiſsimos in c.nõnulli.
extrà de reſcri.& uide Bal.in c.poſtre
mo.extrà de appel.& in repetitione
c.ſi pater.de teſta.lib.vj.quid conti-
neatur appellatione ſuorũ. Et ad-
uerte, quia iſte paſſus dubius eſt.Nã
in eo doct.uario modo loquuti ſunt,
&ideo in indiuiduo in propoſito no
ſtro do. Anto.de but.poſt Ioã.and.in
c.decætero. extrà de teſti.quærit qui
contineantur appellatione ſuorũ,ad
hoc ut cognoſcamus quãdo quis po
teſt proſequi ſuorũ iniuriã. & breui-
ter ibi refert Ioan. and.poſuiſſe iſtã
quęſtionẽ ibi:qui dixit,quòd ſui ſunt
qui pro eo teſtificari nõ poſſunt.per
d.l.pen.C.ad Turp.& ibi gloſ.refert
Azo.habuiſſe aliã opinionẽ. Itẽ Go-
fred.habuit aliã opinionẽ. Io.and.in
addi.Spec.habuit aliã.dic ut ibi,in d.
c.decætero.per do.& latè de hac ma
teria loquitur Sali.in d.l.penul.C.ad
Turp.ubi refert multas opin.& dicit
Ang.ibi,ꝙ ibi eſt glo.melior de iure
quid cõtineatur appellatione ſuorũ.

HIERO. Inquantũ Ang.dicit,ꝙ
appellatione ſuorũ dicuntur illi pro a
quibus quis inuitus teſtimoniũ ferre
nõ cogitur,qui ſunt uſque ad vij.gra
dũ.addatis Henri.boyc, idẽ tenẽtem
in c.decætero.extrà de teſti.in ij.diſt.
in medio.ubi Fely.in fin.colum.poſt
alios latè cumulat hanc materiam.&
per do.de Rota, deciſio.ccix.ſub tit.
quod metus cauſa.in antiquis. Alex.
conſi.xxxiij.uol.iij. Itẽ an appel.ſuo-
rum,ueniant magni amici.Barb.in c.
corã.de offi. deleg.col.vj.poſt princ.
tenet quòd ſic, per gloſ.in l.ij.C.in
quib.cau. colo.lib.xj. pro qua alle-
gat.l.alumnã.C.de leg.iuncta gl.in l.
in teſtamento.ff.de fideic.libe.& per
alia multa probantia, ꝙ amici ma-
gni cenſentur coniuncti.de quo latè
ultra eum per Hippo.in repe.rub.ff.
de fideiuſ.col.lv.in princi. & per Iaſ.
ubi etiã dicit, amicus ſing.uenit ap-
pel.ſuorũ. in l.Titia.ff.de uerb.obli.
col.ij.& in l.exigendi.de procu.C.&
in l.quæ dotis.ff.ſol.ma.& in l.ſi fra-
tres.ff.de leg.j.in j.col.

49 *Filia naturalis poteſt accuſare mortẽ patris naturalis.*

50 *Filius ſpurius quando poßit accuſare mortem patris, & quando non.*

ANGELVS.

49 *QVAESIVIT etiam Bart.in
l.ij.ff.de accu. An filia naturalis poſ-
ſit accuſare mortẽ patris naturalis.&
determinat quòd ſic:ſiue ſit pater na
turalis tantùm:ut l.iij.ff.de liber.cau.
ſiue ſit ſpuria: quia iſti admittuntur
tanquã idoneiores.arg.l.ij.§.fi.ff.de
adul.allegat Inno.in c.nonnulli.ex-
trà de reſcri.in fi.& idem tenet Bart.
in l.hos accuſare.§.omnibus.ff.de ac
cuſat.Sed Imol.uidetur concludere,
ꝙ naturalis tantùm admittatur, non
ſpuria.& opin.Bar.ſequitur ibi Bald.
Ange.& Rapha.[a] Sed in filia natu-
rali poteſt procedere, quia de iure
digeſtorũ, concubinatus eſt permiſ-
ſus:ut l.j.& pen.& ibi Bar.ff.de cõcu.
& quia in certo caſu & modo ſucce-
dit patri:ut not.in l.ſi qua illuſtris.C.
ad Orfi.& dicit do. Ange.quòd cre-
dit quòd in aliis ex dãnato coitu ta-
les nõ poſsint accuſare. Primò,quia
non



non poſſunt oſtendere patrem, ut l.
uulgò cõcepti.& ibi no.ff.de ſtat.ho.
Secundò, quia non ſunt nominandi
filii, nec ille pater:ut in auth.ex cõ-
plexu.C.de inceſt.nup.intantũ,quòd
non ſunt alendi de iure ciuili:ut ibi.
Secus de iure canonico: ut ibi not.
Bar.Tertiò,ille dicitur pater & filius,
quem nuptiæ demonſtrant:ut l.quia
ſemper.ff.de in ius uocan.inſtitu.de
nupt.in prin.& in §.aduerſus. Quo-
modo ergo iſte dicitur accuſare de
morte patris,cùm patrem nominare
non debet?Præterea iſti nõ dicuntur
de agnatione, nec de cognitione,
nec de familia,nec de cippo,nec de
caſſata,nec de gẽte illius quem dicit
patrẽ:ut not.Ange.& Imo.in l.ex fa-
cto.in §.ſi quis rogatus.ff.ad Treb.
& hoc eſt uerũ ſi ſit ſpuria, & nata ex
coitu damnato:ſecus ſi nõ poſsit ac-
cuſari criminaliter:ut l.quia ſemper.
ff.de in ius uoc.& ibi per gl.& præ-
dicta procedunt in fœmina. Si autẽ
b eſſet maſculus naturalis,[b] nulli du-
bium, ꝙ admitteretur,ut quilibet de
populo:& quãdo concurrunt plures
ad accuſandũ,ille debet pręferri,cu-
ius magis uериſimiliter intereſt,& me
lius proſequatur accuſationẽ: ut l.ſi
plures.ff.de accuſ.& clarũ eſt, quòd
ſui magis intereſt ratione affectio-
nis,quàm alterius,qui penitus extra-
neus eſt,ideo extraneo pręfertur.ita
dicit Imol.in d.l.ex facto.in uer. itẽ
per prædicta poteſt inferri. & facit
quod no.Bar.& Bal.in l.fi.ff.de uerb.
ſig.& Bar.in l.tutelam.ff.de cap.di.&
Bart.in l.pronunciatio.§.familiæ.ff.
de uerb.ſigni.

ADNOT. a ¶Rapha.idem te
net. *Ang.in l.ſenatus.C.qui acc.nõ poſ.*
b ¶Maſculus naturalis. *Circa hoc
materia.*
*adde & uide:ut latius per Fely.in d.cap.
nõnulli.de reſcrip.col.pen.ubi dicit, quod
opi.Bar.ſemper fuit uiſa æqua. Pro qua
tu allega quod uoluit Bald.in conſi.cxix.
lib.v.ubi ſpurius poterit uindicare mortẽ
patris, ſtante ſtatuto, quòd coniuncti &
illi de domo poßint uindicare mortẽ de-
functi. Et an ſpurij dicantur de domo uel
agnatione,uide Ang.in cõſi.xxx.& Nic.
de ubal.in tract.ſucceßionum ab inteſta-
to.parte iij.*

AVGVST. Tu autẽ in hac ma-
teria adde,ꝙ Bar.in l.cum ſcimus.C.
de agri.& cenſi.li.xj.hoc idem affir-
mauit,ꝙ ſpurius admittatur ad accu
ſandũ mortẽ patris.& idem Ang.af-
firmauit doctrinã Bart.in l.uxorẽ.C.
50 qui accuſare. * Adde tamen,ꝙ Bal.
in l.j.C.qui accuſare.in xvj.col.uide-
tur limitare prædicta, ut procedant
quando eſſet ſpurius natus ex certo
complexu: quia idem eſt quod in fi-
lio naturali:quia naturalis dolor eos
impellit: argu.l.ij,& iij.ff.de lib.cau.
Secus ſi ex incerto cõplexu: ut uul-
gò cõcepti: quia reſpectu patris,eos
ius uindictę non tangit:quia nõ poſ-
ſunt ſe probare filios, cum lex fingat
eos nõ habere patrẽ.l.uulgò.ff.de ſta
tu homi. Reſpectu uerò matris, ad-
mittentur ad uindicandã mortẽ ma-
tris.Et hæc teneas mẽti:quia per prę-
dicta opiniones poſſent reduci ad cõ
cordiam.Et uide pulchra uerba Bal.
in ca.naturalis.ſi de feu.fue.contro-
uer.de iſtis ſpuriis.& Bal.in l.ius ciui
le.ff.de iuſt.& iure.& Bald.& Imo.in
l.Lucius.§.fina.ff.de leg.ij.& in l.j.§.
diuus.ff.ad Sil.& ibi per Moder.in l.
generaliter.§.cum autem.C.de in-
ſtitu.& ſubſtit.Item conſidera, quòd
Bart.in hac materia ſemper allega-
uit doctrinam Inno.in c.nõnulli. ex-
trà de

trà de reſcrip. Sed Inno.ibi nõ quærit,an ſpurii admittãtur ad accuſandum mortem patris:ſed an admittãtur ad agendum.propterea ibi Inno. dicit, quòd ſpurii non ſunt cõiunctæ perſonæ, ſed naturales ſic.Vnde ibi Inno.eſt contra Bar.ſi quis ſubtiliter reſpicit uerba Inno.Item conſydera inquantum ſuprà dictum eſt, quòd ſpurius ſaltem poterit accuſare tanquam quilibet de populo. Nam quidam Moderni in c.nõnulli.extrà de reſcri.damnant iſtam doctrinam, & multùm clamant contra Imol.in d.l. ex facto.& arguunt hoc modo:actio quæ competit alicui tanquã quilibet de populo, debet intentari per eum qui eſt integræ opinionis.text.eſt in l.popularis actio.ff.de popu.act.& in l.omnis.in uerbo,ſi tibi integrè ęſtimatio eſt.C.qui accuſ.non poſ. Sed ſpurii & nati ex damnato coitu ſunt infames: ut in auth.ex complexu.C. de inceſt.nupt.per Bar.& Sal.in l.fin. C.de uerb.ſig.Cyn.in l.quiſquis.ad l. Iul. maie.C. & in l.parentes.ff.de in ius uocan. Ergo neceſſariò ſequitur, quòd ut extraneus, & ut quilibet de populo accuſare non poteſt,niſi ſaluando dicamus, ut dixi ſuprà in xxj. fallentia. qui accuſare poſſunt.allegãdo Spec.ibi,quòd quoties aliquis ut infamis repellitur ab accuſatione, uel ex alio capite, quia mulier:tamẽ ſi proſequitur ſuam, uel ſuorum iniuriam,iſto caſu admittitur.

HIERO. De hac materia, quia ſatis habetur in locis hic per Auguſt. alleg.amplius nõ me intromitto.uideatis tamẽ Ange.in l.ſenatus.C.qui accuſ.non poſ.ubi tenet opi.Bart.uidelicet,quòd filia naturalis &c.

*51 Idoneior quando admittatur ad accuſandum.*

*52 Accuſari poteſt quilibet de delicto,niſi ſit priuilegiatus.*

*53 Patri licet nõ ſit permiſſum accuſare magiſtratum durante officio:tamẽ licitum erit propria autoritate ius dicere, ſi inuenit magiſtratum adulterãtem filiam,& ipſum occidere.*

A N G E L V S.

51 *ET ex prædictis apparet, quòd idoneior admittitur ad accuſandũ.l. ſi plures.ff.de accu.quod eſt uerum, quando principaliter, & non æque intereſt:quia tunc omnes admittuntur,iuxta l.j.& ibi Bart.ff.de ſep.uiol. Et notandum eſt id,quod dixit Bart. in l.poſt dotem.ff.ſol.ma.quòd ſi accuſo Titium de publico crimine, & dico me accuſaſſe de uoluntate Titii, præſentis, & uolentis: quòd non dicor facere procuratorio nomine,
52 dic ut ibi. * Poſtquam uidimus quæ perſonæ poſsint accuſare, & de quo crimine, & quid ſibi incũbat, ad hoc ut ad accuſandum admittatur, procedamus ulterius: & quæramus quæ perſonæ poſſunt,uel nõ poſſunt accuſari: & quilibet poteſt de delicto accuſari, niſi ſit priuilegiatus, ita ꝙ ex priuilegio non poſsit accuſari:ut
a eſt magiſtratus, a dum eſt in magiſtratu: uel legatus, uel q ſemel ritè, uel rectè fuit abſolutus de crimine: iuxta notata in l.ſi cui.§.j.ff.de accu. Aduertas tamen, quod uerum eſt, quòd magiſtratus non poteſt accuſari durante officio ad hoc, ut contra eum procedatur in accuſatione: ut eſt tex.in l.ſi adulterium cum inceſtu.§.fina.ff.de adult.ex quo dicit Bart.in l.hos accuſare.ff.de accuſat. quòd anciani, durante officio, poſſunt accuſari: ſolùm ad hoc,ut recipiatur



piatur accuſatio:& depoſito officio ancianatus, ſuper dicta accuſatione procedatur.

ADNOT. a ¶ Magiſtratus. *Adde Spec.in tit.de accuſa.§.j.uer.item quòd eſt magiſtratus.& Bal.in l. niſi. §.ſi.ff.de tute.& ratio.diſt.ubi,quòd officialis perpetuus poteſt, durante officio, per ſuperiorem ſyndicari.& Ro.in conſi. ccccxlv.ubi,quòd officialis de delictis cõmiſſis in officio,poteſt durante officio puniri.Ber.*

AVGVST. Tu autẽ in hac materia adde, quòd Gandi.in tractatu ſuo maleficio.fecit unam ſpecialem rubricam,de his qui poſſunt accuſari.& ibi ponit breuiter, an maſculi, uel fœminæ, tã præſentes,quàm abſentes poſsint accuſari:& tam mortui,quàm uiui, & in quibus caſibus,& an ſerui in quolibet crimine, & in omni pœna: & tã puberes,quàm impuberes. Et an quis in pluribus poſſit accuſari.Ibi autem Gãdi.de magiſtratibus nil loquitur. Sed in hac materia adde, inquantum dictum eſt,ꝙ magiſtratus durante officio, nõ poteſt accuſari. Limita, niſi in officio committeret crimen, quod ſpectaret ad eius officium:quia etiam durante officio, nedum poteſt accuſari, ſed etiam expelli de officio:puta, ſi commiſit baratariam,uel aliud delictum.ita dicunt doct.maximè Bald. in l.iubemus.C.ad l.Iul.repe.& hoc eſt quod dixit Bar.in l.nec magiſtratibus.ff.de iniur.& Ang.in d.l.iubemus.Item, tenè mẽti, quod dixit Albe.de roſa.in l.ſi pręſes.C.de epiſco. aud.quòd licet officialis, durãte officio, non poſsit accuſari: tamen in tribus caſibus poterit.Primò,ſi ſe ſubmittit iuriſdictioni,per l.eſt receptũ. ff.de iuriſdi.om.iud. Secũdò,ſi deliquit in officio,per d.l.iubemus. Tertiò,in crimine adulterii, per dict.l.ſi adulteriũ cũ inceſtu.§.fi.ff.de adult. cum hoc, ꝙ non poterit contra eũ, hoc caſu,procedi durãte officio:ſed præſtabit cautionẽ, ꝙ finito officio, ſiſtet in iudicio. Sed aduertas, quia credo quòd iſta deciſio Alb.in quãtum loquitur de adulterio, ſit falſa. Primò, ille tex.in d.§.fi.dicit, ꝙ ſuperſeditur durante officio: & ita omnes doc.intelligunt illũ tex.ibi, & Bartol. Angel.& alii doct. ibi intelligunt illum text. nedum procedere in adulterio, ſed in omnibus delictis. Aduertas tamen, quòd in cri-
53 mine adulterii, ſpeciale * eſt: ꝙ licet nõ ſit permiſſum patri accuſare durãte officio magiſtratũ:tamen ſibi licitũ erit propria autoritate ius dicere, ſi inuenit magiſtratũ adulterãtẽ filiã, & ipſum occidere.tex.eſt ſingularis in l.marito.ff.de adult.& ibi Ang.& Augu.etiã hoc dixit, in l.hos accuſare.ff.de accu.& Spec.in tit.de accuſa.§.j.in uer.item quòd eſt magiſtratus. Et an prædicta militent in magiſtratu maiori uel minori:uel ſi officiũ ſit perpetuũ, uel temporale: uel ſi ſunt magiſtratus habentes dignitatẽ ſolã:ut ſunt duces, marchiones: uel ſi ſunt poteſtates terrarum. Adde d.Spec.in loco allegato p me in d.uer.itẽ quòd eſt magiſtratus. Et Bar.in d.l.nec magiſtratus. & latius per Sali.in l.iubemus.C.ad l.Iu.repe. Et Sali.in d.l.ſi præſes.C.de epi.aud. dixit, ꝙ in criminalibus approbat d.per ipſum, in d.l.iubemus.& ex omnibꝰ iſtis poteris etiã limitare prædicta. Adde tamẽ, ꝙ ſi maiores magiſtratus faciũt aliquid cõtra iuriſdictionem

diƈtionẽ ſuperioris, etiã durãte officio, poterunt cõueniri. Ita uoluit Bal. ponderans ibi eſſe text. in l. ſi appellationem. C. de appel.

HIERO. De hac etiã materia fecit do. Vitalinus unã ſpecialẽ rub. in trac. mal. in rub. q accu. nõ poſ. & adde, inquantũ tangũt hîc, an magiſtratus poſsit, durante officio, accuſari: Vide diſt. quã facit idem Vitalinus in fi. d. rub. ubi approbat aliqua hîc dicta latè per Amedeũ in trac. de ſyndica. col. ix. in fi. cum ſeq. in gl. ſuper uerbo, olim poteſtatẽ. & Catal. in tra. de ſyndica. q. xxxiij. Parid. de puteo, in tract. de ſyndica. in uerbo, durãte, in uerbo, officialis. char. xliiij. & in iſtis remiſsio. ſatis habet̃ de materia.

54 *Exceptio, ego non poſſum accuſari, eſt dilatoria: & ideo eſt opponenda ante litem conteſtatam.*

ANGELVS.

54 *ET tene mẽti, ꝙ talis exceptio, Ego nõ poſſum accuſari, eſt dilatoria: unde neceſſe eſt ꝙ opponat̃ ante lit. cõte. & ſic ante nomẽ rei receptum inter reos: aliàs autem ſi tunc nõ opponitur, proceſſus remanebit
a ualidus [a]. ut l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. de adul. Et dicit Bart. in d. l. hos accuſare. in prin. & in §. j.

ADNOT. a ¶ Validus. *Adde & intellige hoc, niſi inhabilitas procederet de iure naturali, ut in pupillo, & furioſo, quia tunc talis exceptio poterit opponi, etiam poſt litẽ conteſtatã, per ea quæ uoluit Pet. de Anc. in cõſ. clxvj. & an ſi accuſatus uel inquiſitus non opponit exceptiones competentes, uideatur illis renunciare. uide Pau. de Caſt. in conſi. xvij. in nouiter impreſsis. Bern.*

AVGVST. Adde tamen in hac materia, quòd non putarẽ prædicta procedere, ſi unus accuſaret perſonam inhabilem ad accuſandũ, cuius inhabilitas procederet de iure naturali: puta in infãte, & furioſo, qui nõ poſſunt accuſari: quia etiã poſt litẽ cõteſta. poſſet opponi iſta exceptio, Ego nõ poſſum accuſari. & moueor ex his quæ dixit Bal. in rub. C. qui accuſare. in iij. col. ubi dicit, quòd licet iſta exceptio, Tu non potes accuſare. debeat opponi ante litem cõteſt. Tamen ſi inhabilitas deſcendit de iure naturali, ſemper poterit opponi talis exceptio dilatoria.

HIERO. De hac q. ſatis dictum fuit ſupra in. q. inc. quæro, ſi prædicta &c. nu. xl. ubi uide quę ibi dicta ſunt.

55 *Accuſatio omnis debet continere locũ, annum, & menſem delicti commiſſi.*

ANGELVS.

PROCEDAMVS ulterius in materia accuſationũ: & aliqua utilia & neceſſaria uideamus, quę etiã ſunt
55 quotidiana.* Et primò, ſcias ꝙ in omni accuſatione, requiritur ꝙ apponatur locus, annus, & menſis delicti: ut l. libellorum. ff. de accuſ. ſiue agatur criminaliter, ut ibi: ſiue agat̃ de crimine ad intereſſe partis tantum, ſiue per modum accuſationis crimẽ deducatur, ſiue per modũ exceptionis: ut dicit Bar. in l. j. ff. de except. dũmodo ſit talis accuſatio q̃ infamet, ſiue de iure, ſiue de facto tãtum: ut l. prætor edixit. & ibi Bar. in prin. ff. de iniur. Et idẽ uoluit Bar. in l. uiro atq; uxore. ff. ſol. mat. & in l. j. ff. de ſuſpe. tut. & in l. j. ff. de exce. & in l. & an eidem. in §. actiones. ff. de except. rei iudi. ex quo ſequitur, quòd ſi ageretur ex quaſi delicto, quòd non infamaret: ut l. ceſſat. ff. de actio. & oblig. quòd non eſt neceſſe, quòd locus & tempus apponatur: ut dixit Bart. in d. l. prætor. quod perpetuo not. quia quando agitur contra iudicem, qui male iudicauit, qui tenetur ex quaſi delicto: ut inſti. de obli. quæ ex quaſi delic. in princ. cũ ibi no. quòd procedit libellus: licet locus, & tempus in libello non ſit inſertus.



AVGV. Tu autẽ in hac materia adde inquãtum dictum eſt, quòd lo-
a cus,[a] & tempus ponẽdus eſt ſemper in accuſatione. Limita omnia iſta, p ea quæ ſ. dixi, in uerſi. hæc eſt quædã inquiſitio. in illo articulo, an in inquiſitione ſit apponendus locus, & tempus in criminalibus: & ibi addidi aliquos caſus, in quibus non requiritur locus & tempus, in criminalibus. Sed aduerte inquantum ſuprà dictum eſt, quod ubi accuſatio eſt fa-
b moſa, & agitur ciuiliter,[b] requiritur locus & tempus: & iſta ſemper fuit ſententia Bar. Adde, quòd ſentẽtiam Bar. ſequitur Sali. in l. atrocem. C. de iniur. & Bar. in l. itẽ exigitur. ff. de dolo. & ſequitur Bal. ibi. & Ang. in l. liberorum. ff. de accu. & Pet. de ancha. poſt d. Car. in c. tuæ. extrà de procu. & ibi Abb. & Bart. uoluit in l. j. §. interdictũ. ff. uti poſsi. Et pro hac ſententia uidetur tex. & ibi Bart. in l. inde Neratius. ff. ad. l. Aquil. & Petr. de anc. poſt Arch. in c. vt circa. extrà de elect. li. vj. & in c. præſentiũ. §. teſtes. extrà de teſti. lib. vj. & Inn. poſt Hoſt. uoluit in terminis, in c. accepimus. extrà de purgatiõe can. Et de materia, uide p doc. in l. edita. C. de eden. & per Io. an. in addi. Spe. in ti. de accuſa. §. j. uer. ij. ſuper l. in fi. Aduertas tamẽ, licet iſta uideatur cõis opinio: tamen non obſeruatur in curia Rom. Et domini de Rota contrariũ tenuerũt in deciſionibus ſuis, deciſione xlv. & pro hac parte arguunt terribiliter. Idem Bal. in ca. j. §. itẽ ſi fidelis. qui. mod. feu. amit. & ibi Bal. reſpondet ad motiua Bar. ſed certe ego confundo doctrinã Bart. per ea quę ipſemet tradidit in l. j. ff. de uul. & pu. ubi dicit, quòd triplex eſt expreſsio: quædã generalis, quædã ſpecialis, quædam indiuidua: & iſtã doctrinam ſequitur Bal. in l. edita. C. de eden. & in l. humanum. C. de legi. & eam ſequitur Pau. de caſt. in conſilijs ſuis. con. xxj. Et ideo dixit Bar. per illum text. in l. j. in uerbo, ſpecialis. ff. de in ius uoc. quod ſcholaris qui debet ſpecialiter renũciare priuilegio ſuo, ſufficit ſi in genere renũciet, licet non in indiuiduo. Modo ſic Bar. fundat ſe per illũ tex. in d. l. prætor. ff. de iniur. ꝙ quãdo agitur ciuiliter de crimine, debet ſpecialiter exprimi crimen. Ille ergo tex. facit contra Bar. quia ſufficit ſi ſit facta certificatio in ſpecie, circa ſubſtantiã & qualitatem delicti: non autem opus eſt,
c quòd apponatur loc° & tẽpus,[c] & ſic in indiuiduo, & ſingulariter ponere delictũ: ſicut dixit tex. ĩ d. l. libellorũ.

ADNOT. a ¶ Locus & tempus. *Adde circa hoc, & uide Alex. in conſi. lxxij. in j. li. & conſi. clj. in ij. uolu. & ibi quæ requirãtur in accuſatione. & Ang. in conſi. clxxviij. Ro. conſi. cxcj. & poſita ſuprà in prima gloſ. Ber.*

b ¶ Ciuiliter. *Adde Alex. conſil. ccix. & Roma. in conſi. cxcj. & dum ſupra Ang. allegat Bar. in l. j. ff. de except. adde Cal. in conſi. j. in ti. de exceptio. Ber.*

c ¶ Locus & tempus. *Adde Bald, in cõſ. clxiij. & alios caſus in quibus ſpecificatio circũſtãtiarum nõ requiritur. uide per Cal. in tit. de accuſa. conſi. iij. Ber.*

*56 Accuſatio an debeat continere diem
delicti,& locũ loci:& an ſit neceſſa-
ria concluſio libelli.*

ANGELVS.

56 *AN autem dies ſit apponen-
da, & locus loci, ſatis dictum eſt ſu-
prà, in uerbo, hæc eſt quædam in-
quiſitio. Et an in accuſatione ſit ne-
a ceſſaria concluſio libelli,[a] ſicut in ci
uili:ut l.j.ff.de eden.cũ ſimi.Reſpon
deo,quòd non.ut no. Bar.in l.libel-
lorũ.in fin.prin.ff.de accuſa.& in l.ij.
§.ſi publico.in uerſicu. tertiò quæro
utrũ.ff.de adul.& idem Bal.& alii in
l.edita.C.de eden.& Sali.in l.penul.
C.de accu.& nõ eſt mirũ:quia in iu-
dice, nõ eſt neceſſe quòd ipſe con-
cludat ad pœnã,uel in pœnam con-
demnet : ſed tantùm narret,ſiue de-
claret delictũ:vt in l.j.§.j.& ibi Bart.
ff.ad Turpilia. De conſuetudine ta-
men eſt, quòd ipſe cõcludat, uideli-
cet, quare peto ipſum puniri ſecun-
b dum formã iuris & ſtatuorũ[b].Ita di-
cit Bal.in d.l.edita.in uerſi.vj.quærit
principaliter.& in l.ij.C.de proba.
& no.Bar.in d.l.ij.§.ſi publico.in d.
uer.tertiò quæro.& Bar.in l.accuſa-
re.§.omnibus.dicit, quòd cautè con
cludat generaliter : quare peto ipm
puniri:qa intelligitur, prout debet
de iure : nõ aũt deſcendet ad aliquã
ſpecificam pœnam.& ſic ſi dicta cõ-
cluſio non apponatur, ſed ſimplici-
ter factũ, & delictũ narret, ſatis eſt:
quia ſtatim ſuccedit diſpoſitio iuris
primitiua inferendo pœnam condi
gnam:ut l.j. §.j.& ibi Bar.ff.ad Tur-
pili. Et aduertas, quòd licet cau-
ſæ criminales expediantur per ac-
cuſationẽ : tamen expediuntur offi-
cio iudicis nobili tantùm, non au-
tem iure actionis. & ſic nihil poni-
tur,uel concluditur à parte aduerſa,
ſed iudicis. Ita dixit Bar.ĩ l.imperiũ.
ff.de iuriſd. om.iudi.in.uerſi.uidea-
mus ergo primũ.coniũcto eo, quòd
etiã ipſe not.in l.j.ff.eo.tit.uer.item
quero.Sed putarẽ,quòd ſi dicta cõ-
ſuetudo, ꝙ cõcluſio apponatur, eſt
prẹſcripta, & aliàs obtenta:tunc re-
quiritur iuxta notata per Cy.in l.ij.
C.quæ ſit lõga cõſuetudo.& ibi Bal.
& do.in l.de qbus.ff.de leg.maximè
quia dicta cõſuetudo ſit ius munici-
pale,nõ ſcriptũ.in §.ex non ſcripto.
inſt.de iure na.ge.& ciuili. & iſta &
talis cõſuetudo uincet,& tollet legẽ.
l.iij.§.diuus.ff.de ſep.uio.aliàs ſi ta-
c lis cõſuetudo[c] nõ eſt ſolẽnizata, nõ
eſt obſeruãda,quia eſt corruptela.l.j.
C.de iudeis.Nã ſtylus curiæ antiqui
tus eſt obſeruandus:ut not.Cy.& alii
in l.ij.C.quæ ſit longa cõſuetu. Et de
tali ſtylo curiæ,iudex leuato uelo ex
ſuo mero officio, pro ſui informa-
tione poteſt procuratores & alios
circunſtantes,& litigãtes interroga-
re cum iuramento,& in actis tot re-
lationes ſcribi facere:ut dicit Bart.
& Flo.in l.iij.§.fi.ff.de teſt.& no.Bal.
in l.j.C.ut quæ deſunt aduo.

ADNOT. a ¶Concluſio li-
belli. *Adde ultra ea quæ ponit infrà do.
Ang.quòd ſi in libello accuſatorio ſit con
cluſio, quòd ex illa colligitur an ciuiliter
an criminaliter agatur.ita Cal.in tit.de
acc.cõſi.iij.& adde quod pro opi.do.Ant.
facit gl.ord.in l.uinum.ff.ſi cer.pe.quæ di
cit,quòd in cauſis in quibus non requiri-
tur libellus,proceſſus nõ uitiatur,licet ſit
ineptè conceptus.& per illam gloſ.Ro.in
conſil.ccccxcvij.dicit, quòd in caſibus,in
quibus non erat neceſſaria citatio:ſi illa
fiat minus ſolẽniter,nõ uitiat proceſſum.*
b ¶Et ſtatutorũ. *Adde Ro.in cõſ.cv.B.*





c ¶Talis conſuetudo. *Adde quòd Cæ-
pol.in cõſi.xl.tenet.quòd ualet cõſuetudo
quòd reus condemnetur ex confeſsione fa
cta in loco tormentorum ,& ubi ſunt in-
ſtrumenta ad torquendum:& de cõſuetu
dine ſtatur dicto excellẽtiſ.doctoris. Ber.*

AVGVST. Tu autem in hac
materia adde, inquãtum dictum eſt,
an procedat libellus in criminali-
bus ſine concluſione. Adde ea quæ
latè dixi ſuprà in uerſicul. (hæc eſt
quẹdã inquiſitio.) ubi ſcripſi, an in
criminalibus requiratur cõcluſio. Et
de materia uide glo.& Ang.in l.in
cauſis.C.de accu.ubi habetur, quòd
in criminalibus nõ requiritur cõclu
ſio in libello. Dicit tamen ibi Ang.
quòd ſi eſt concluſio in libello accu
ſatorio, tamẽ ſententia eſt ferenda
ſecundum formã iudicii, per text.in
c.qualiter.el.ij.extrà de accuſationi-
bus. Sed uide Ang.in d.l.hos accuſa
re.in §.omnibus.in ult.co.ff.de accu
ſa.qui dicit, quòd licet in libello cri
minali nõ requiratur cõcluſio:tamẽ
ſi pars cõcluditur ad pœnã aliquam
quæ nõ cõuenit accuſato, reiicien-
dus eſt libellus. Et de materia uide
per do. Ant.de But.in ca.examinata.
extrà de iudi.in xj.col.qui concludit
cõtrariũ,quòd imò,licet in crimina-
libus nõ requiratur cõcluſio in libel
lo.Ratio eſt,quia iudici,& non parti
cõcluditur. Tamẽ ſi cõcluſio eſt in-
epta,cùm iudex ex officio poſsit ſup
plere,ſupplebit illi concluſioni ine-
ptẹ,ſecũdum qđ ſibi uidebitur.Mo-
uetur per doctrinã Bar.in d.§.pœna
grauior. & iſtã partẽ credo ueriorẽ.
Et de materia uide per Angc.in d.l.
libellorum.& per Bal.in l.ſi quis iu-
re.C.de accuſa. qui dixit ibi unũ no-
tabile uerbũ.& Bal.in l.& ſi ſeuerior.
C.de his qui no.infa.qui pro hac par
te allegat gl.ordinariã.in c.qa præſu
latus.iij.q.j.Sed pondera, quòd illa
gl.nõ loquitur in criminalibus : ſed
allegatur, quòd cõtra uiolentũ inua
ſorẽ procedit libellus ſine cõcluſio-
ne. & in hoc reprehẽdo etiã Ang.in
l.omnium.C.de teſtamentis.qui etiã
allegauit illã gl. in d.c.quia præſu-
latus.in criminalibus.Sed latius po-
ſui iſtam materiã, & remiſsiuè ultra
modernos,dic ut ibi,in l.j.§.hoc au-
tẽ iudiciũ.ff.de ope.no.nun. Et ideo
opus eſt uidere omnes illas remiſ-
ſiones quas ibi allegaui circa mate-
riã illius glo.in d.c.quia præſulatus.
in quibus remiſsionibus habetur
etiam iſte articulus,an in criminali-
bus requiratur concluſio.

HIERO. Circa materiam præ
cedentiũ quæſtio.quæ ſ. poſui poſt
Ang.& Aug.in uerbo,(hẹc eſt quæ-
dã inquiſitio.) & ĩ.in uerbo,(de an-
no.) & in uerbo,(in platea.)

*57 Iudex an poſſit cogere illum accuſare,
cui iniuria eſt illata.*

ANGELVVS

57 *QVAERO, alicui eſt illa-
ta iniuria, & nõ uult accuſare, an iu-
dex poſsit cogere illum,quòd accu-
ſet: & fortè in tali caſu,iudex nõ põt
inquirere cõtra eũ, uetante ſtatuto.
Et breuiter d. Ang.refert uerba Bar.
quæ ipſe poſuit in l.in eum.ff.de ac-
cu.qui dicit,quòd Spe.poſuit mate-
riã in ti.de accuſatore.§.j.ver.quid ſi
nullus.& ibi dicit, quòd non poteſt
cogi : ut ibi in rubro & nigro.C.ut
nemo inuitus.& Bart.hoc fatetur ue
rum,in d.l.in eum.prẹterquã in cau-
ſa homicidii:quia poteſt cogere hæ
redes ut accuſent, argu.l.prætor.§.j.
ff.de iniuriis.quoniam ſi nõ accuſa-

rent, delinquerent, & ſic perderent
hæreditatē:ut l.j.ff.& C.de his qui,
ut indi.ergo iudex poteſt cogere hę
redē ne delinquat, & ſic ne ſit negli-
gēs, imò quòd accuſet:ut in l.j.ff.de
a offi.præfe.urbis.Sed contrariū[a] ui-
detur tenere gl.in l.ſi quis homici-
dii.C.de accuſa.& ibi Cy.Bal.& Sa-
lic.& Ang.& Rapha.in dicta l.in eū.
uidelicet, quòd indiſtinctè nemo co
gatur accuſare, etiam in crimine ho
micidii:ut eſt tex, qui loquitur indi-
ſtinctè in l,diui fratres.ff.de accuſa.
Et pro hoc facit gl.in c.licet in bea-
to Petro.extrà de accuſ.allegat ij.q.
iij.in c,ſi quēquam.Nō obſtat l.præ-
tor.§.j.quia ibi nō omnino deſiſte-
bat ab accuſatione, ſed uolebat ac-
cuſare,ſed uno modo:tunc iudex,ne
præiudiciū fiat legi Iuliæ de ſicariis,
talē accuſationē nō recipiet.& poſt-
quā uult accuſare, coget q eū accu-
ſet de ſicariis.Sed in caſu noſtro nul
lo mō uolebat accuſare.Nec obſtat,
quòd iudex pōt cogere ne qs delin
quat:ſed nemo deliqt nō accuſando,
imò accuſare eſt contra præceptum
Dei:vt tenet gl.in l.qd ergo,in §.pe.
ff.de infamibus. dū allegat illā parti
culam Pater nr̄.ibi,& dimitte nobis
debita nr̄a.Et ſi qs deliqt,non accu-
ſando de homicidio,rōne negligē-
tię punitur, vt priuetur hæreditate.
Vn̄ ſatis ſufficit illa pœna:igitur &c.

ADNO. a ¶ Contrariū. *Adde tu,& uide* Alex *in apo.ad* Bar. *in d.l.in eum.& adde* Ro. *in cōſi.clxvij.ubi quod in crimine homicidij, iudex poteſt compellere ad accuſandum.* Ber.

AVG. Tu autem in hac materia
adde, quòd imò uidetur, quòd quis
cogatur accuſare.Et ſic uera ſit opi.
Bar.pro qua ego allego gl.in termi
nis.xxij.q.j.c.ſi quis per capillū.& cū
illa.gl.uidetur ibi tranſire Arc.& di
cit,quòd fuit opi.Laudonii. Et hoc,
ne delicta remaneāt impunita.ibi ta
men gl.dicit, quòd iure actiōis, ne-
mo cogitur accuſare,ſed officio iu-
dicis:& ſic poſſumus rn̄dere ad con
traria : & vide aliā in terminis.ij.q.
vij.c.quapropter.quę aliter vr̄ loqui.
& gl.xcvj.diſt.c.in cauſis. dicit tamē
Io.And.in addi.Spec.in tit. de accu
ſatore.§.j.in addi,quę incipit,Guid.
de Suza.quòd Guido de Suzaria, in
l.j.C.ut nemo inuitus. & Rolādinus
in prin. ſui operis dicunt, quòd licet
hoc nō caueatur, quòd quis cogatur
accuſare.Tamē iudex bene faciet ſi
coget illū, cuius intereſt, quòd accu
ſet. Et ideo pōdera d.Bal.in d.l.ſi qs
homicidii.C.de accuſa. quòd cōiter
obſeruatur, quòd quis cogatur accu
ſare:& ita tenet Sali.in d.l.ex morte.
C.ad legē Aquil.in ij.col.quòd Bar.
male locutus ſit in hac materia.

HIER. In prin.q.an quis coga
tur accuſare, adde quod Bald.in ſua
practica, & pro & cōtra diſputat:an
qui dubitat accuſare aliquē propter
potentiā aduerſarii, poſsit compelli
per iudicē ad accuſandū, cogendo
aduerſariū ſatiſdare de non offen-
dendo,vel quid in caſibus in quibus
iudex nō poteſt procedere ad inqui
ſitionē:& finaliter uidetur cōclude-
re, quòd ad accuſandum ex iudicis
officio poſsit cogi:non tamen iure
actio.per c.ſi quis. in fin.xxij.qō.j.&
hanc opi.etiā tenet Georg.Nathan,
in repetitione cle.ſæpe.de uerb.ſig.
col.xxxviij.ubi ponēdo regulā gene
ralē de qua in l.unica.C.ut nemo in-
uitus.in ſecūda fallētia. ſequitur hāc
opi. Item circa limita.Bar.videlicet,
quòd



quòd quis cogatur accuſare in cri-
mine homicidii : dic quod cōmunis
opinio eſt cōtra Bart.quā etiā tenet
Alb.de Ro.in l.vnica. & Bonifacius
in tract.malefi.in rubr.de accuſat.in
forma accuſatio.porrectæ p ſyndi.
cū.col.iij.uer.ſed pone quòd pater.

58 *Iudex an poſsit præfigere terminum intra quem quis accuſet,uel inchoatam accuſationem proſequatur.*

59 *Iudex nunquam pōt imponere alicui perpetuū ſiletiū,niſi præcedat bina monitio facta per iudicē,de qua appareat in actis.*

60 *Iudex ſi dixerit proceſſum fore cancellandum:nihilominus iterum cauſa poterit in iudicio deduci.* c

ANGELVS.

58 *QVAERO, an iudex poſsit
b præfigere[b] terminū intra quē quis
accuſet, vel intra quē accuſationē in
choatā pſequatur. Iſtā q. ponit Bar.
in l.Titia.ff.de acc. Vbi cōcludit, q
ex iuſta cā pōt hoc facere:vtputa ſi tu
uadis me diffamando,ego accuſabo
Titiū de tali delicto,per l.diffamari.
C.de inge.& manu.& ibi Bal.& do.
in l.ſi ea.C.qui acc.non poſſunt.ubi
Ang.ſic concludit, quòd quādoque
iudex uult ſtatuere terminū ad agē-
dum uel accuſandū. Et hoc caſu nō
poteſt niſi ex cauſa:vtputa niſi præ-
cedat diffamatio.Nam tunc intereſt
diffamati terminū ſtatui. Ita loqui-
tur dicta l.diffamari.& ff.de opti.le
gata.l.mancipiorū.& tamē non ob-
ſtante lapſu termini auditur ille,ſal-
uo niſi iudex per ſuam interlocuto-
riam impoſuerit ſibi ſilētium.Text.
eſt in dictis iuribus.Et Innocen.in c. b
cum in tua.qui ma.accuſare poſſ.
Ideo ſis cautus tu aduocatus, vt per
interlocutoria prædicta fieri facias.
Et de iſta interlocutoria eſt text.in
d.l.Titia.ex quo ſequitur,quòd à ta-
li ſentētia interlocutoria etiam po-
teſt appellari de iure ciuili, ut ibi.
quandoque iudex uult ſtatuere ter-
AVGVST. Tu autẽ in hac materia [a] adde omnino, & uide dicta Bart.in l.athletas. §.calumniator. in fi.ff.de his qui no.infa.qui etiam ponit quot modis poteſt quis de calũnia accuſari,& in effectu idẽ uidetur concludere,quod dixit in d.l.j.ff.ad Turp.& hos modos approbat Salic. poſt gl.in l.qui nõ probaſſe.C.de calum.Sed in hac materia adde,quod glo.in l.ſi tibi.C.de libe.cau.uidetur uelle,ꝙ eo ipſo quòd reus eſt abſolutus,& accuſator nõ eſt de calumnia cõdẽnatus,eo ipſo uidetur accuſator abſolutus de calumnia,& ſi ita eſt,ergo nõ poteſt contra eum procedi poſtea per uiã inquiſitionis uel accuſationis: quia obſtaret tali proceſſui exceptio rei iudicatæ,& ſic remaneret deſtructa illa ſententia Bar. ſuprà allegata, quòd multis modis poteſt calũniator puniri. & licet Cy. in l.qui non probaſſe. C.de calũ.uideatur reprobare illam gl.in d.l.ſi tibi.tamen Ange.in l.j. C.de calum.ſaluãdo illam gl. ſingulariter limitabat dicta doct.quia ſi iudex dirigit uerba ad accuſatorem,& dicit eum calumniatum, & reum abſoluit: tunc uera eſt iſta concluſio,quòd uidetur cõdẽnare accuſatorẽ de calũnia, & ſic amplius non eſt quærendũ: quia eum uidetur cõdẽnari ſimilitudine ſupplicii.tex.eſt in l.ij.§.j.ff.ad Turp. Si autem iudex dirigit uerba ad accuſatorẽ,& reũ abſoluit:& dicit accuſatori, nõ probaſti, & nõ dicit eum calũniatũ.Nã tũc uera eſt illa gl.in d.l.ſi tibi.

nam uidetur iudex peperciſſe: & dicit, quòd de hoc eſt etiã tex. in d. §. j. quem diligenter dicit eſſe ponderãdum, & ſic contra accuſatorẽ nõ poterit formari inquiſitio amplius, nec accuſatio de calũnia. Secus ſi iudex ſimpliciter reũ abſoluit. Tũc uerũ dicit gl. in l. j. C. de calum. quia accuſator nõ intelligitur abſolutus, nec cõdemnatus, & ideo tunc de calumnia poterit accuſari, & inquiri. Ita dicit Ange. eſſe tenendum pro euangelio in d. l. j. C. de calum.

ADNOT. a ¶ In hac materia. *Adde tu & uide Fede. de Sen. in conſil. xciij. incip. factum proponitur.*

HIER O. In hac materia uide dicta d. Henri. Boyc. in c. ij. de calũ. per Albe. poſt antiquos in l. j. C. de aduo. diuer. iudi. Itẽ utrũ & qualiter nõ pbans à præſumptione calumniæ ualeat ſe purgare, uide doc. in d. c. ij. de calum. ubi Henric. poſt Hoſt. & Ioan. And. qui notabiliter diſtinguit.

73 *Succumbens in criminali, an debeat in expenſis condemnari.*

ANGELVS.

73 * QVAERO, an ſuccumbẽs in criminali, debeat in expenſis condẽnari officio mercenario. dic quòd ſic: ut not. Barto. in l. j. in fi. prin. ff. ad Turpil. & Sal. & doct. in l. iij. C. qui ac cu. non poſ. & facit l. pen. & fin. C. de fruct. & lit. expen. & ibi Bart.

AVGVST. Tu autẽ in hac materia, an condemnatio expenſarum
a [a] ueniat in criminalibus: adde dicta Bal. in l. eum quem temere. ff. de iudic. & per Bar. in l. ſi poſtulauerit. in prin. & in §. fi. ff. de adul. & lati⁹ p Bal. in auth. generaliter. in pe. col. C. de epiſco. & cler. latè per canoniſtas in c. calumnia extrà de pœnis. Aliquid per d. Ant. in c. cùm dilecti. extrà de dolo & contu. & per Bald. in l. ſancimus. C. de iud. & in prædictis locis habemus alias deciſiones.

ADNOT. a ¶ Condemnatio expenſarum. *Adde quòd Abb. in conſil. lxxviij. dicit, quòd ille uidetur temere accuſaſſe, qui non conſuluit peritiores, & ideo in expenſis condemnatur.*

HIER O. Tu in hac materia expẽſarum, adde Cy. in l. j. C. de aduo. diuer. iudi. ubi dicit, quòd quò ad cõdemnationem expẽſarum, non probans præſumatur iniuſtè litigaſſe, licet nõ quò ad pœnam calumniæ, niſi iudex expreſsè pronunciauerit eũ calumniatorem: ut ff. ad Turpil. l. j. §. j. & ſic intelligit d. l. j. & l. qui nõ probaſſe. C. de calumnia. rationẽ diuerſitatis aſsignat inter calum. & condemnat. expenſarum: quia condemnatio expenſarum eſt quoddã intrinſecum cauſæ, calumnia uerò quoddã extrinſecum, quod committitur multis modis: ut in d. l. j. ad Turp. & ideo facilior eſt præſumptio iniuſtæ litis quò ad expenſas, quàm præſumptio calumniæ, arg. no. in l. ij. C. de cond. ob tur. cau. & per Inn. extrà de acc. c. ſuper his. & ita intelligit quod no. C. de lib. cau. l. ſi tibi. & addatis pro declaratione huius materiæ, quòd de expenſis cõtumaciæ, clara eſt deciſio quòd ſic: ut in l. qui crimẽ. C. qui acc. nõ poſ. & ibi Cy. & doc. & habetur in l. pe. hic alle. per Bart. & Bald. & per doc. in c. finẽ litibus. & in c. cũ dilecti. de do. & cõtu. & Lanfrã. in c. quoniã cõtra. extrà de prob. ſed de expẽſis uictoriæ, an ſuccumbẽs condẽnetur, & in hoc dicatis, quod tã de iure cano. quàm ciuili, cõmuniter tenẽt docto. quòd ſic, in c. calũniã. de pœ. & in c.





accedens. de acc. ubi iſtã dicit cõmunem Are. ſuper gl. in uerbo, in expẽſis. iij. col. cũ plu. cõcor. nec eſt aliqua differẽtia inter ius cano. & ciuile, ſecũdũ Prepo. qui hãc etiã dicit cõmunem, in c. in primis. ubi eſt gl. not. ij. q. j. col. iiij. extende iſtã cõmunẽ opi. quòd in cauſis criminalibus ubi procedatur per accuſ. denũ. ſiue inquiſitionẽ, ſemper uictus uictori cõdemnatur in expẽſis, ſecundũ gl. no. in d. c. cũ dilecti. in glo. fi. quã ibi Bal. dicit unicã. quod etiã extẽde, etiam ſi per modũ exceptionis de crimine quæratur, per tex. ibi. Itẽ adde circa id quod diximus, quãdo per denunciationẽ. uide Cy. qui hoc tenet in l. ſeueriter. C. de excu. tut. & ibi Bald. & hãc dicit communẽ opi. Albe. in l. ſancimus. col. iij. C. de iud. & adde circa id quod diximus, quando agitur per modum inquiſitionis, quòd ſi iudex malè, uel calumnioſè inquirat, tenetur ad expẽſas & intereſſe parti: ut tenet Bal. in rub. C. de peda. iud. in prin. Cataldi. in tract. de ſyndi. q. cviij. col. xv. & ſequitur do. Præpo. ubi ſuprà, qui allegat cõcor. & Are. in d. c. accedẽs. & nedũ ad expẽſas & intereſſe, ſed etiã punitur criminaliter. ita tenet Cy. & Bal. in l. ſeueriter. per illum tex. C. de excu. tuto. & Anto. de Butr. in d. c. cũ dilecti. ad fi. Paris de puteo in tract. de ſyndi. in rub. de barataria. in uer. quia. char. xxviij. ubi dat cõcor. & idẽ Cy. & Bal. in iij. q. in d. l. ſancimus. C. de iudi. Itẽ etiã adde, quòd etiã ſuprà dicta doctrina communis habet locũ in inſtigatore, ſecundum Bar. in l. j. §. incidit. ad Turpil. ff. & reliqua quæ poſſent in hac materia adduci, uide in locis ſuprà allegatis: quia hæc ſufficiunt hic pro declaratione huius q.

74 *Accuſatori an liceat impunè deſiſtere abolitione publica legali uel priuata.*
75 *Abolitio publica, quid ſit.*
76 *Abolitio legalis, quid ſit.*
77 *Abolitio publica ſiue generalis, non porrigitur ad delicta liquida.*
78 *Abolitio priuata, quid ſit.*
79 *Abolitio, an extẽdatur ad crimẽ falſi.*
80 *Abolitionem priuatam à iudice impetrare non poteſt, qui propter pecuniam aliquem accuſauit, uel qui eſt in euidenti calumnia.*

ANGELVS.

74 * QVAERO an abolitione publica legali uel priuata, liceat impunè accuſatori deſiſtere. & ſciendũ eſt, quòd aliqua eſt abolitio publica,
75 aliqua legalis, aliqua priuata. * Abolitio publica eſt, quæ à ſolo principe, uel ſuperiore conceditur ob diẽ inſignem, puta propter filium ſibi natum, uel ob res proſpere geſtas, uel propter debellationem hoſtium: ut l. abolitio. cum l. ſeq. ff. ad Turp. & fit iſto modo: quia princeps permittit, quòd omnes accuſatores impunè poſſint deſiſtere ab accuſatione: ut
76 ibi no. gloſ. * Legalis uerò abolitio eſt, cùm accuſator mortuus eſt, uel aliter iuſtè impeditur proſequi. l. libellorũ. §. fi. ff. de accuſa. Quibus omnibus reo poſtulante, proceſſus circunducitur, & nomen rei aboletur. d. l. libellorũ. §. fi. Quinimo etiã reo non poſtulante hoc, iudex ex officio ſuo poteſt iſtud facere, cùm in criminalibus maximè ad defenſam, iudex habeat latas habenas. l. ſi nõ defendãtur. de pœ. Ita dicit Bart. in d. l. libellorũ. §. fi. His duobus caſibus quãuis abolitio fiat, nõ tamẽ in totum accuſator excluditur. Quinimo idem accuſator, ſi uult, poteſt repetere reum

intra triginta dies à die prędictę abo
litionis.qui dies utiles ſunt : ut l.aut
priuatim.§.triginta.ff.ad Turp. & in
dicta l. libellorum.ad fi.Et aduertas,
quòd in poteſtate accuſatoris eſt, ſi
uult redire ad ſuam accuſationē in-
choatam proſequēdam , & ſic ad eā-
dem inſtantiam:ut not.Bar.& glo.in
d.§.triginta.& Bar.in l.libellorum.§.
fi.ff.de acc.& eodem ſtatu in quo in-
ſtantiā dereliquit,&eodē modo quo
primo agere & proſequi,& nō oppo
ni,& opponi pōt:ut eſt tex.& gl.in l.
ſi quis repetere. in prin. ff.ad Turp.
facit l.ſi priuatorum.§. abolitionē.ff.
eod.tit.licet Cy.teneat cōtrarium in
l.j.C.de aboli. itē eſt in facultate eiuſ
dem accuſatoris dictū accuſatū repe
tere de nouo , & ex nouo proceſſu
intra dictos triginta dies utiles: ut d.
l.libellorū. §. fi.& eſt in facultate cu-
iuslibet alterius eandē accuſationem
ab alio productā , uel de nouo aliam
accuſationem inchoare , dummodo
inchoët intra triginta dies. Iſte eſt
text.in d.l.libellorū.§.fi. ibi, ex inte-
gro &c.Licet Bart.ibi,ſecundum Iac.
de Are. teneat , quòd ſi ex integro
uult accuſare, quòd poteſt in uiginti a
annos,per l.querela.C.de fal. Sed di
cit contra d.l.libellorū.§.fi.ibi,ex in-
tegro.& ita dicit Io. de Imol. in l.pe.
§.ad crimē.ff.de pub.iudi.Quinimo,
etiam ſi iudex uult, poteſt, nō obſtā
te dicta generali uel legali abolitio-
ne,eundē reum in eandem inſtantiā
antiquā , uel de nouo per inquiſitio-
nem inquietare:ut ibi no.Bar.& pro
ſequitur Ang. & alii in d.l. penul.§.
ad crimē. Sed Bar.in d.l.libellorum.
§.fi.dicit,quòd de nouo poteſt accu
ſari uel inquiri intra uiginti annos.
ſed Imo.in d.§.ad crimē.dicit,imò in
tra triginta dies:ut d.§.fi.ibi,ex inte-
gro. Nec obſ.l. querela. quia loqui-
tur quando nunquam fuit per prius
accuſatus, & ratio differentiæ eſt, ne
ex delicto eiuſdem hominis, ſæpius
quęratur:ut l.licet.in fi.ff.nau.caupo.
ſtab.Sed fortè ſecūdum do.Ang.hic,
opi.Imo. erit uerior in alio priuato:
ut d.§.fi.ibi, ex integro. & ibi , intra
triginta dies. Secus in iudice:ut ibi
patet à contrario : quia dicendo de
alio , ergo non uidetur concludere
iudicem:ut l.cùm prætor. ff. de iudi.
& ſic iudex poterit proſequi accuſa-
tionem iam inchoatā intra triginta
dies.Item poterit nouum proceſſum
formare quomodocūque , etiā intra
uiginti annos : ut d.l.querela.facit l.
ij.ibi,in queſtione formata.C.de abo
li.& dicit do. Ange. quòd hoc credit
uerius,ut iudex ad quē ſpectat male-
factores punire:ut l.cōgruit.ff. de of
ficio præſidis. facilius poſsit contra
malefactores intētare officium ſuū.
77 * Et ſubdit multum nota. quòd iſta
abolitio generalis , non porrigitur
ad delicta iam liquida:ut eſt tex.in l.
fi.C.de abolit.Item ſecundò,nō por-
rigitur ad crimen falſi [a],licet non ſit
liquidatum:ut eſt tex.in l. Lucius. ff.
ad Turp.& ibi Bar. Tertiò,non por-
rigitur ad iam carceratos:ut eſt text.
& ibi Bart.in l.Domitius.ff.ad Turp.
quod intellige,ut ibi not. Bar.in d.l.
Lucius.in fi.Ita dicit Ang.in d.l. libel
lorum.§.fi.ff.de accu. Quartò, dicta
abolitio non porrigitur ad accuſa-
tiones nondum inchoatas , & inſti-
tutas.l.j.& ij.C. de genera. abolitio-
ne.Et incidenter, & ſatis ineptè ſub-
dit hic do.Ang.quod no.eſt,ꝙ inſtā-
tia cœpta in criminali per accuſato-
rem mortuum, non tranſit ad hære-
dem



dem eius : ut eſt caſus in l. diui fra-
tres.& ibi Bar.ff.de accu.licet in ciui
li actiuè & paſsiuè tranſeat in hære-
dem uniuerſalem. l. ſi hominem. &
ibi Bart.ff.de fideiuſſo.facit l. ſi con-
ſtante.ff. ſoluto matrimo. & ibi Bart.
& tamen dicta inſtantia criminalis
tranſire poteſt in quemlibet extra-
neum:ut d.l.libellorum. §.fi. quod ui
detur mirabile, quòd magis tranſeat
in extraneum quàm in hæredem. Et
ratio eſſe poteſt : quia hæres repræ-
ſentat perſonam mortui per omnia:
ideo ſicut mortuus nō poteſt,ita nec
hæres qui repræſentat eius perſonā.
Ex quo infertur,quòd ſi hæres uellet
admitti tanquā quilibet de populo,
nō ut hæres,quòd poſſet.arg. l.ſed ſi
in hac. §. qui duos.ff. de adop. & qđ
not.gl.& Bart. in l. quidā cum filiū.ff.
78 de uerb.obli. * Alia eſt abolitio pri-
uata , quæ diffinitur ſecundum Bart.
in d. §. triginta. quòd abolitio nil
aliud eſt,quàm nomē rei abolere in-
ter reos,& eum ab inſtātia iudicii ab-
ſoluere. Iſta probantur in l. interue-
niente.ad fi.ff.ad Turp. quæ fit à præ
ſule accuſatore impetrāte,cauſa co-
gnita,&partibus pręſentibus,uel ab-
ſentibus:tamē parte citata & contu-
mace.l.j.C.de abolit. & ſic debet di-
cere cauſam ex qua petit abolitionē,
aliàs non eſſet audiendus:uidelicet,
quòd ideo petit : quia per calorem,
uel errorē,uel temeritatē, & nō me-
lius de negotio informatus , proſi-
luit ad accuſationē. Itē debet iurare
& dicere,ꝙ iſtā abolitionē petit,non
corruptus prece, uel precio, uel alia
humana gratia. d.l.j.C. de abol. Re-
quiritur & aliud,uidelicet, quòd pu-
rè & ſimpliciter accuſatio tantùm ſit
producta,nec reus, uel aliquis alius,
ut teſtis,iniuriā aliquā ſit paſſus,&tūc
ſi nihil cōtra reū , uel aliū,ut puta te-
ſtem, mali aliquid nō ſit actum intra
triginta dies, etiā reo inuito , aboli-
tio cōceditur regulariter , niſi in cer
tis caſibus qui habētur in tex.in l.fal-
laciter.C.de abol.& in l.ubi.C.de fal.
ubi etiam accuſatore nihil probāte,
reus debet innocentiā ſuā purgare.
Si autē reus , uel alius,ut puta teſtis,
aliquā iniuriā ſit paſſus ex dicta ac-
cuſatione:ut quia captus,uel detētus,
uel carceratus:tūc nunquā cōceditur
abolitio, niſi uolēte iniuriam paſſo,
quæ omnia tu iudex , quādo cōcedis
dictam abolitionē,bene cōſideres,&
niſi omnia ſupradicta ſint uerificata,
& in actis appareat,nunquā cōcedas
dictā abolitionē. Et ſubdit do. Ange.
in hac materia , quòd quādo aliquis
accuſauit aliquē de pluribus delictis,
iuxta not. in l. qui de crimine. C. de
acc.oportet, quòd abolitio ſit gene-
ralis,ita quòd omnia delicta intēta-
ta cōprehendat. Aliàs autē ſi nō eſſet
generalis, non præiudicat in omni-
bus.l.j.in prin.& ibi no.C.de abol.Se
cūdò aduerte, quòd impetrata aboli
tione priuata, nunquā prædicto im-
petrāti abolitionē cōcedetur reaccu
ſare de eodē crimine dictū reū,niſi à
principe,& ſic à ſuperiore , impetra-
uerit abolitionē abolitionis , id eſt,
quòd nō obſtāte ſua abolitione, poſ
ſit de nouo accuſare. d.l.j.in fi. C. de
abo.Et uide quod no.Ang.in l.j.C.de
genera.abo.& in l.hi.§.fi.ff. de accu.

ADNOT. a ¶ Crimē falſi. *Adde & uide Alex. in l. de pupillo.§. ſi pluribus.ff.de damn. infect. & Ant. de Prato uet. in conſi.pe.quod eſt in j.uol.cōſ.Barb.*

AVGVST. Tu autem in hac materia adde dicta Salicet. in rubrica.

C.de abolitio.ubi ponit iſtam mate-
riam,quotuplex ſit abolitio.Et uide
latè omnes iſtas queſtiones termina
tas per Ange.in l.j.C.de gener.abol.
Adde dicta elegāter per Spe.in ti.de
aboli.§.j.in princ.in uer.j.ubi ponit
ſimiliter quotuplex ſit abolitio , & à
quo concedatur,& an,& quādo cō-
cedatur.Et uide Ange.in rub.eo.tit.
qui dicit,quòd iſta generalia aboli-
tio non porrigitur ad crimina liqui-
data,per l.ſi.C.de abolitio.nec in cri
mine falſi,per d.l.Lucius.nec ad cri
mina nōdū in iudicio deducta. Ad-
79 de tamen,inquātum * ſuprà dictum
eſt,quòd abolitio generalis non ex-
tenditur ad crimen falſi,ꝙ iſta con-
cluſio uidetur falſa,per tex.in l.ſi do
cueris.& quod ibi gl.C.de fal.ubi ſi
princeps alicui ex cauſa cōcedit in-
dulgentiā criminum , etiā extēditur
ad crimē falſi.Sed dicas,quòd aliud
eſt,ꝙ princeps concedat hoc uni in
genere ex cauſa:quia tunc etiā in cri
mine falſi,uidetur indulſiſſe . Aliud
eſt,quādo propter res proſperè ge-
ſtas conceditur abolitio : quia tunc
non uenit crimē falſi in hac genera-
li abolitione.& ita intelligo tex.in d.
l.Lucius.& ibi Bart.& ratio differen-
tiæ eſt,quia primo caſu crimē extin-
guitur,ſecundo nō,ſed tantùm illud
iudiciū & inſtātia.Ideo intra triginta
dies finita illa lętitia poterit ille ac-
cuſari iterum,l.ſi interueniēte.ff. ad
Turplia.& ibi Barto.per quæ patet
Ro.peſsimè locutum eſſe,in l.de pu
pillo.§.ſi in pluribus.ff.de ope.noui
nun.& ibi latè dixi poſt Moder.Item
adde,ꝙ iſta generalis abolitio , non
extēditur ad bānitos propter crimē
læſæ maieſtatis.Ita dicit Rom.in l.ſi
quis in graui.§.de his quoq;.ff. ad
Sillan.alleg.Ang.in diſpu.ſua incip.
exorta guerra.qui dixit,quòd ſi per
ſtatutū cōceditur abolitio delinquē-
tibus,nō comprehēduntur delinquē
tes in crimine læſæ maieſtatis:& for
tè poſſemus etiā dicere , quòd non
cōprehenderentur etiā illi,qui deli-
querunt in aliquo enormi delicto,
per doctrinā Bal.per tex.in l.iij.C.de
epiſ.aud.qđ pro nūc nō affirmo . Et
in hac materia uide omnino aliqua
no.quę dixi in d.l.de pupillo.§.ſi plu
ribus . ubi etiā aliqua allegaui ultra
80 ſupradicta.Vnū tamē * nota,& teno
menti, quòd in caſibus in quibus ſu
pradictū eſt,ꝙ quis poteſt impetra-
re abolitionem priuatā à iudice:ta-
men ſi aliquis accuſauerit aliquem
propter pecuniā,uel eſt in euidēti ca
lumnia,illā abolitionē priuatā à iudi
ce impetrare nō poterit.Ita dicit An
ge.per illū tex.in l.j.C.de abolitio.&
ideo dicit,quòd hoc notan.eſt. Et in
hac materia d.Bart.in d.l. Domitius.
approbauit Ang.poſt Bar.in l.ij.ff.de
cuſto.& exhibi.reo.& Petr. de Anch.
in repe.c.canonum ſtatuta.in uerſic.
ſed alibi quærit Bartol. approba-
uit dicta Bar.in hac materia, in dicta
l.Lucius.

HIERO. Hanc materiam ſatis
notabiliter examinat d.Henri.Boyc,
in c.licet.in ij.diſt.de accu. ubi primò
ponit, quid ſit abolitio. ſecūdò quot
ſint eius ſpecies.tertiò quis ſit effe-
ctus cuiuslibet abolitionis . quartò
quando , & uſque ad quod tempus
liceat ab accuſatione deſiſtere. ubi
etiā uide latè per doct. declarat etiā
not. Alber.in l.j.ubi Sali.in rub.C.de
aboli.glo.nota. in c. prohibentur.in
uerbo , triplex. ij. q. j. ubi per do-
cto.Item inquantum dicunt hîc An-
gel



gel.& Aug.quòd generalis abolitio
non extēditur ad crimē falſi &c.ad-
de,quòd idē tenet Ancha.in repe.c.
j.de conſtit.extrà fol.38.uer.unde ſi
ſtatuto &c.nullus in tract. bannito-
rum.in iij.parte.q.xij.ubi quærit,ſta-
tuto caueтur , quòd banniti certam
quantitatem ſoluētes eximantur de
banno,an bannitus pro falſitate de-
beat eximi.uel ſi ſtatutū dicit,quòd
incarcerati debeant relaxari certa
quantitate ſoluta , an carcerati pro
delicto falſitatis,debeant relaxari.&
concludit quod cōmuniter tenetur
quòd nō,per d.l.Lucius.& ibi Bar.&
per l.fallaciter.§.j.C.de aboli.quod
ipſe approbat,& limitat,niſi in carce
ribus,uel banno non eſſent alii car-
cerati uel bāniti pro alia cauſa,quàm
pro falſitate:nam tūc cùm rectus fu-
turo pluralis numeri aliter uerifica-
ri nō poteſt,ad illos porrigetur.arg.
ff.ad Trebel.l.ſi.cum ibi no.

*81 Fliofamilias accuſante,an requiratur*
*conſenſus patris.*

ANGELVS.

81 * QVAERO, quando filiusfami
lias accuſat,an requiratur conſenſus
a patris [a] .dico quòd ſic,per l.ſi.§.ne-
ceſsitatem.C.de bon.quæ liber. pro
quo allego Spe.ita uoluiſſe in tit.de
accu.in uer.quæro ſi accuſator ſit fi-
liusfamilias. Et ibi ponit,quomodo
pater præſtat cōſenſum accuſationi.
Sed Dyn.Bar.Bal.& Imo.in l.fin.§.j.
ff.de uer.obli.tenent contrarium.&
Bar.in l.inter liberos.§.j.& in l.filius
familias.ff.de adulte.ſcilicet , ꝙ imò
non requiratur cōſenſus patris, ſiue
accuſet,ſiue accuſet de publico cri-
mine . Quoniā regula eſt, ꝙ quo-
ties patri nō quęritur uſusfructus,nō
eſt in illo actu neceſſarius cōſenſus.
d.l.fin.§.j.& eſt caſus in c.fin.de iud.
lib.vj.Meritò in criminalibus,in qui-
bus patri non acquiritur uſusfructus,
non requiritur conſenſus,ſiue filius
accuſet,ſiue accuſetur.

ADNOT. a ¶ Conſenſus pa-
tris. *Adde ad hoc Bal.in conſi.lxix.in v.*
*uol.& Pe.de Anch.in conſi.lxxij.Ber.*

AVGVS. Tu autem in hac mate-
ria adde,quod Ang.in d.l.inter libe
ros.§.j.dicit,quòd iſta quæſtio eſt du
bia.Adde etiam,quod Spec.in tit.de
actore.§.j.uer.ſed nunquid in publi-
cis.ubi expreſsè tenet cōtrariū eius,
quod dixit in uer.quæro , ſi accuſa-
tor.ſcilicet quòd in publicis iudiciis
nō requiritur cōſenſus patris. Quin-
imo dicit ibi Ioā.And.in addi.quòd
Guid.de Suza.dicebat,quòd etiā in
priuatis delictis non requiritur con-
ſenſus patris,per l.quoties.ff.de no-
xal.& l.iij.ff.de condi.furti. Ego ue-
rò etiam teneo iſtam partē, pro qua
allego caſum,& ibi Barto.pondera-
uit illum text.in l.poſt legatum.§.ſi
filius.ff.de his quibus ut indig.& eſt
bonus text.& ibi Bart.in l.filii nomi-
ne.ff.de iniur.dicit tamen Ang.in d.
l.inter liberos.quòd tutius eſt,quòd
pater præſtet conſenſum:quia Ioan.
And.in glo.ſua quam fecit in c.ſi.ex-
trà de iudic.in vj.dixit , quòd regula
eſt,quòd pater pręſtare debeat con-
ſenſum filio in iudiciis.fallit in certis
caſibus, ſcilicet in crimine adulterii,
& in certis caſibus de quib⁹ ꝑ eū ibi.

HIERO. In hac materia adda-
tis,ꝙ cū opi.Bart.tranſit d. Præpo.in
ſumma.ij.q.viij.col.ix.in prin.uer.itē
ſecundum.ubi dicit, quòd gloſ.in §.
neceſsitatem. hîc alleg.uolens con-
trariam ſentētiam , quòd cōmuniter
reprobatur per Bar.Paul.Sal.Io.Fab.
Philip.

Philip. Cor.Ang.& Alb.de Roſa.qui
refert plures antiquos, qui indiſtin-
ctè tenent hanc opi.in d. §. neceſsi-
tatem.Idem etiã tenet Stepha.aufer-
ri in deciſio. capellæ.deciſ.clxxv.ſu-
per gl.& hæc eſt cõmunis opi.à qua
in iudicãdo nõ eſt recedendũ, quic-
quid dixerit Ange.in d.l.inter libe-
ros.puta quòd tutius eſt, quòd pater
præſtet conſenſum.& idem uidetur
etiã uelle Bal.in §.neceſsitate.&c.&
cũ Bar.tenet etiã Iac.de Belui.in ſua
practica. lib.ij.in rubri.de cauſis cri-
minal.&c.col.ij.uer.ſed an præſens.

82 *Laicus regulariter non poteſt clericũ accuſare.*

ANGELVS.

82 * QVAERO, an laicus poſsit ac
cuſare clericũ. Dicas regulariter ꝙ
nõ, niſi in caſibus exceptis, & niſi ꝓ-
ſequatur ſuã uel ſuorũ iniuriã:ut no.
Spec.in tit.qualiter procedat̃ in ac-
cuſatione.§.tertio uidendum.uer. &
not.ꝙ accuſatus.& uer.itẽ ꝙ eſt lai-
cus.& quis ſit cõpetens in cauſa cri-
minali contra clericũ, presbyterum,
diaconũ, ſubdiaconũ, uel epiſcopũ.
not.in Spec.in tit.qualiter in accuſa.
procedat̃. §.quarto loco.per totũ §.

AVGVST. Tu autẽ in hac ma-
teria adde dicta Gandi.in rubri.quis
poſ.accuſa.uel non.in uer. itẽ repel-
luntur clericos & alias eccleſiaſticas
perſonas accu.qui per tex.& in auth. a
cauſa quæ fit cũ monacho.C.de epiſ.
aud.uult, ꝙ tũc laicus repellitur ac-
cuſare eccleſiaſticas perſonas, quo-
ties corã iudicibus ſecularibus uult
accuſare. & melius habetur hoc de
iure nouiſsimo, in auth.ad decus &
a decorẽ.Sed de iſta [a] materia latè ui-
de per glo.& text.Io.and.Inno.Ant.
de But.Abb.& Imol.in c.cùm P.man-
conella.extrà de accuſ.ubi glo.enu-
merat omnes fallẽtias, ubi laicus po
teſt accuſare clericum. & per Spe.in
tit.de accuſa.in j.parte. §.j.uer.item
quòd eſt laicus, qui non poteſt cleri-
cum accuſare.ubi multos text.de iu-
re canonico allegat.

ADNOT. a ¶Sed de iſta ma-
teria. *Tu ultra hoc adde* Fede. de Sen.
*in conſi.xciij.& Cæpo.in conſi.xj.*Ber.

HIERO. Vide Bonifa. Vitali.in
tract.malefic.in rub.qui accu.nõ poſ.
in medio.uer.item clericus &c.& no
tabilem diſtinctionẽ do.Henri.boyc.
in c.decætero.extrà de teſtib.in j. di-
ſtinct. & adde quòd ad accuſationẽ
clericorum nullus admittitur qui ſit
ignotus, uel ſuſpectus de falſitate,
uel inimicitia.c.accuſatoribus.c.ca-
nonica.& cap.accuſatores.iij.q.iij.&
hoc niſi prius inquiratur de uita, &
fide, & intẽtione eius:ut in cap.quæ-
rendum.& ca.ſi qui.ij.q.vij.& ibi per
Arch.& per Inno.& doc.ubi do.An-
cha.facit not.diſtinctionẽ. in c.cũ P.
mãconella.de accu.per Henricũ ubi
ſ.ij.diſtin.& de iſta materia ultra hic
alle.uide doc.in d.c.decetero.de te.

83 *Iudex cõpetens in cauſa criminali eſt ordinarius.*

ANGELVS.

83 * QVAERO, quis eſt iudex com-
petens in cauſa criminali. dic quòd
ordinarius, nõ delegatus [a], quoniã
cauſa criminalis nõ poteſt delegari,
niſi à principe: & niſi in certis caſi-
bus.l.j.ff.de offi.eius cui man.eſt iu-
riſd.& ibi glo.& doct.& no. Spec.de
offic.deleg. §. excipitur.in uer. item
quòd eſt delegatus in cauſa &c.

ADNOT. a ¶Delegatus. *Ad-
de & uide omnino Fran.de Are.in conſi.
lviij.*Ber.

AVGVST



AVGVST. Tu autẽ in hac ma-
teria, adde quæ dixi ſ.in uer.iudicẽ
maleficiorum.

84 *Accuſatio ſi rectè producatur, & iudex nõ uult ipſam admittere, uel poſtquàm admiſit, nõ uult teſtes ſuper ea examinare, facit litem ſuam.*

ANGELVS.

84 * QVAERO, an ſi producat̃ ac-
cuſatio, & ipſe iudex nõ uult ipſam
accuſationẽ rectè productã admitte
a re [a], uel poſtquã admiſit, nõ uult te-
ſtes ſuper ea examinare: dic quòd ta
lis iudex facit litẽ ſuam, & tenetur in
ſyndicatu.l.argẽtarius.§.ad hoc nũc.
ff.de eden.Ita no.Bal.in l.mancipia.
in prin.C.de ſer.fug.

ADNOT. a ¶Admittere. *Ad-
de tu qualiter puniatur denegans iuſti-
tiã.uide* Alex.*in conſ.iij.in j.uol.&* Car.
*in conſi.cl. & an repreſaliæ poſſint con-
cedi, ſi iudex eſt negligens in miniſtrãdo
iuſtitiã.& uide per* Roma.*in conſi.clviij.
& conſi.clxxix.*Ber.

AVGVST. Tu adde quæ dixi
in l.iiij. §.in eum.ff.de dam.infe.ubi
ultra omnes doct.poſui materiã qua
liter puniantur. Et in quãtum iſti iu-
dices nolentes adminiſtrare iuſtitiã,
& ibi pulchra multa dixi ultra doct.

HIERO. In iſta materia multa
poſſem adducere, ſed eſſet occupa-
re membranas, ideo ultra doct. ubi
Lud.& Alex.aliqua dicunt in d.l.iij.
§.in eum.dabo remiſsiones, ubi la-
tiſsimè examinat̃ materia. & uidea-
tis Amedeum qui latiſs.per tres col.
multa cõgerit in tract.de ſyn.in glo.
ſuper uerbo, item in eo & de eo &c.
Pari.de Puteo.in trac.de ſynd.in uer
bo, negligentia.char.lxxij.& in uer.
contra.& in uer.qualiter.char.lxxiiij.
Itẽ qualiter probetur negligẽtia, ui-
de nota.Bart.in cõſi.cij.incip.chariſ-
ſime domine &c.& Corn.in conſi.c.
inci.conſuluit dominus &c.in j.par-
te.in prin.

85 *Accuſatio pro crimine ciuiliter intẽtata, an poſsit etiam pro eodem criminaliter intentari.*

86 *Condemnatus in criminali, an poſsit conueniri ciuiliter.*

87 *Confeſsio facta in ciuili, quando præiudicet in criminali.*

88 *Cõfeſsio facta in uno iudicio tunc nocet in alio inter eaſdem perſonas, niſi contra illam cõfeſsionem in primo iudicio fuerit pronunciatum.*

ANGELVS.

85 * QVAERITVR, ſi actũ fuerit
pro crimine ciuiliter, an poſsit etiã
pro eodẽ criminaliter accuſatio in-
a terponi [a]. Iſtam quæſtionem ponit
Bart.in l.prætor ait. §.hoc edicto.ff.
ui bono.rapt.& Imol.in l.interdũ.ff.
de publi.iudic.ubi concludit, quòd ſi
obtinuit in ciuili, indubitãter pote-
rit poſtea criminaliter accuſare, non
tamen probationes in ciuili ſufficiũt
in criminali: ut l.fi.C.de probat.& ſic
iterum produci debẽt teſtes: quia te-
ſtibus, & non atteſtationibus credi-
tur.l.iij. §.item diuus. & ibi Floria.
ff.de teſtib.faciunt tamen acta in ci-
uili aliqualem præſumptionẽ in cri-
minali: ut not.gl.in l.ſi quis à ſe fun-
dum.C.ad leg. Iul.de ui.& ibi doct.
Sed Bal.in l.ij.C.de eden.in uer.ue-
nio ad ſecũdam partem, & dico. di-
cit, quòd in effectu prędicta ſunt ue-
ra, quãdo probatio eſt uariabilis: pu-
ta, facta per teſtes. Sin autẽ nõ poſſet
uariari: utputa, quando in ciuili cau-
ſa aliquid eſt conſenſus, uel ſunt in-
ſtrumenta publica producta inter te
& me. Tunc talis probatio facta in ci-
uili

uili, prodeſt in criminali.l.pen.C.de
arb.& extrà de teſta.cap.præſentia.ſi
uerò reus fuit abſolutus, tunc ſi fuit
abſolutus, quia crimen non fuit cõ-
miſſum:tunc nõ poteſt accuſari cri-
minaliter.& hoc caſu abſolutoria la
ta in ciuili, parit exceptionem rei iu-
dicatę in criminali.argumento eorũ
quæ habentur in l.fi.C.de fide inſtru.
Si uerò fuerit lata, quia nõ fuit pro-
batum:tunc præiudicat in criminali.
Si uerò eſt lata ſimpliciter:tunc ſi ex
actis poteſt apparere de cauſa, ex illa
uidetur lata, per notata, in l.ſi quis
ad exhibendũ.ff.de except.rei iudic.
Si uerò non apparet: tunc in dubio
uidetur lata ex eo, quia non proba-
b tum [b], per legẽ Iuliã.ff.de condi.in-
deb.ibi. Sed ſi aliquis fuit accuſatus,
uel inquiſitus criminaliter, & abſo-
lutus:an poſsit ipſe de eodẽ delicto
c ab alio accuſari [c].uide tex.glo.Bart.
Ang.in l.ſi cui.§.j.ff.de accuſa.& Sal.
86 in l.qui crimen.C.de accuſ.* Quid
autem econtra, an condemnatus in
d criminali, poſsit cõueniri ciuiliter [d]?
dic q; ſic, ſi remanent ſibi bona. ita
dicit Barto.in d.l.prętor ait hoc edi-
ctum.quòd condẽnatus in criminali,
poteſt poſtea ciuiliter conueniri, ſi
remanent ſibi bona. Quinimò plus
uidetur, quòd probationes factæ in
criminali, faciant fidẽ in ciuili: quia
ceſſant rationes, quæ dictæ ſunt ſu-
prà. Vnde ex quo eadẽ quæſtio uer-
titur inter eaſdem perſonas, uidetur
quod facit fidem.& hoc tenet Bar.in
l.ij.§.ij.ff.ui bon.rapt.Sed Imol.in d.
l. interdum. tenet contrarium: quia
licet ſint eædẽ perſonæ, tamen cau-
ſa eſt mutata. Igitur nõ obſtat exce-
tio rei iudicatæ.facit quod notat In-
no.in cap.ueniens.extrà de teſtib.

ADNOT. a ¶Interponi. *Adde
tu quãdo probationes factæ in ciuili, pro-
bent in criminali.uide* Pau.de Ca.*in cõ-
ſil.cccxxvij.in nouiter impreſsis.*
b b ¶Probatum. *Adde ultra dicta* Au-
*guſt.*Ari.j.*& uide* Ro.*in cõſi.cccxxix.*B.
c c ¶Accuſari. *Adde & uide de hoc
per Alex.in conſi.xj.ij.col.in j.uol.*Franc.
*de Are.in conſi.lviij.&* Ro.*in cõſi.ccxij.
& an monachus punitus per Abb.poſsit
per ordinarium puniri, uide per* Romanũ
*in conſi.ccclxxv.*Ber.
d ¶Ciuiliter. *Et an & quando ſenten-
tia lata in cauſa criminali faciat fidem
in ciuili, uide Bal.in cõſi.xxix.in j.uol.*B.

AVGVST. Tu autẽ in hac ma-
teria adde, quòd inquantum dictum
eſt, quòd ſi lata eſt ſententia condẽ-
natoria in ciuili, poteſt poſtea agi cri-
minaliter: intellige hoc uerum, ubi
illa ciuilis eſt intentata ad proſecu-
tionem rei familiaris, ſed ſi ſit pro-
poſita ipſa ciuilis ad meram uindi-
ctam, & cõdemnatoria eſt lata & eſt
ſatisfactum:tunc non poſſet agi cri-
minaliter ullo modo.Sed bonus iu-
dex non debet tunc pati, ut præpo-
natur ciuilis, & omittatur criminalis,
propter magnum præiudiciũ, quod
reipublicæ paratur. ſic intelligitur
ſingula. text.in l.prætor edixit.§.j.ff.
de iniur.ubi uolẽs agere ciuiliter ad
uindictam de iniuria, non debet au-
diri, ſed accuſet criminaliter ſi uult.
Iſta ſunt uerba aurea Angel.in l.j.C.
quando ciuil.actio præiudi.crimina.
in j.& iij.col.& Bal.in l.edita.in xxxij.
col.C.de eden.& j.in ſeq.q.etiã di-
cetur.& uide do. Ant.de But.& doct.
in c.de his.extrà de accuſat. Sed ad-
uerte:quia cum ſupportatione Ang.
in dic.l.j.male loquitur: inquantum
uult, quòd iudex non debet permit-
tere,



tere, quòd primò agatur ciuiliter ad
uindictã:quia ſpeciale eſt:ut d.l.præ-
tor edixit.§.j.ſcilicet in cauſa homi-
cidii:quia licet de omni crimine poſ-
ſim agere ciuiliter ad uindictam, &
criminaliter:ut not.in locis ſuprà al-
legatis: & ſi actũ ſit ciuiliter ad uin-
dictã, tunc indiſtinctè ſententia ab-
ſolutoria, uel condemnatoria parit
exceptionẽ rei iudicatæ in cauſa cri-
minali. Fallit tamen iſto caſu in cri-
mine homicidii:quia iudex non de-
bet pati, quòd illa ciuilis ad uindictã
primò intentetur.& ita dixit Ang.in
l.quod ſenatus.ff.de iniur.ita intel-
ligens illum text.ſingularem, in d.l.
prætor.§.j. Quinimò Barto.in d.§.j.
hoc dixit.& Salic.in l.ex morte.C.ad
leg. Aquil.in iij.col.& quia iſta ma-
teria amplisſima eſt, an ſi actum eſt
ciuiliter, poſsit agi criminaliter, uel
econtra:adde omnino pulchra uer-
ba Bal.in l.j.C.ad leg. Iul.de plagia.
& ultra omnes poſuit Ange.in l.j.C.
quando ciui.actio pręiudi.crimi.ubi
ponit aliqua noua.& ibi uide Sali.&
per doct.maximè per Bal.Ang.& Sa-
lic.poſt gl.in d.l.ex morte.C.ad leg.
Aquil.& multas gloſ.in hac materia
allegat Sal.in l.j.C.quando ciuil.act.
præiud. crimi. Et per doct. maximè
per Imol.in c.de his.extrà de accuſa.
87 *Item inquantum ſuprà dictum eſt,
quòd confeſsio in ciuili, præiudicat
in criminali. Adde, quòd idem tenet
Ioan.And.& alii in c.per inquiſitio-
nem.extrà de elect.per l.generaliter.
in fi.in ratione ſui.C.de non nume.
pecun.not.doct.in c.ij.extrà de ordi.
cogni.Ant.de But.in c.cùm dilectus.
de capel.monach.quod eſt uerum in
confeſsione principali:ſecus in con-
a feſsione procuratoris [a]: quia in eo

ceſſat ratio poſita in d.l.generaliter.
& ſic non nocebit domino in alia
cauſa. Ita eleganter dixit Compo.&
Ioan.and.in d.c.per inquiſitionẽ.&
Spec.in tit.de confeſ.§.nunc uiden-
dum.in uerſi.ſed nunquid cõfeſsio.
& Pau.de Leaza.in c.fi.de confeſ.quod
eſt notand. ſecundum do. Anto.de
But.& Imol.in c.j.extrà ut lit.non cõ-
teſt.& plenius per d.Anto.in d.c.per
88 inquiſitionem.ad fi.* Et tene menti,
quòd cõfeſsio facta in uno iudicio,
tunc nocet in alio inter eaſdem per-
ſonas, niſi contra illam confeſsionẽ
in primo iudicio fuerit pronuncia-
tum.glo.eſt notab.in auth.item poſ-
ſeſſor.in glo.qui potio.in pign.hab.
& ibi Bart.dubitauit de illa gloſ.ſed
uide Bar.in l. Papinianus. §.ſed nec
impuberis.ff.de inoffi.teſta. Et uide
dicta Inno.in c.mulieri.extrà de iu-
reiur.& Bal.in authẽ.ſed nouo iure.
C.de pœna iudi.qui male iudicauit.
& Bald.in l.ſi quis in hoc genus.de
epiſco.& cle. An autem ſentẽtia ab-
ſolutoria uideatur lata: quia nõ fuit
delictum commiſſum, uel quia non
probatum. Adde ultra prædicta di-
cta Bald.& Ange.in d.l.ex morte.C.
ad legem Aquil.& do.Anto.de But.
& Imol.in c.de his.extrà de accuſ.&
Barto.in l.qui Romæ.§.duo fratres.
ff.de uerb.oblig.Bart.& Imol.in l.ex
duobus.ff.de duobus reis.commu-
niter tenetur: quia non probatum,
licet Angel.tenuerit contrarium in
dicta l.ex duobus. Cuius opinionem
poſſumus intelligere quando ex a-
ctis apparet maleficium non fuiſſe
commiſſum: prout expreſsè decla-
rant Bald. & Ang.in dicta l.ex mor-
te. quia uerba ſententiæ generalia
ſemper debent limitari ex actis.glo.

in c.fi

in c.ſi confirmationem.de electio.in vj.gloſſ.& Bartol.in l.ſi quis ad exhibendum.ff.de exceptio.rei iudica. Bald.in c.cum ſuper.ad fin.de cauſa poſſeſs.& proprietat. Et de materia uide latè per Angel.& Salice.ubi latiſsimè loquuntur, in d.l.j.C.quando ciuil.actio præiudic. crimina. & ibi Angel. pulchra uerba ponit, an in dubio præſumatur abſolutoriam fuiſſe latam : quia non fuit commiſſum delictum ultra : quia non probatum.

ADNOTAT. a ¶Confeſsione procuratoris. *Adde de hac confeſsione quòd præiudicium faciat. & uide per Cæpol.in conſi.xxj. & quòd confeſsio reprobata per iudicem ſit nullius momenti.adde Ro.in conſil.lix. & conſilio lxxj.& ibi idem in confeſsione reprobata ex legis diſpoſitione.*

HIERO. In hac materia uidetur ita diſtinguendum, ſecundum Petrum de Anchar.in cap.de his.extrà de accuſat.aliquibus tamen additis : quòd aut eſt ſecuta abſolutoria ſuper facto, ut quia crimen non eſt commiſſum, & tunc non poſsit agi alia. aut pronunciatum eſt ſuper iure, ut quia non eſt probatum, & poterit iterũ agi:ut in l.ſi duo patroni. §.idem Iulianus.ff.de iureiur. & not.Dy.in regula,nullus pluribus. de reg.iur.lib.vj.ſi.col.uerſi. dico igitur.aut lata eſt prima ſententia condemnatoria,& tunc ſine dubio poterit agi ſecũdo iudicio:ut in l.j. & ibi Cy.Iacob.de Are.Petr.& Alberic.de Roſa.ſequuntur hanc diſtinctio. hoc tamen finale membrũ intellige,ꝙ ſi iſta condemnatoria ſit lata in ciuili, tenderet ad uindictam, per l.quod ſenatus.& l.prætor.§.j.ff.de adulter. & ſecundum doctor. in d.l.unica.& Abb.in c.tuæ.de procurat. & Fely.in dicto ca.de his.in iij. col.in vj.limita. Sed dubium eſt,quid ſi ſimpliciter lata ſit abſolutoria,an uideatur lata, quia non fuit commiſſum delictum, aut quia non fuit probatum. Et breuiter omiſsis opinio. dicatis, quòd communis opinio doct.eſt,quòd lata ſit:quia non probatum:ut dicit hic Aug.& ita concludunt doct.in dicto c.de his.de accuſa.ubi Felyn.allegat plures concord.de qua etiam materia uideatis Henr. boyc,in c.cum dilectus.de ordin.cognit.Secundò inquantum tangitur hîc per Angel.& Aug. quòd confeſsio facta in ciuili, præiudicat in criminali.uideatis latiſsi.remiſsio.per Fely.in cap. qualiter & quãdo. extrà de accuſ. in §.ad corrigendos.in nona & x.col. & ponit limitationẽ : de qua hic per Aug. ubi eũ uidebitis remiſsiuè, qñ acta in uno iudicio,faciãt fidẽ in alio &c.

89 *Pẽdente criminali iudicio ſuper crimine intentato per iudicẽ inquirentẽ,uel etiam eo finito, an poſsit ciuilis actio intentari per partẽ offenſam ad ſuum intereſſe.*

ANGELVS.

89 *QVAERO,an pendente criminali iudicio ſuper crimine intentato per iudicem inquirentem, poſſit ciuilis intentari per partem offenſam ad ſuum intereſſe, uel etiam eo finito. Videtur quòd ſic:quia regula prohibitiua,l.j.C. quãdo ciuilis actio præiudicet crimina. habet locũ quãdo unus & idem eſt promotor iudicii criminalis,uel ciuilis. ſed quæſtio noſtra loquitur, quãdo ſunt diuerſi, ut iudex & pars, unus non debet per factum unius alteri præiudicare: ut



ut in regula, non debet.extrà de regulis iuris.In contrarium facit l.j.C. quando ciuilis actio præiudi.crimi. & quia factum iudicis,eſt factum partis.l.ſi ob cauſam.C. de euicti. maximè cum inquiſitio hodie ſuccedat in locũ ordinariæ accuſationis per ſtatuta terrarum:ut tractat Bart.in l. iij.ff.de adulter.igitur &c. Sed tamẽ ego teneo primã partẽ:quia factum partis,nõ præiudicat iuri publico ad uindictã publicam.l.j.cum gl.& Bar. ff.ad Syllania. Ita econtra factum iudicis, non debet præiudicare parti, quãdo proſequitur ſuum intereſſe.l. qui de crimine.ff.de falci.l.fin.ff.de priuatis delict.l.fin.ff.de fur. Quod ſanè intelligas, quando actio ciuilis intentata tẽdit ad proſecutionẽ rei familiaris : ſecus ſi etiam ciuilis tenderet ad uindictã.iuxta glo.ſingularem, in l.ſi cũ emancipatus.§.ſi duo emãcipati.ff.de colla.bonorũ. Nã ſi etiam ciuilis intẽtata fuiſſet ad uindictã & non ad proſecutionem rei familiaris, uel pro emẽdatiõe dãni, intereſſe & expenſarũ : tunc ſententia abſolutoria lata in criminali, pareret exceptionem rei iudicatæ in ciuili:ideo nõ poteſt agere etiam ciuiliter:ſi autẽ ageret quò ad reſarciendũ ſuum intereſſe, & expenſas operarum deperditarum:& tunc poteſt agere.ita no. Bar.in l.ait prætor.§.interdum.ff.ui bo.rap.& in l. prætor.§.j.ff.de iniur.

AVGVST. Tu autem in hac materia adde,quòd miror quòd do. Ang.hîc in hac ſua quæſtione quam formauit in terminis,non allegauerit Bal.in c.j.de appell.in.iiij.col.qui dixit,quòd illa regula, poſita in l.j. C.quando ciui. actio præiu.crimin. nõ habet locũ in iudice formãte inquiſitionẽ:prout ſuprà formauit d. Ang.quæſtionẽ ſuã, qui præſupponit, ꝙ formata ſit inquiſitio per iudicẽ.Et ratio eſt : quia ſunt perſonę diuerſæ Iudex,& pars.Et multò fortius poſſet pars ipſa formata inquiſitiõe per iudicẽ intentare ſuã ciuilẽ, ſi ex tali inquiſitiõe reus cõdẽnaretur ad mortẽ.Ad hoc allego ſing.doctrinã Bald.in l.j.C.de app.in.ij.col. qui dicit, ꝙ ubi quis uenit cõdẽnandus ad mortẽ : tunc non habet locũ titulus quãdo ciuilis actio præiudicat criminali. quia iſto caſu, ſimul & ſemel poſſunt cumulari. Et ratio eſt quia fruſtra actor intẽtaret iudiciũ ciuile reo mortuo.Et dicit, ꝙ eſt ſua concluſio noua in hac materia. Bene faciũt notata per Bal.in repe. Peruſ.in l.edita.in xxxij.co.C.de ed.

90 *Accuſatus uel inquiſitus criminaliter & abſolutus, an poſsit iterum de eodem delicto ab alio accuſari.*

ANGELVS.

90 *SVBSEQVENTER quæro.Pone ꝙ aliquis fuit accuſatus uel inquiſitus criminaliter & abſolutus, an poſsit iterum de eodem delicto ab alio accuſari.uide tex.glo.Bart.& Ang.in l.ſi cui.§.j.ff.de acc.& Sal.in l.qui crimen.C.de accuſ.Et aduerte: quia iſte eſt pulcher paſſus.& quia communiter omnes doc.ubi ſuprà, dicũt,ꝙ abſolutus de certo crimine, amplius accuſari non poteſt.

91 *Baptiſma opatur remiſsionẽ pctõrum.*

AVGVST. Tu in hac materia adde dicta canoniſtæ,in c.de his.extrà de accu.maximè do. Ant.de butr. Abb.& Imo.ibi. Et limita prædicta ſecundum gl.in d.c.de his.quam ibi approbãt omnes,niſi quis abſolutus eſſet

eſſet in foro pœnitentiali: quia poterit iterũ accuſari, nõ obſtante illa abſolutione. Pro qua concluſione allego etiã text. quem ponderauit ibi domi. Abb. in c.j. de purga. cano. & uide gl. in c.ij. de ſchiſmaticis. & gl. in c. admonere. xxxiij. q.ij. & gl. in c. qui crimẽ. vj. q.j. & gl. in c. pe. de pœni. diſtin.j. & glo. in c. gaudemus. de diuor. & gl. in c.ij. de emp. & uendi. & gl. in c. fi. de tempo. ordi. & Spec. in tit. de accuſatore. in v. col. & gl. in c. cùm percuſsio. vij. q.j. & gl. in regula, peccati uenia. lib. vj. Sed aduerte, quia do. Ant. de Bu. & Imo. in d.c. de his. limitant prædicta, niſi pœnitentia fuiſſet publica. & hoc uoluit Hoſti. in c. tuæ. extrà de procu. licet d. Abb. tenuerit contrariũ in d. c. de his. per quandã rationẽ friuolã: quia tunc dico, ꝙ facta illa abſolutione cũ publica pœnitẽtia, nõ poterit ille talis amplius accuſari. Idẽ dico ſi abſolutio facta in pœnitẽtia ꝑ omnia operatur eundẽ effectũ, quẽ abſolutio iudicialis. ita mirabiliter conſuluit Bar. in con. inci. Miniſter fratrũ de pœnitẽtia. quẽ refert, & ſequitur Pe. de anch. in c.ij. in xiiij. col. de maledi. & ideo ſi blaſphemãti uirginẽ Mariã imponitur pœna linguæ per ſtatutũ: & alio ſtatuto cauetur, quòd habẽti pacẽ ab offenſo, pœna remittatur: tunc ſi talis blaſphemãs egerit pœnitentiã, cũ iſto caſu, per talẽ pœnitentiã remittatur peccatũ: & ſi habuerit pacẽ ab eo qui fuit offenſus: tunc talis blaſphemans, amplius nõ poteſt accuſari. Itẽ aduerte, ꝙ licet illæ glo. in locis ſuprà allegatis per me ultra do. uelint, ꝙ abſolutus iſto caſu ĩ foro pœnitẽtiali, tamẽ poterit iterum accuſari criminaliter de illo

91 delicto: * limita etiam, niſi crimen fuerit cõmiſſum ante baptiſma: quia baptiſma operatur remiſsionem peccatorum, etiam in foro iudiciali: ut poſt baptiſma quis non poſsit accuſari, etiã criminaliter. Ita uolũt Ant. de But. & Imo. in c. de his. & eſt glo. in c. quod autem. xxxij. q.j. & gl. in c. ſine pœnitẽtia. de conſecra. diſt. iiij. & in c. quoniam. xlviij. diſt. & uoluit Arch. l. diſt. in ſumma. Sed contrariã ſententiam tenet Abb. in d.c. de his. Innoc. Hoſti. & Abb. in c. gaudemus. de diuor. per tex. ibi in fi. Et ibi materia latè examinatur: quia baptiſma operatur ſolum remiſsionẽ reſpectu Dei. Sed Imo. reſpondet ad c. gaudemus. quòd illud habet locũ iure quæſito parti læſæ propter ſuum intereſſe, ſicut in debito pecuniario. Et ſic limitabitur prædicta cõcluſio doctorũ, & firma remanebit opinio cõtra Hoſti. & Inn. Item adde, & prædicta limita etiã non habere locum, quãdo quis fuit abſolutus, uel punitus in foro eccleſiaſtico: quia tunc poterit puniri, uel abſolui de eodẽ crimine in foro ſeculari, ſecundum Bald. in l. placet. C. de ſacroſ. eccle. qui uult, quòd pœna ſpiritualis non tollat temporalem: nec econuerſo. Idem Bald. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cle. & Pe. de anch. in regula, ea quæ. de reg. iur. in xxxvj. col. qui dicit, ꝙ Bal. ita cõſuluit, licet Bal. nõ auſus ſit decidere, ĩ l.j. C. de ſum. tri. & fid. cath. in viij. col. Et pro hac concluſione eſt caſus in terminis in c. felici. de pœ. in vj. quem ſubtiliter ponderauit & induxit do. Abb. in c. tuæ. extrà de proc. & ibi Abb. multũ exclamauit de illo text. Sed aduertas: quia ſi ibi ſpeciale inductum eſt





fauore Cardinaliũ, ille text. eſſet in contrarium. Et de materia uide per do. Abb. in c. cùm ſit. extrà de fo. cõpe. per do. Card. & per Pe. de anc. in c.ij. extrà de adul. per d. Abb. in c. de cauſis. in pe. col. extrà de offi. deleg. per Abb. & Imo. in c.j. extrà de offi. ordi. per Bal. in l. nemo martyres. C. de ſacr. ſan. eccleſ. alias limitationes uide per doct. in d.c. de his. in locis ſuprà allegatis.

HIERO. Inquantũ concludit Ange. quòd abſolutus de certo crimine amplius accuſari non poteſt: adde quòd idem tenet Bonifa. Vitali. in ſuo tracta. malefi. in rubrica, qui accuſari nõ poſ. poſt mediũ. ſed circa iſtam regulam, quæ traditur in c. de his. extrà de accu. uide ibi Fely. qui ponit xiij. limitationes, quas tamen colligere poteris ex notabili diſt. do. Henri. boyc, ſuper d.c. col. ij. uer. ſequitur de ſecundo membro &c. & per Præpo. notabiliter. ij. q.v. c. habet. fi. co. Sed quæro, aliquis fuit accuſatus, quòd Titium uulnerauit cum ſanguinis effuſione, uel cũ ſpata: aut adiecta alia qualitate: uel ecõuerſo fuit accuſatus ſimpliciter ſine expreſsione qualitatis: & quia illa qualitas nõ fuit adiecta, uel nõ fuit probata, ipſe fuit abſolutus: quæritur an de nouo poterit accuſari, qualitate detracta uel abiecta. uide Bar. in l. denunciaſſe. §. qui tamẽ. ff. ad legem Iul. de adul. & in l. ſenatus. ff. de accu. ubi facit quandã diſt. Ad cuius tamen declarationẽ uide practicum Papien. in ſua practica in forma inquiſitionis, in uerbo, hæc eſt quædã. col. ij. uer. ſed circa hoc inſurgit. & per Fely. in d.c. de his. in ix. & x. limitatione. Item inquantũ Auguſt. reprehendit hic Abb. dicendo rationẽ Abb. fore friuolã &c. dic quòd cum do. Abb. tenent Maria. Fely. & Areti. in d.c. de his. qui reſpondit motiuis in contrariũ adductis. Itẽ ad id quod tangit hic Aug. de crimine cõmiſſo ante baptiſmum &c. Adde quòd cõmunis opin. doc. tenet, quòd baptiſmus nõ liberat baptizatum à pœna delicti, in præiudiciũ reipubl. & hoc tenent cõmuniter docto. in c. gaudemus. ubi Innocen. Io. an. Pe. de peru. Hoſti. & Abb. poſt gl. ibi. idẽ Abb. in c. de his. extrà de accu. ubi idẽ tenent Maria. ſoci. Aret. & Io. de ana. & hanc dicit cõmunem, hanc etiã tenet Cardi. in cle. j, §. ſanè. q. xiiij. de uſuris. & idẽ do. Philip. Decius, in ca. quæ in eccleſiarũ, de conſt. col. vij. in medio. uer. tertio & ulti. &c. ubi eam dicit cõmunẽ, & fundat bonis & nouis fundamentis. & hãc etiam dicit cõmunẽ Fely. in d.c. de his. licet ipſe ſequatur limitationẽ, ſeu opi. Io. de Imol. & cũ communi opi. tenet egregius doctor domi. Henr. Boyc, in d. c. gaudemus. fi. col. in ij. diſt. ubi allegat plures antiquos, qui hanc opi. tenuerũt. Item circa limita. quã ponit hic Auguſti. de punito uel abſoluto in foro eccleſ. &c. adde, hanc etiam limitationẽ ponunt doct. in c. de his. ubi Fel. in xij. limita. qui allegat plures concor. cui ultra per eũ poſitas, adde quòd idẽ tenet ibi Areti. in iij. col. in fi. & Henr. Boyc. in ſua no. di. col. iij. in fi. uer. aut eſt tale &c. & idẽ Areti. con. lviij. inci. diligenter cõſideratis &c. in ſecũdo dubio. Io. bap. de ſancto Seueri. in l.j. C. de ſum. trini. co. xj. in fi. uer. ſuper iij. q. & latius per do. Barb. poſt Ab. in c.j. de offic. ordi. col. antep. uer. capio tertiũ &c.

Cataldi.in tract.de ſyn.q.clxx.

91 *Accuſationem falſam qui produxit, an ex hoc accuſari poßit lege Cornelia de falſis.*

ANGELVS.

92 QVAERO, aliquis produxit falſam accuſationem: utrum ex hoc poſsit accuſari lege Cornelia de falſis. Dic, quòd aut dicitur quòd accuſabit me calumnioſè de falſo crimine, & non uero, quod nõ probauit: & tunc eſt pœna calumniæ. l.j.§.j.ff. ad Turp. Si uerò accuſatur, ꝙ produxit falſam accuſationem contra me, propter quod obtinuit à prætore me citari, & contra me procedi: & ſic per obreptionem à prætore impetrauit: tunc eſt pœna falſi: ut eſt caſus, & ibi Bar.in l.ſi quis obrepſerit. ff.de fal. quòd not. quia uirtus ſtat in modo practicandi, an cadat in calumniam, vel in falſum.

AVG. Tu autem in hac materiã adde quod Bal.in l.quicũque.in fi.C.de ſeruis fugitiuis.reprehendit Bar.& dicit quod Bart.[a] in hoc fortiter errauit: quia iſti ſunt tituli diuerſi: & de calumniatoribus, & de falſis: & quòd in capite legis Corneliæ de falſis, nõ cõprehẽditur accuſans falsò: ſed comprehenditur in l. hernia. Vnde cõcludit, quòd ſi quis produxit falſam accuſationẽ narrãdo, nunquã punitur pœna falſi. Sed ſi ulterius deliquit producendo falſos teſtes, & falſa inſtrumenta, fortius punitur: quia pœna falſi.l.j.ff.de falſis. Et ſubdit, quòd d.l.ſi quis obrepſerit. quam Bar.allegauit, debet intelligi obreptiõe probatoria, nõ narratoria. Et ideo Bal.ibi per multa argumenta alia concludit, ꝙ impoſsibile eſt, quòd ſolùm accuſans aliquẽ de falſo, teneatur pœna falſi, niſi proſecutus ſit in producẽdo falſos teſtes, uel falſa inſtrumenta: & hoc mihi placet. De materia uide per Bal.in l.ij.C.qui accu.in ulti.col. & per Bal.in l.data opera. in ix.col. ibi, uerbi gratia, dicit ſtatutũ, quòd producẽs falſam accuſationem, teneatur pœna falſi.

ADNO. a ¶Quod Bar. *Adde quòd opin.Bar.tenet Alex.in conſi.xj.in j.uolu.*

93 *Accuſator & iudex dum aliquis accuſatur, quando debeant in accuſatione uel inquiſitione facere mentionem de ſcientia delinquentis.*

ANGELVS.

93 *ET nota, quòd accuſator debet aduertere: & idẽ in iudice inquirente, quòd quando quis accuſatur, ꝙ nihil fecit, & ſic de omiſsione, uel negligentia: tunc ſciẽtia eſt de ſubſtantia delicti: vt l.fin.ff.de decre.ab ord.facien. & iſtud eſt bene no. ubicunque quis accuſatur quòd nihil fecit, debet in accuſatione, ſiue in inquiſitione fieri mentio de ſcientia: utputa ſi accuſatur uilla, quòd non cepit malefactorem, debet dici in inquiſitione, ſciens, uel ſcire debẽs &c. Idem ſi accuſatur ſyndicus, quòd non denunciauit malefactorem. ſed ſi quis accuſatur quòd aliquid fecit, puta quòd uulnerauit, uel quid ſimile: procedit accuſatio uel inquiſitio, licet non fiat mentio ſcientiæ uel ſupinæ ignorantiæ, quæ pro ſcientia reputatur. Ita no.glo. aurea quæ iſtam dat doctrinam in l. ex maleficiis. §. longe minus. ff. de actio.& obli.facit l.j.C.de falſa mone. Ita dicit Bal.in l.j.C.qui accuſa.non poſſ. uerſi.ſuper ſecundo præmitto.

AVG.



AVG. Adde tamẽ quòd iſta cõcluſio ita generaliter tradita[a] uidetur falſa: quia dico, quòd imo poteſt eſſe quòd aliquod delictũ eſt cõmiſſum in faciendo, & tamen accuſatio uel inquiſitio non procedit, niſi in accuſatione uel inquiſitione apponatur ſcientia: ad hoc allego Bar.ita dixiſſe per illũ tex.in l.omnes.C.de agri.& cenſi.lib.xj.licet aliqui habeant in tit.in quib⁹ cauſis coloni cẽſi. dominos accuſare nõ poſ.e.lib.qui per illũ tex.dixit, quòd licet per ſtatutum præſtãti opem bannito debeat truncari manus: tamẽ ſi quis opem bannito cõmittenti delictũ præſtat, debet poni in inquiſitione formata contra præſtantẽ auxiliũ, quòd ſciebat illũ eſſe bannitũ. Idẽ dicit Ang. in l.j.C.de Nili agge.nõ rumpen.in ij.col.quòd ſi præſtans opem nobili acrius debet puniri, debet probari illũ popularẽ qui prçſtitit opem debere habere ſciẽtiã, ꝙ cõmittẽs delictum erat nobilis. Et ita dicit obtinuiſſe Peruſij. Præterea cõfunditur prędicta doctrina per gl.& Bar.in l.j.ff.de receptatoribus. ubi recipiens bannitum debet puniri. Tamen hoc uerum, ſi eſt probatum & articulatũ illum ſciẽter,[b] ſciuiſſe eſſe bannitũ & receptaſſe. pro qua cõcluſione eſt tex.& ibi.Bar.in l.ij.§.j.ff.de incendio, rui.nau.& eſt text.& ibi Bar.in l.j.C.de ſena.lib.xij.& tex.& ibi Bart. C.de col.illirica.l.j.lib.xj. & text.in l. Metrodorũ.ff.de pœnis.& ibi Bart. Iſta ergo delicta cõmittuntur in faciendo: & tamẽ ſcientia debet poni in accuſatione uel inquiſitione: & ſic prædicta uidẽtur falſã. De qua materia uide etiam per Bal.in l.data opera. C.qui accuſ.nõ poſ.& Domini.de ſancto Ge.in c.cõcertatiõi. extrà de appel.ſuper gl.in uerbo, ſciuerit.in vj. Vnum tamẽ ſcias, quòd ſi ciuis probaret ſe ignoraſſe,[c] & ex diuerſo probaretur ipſum illã ignorantiam affectaſſe: ille talis habetur pro ſciente. Ità uoluerũt do.de Rot. in nouis deciſionibus.ccliiij.in fi.& eſt gl. quam ibi ponderauit ad hoc Domini.de ſancto Ge.in c.fi.§.ut autem.de offi.delega.in vj.& glo.in c. ad falſariorũ.de crimine falſi.& gl. in clem.j.de conſang. & affini.& gl. in c.eos.de tempo.ordi.in vj.

ADNOT. a ¶Generaliter tradita. *Adde circa hæc dicta, & uide Bartol.in conſi.cij.incipi. charißime domine, iſti noſtri. ubi latè ponit qualiter probetur negligẽtia uillæ in capiendo malefactorẽ, & qualiter diligentia. & uide etiam* Ro.*in propoſito in conſi.cv.*Ber.

¶Illum ſcienter. *Adde tu circa hoc & uide* Roma.*in conſi.ccccl xxiiij.*Ber.

¶Se ignoraſſe. *Adde circa hoc & uide* Ro.*in conſil.ccclxxxj.*Ber.

HIER. In hac materia inquantum Ange.limitat dictum Bald.in l.j.C.qui accu.non poſ. uidelicet, niſi actus oſtẽderit ſciẽtiam, dato quòd accuſator non reprimat ſcientiam, aliàs autẽ ſi actus nõ oſtẽderit ſcientiã, ꝙ procedat dictum Bal. addatis quòd idem tenet Fely.in rub.de accuſa. extrà. Item addatis Bar.conſil. cij.incipien.chariſsime domine.ubi conſuluit, quòd ad hoc ut ſyndicus non denuncians maleficium incidat in pœnam, debet probari, quòd habuit ſcientiam: quia quando aliquis tenetur ad aliquid faciendum in genere, ut in caſu noſtro ſyndicus ad denunciandum malefactores, tunc ad oſtendendum negligen

tiam ſyndici, debet primò probari ſyndicum ſciuiſſe maleficium eſſe commiſſum. per l.quidam decedẽs. §.fin.cum l.ſequen.ff.de adminiſtr. tuto. ubi periculum tunc temporis ſpectat ad tutorem, ex quo innotuit ſibi ſe eſſe tutorem: quam ſententiam ſequitur do. Corneus conſil.c. incipien.conſuluit dom.Bald.&c.in prima parte.ubi allegat quamplures tenentes doctrinam Bart.in d.conſi. & pro hoc facit text.iuncta doctri. Floriani ibi, in l. quoties. ff. ad l. Aquil.ubi dicit Flori.per illum tex. quòd uilla non teneatur de robaria commiſſa in eius territorio,niſi fuerit ſciens:ſed cõtra hanc ſentẽtiam Ange.facit quod uoluit Bar.in l.nec exemplum.C.ad l.Cor.de falſis.ubi dicit,quòd quando quis accuſat aliquem de falſo, nõ eſt neceſſe quòd dicat, quòd commiſit falſum ſcienter & doloſè: quia iſta tacitè includuntur. & ideo pro concordia mihi uidetur inhærendum doctrinæ Bal. in authen.habita.C.ne filius pro patre.qui ita diſtinguit,quòd aut qualitas exprimenda in libello tacitè ineſt ex natura facti, quòd concludat libellus per locũ ab effectu,ut in j.cõſti.ff.in §.duabus.ubi per Iac.de Areti.Cy.& Bal.de hoc notatur. aut qualitas poſsit adeſſe & abeſſe, & tũc ſecus,per l.meritò.ff.pro ſocio.

94 *Inſtigans, uel ſolicitans quòd iudex torqueat & condemnet reum ad uindictam publicam, & per iudicem puniri,non poterit poſtea agere ad uindictam per iniuriam ſuam.*

ANGELVS.

94 *E T tene menti tu cui iniuria illata fuit:quia ſi iudicem inſtiges ac ſolicites,ꝙ malefactorẽ torqueat atque cõdẽnet ad uindictã publicã: ꝙ ſi fuerit punitus per iudicẽ,tu nõ potes poſtea agere ad uindictã per iniuriã tuam:quia eoipſo quòd fuit tortus & condẽnatus,ſatisfactum eſt tuæ iniuriæ,ſecundum tuam uoluntatẽ. Vnde uideris illam iniuriã pro tua emẽdatione remiſiſſe:ut eſt tex. & ibi Bar.in l.ſed & ſi unius.§.ſi ante.ff.de iniur.facit l. interdum.§.qui ſidẽ.ff.de fur. Vnde ſis cautus,quòd iſta non facias:aut quãdo facis, ſemper ꝓteſteris ad hoc,ut poſtea poſſis agere ꝓ tua iniuria.l.fi.ff.de iniu.

AVG. Adde tu quòd Bar.in d.§. ſi ante.nihil dicit de hoc:ſed eſt Angel.ibi,qui ita põderat illũ tex.& ibi certè eſt caſus. & illũ tex.põderauit etiam Bal.in l.fi.ff.de in ius uocan.

HIER. Et hic dixit Alb.de Roſa.in l.interdũ.§.qui furem.ff.de fur. per illum tex.ꝙ ſi paſſus furtum ſua autoritate ducat furem corã iudice, qui tantum de ciuilibus cognoſcit, quòd hoc ipſo uidetur actionẽ criminalem & pœnã remittere: de qua materia uide Alex.in apoſt.ad Bart. in d.§.ſi ante. ubi allegat nota.in l. ſi ab hoſtibus.§.j.ff.ſolu.matri.

95 *Liberũ corpus æſtimationẽ non recipit:ſed ſi quis in aliquo mẽbro eſt debilitatus à Titio,tũc propter expẽſas medicorũ et medicinarũ, & operas quibus cariturus eſt,poterit agere ut ſibi emẽdetur dãnũ,ſecundũ taxationẽ iudicis.*

96 *Libellus in actione iniuriarum qualiter ſit formandus.*

ANGELVS.

95 *N O T A etiã,quòd liberũ corpus non recipit æſtimationem. Sed ſi membrum eſt tibi debilitatum à Caio, uel fuiſti uulneratus, & propter uulnera & mẽbri debilitationẽ expend



expendiſti in medicis, & caruiſti,& cariturus es multis operibus : tunc propter hoc bene potes agere, vt tibi emẽdetur damnũ, ſecundũ taxationẽ iudicis.& de utroq; eſt caſus in l.fi.ff.de his qui deie.uel effu. & inſtit.de obli.quæ ex quaſi delict.in §. pe.qđ not.in modo practicãdi, [a] ne

96 tu erres. *Qualiter autẽ debes formare libellũ in actione iniuriarum, not.Bar.in l.iniuriarũ.ff.de iniuriis. uidelicet, duplici modo. Vno modo, referendo ſe ad damnũ,uidelicet,quòd dicat,prius uoluiſſem eſſe paſſus tantũ damnũ quàm tantã iniuriã.Vel ſecũdo referat ſe ad lucrũ, uidelicet,noluiſſem eſſe lucratus tãtum, & pati tantam iniuriã. Ratio, quia cum agitur ex maleficio,habetur ratio cuiuſlibet intereſſe intrinſeci:vt not.glo.in d.l.iniuriarum. Et aduertas, quòd aliqui ibi in glo. tenẽt,quòd tale intereſſe poteſt probari per ſacramentũ iniuriam paſsi: taxatione iudicis præambula. arg. l. uidemus.§.pe.ff.de in litẽ iur. Sed Bart.ibi tenet, quòd imò potius fiat æſtimatio iudicis.alleg.dictã l.ſed ſi uniu.§.ſeruus meus. ff. de iniu. Et iſtud tenet Azo. in ſumma illius tituli.ex quo Bart.infert,an in libello iniuriarum certa quantitas ſit exprimẽd.& dicit quòd eo caſu quo taxatio facieñda eſt officio iudicis,certa quãtitas apponi nõ debet:ſi autem ſit facienda ſacramẽto iniuriati,tunc certa quãtitas apponatur.lege,continuus.§.qui illud.ff.de uerb. obli. Ego autẽ practicando ſemper appono certam ſummam cum iuramẽto:& poſtea ſubdo,& plus & minus,ut uidebitur iudici,& eius officio,& ius taxationi &c.Et ſic utrunque intento ſimul & diuiſim.

ADNOT. a ¶In modo practicandi. *Adde Ro.in conſi.cclxxviij. & Barb.in conſil.xxxv.ubi ponit de iudice inquirente. Ber.*

AVG. Tu in hac materia quomodo formetur libellus in materia iniuriarũ,adde glo.in c.ſi canonici. extra de officio ord.lib.vj.Sed ultra omnes latè poſuit materiam & formam [a] Spec.in tit.de iniu.in §.j.per totum.j.col. ubi in propoſito multa pulchra dixit. Et adde Bal. in l.ij.C. de ſen.quæ ſine cer.quãti.in j.col.& ibi Sal.in l.atrocẽ.C.de iniu.per Cy. in l.ſi nõ cõuicii.C.de iniu. per Bal. in c.j.§.iniuria.de pace iur.firm.per do.Abb.in c.j.in fi.& ibi per Imo.de iniu.& dam.da.in fi. Et ibi uide do. Abb.ad illã quæſtio.quam ſ. poſuit do.Ang.hîc ante iſtã.& per doc.in c. in noſtra. extrà de iniur.& dam.dat. Et uide Ang.in cõſi.xciiij.incipiente, ſuper puncto primo. & ibi vide formã libelli & æſtimatiõis iniuriæ. & uide in cõſi.ccxlvij.ubi ipſe Ang. ponit, an poſsit cõcludi ad pœnam applicãdam fiſco,ſi ciuiliter agatur.

ADNOTA. a ¶Et formam. *Vltra relata hîc per do.Aug.uide Ang.in conſi.xciiij.in prin.inci.ſuper puncto & Alex.latè in conſi.ccix.in ij.uol.Ber.*

HIER. De hac forma libelli in actione iniuriarũ,uide Iac.de Bel.in ſua practica in princ.ubi ponit formam libelli in quo totam ſuam practicã fundauit latè ꝑ Iaſo.poſt alios, in prin.de actio.ubi ponit, an locus & tempus commiſſæ iniuriæ ſit apponendus in libello. ubi concludit quòd ſic,per l.iniuriarum.la j.& ibi Bar.ff.de iniu.Item an debeat inſeri qualitas perſonæ iniuriatæ. Item & æſtim

æſtimatio iniuriæ.col.xvj.uer.in eadem gl.&c. de quibus omnibus per Iac.vbi ſ.& per Pet.Iac.in ſua practica de libellis in forma libelli de iniuriis. vbi ponit formam libelli tam de iniuria ex l.Cornelia, quàm prætoria, cum ſuis declarationibus.

97 *Iudex non tantùm quando principaliter aditur per uiam accuſationis criminaliter: ſed etiã ſi aditur ciuiliter ſuper delicto, põt reũ punire de delicto.*

ANGELVS.

97 *VLTIMO addo hæc, quòd iudex non tantũ quãdo principaliter aditur per uiam accuſationis criminaliter, poteſt reum punire de delicto: ſed etiã ſi aditur ciuiliter, & ciuili modo ſuper delicto. Tamen iudex pendente officio ciuiliter intentato, ſi reperierit reũ de delicto fore culpabilẽ, poterit eum criminaliter punire.l.quos retrahi.& ibi Bar. C.ſi aduerſus libertatẽ.l.iij.C.de cõdi.ob turpẽ cauſam.ff.de calũ.l.pe.

AVG. Adde tu ea quæ dixi ſuprà: ſuper uerbo,(iudicẽ maleficiorũ.) adde tex.& ibi Bart.in l.pe.ff.de calum.& per Bald.in l.nullum.C.de teſti.licet aliter videatur loqui Bart. in l.diuus.la ij.ff.de fal.circa ea quæ dixit in d.l.nullum.

HIER. Miror quòd in hac notabili & contingẽti q.iſti patres tam ſicco pede (ut ita dicam) pertrãſierint aliter eam nõ declarando. Ideo pro eius dilucidatione aduertendũ eſt quòd concluſio iſta ſic ſimpliciter intellecta eſt falſa: qa iura alleg. hic per Ang.nõ bene hoc probant, nec Bar. ita indiſtinctè ea intellexit: vt ĩ dicã. ſed pro hac etiã cõcluſiõe allegantur per Bart.in l.pe.hic allegat. hæc tria iura: de quibus hic per Ang. uidelicet tex.in l.quos retrahi. ibi, non dubitaturus etiam grauiorẽ &c. Secundò tex.in l.iij.de ordi. &c.ibi, concuſsionis crimen inultũ non patietur. Tertiò text.in l.pe.ff. de calum.in fi.ibi, pro modo delicti pœnã irroget. Quartò text.in l.diuus.ff.de re iudic.ibi, rem ſeuere iudica. Quintò text.in l.j.ff.de concuſſio.ibi, & delictũ coërcet. Sextò tex. in l.medicus.ff.de uariis & extraor. cogn.ibi, inciuile factũ præſes prouinciæ coercet. Septimò tex.in l.interdum.§.qui furem.ff.de furt.ibi, maximè ſi iudex aliquid in eũ conſtituerit. Octauò tex.in l.iiij.§ſi dicantur.ff.finium regun.in quibus iuribus videtur probari, quòd iudex qui cognoſcit de crimine ciuiter, eo comperto, poteſt ex offici ſuo delinquentem criminaliter puire. Attamẽ, ut dixit Bar.in d.l.pe.ff.de calumniatoribus.ff.uidens ꝙ quiam, per d.ll.uolebant, quòd l.interim. de publ.iud.ff.quæ dicit, ꝙ nõ poteſt cõcurrere ciuilis cum criminali: quòd debeat intelligi in iudiciis publ.& nõ in priuatis, per d.ll.quod Bar.placuit: quia in priuatis, nõ poteſt cõcurrere ciuilis cum criminali, ſi intẽtetur principaliter.per ſingulã: quia abſolutoria lata in vno, præiudicat in alio: ut l.ij.§.j.ff.ui bon. rap.& in l.j.quando ciuilis acti.crimi. præiu. ideo poſuit duos intellectus ad oẽs prædictas ll.Primus, quòd d. ll.intelligãtur, ꝙ ſint duo iudicia, & hoc ne repugnet regula.l.ij.§.j.vi bon.rap.& l.j.ff. quãdo ciuilis actio &c. videlicet, ꝙ abſolutoria lata in uno, præiudicet in alio.& iſtũtiam tenuit in l.quos retrahi.ubi dicit, ꝙ ex illo tex.nõ apparet, an ex eodem iudicio



uel diuerſo iudex criminaliter puniat, ideo remittit ſe ad dicta per eũ in l.defuncto. de pub.iu.ff.& ita intellexerũt l.quòd euitãdi.Bald. Sali.& Guid.papæ.ibi dicẽtes, ꝙ d.l. intelligitur, nõ ꝙ ex eodẽ proceſſu, & ex eadẽ inſtantia ex qua agebatur ciuiliter, imponatur pœna criminalis: ſed cum per primã cognitionẽ de delicto ſit iudici notificatum, ꝙ talis notificatio habeatur loco denũciationis: ſicut dicitur de fama, qua mediãte, iudex procedit ſuper crimine: vt in l.j.§.ſi pub.ff.de adul. Secundus intellectus eſt, quẽ tenet Bar.in d.l.pe.& d.l.defuncto.& in l. interdũ.§.qui furẽ.ff.de fur.uidelicet, ꝙ dicamus, quòd quãdo formatur libellus ſeu accuſatio de damno dato, uel robaria facta, dicẽdo: peto eũ puniri, & condẽnari, & rem mihi reſtitui, ſeu damnũ emendari: ꝙ talis libellus procedat: & ꝙ non ſum uiſus intentare ciuilem & criminalẽ in eodẽ libello, ſed quòd uideor intentare criminalẽ tantùm, & incidenter implorare officiũ iudicis, ut incidenter faciat mihi rem reſtitui, ſeu damnũ emẽdari, & quòd ita intelligantur omnia iura ſ.alleg.& ita etiã declarat idẽ Bar.& ſingu.in l.ij. §.j.ff.ui bo.rapt. Flo.in l.iiij.§.ſi dicantur.Io.de Imo.& Ang.in l.interdum.ff.de pub.iud.Sal.in l.ſi quis ad ſe fundum.ff.ad l.Iuliã. de ui &c.& ſic uidentur concludere, quòd quãdo formatus eſt libellus eo modo quo ſuprà, quòd tunc iudex maleficiorũ per d.iura, cognoſcit principaliter de delicto, & incidẽter facit rem reſtitui, ſeu damnũ emẽdari: ex quo colligitur, ꝙ dicta iura nõ probãt, ꝙ ibi principaliter agitur ciuiliter, & ꝙ iudex ex officio ſuo punit criminaliter: ſed quòd agitur principaliter criminaliter, & incidẽter petitur reſtitutio. Quia domini aduerſatis, ꝙ licet iſte ſecũdus intellectus in ſe ſit uerus: uidelicet quòd quãdo formatus eſt libellus eo modo quo ſuprà, quòd iudex maleficiorũ poſsit incidenter ex imploratione officii condemnare ad reſtitutionẽ rei ſeu ad emẽdationẽ damni: tamẽ nõ poteſt adaptari ad omnia ſuprà dicta iura. Primò, quia in lege, quod euitãdi. principaliter intẽtata eſt actio ciuilis ad reſtitutionẽ pecuniæ. idẽ in lege, quos retrahi.& in l.penu. & in l.diuus.ibi principaliter fuit petita reſt.& in l.j.de concuſsio.licet in aliis uideatur principaliter intentata criminalis. Secundò, quia prædictus intellectus diuinat ad dicta iura. Tertiò, quia in eis non cõſtat an eo iudicio, an diuerſo, & ideo uidetur uerior primus intellectus, ſcilicet ꝙ ex nouo proceſſu ex iudicis officio formato, poſsit punire criminaliter: & ſic quòd in citato ex priori proceſſu, procedat ad criminalẽ, vt ſ.dictum fuit. quòd ſi aliter diceremus, ſequeretur quòd ex probationibus factis in ciuili, poſſet quis puniri criminaliter, quod nõ eſt dicendum: cum in criminalibus requirantur probatiões luce clariores. uulg. l.ſciant cuncti. de probat.C.cum ibi no.& in expreſsis terminis declarãdo iſtũ ſecundũ intellectũ Flo.in d. l.ſi dicãtur. dicit hoc non procedere econtra, ſcilicet ſi principaliter intentaretur ciuilis, quòd de criminali non poteſt cognoſci acceſſoriè propter diſparitatem probatio.allegat dictã l.ſciant cuncti. & Barto.in

d.l.ij.§.j.ff.ui bon.rap.pro quo faciunt quæ infrà dicã in diſtinctione.& per hoc tollitur illa ratio Pau. de caſt.in lege quæſitũ.C.de ſer.fugi.& in d.l.quos retrahi.ubi dicit, quòd,ſicut poteſt iudex maleficiorum principaliter aditus ſuper crimine incidẽter cognoſcere de cauſa ciuili,per dictũ §.qui furem.hoc eſt cõdemnare eũ ad mortẽ,& incidẽter facere reſtitu.de re: ita etiã econtra,iudex qui cognoſcit de cauſa ciuiliter,poſsit reperto crimine circa cõtingentia cauſæ ex officio ſuo extra ordinẽ punire. ſed,ut dixi,iſta parificatio nõ procedit ratione de qua ſuprà.Præterea ſequeretur,quòd duo ſpecialia cõcurrerẽt circa idẽ,cõtra legẽ primã & ibi no. C.de dotis promiſsione.quod ita probatur.quia cũ de iure nemo ſine accuſatore debeat puniri: ut in lege reſcrip.§.ſi quis.ff.de mune.& hono.c.j.ut eccle.benefi.ſi iudex ex probationibus factis in ciuili puniret criminaliter, ſequeretur quòd dictæ probatio.haberẽtur loco accuſatoris,& loco probationũ: & ſic cõcurrerent duæ fictiones ſeu ſpecialitates:cũ nemo poſsit fungi loco accuſatoris,& loco teſtis:ut in c. nullus.iiij.q.iiij.domini.Pro uera intelligẽtia ſic diſtinguendũ fore arbitror. Aut loquimur de iudice cauſarum ciuiliũ tantũ, aut criminaliũ tantũ: aut criminaliũ & ciuiliũ inſimul. Primo caſu,dico quòd iudex ciuilium cauſarũ nõ poterit criminaliter punire:quia ad hoc, ut quis poſsit de maleficiis cognoſcere & punire,requiritur quòd habeat merũ imperiũ.l.imperiũ.& l. cauere.ff. de iur.om.iudi.cum ibi plenè not. & le.j.ff.de offic.eius cui mã.eſt iuriſdi.de quo latè per Ang.ſ.in glo, in uerbo,per iudicẽ maleficiorum, ſed debet illũ delinquentẽ remittere ad iudicẽ cõpetentẽ,per tex.not, in l.quicunq;.C.de ſer.fugi.ibi,cõpe.iudi.&c.ubi hoc tenẽt Rapha.& Guido papæ.ubi Sali.hãc tenẽs allegat tex.quem dicit fore notabilẽ & mẽti tenẽdũ,in l.fi.de in ius uocã.ff. & pro hoc facit doctri.Bar.idẽ uolẽtis in leg.diuus Pius.ff.ad l.cor.de fal.quẽ ſequitur Areti.in rub.de iudi.extrà.col.iiij.in fi.de qua doctri, uidebitis latius infrà in gloſſ.ſuper uerbo,falſario.in uerbo,quæro,teſtis dixit falſum coram iudice &c, Secundo caſu quãdo eſt iudex maleficiorũ tantũ:dico quòd talis iudex non cõpetẽs in cauſa ciuili principaliter intentata: vt l.ſolemus.§.latrunculator. ff. de iudi.& ibi doct. ſed bene quãdo cognoſcit de ciuili incidẽter,& de tali ciuili,qui deſcẽdit ex eodem facto,de quo criminaliter cognoſcit: ut in l.interdum.§. qui furẽ.ff.de furtis.& in d.§.ſi dicãtur. & uult Bar.& cõmuniter doc.in d.§.qui furem.cũ concor.de quibus ſuprà: & tunc nõ cadit dubitatio,cũ iã de ipſo delicto cognoſcit & punit:ſed dubiũ eſt,quãdo de cauſa ciuili cognoſcat principaliter propter abſentiã iudicis cauſarũ ciuilium,quod poteſt,ſecundũ Ange.in repetitio.l.ſi vacãtia.de bonis uacãti.lib.x.uel quãdo agitur condictione furtiua:quia tũc debet intentari corã iudice maleficiorum, ſecundũ Bal.in leg.ſi pro fure.§.fi.ff.de condic.furti.quem ſequitur Cataldi.in tractatu de ſyndi.q.cxcviij. qui tamen malè intellexit Bald.dum uult, quòd



quòd generaliter quãdo agitur de maleficio ciuiliter,debeat agi corã iudice maleficiorũ,& nõ corã alio: quia Bal.tantũ loquitur quãdo agitur cõdictione furtiua.nã diſputando Bald.an cõdictio furtiua naſcatur ex delicto uel quaſi,uel ex contractu uel quaſi,dicit ſecundũ Dynum,quòd quantũ ad natiuitatẽ,eſt ex maleficio: quãtum ad effectũ,eſt anomala:unde ex hoc infert,quòd ſi deputatus ſit unus iudex ſuper maleficiis, & alius ſuper aliis cauſis:ſi agatur cõdictione furtiua,quòd agi debet corã iudice maleficiorum.& hoc,quia quãtum ad natiuitatẽ,oritur ex maleficio: ut in l.ſi ambo.§. quoties.ff.de cõpẽſa.& his duobus caſibus,an iudex reperto delinquẽte culpabili,poterit eum criminaliter punire: dic ut in ſequẽti membro. Tertio caſu,quando eſt iudex ciuilium & criminaliũ,& ſic habens merũ & miſtũ imperiũ:& hîc cadit hæc quæſtio,ſi actum' ſit ciuiliter de crimine,an eo comperto poſsit ex officio ſuó criminaliter delinquentẽ punire:& in hoc diſtingue:aut finita cauſa ciuili uult nouum inchoare proceſſum, aut non. Primo caſu ſubdiſtingue,aut uult punire eũ uigore probationũ ſeu actorũ cauſæ ciuilis,aut uigore cõfeſsionis in ea habitæ. Primo caſu dico,quòd licet uerũ ſit,ꝙ talis iudex poſsit procedere ex officio ad criminalẽ ſine alio accuſatore:ut uoluit Bal.Sali.& Guido papæ,ita intelligendo text, ibi,in d.l.quod euitandi.& hoc quia incitatus fuit ex priori proceſſu & ſententia: ut in l.j.§.ſi publico.ff.de adul.nõ tamẽ poterit eũ punire uigore taliũ probationũ & actorum: quia probationes in cauſa ciuili factæ,nõ plenè probant in criminalibus:in quibus luce clariores requiruntur probationes: ut in l.ſciant cuncti.de proba.C.ubi Paul.de caſt. plura ponit exẽpla.tum etiam,quia iudex debet uidere qua uoce, qua trepidatione teſtes deponunt:ut in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſtio.& in authen.apud eloquẽtiſsimum.in fi.C.de fid.inſtru.& hoc maximè,cũ cõſuetudo admittat examinationẽ teſtiũ per tabellionẽ in ciuilibus,quod nõ facit in criminalibus: eſt tamẽ bene uerũ,quòd dictæ probationes facerẽt aliqualẽ probationẽ,& adminicularẽtur.ut in l. capite quinto.cũ ibi not.ff.de adult. & per Bart.in l.j.§.j.ff.ui bon.rap.& quòd tales probationes in cauſa criminali nõ faciãt plenã fidẽ,tenet glo.in uerbo,deſtinatus.& ibi doc. ubi not.Sali.in l.ſi quis ad ſe fundũ. C.ad l.Iul.de ui.Abb.& doct.in ca.j. de iudi.& in ca.per inquiſitionẽ.de elec.doc.in c.j.de excep.ubi latè Fely.Abb.& Moder.in ca.qualiter & quãdo.de accuſ.ubi Fely.plures dat cõcor.& hãc cõmunẽ opi.latè proſequitur per cõcor.Alex.poſt alios, in l.ij.C.de edẽ.ubi Albe.notabiliter loquutus eſt in hac materia. Et aduerte ne te faciat dubitare dictũ Inno.in c.qualiter.de accu.ubi uoluit,ꝙ conuictus de crimine ciuiliter,ꝙ poteſt per ſuũ ſuperiorẽ priuari beneficiis uigore ſentẽtiæ primæ,in alia tamẽ inſtãtia:cũ quo dicto cõmuniter ibi pertrãſeunt doc. quia idẽmet Inno.tenuit cõtrariũ in d.c.per inquiſitionẽ.& eũ reprobat Abb.in d.c.qualiter.quem ſequitur ibi Fely.& in ueritate magis cõmunis opi.

nis opi.doc.eſt illa quã ſ.dixi,uidelicet, ꝙ nec probationes factæ in cauſa ciuiliter intẽtata ſuper crimine,nec ipſa ſentẽtia faciãt probationẽ in cauſa criminali,nec ita firmãt omnes doc.ubi ſ.cũ plu.cõcor.per eos tradi. Secundo caſu,ſcilicet quãdo ex confeſsione facta in cauſa ciuili cõſtat de crimine:& tũc dico, quòd ſic,ſecundũ Inno.in c.per inquiſitionem.extrà de elect.ubi latè doct.& Abb.& Mod.in c.at ſi clerici.de iudi.& in c.ij.de cõfeſ.Bald.in l.ij.C.de edẽ.per l.locũ.§.ſi quis.ff. de tabu.exhib.qui tamen tex.uideri meo hoc nõ probat,licet bene probet,quòd acta facta in ciuili probãt in criminali.& ad hoc illũ not.Old. Iac.de Are.& Bar.ubi Albe.de roſa. declarat,quòd faciũt aliqualẽ probationẽ:nõ tamẽ quòd plenè.& ita idẽmet Albe.declarat illũ tex.in d.l. ij.de eden.prout etiã dicit gl.in d.l. ſi quis ad ſe fundũ.tenẽt doct.in c.j. de excep.ubi latè Fely.& Mod.Abba.& doc.in locis ſ.alleg.Alex.latè poſt alios in d.l.ij.de eden.ubi ponit plures cõcor.hãc tamẽ cõclu.limitabitis ſecũdũ doc.ut ſuprà,multis modis.& primò intelligetis eam in cõfeſsione principalis,& nõ pro cu.per l.generaliter.C.de nõ nu.pecu.Secundo in confeſsione uera & nõ ficta:per l.iij.de fid.inſtru.& l.iij. §.diuus.ff.de iure fiſci.alias autẽ limitatio.uideatis per Fel.in d.c.qualiter & quãdo.& in d.c.j.de excep.& Alex. in d.l.ij.de edẽ.ubi melius omnibus poſuit d.Riminal.col.pe.& fi.ſed aduertẽdum eſt domini,ꝙ licet multi pertranſeant cũ opi.Inno. de qua in d.c.per inquiſitionẽ.non aliter cõſiderãtes:tamen glo.in c.ex pœnitẽtibus.l.diſtin.uidetur ſentire contra.& idẽ tenet expreſsè Marianus Soci.cõſi.viij.incip.uiſis & diligenter.colũ.iij.in medio.ubi refert idẽ tenere Io.an.in c.cũ cõtingat.de offi.deleg.& idẽ etiã tenet magnus practicus in criminalibus do.Vitalinus in tracta.malefi.in rubri.de cõfeſsione.in fi.& pro hac ſentẽtia faciunt not.per Bar.in l.ſi cõfeſſus.ff. de custo.& exhib.reorũ.& Io.an.de ana.in d.c.qualiter & quando.qui allegat Anto.de but.idẽ tenere,per tex.in c.olim.de reſcrip.ubi Ant.dixit dictum Inno.in d.c.per inquiſitio.debere nõ procedere,quãdo cõfeſsio facta fuit in cauſa ciuiliter intentata ſuper crimine:& ideo Abbas in c.qualiter & quãdo.de accu. in fi.dicit cõcludẽdo,quòd ſola confeſsio nõ ſufficiat ad condẽnationem:;ſed quòd poſsit reus compelli ut perſeueret in confeſsione ſua,uel ut det intellectũ confeſsioni ſuæ:& quod ita intelligatur dictum Inno.in d.c.per inquiſitionẽ.cũ orta ſit ſuſpicio non leuis cõtra illũ ex illa cõfeſsione,argu.l.capite quinto.ff.de adult.& hæc opi.humanior & uerior uidetur. Secũdo caſu principali,quando ſcilicet nõ inchoato alio proceſſu uult iudex in eadẽ inſtantia ciuili punire criminaliter: prout hîc ſimpliciter dixit do.Ang. & hoc caſu dicatis iudicẽ nõ poſſe eum punire:quia iura hîc alleg.hoc nõ probãt.Imo Bart.ut ſ.dixi,uoluit ſecũdũ primũ intellectũ,ꝙ d.ll.intelligerẽtur, quãdo ex alio iudicio de nouo intẽtato iudex procedit ad criminalẽ:quia in d.iuribus nõ apparet an eodẽ iudicio,an uero diuerſo.& hũc intellectũ ſequuti ſunt in d.l.



in d.l.quod euitãdi.Bal.Sali.& Guido papæ.& pro hac opi.eſt text.ſecũdũ unũ intellectũ in c.ij.de cõfeſsis. & dictũ Inno.qđ ſuprà retuli in d.c. per inquiſitionẽ.de elect.quod ibi, & in c.j.de iudiciis.& in ca.j.de excep.& in c.cum dilectus.de ordi.cogni.& in c.qualiter & quãdo.de accu.cõmuniter approbãt doc.dicentes iudicem, nec ex probationibus, ſentẽtia,nec etiã cõfeſsione nõ poſſe procedere ad criminalẽ, niſi nouo inchoato proceſſu: hoc eſt uel p inquiſitionẽ ex ſuo officio, quod poteſt per l.c.v.uel accuſatione de nouo intẽtata à parte:ut uult gl.à nemine reprobata.in l.j.de concuſsio. quam approbat Alb.in d.l.ij.de edẽ do.C.quæ tenet.Reliqua autem circa materiã uide in locis ſuprà alleg.

AD LECTOREM.

Chariſsimè lector,iſte do.Hieronymus infirmitate ſuperueniente ultra non proceſsit:quapropter nos neceſsitate coacti,finem operi impoſuimus.

SVMMARIVM.

1 *Denunciare quid ſit.*

NECNON ad denũciationem Ioãnis Ambroſij miniſtralis capellæ ſancti Petronij. Hic tractatur materia denunciationis.Et dico,quòd iudex nõ debet credere,quòd iſta forma hic in iſto proceſſu ſit forma cõmunis:uidelicet quia quãdoq; iudex format inquiſitionem ex mero officio,aliquãdo ſimpliciter ad petitiõnẽ partis:aliquãdo ſolũmodo ad denunciationem officialis. ſed perraro iſtis tribus modis formatur inquiſitio:& ideo iſta tria ſimul cumulaui,ut cõmodius poſſem ſeparatim tractare de accuſatione,inquiſitione,& denũciatione. 1 *Primò igitur quærẽdum eſt quid ſit denũciare.Et dico,ꝙ Sali.in l.ea quidẽ.C.de accu.reiectis aliis diffinitionibus,dicit,ꝙ denũciare a eſt crimẽ alicuius deferre apud cõpetentẽ iudicẽ ſine inſcriptione legitima ad pœnã peragendã,uel aliã legitimam pœnam ſubeundam:& iſta diffinitio declarationem recepit ex ſequentibus.

ADNO. a ¶Denunciare. *Adde quomodo cognoſcatur denũciatio iudicialis,uide* Cald.cõſil.iiij.in ti.de accu.Ber.

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde,quòd Gãdi.in opere ſuo maleficiorũ, ſub rubrica,quomodo de maleficiis cognoſcatur per denunciationẽ.in prin,dicit,ꝙ denũciare nihil aliud eſt,quàm deferre aliquẽ reũ criminis.allegat l. ea quidẽ.C.de accu.& l.ab accuſatione.§.denunciatores.ff.ad Turp. & idem dicit Guido de ſuza.in tractatu maleficiorum, ſub rubrica de denunciatoribus. Adde etiã quòd Spe.in tit.de denũcia.§.j.ponit diffinitionẽ denunciationis aliter.Sed ibi intellige dicta Specu.in denunciatione euãgelica,licet poſtea Specu.dum allegauit ibi text.in d.l.ab accuſatione.§.denũciatores.uoluerit diffinire denũciationẽ de qua.ſ.

2 *Denũciationis plures ſunt ſpecies:quædã euãgelica, quædã criminalis, quædã regularis,et quædã iudiciaria.*

3 *Quis poteſt denũciatores cõſtituere.*

ANGELVS.

2 *SED quæro,quot ſunt ſpecies denunciationis.& dico,quòd plures ſunt ſpecies denunciationis: alia euãgelica,alia canonica,alia regularis,alia iudiciaria:ut dicit Sali. in d.l.

in d.loco.& Bar.in extrauaganti,ad reprimendũ,in uerbo,per denũciatione: & per canoniſtas in ca.nouit. extrà de iudiciis. Tamen hic ſolum tractatur de denunciatione iudiciaria. Et primò tractabitur de cauſa efficienti, uidelicet quis poſſet iſtos denunciatores cõſtituere. Secundò tractabitur de cauſa materiali,qui poſſunt denunciatores cõſtitui.*
3 Tertiò aliqua dubia mouebũtur in materia.Primò igitur quærendũ eſt de cauſa efficiẽti, quis poteſt tales denunciatores cõſtituere. Reſpõdetur ſecũdũ Bart.in l.diuus. ff.de cuſto.& exhibi. reorũ.uidelicet,quòd quilibet iudex,uel uniuerſitas,quæ habet merũ & miſtũ impe
a rium.[a] vt l.j.§.qui.ex.ff.de offi.præf. vr.& l.diuus.ff.de cuſto.re.unde iudex paruus qui habet tantũ iuriſdictio.uel iudex delegatus,nõ poteſt tales officiales denunciatores creare:ut in dictis iuribus.facit le.j.C.de decurionibus.lib.x.& l.j.§.denũciatores.ff.ad Turpilia.bene affirmat Sali.in d.l.ea quidem.in princi.

ADNOTATIO. a ¶ Imperium. *Adde,& dic ut per Paul.de ca. in conſi.ccxxxij.in ij.impreſſis.Ber.*

AVGVSTI. Adde tamẽ,quòd iſta cõcluſio uidetur falſa:quia imo uidetur, quòd quilibet admittatur ad denunciãdũ crimina,dummodo ſit bonæ famæ,& bono zelo ſe moueat.de hoc eſt caſus in c.qualiter & quãdo.extrà de accu.quinimo uidetur caſus,in d.l.ea quidẽ.C.de accu.in uer.ibi,publicũ officium : ubi Angel.ibi exponit,id eſt,officiales deputatos à publico:per quem tex. ibi dicit Ange.quòd alii nõ deputati à publico,nõ admittuntur ad denunciãdũ maleficia:qa nõ reperitur lege cautũ.Sed aduerte,qa ꝑ prædicta nõ recedo ab opi.Bar.non ob.c. quali.& qñ.quia ille tex.loquitur in denũciatione,quæ fit ad iniũgendã pœnitẽtiã.Et de hac nõ loqtur,quæ denũciatio fieri nõ poteſt,niſi præcedẽte monitione,ut ibi habetur in tex.unde ille talis denunciator non opꝰ eſt,ꝙ cõſtituatur ab alio iudice uel uniuerſitate:ſed qlibet admittitur ad denũciãdũ,ut ſuprà dixi.Et ſic dixit Ang.in d.l.ea quidẽ.in prin.nõ ob.tex.in d.l.ea quidem.quia intelligo illũ tex.ꝙ ſatis deputatus eſt officialis à publico,ſi eſt deputatus uel ab uniuerſitate,uel à iudice.

4 *Denunciator quis poſſit conſtitui.*

ANGELVS.

4 * SECVNDO principaliter quæritur de ratione ſubiecti uel materię,quis poſſit cõſtitui denũciator. Bar.in l.diuus.in uer.ſed quæro qui poſſunt cõſtitui.dicit,ꝙ omnis qui admittitur ad accuſandũ,admittitur ad denũciãdũ:& omnis qui prohibetur accuſare,iuxta l.q accuſare,cũ l. ſeq.ff.de acc.prohibetur denũciare:ut c.cũ omni.extrà de accu.ita dicit Sal. in d.l.ea quidẽ.uer.tertiò rõne materiæ.ex quo no.ꝙ cũ per l.qui accuſare.& l.ſeq.ff.de accu.prohibeãtur infames accuſare, ꝙ etiam infamis prohibetur denũciare.Sed dicit do. Ang.ꝙ credit cõtrariũ:& ita cõmuniter obſeruatur. nã iſti denũciatores cõſtituũtur & ſunt officiales uiles & minimi,ut nuncii : ſed nũcius etiã infamis põt cõſtitui.l.j.C.de infa.lib.x.ergo &c. Præterea dico,denũciatori ſeu officiali non creditur, niſi probetur poſtea crimẽ per eum denũciatũ. Sed ſolùm facit ꝙ iudex inquirit:ut d.l.ea quidem.ergo &c. Præterea deputatio & mãdatum iudicis conſtituentis iſtum infamẽ pro denunciatore, ipſum habilitat:ut l. furti.§.ſi qs iuſſu.& ibi no.ff.de infa.Et maximè cum ut plurimũ fiunt tales,etiam inuiti eliguntur ad tale officiũ.unde ego ſic diſtinguerem,
a aliquis denũciat motu proprio, [a] & tũc uerum ſit dictum Bart.quia eadẽ eſt ratio in denunciante,ſicut in accuſatore : aut denunciat uirtute ſui officij,quia fuit deputatus à iudice, uel forte inuitus:& tunc infamis põteſt eſſe denunciator,& ex neceſſitate officij hoc facit:igitur non poteſt repelli ut infamis , ſicut dicimus in nuncio,ut dictum eſt ſuprà.

ADNOT. a ¶ Motu proprio. *Adde & tu uide pro opi.Bar.Pe.de Ancha.in conſi.cccxvij.Ber.*

AVGVS. Tu autem in hac materia adde,& dic quòd uidetur ꝙ do. Ange.rectius loquatur contra Bart.
a [a] inquantum dixit,ꝙ infamis admittitur etiam ad denunciandum . pro qua cõcluſione allego deciſionem in terminis quam ipſe ignorauit.nã gl.in terminis in c.ſi peccauerit.ij.q. j.in glo.mag.tetigit iſtã difficultatẽ, & arguit ad partes.& tandem cõcludit infamẽ poſſe denunciare , licet non poſsit accuſare:& licet glo.ij.q. viij.in ſumma,in glo.mag.uideatur tenere,quòd infames repellãtur ad denũciandum:tamen dum gl.in hac materia remittit ſe ad not.ꝑ ipſum. in d.c.ſi peccauerit . uidetur uelle, ꝙ infames admittãtur ad denũciandum.ſed contrariam gl.allego in c. preterea.extra de teſti.cog.ubi ponderat ibi eſſe caſum , quòd infamis non admittatur ad denunciandum: & maxime ſecundum domi. Anto. de But.cum denunciator habeat aliquid de publico:& ibi gloſ.pro hac parte allegat bonum text.in c.cũm dilectus.extra de accuſa.& text.in c. cũ in tua.extra de ſpon.& uide Spe. in titu.de denun.in §.quis denunciare poſsit.in uerſic.ſed nunquid infamis.qui latè diſputat iſtam materiam pro & contrà:& ibi tamen uidetur concludere , quòd ſi quis cogeretur denunciare,infamis admitteretur ad denunciandum,aliàs ſecus . Ego uerò indiſtinctè approbo dicta Bar.ꝙ ille qui non poteſt accuſare,non poteſt denunciare:& ideo infamis nõ poteſt accuſare,ergo nõ poteſt denunciare,per ſuperius allegata.Et ideo rectè dixerunt d.Ant. de Bu.& Imo.in d.c.in omni.ꝙ iura quæ dicunt infames admitti ad denunciandũ,loquũtur de denunciatione euangelica:ſecus in denunciatione iudiciali:quia infamis repellitur.ibi tamen limitat d.Anto.de Bu.
b [b] iſtam materiã:niſi in iſta iudiciali denunciatione accuſatus eſſet diffamatus ab aliis perſonis,quia tũc infamis denũciator admitteret̃:& iſtã partẽ credo uerã.non ob.ꝙ infames admittuntur in nũcios,qa illa l.j.C. de infa.hoc non dicit.ſed caſu quo hoc uerũ eſſet,nos loqmur in denũciatoribus denunciãtibus maleficia, & ubi agitur de uita hominis : ergo cautius agendum eſt, arg.l.ſciant.C. de proba.c.ubi periculum.extrà de elect.libr.vj.imò pertineret ad officium iudicis repellere hos infames. l.quos prohibet.ff.de poſtu.

ADNOT. a ¶ Loquatur contra Bart. *Adde tu in propoſito,& uide Pet.de Ancha.in conſi.cccxvij.ubi tenet,* quòd

*quòd infamis non poteſt eſſe denũciator, quando ſtatutum diceret quòd ſtetur dičlo denunciatoris.*

b ¶Do.Ant.de Bu. *Adde quòd contra hanc limita.facit quod uoluit* Ro.*in cõſi.ccxliij.ubi quòd in notorijs accuſator nõ admittatur iuxta exceptionem, puta inimicitiæ.Ber.*

5 *Denunciatores tenẽtur iurare in principio officij ſui, quòd bene & legaliter exercebunt officium ſuum.*

ANGELVS.

5 *ET aduerte, ꝙ iſti denũciatores tenentur iurare in prin.officij ſui, ꝙ bene & legaliter exercebunt officiũ ſuum. ita dicit Ange. in l.ſi uacãtia.C. de bo.uacan.in prin.ſicut nuncij tenentur etiam iurare.l.comparationes.C.de fid.inſtru.

AVGVS. Tu autem adde Gandi. in tract.malefic.ſub rub.qualiter cognoſcatur de maleficiis per denunciationẽ.in fi.ij.col.qui idẽ uoluit, ꝙ iſti denunciatores teneantur ſuſcipere iſtud iuramentum, quòd fideliter & legaliter exercebũt officiũ ſuum. Idem dixit Spec.in titu.de accuſa.§.j.in uer.penul.in iij.parte.& hoc iuramentum eſt maximæ efficaciæ: ut declarat ibi Gandi.

6 *Denũciatores ad quem finem & effectum conſtituantur.*

ANGELVS.

6 *TERTIO quæro ratione finis & effectus ad quẽ finem & effectum iſti denunciatores conſtituãtur. Reſpondeo ſecũdum Sal.in d.l.ea quidem.in uer.iij.ratione finis, ut eorum denunciationibus mediantibus puniãtur delicta, & per conſequens prouincia remaneat purgata: ut l.cõgruit.ff.de offic.præſi.nam facta denunciatione per ſyndicum uillæ, iudex duobus modis poteſt procedere ſecundum quod dicit Bar.in d.l.diuus.in uer.ulterius quæro quid ſit, uidelicet, uno modo ſuper denunciatione ſimpliciter procedẽdo. & iſto caſu poſſunt opponi omnes exceptiones, quæ poſſunt opponi contra accuſatorẽ: utputa, talis non eſt, nec eſſe poteſt legitimus denũciator: argu.l.qui accuſare.ff.de accu.Itẽ poteſt procedere iudex per inquiſitionem quã facit propter denunciationem: tunc illæ exceptiones ſecũdum Bar.ibi, ceſſabunt in perſonam illius denunciatoris.& alleg.tex.in c.licet Hely.extrà de ſimo.Sed inquantum Bart.dicit, quando ſimpliciter iudex ſuper denũciatione procedit, quòd poteſt opponi exceptio ſicut contra accuſatorem, nõ credo uerũ: quoniã iſte denũciator eligitur ex publico: & uirtute & ex neceſsitate officij dicitur habilis: unde dictum Bar.puto uerum, quando non eſt ad illud officium deputatus: ſed motu proprio denũciat. pro hoc facit quod no.Sal. in d.l.ea quidem.uer.vij.quæro.

AVGVST. Tu autem in hac materia adde, quòd Gandi.in tract.maleſi.ſub rubri.quomodo de maleſic. cognoſcatur per denuncia.& Specu. in titu. de accuſato.in iij.parte.§.j. uer.penul.aliter loquũtur, dum tractant iſtã materiã, quis ſit finis & effectus iſtorũ denunciatorum: & in ſpecie declarant finem iſtorum denunciantium. Nam dicunt, ꝙ quandoq; nocturni cuſtodes iurati ponuntur, & ut quoſcũq; ſub noctis ſilẽtio tranſeuntes capiant, & denũcient puniẽdos: quandoq; etiam ponuntur cuſtodes ad cuſtodiã alicuius paſſus, ut quoſcũq; inuenerint cũ rebus uetitis tranſeuntes capiant, ſimiliter denuncient & præſentent: nonnunquã etiã ponuntur cuſtodes ad agrorũ cuſtodiam, ut fructuum depopulatores eodem modo denũcient & præſentẽt, & ſimiliter quadrupedes in prædijs damnũ dantes. Et hi denunciatores non tenẽtur accuſare, nec iurare de calũnia, ſed ſolũ faciunt denunciationem, quibus creditur propter officium ſibi cõmiſſum, & hoc ſecundũ diuerſas conſuetudines locorũ. & ſic facta tali denunciatione, ipſis creditur: & hoc propter iuramentũ quod iurauerũt à prin.ſui officii, ꝙ legaliter & fideliter exercebũt illud: adeo ꝙ niſi denũciatus probauerit ſuam innocẽtiã, cõdẽnabitur ex tali denũciatione, quæ quò ad hoc fidẽ & probationẽ facit, & ita de cõſuetudine obſeruatur. hæc Gandi. & Spec.in loco ſ.allegato.ex quibus habes, ꝙ officiũ denunciatoris quãq; ſolũ non eſt in denunciãdo, ſed etiã in capiẽdo.Itẽ effectus denũciationis eſt, ꝙ ſine alia inquiſitione ſequitur cõdẽnatio.nihilominus nõ recedo à doctrina Bart. quia etiã propter illã denũciationẽ iudex poterit formare inquiſitionẽ ſuã. an autẽ tali denunciatori credatur, infrà dicetur in materia. Et an exceptiones poſsint opponi, ego teneo cũ Bar. & ꝙ do.Ang.hic malè dicat, per ea quę ſuprà dixi in prox.q.præcedẽti: & ſecũdũ do.Ang.ſequeretur, ꝙ licet denũciator ſit deputatus de publico, & denũciaret me occidiſſe Titiũ, & eſſet inimicus meus, ꝙ ego nõ poſſem opponere denũciatorẽ inimicũ meum eſſe: cõtra not.in c.cum oporteat. & in ca.qualiter & quã.extrà, de accuſa.

7 *Denunciator an teneatur denunciare omnia maleficia etiã impunita de iure, cõſuetudine, uel ſtatuto: ut quia pater occidit adulterum.*

ANGELVS.

7 *QVAERO, an iſte denunciator teneatur denunciare omnia maleficia, etiã impunita de iure, conſuetudine, uel ſtatuto: ut quia pater occidit adulterũ: ut in l.nec in ea.ff. de adul. dic ꝙ ſic: quoniam cognitio iuris, utrũ tale delictũ ſit punibile uel nõ, nõ ſpectat ad eũ, ſed ad iudicẽ.l.fi.§.diuus.& ibi hoc no.Bar.ff.de publi.& ibi Imo.& Bar.in l.ſi quis in graui.§.maritus.ff.ad Syll.& d.l.diuus.in uer.ulterius quæro.& in l.j.§.quod ad denũciationẽ.in pe.q. ff.ad Turp.& Sali.in d.l.ea quidem. in prin.in uerſic.quartò quæro circa ipſius conſtitut. licet ſecundũ Ro.in cõtrariũ poſſet argui, ex no.per Bal. in d.l.decuriones. C.de infa.quia licet maleficiũ nõ puniatur, tamẽ maleficiũ eſt: ut l.ſi uxori.ff.de furt. & l.reſpiciendũ.§.facta.ff.de pœn.ſed Ro. in d.§.maritus.tenet opi. Bar.pro quo allegat tex.& ibi Bald.in l.j.& ij.C.ut nemo priuatus. ſed uide quæ dicã infrà in iſta glo.in uer.quæro, utrũ maleficiũ cõmiſſum per Titiũ caſu fortuito, &c.

AVG. Tu autẽ in hac materia adde, ꝙ cõtra iſtam cõmunẽ ſententiã alleg.bo.tex.in l.ſi ſeruus.C.de his qui ad eccl.cõfu.& ibi Bar.dicit, ꝙ ſi delictum eſt cõmiſſum in caſu permiſſo à lege, quia occidi Titiũ ad mei defenſionẽ, ꝙ iſta accuſatio nõ debet recipi. pro hac parte allego etiã doctrinã Bar.per illũ tex.in l.cũ quidã.§.fi. ff.de acquir.hær.& in l.ſi.qui dicit, ꝙ ſtãte ſtatuto, ꝙ fama præcedẽte ſyndicus teneatur denũciare omnia maleficia: ꝙ ſi fama præcedit, ꝙ ſyndicus ipſe cõmiſit delictũ, & ſyndicus in ueritate ſcit ſe nõ cõmiſiſſe delictũ, ꝙ

 iſto caſu

iſto caſu ſyndicus nõ denũciãdo nõ
incidit in pœnã. nihilominus allego
Pet.de anch.in ꝓpriis terminis teti-
giſſe iſtã difficultatẽ in cle. ꝑſenti.ex
trà,de cẽſi. ubi facit mẽtionẽ de illa
doctrina Bar.in d.l.fi. §.diuꝰ. & tãdẽ
arguit ꝓ & cõtra.& approbat illã do
ctrinã Bar.ꝙ imò ſyndicus tale male
ficiũ tenet̃ denunciare:& iſta opi.mi
hi placet.Limito tamen cõmunẽ opi
nionẽ, niſi notoriũ eſſet illum occi-
ſum fuiſſe bannitũ:quia tunc malefi-
ciũ non tenetur denũciare. Itẽ cõem
opin.limit.Ang.in l.ne qs uela. C.ut
nemo pri.titulos ꝑdiis ſuis imponat.

8 *Denunciator, an quẽlibet delinquen-
tem denunciare teneatur.*

ANGELVS.

8 *QVAERO,an quẽlibet delin
quẽtẽ denunciare teneat̃.Bart.in d.l.
diuus.in uer.quæro utrũ iſte denun-
ciator.dicit,ꝙ nõ:ſed ſolùm quos ac
cuſare poſſet:ut l.iniquũ.& l.pe.& fi.
C.ꝗ acc.nõ poſ.ſed Sal.in d.l.ea qui-
dẽ.in uer.q̃ro an quẽlibet delinquen
tẽ.in cõtrariũ allegat neceſsitatẽ pu
blici officii.facit l.quæſitũ.ff.de in ius
uoc.ſed reſpõdet, ꝙ ibi loquitur in
tutore,nõ tamẽ in accuſatiõe, quam
nec tutorio nomine gerere põt. C.ſi
tutor nõ geſſer.l.j.ſed quia officium
iſtius eſt principaliter deputatum ad
maleficia denũcianda:ideo uidet̃, ꝙ
apud eũ ſint partes iudicis. hinc eſt,
ꝙ Romulus fecit mori fratrẽ, ꝗ trãſ-
cendit muros, quaſi uiolata lege.l.fi.
ff.de re.iud.& deſertorẽ militię filiũ,
pater defert & denũciat.l.milites.ff.
de re mili.& tutor noĩe pupilli cõtra
patronũ implorat officiũ iudicis, &
ſuſpectũ iudicẽ denũciat:ut d.l.j.ſi tu
tor nõ geſſerit.Itẽ qa nõ facit ut ip̃e,
ſed tanq̃ alius:ut C.de admin.tut.l.cũ
quidã.& hoc credo uerũ.facit l.mini
mè.ff.de religio.& ſumptib.fune.

AVG.Tu autẽ in hac materia ad-
de,ꝙ ueritas iſtius difficultatis depẽ
det ab illa q.quæ fuit diſputata ſuprà
in hac gl.in ij.q.principali. ubi Bart.
uoluit,ꝙ omnis qui admittitur ad ac
cuſandum, admittatur etiam ad de-
nunciandum,aliàs ſecus:quæ conclu
ſio an uera ſit uel falſa,dic ut ibi.

9 *Denunciator an excuſetur à denũciã
do,ſi ignorat nomen illius qui malefi-
cium commiſit.*

10 *Syndici qui uolunt ſe excuſare ſuper
ignorantia, debent probare de diligen
ti ſua inquiſitione.*

ANGELVS.

9 *QVAERO, an excuſet̃ ex eo
quia ignorauit nomẽ illius ꝗ malefi
ciũ cõmiſit.Bar.in d.l.diuus.in uer.ul
terius circa legẽ noſtrã.dicit, ꝙ ſic.ꝑ
l.ſi ideo.C.de his ꝗ.ut indi.ſed Bal.in
l.duobus. §.fi.ff.de iureiur.dicit,ꝙ ſi
ignorat̃ quis,licet ſciat̃ ꝙ maleficiũ
ſit cõmiſſum:puta in multitudine ho
minũ eſt cõmiſſum maleficiũ,& igno
rat̃ qs cõmiſerit:uel de nocte eſt cõ-
miſſum,& ſyndicus fecit priuatã in-
quiſitionẽ: uel in domo,uel in uilla,
ꝙ excuſat̃. per l.ſi cũ exceptiõe.§.in
hac.ff.ꝙ met.cau.ſed Sal.in d.l.ea q-
dẽ.in uerſi.ſextò q̃ro,an excuſetur.di
cit,ꝙ põderãda ſunt uerba ſtatuti lo
quẽtis de his denũciatoribꝰ,quia aut
ſint ſcripta in rẽ, aut in perſonã, aut
utroq; mõ:ſi ĩ rẽ,ut puta ſyndici uilla
rũ teneant̃ denũciare oĩa maleficia
ĩ uillis eorũ cõmiſſa:& tũc licet igno
ret à quo ip̃m maleficiũ ſit cõmiſſum
tñ ip̃m maleficiũ denũciare debet.ſi
uerò loquit̃ in ꝑſonã:puta ꝙ denun-
ciet ſyndicus oẽs ꝗ maleficia cõmiſe
rint:tũc ſi ignoraret malefactorẽ,nõ
tenetur



tenetur denũciare maleficiũ: qa de-
nũciatio maleficii, tũc in cõſequen-
tiã uenit ad denunciationẽ perſonæ
maleficiũ cõmittẽtis. Et ad hoc bene
facit d.l.ſi ideo. Si uerò utroq; mõ
ſint ſcripta, ut denũcient oĩa malefi-
cia in eorũ uillis cõmiſſa,& oẽs per-
ſonas quæ illa cõmiſerint:& tũc licet
malefactor ignoret̃, non excuſatur
ſyndicus ad denũciationẽ maleficii,
ſicut in ſimili de ꝑceptis factis ab ar-
bitro.l.Celſus.§.j.ff.de ar.Sed aduer-
a tas, quia iuſta cauſa ignorantiæ [a] ad
excuſandũ ſyndicũ eſt,ſi maleficium
ſit clã & occultè de nocte cõmiſſum,
uel in loco in quo homines de raro
uadunt.l.j.§.occiſorũ. & ibi omnino
uide Bar.ff.ad Silla. & in l.ſemper. §.
ſuper hoc interdicto. ff.quòd ui aut
clã.& ibi Bar.& in l.auus.& ibi Bart.
ff.de cal.& Bart.in d.l.diuus.in uerſi.
ſed quid ſi nõ denũciauit intra tem-
pus.facit quod no. Bart.in l.fi.ff.ſi qs
teſta.liber eſſe iuſſus fuerit.& qđ no.
Bal.in l.id quod pauperibus.C.de e-
piſcop.& cleri.in l.ſi quis non dicam
rapere. C.de ſacroſanctis eccleſiis.

ADNOT. a ¶ Iuſta cauſa igno
rantiæ. *Adde tu ꝙ tẽpus non currit ſyn
dico,niſi à die ſcientiæ.ita Ro.in cõſil.cc-
xvij.& ꝙ non teneatur denunciare ma-
leficia facta clam.Adde eundem Rom.in
conſi.vij.& Alex.in conſi.xxiij. in ij.uo-
lu.& uide ad hoc latè per Bar. in conſil.
ſuo inci.clariſsime do.Ber.*

AVG.Tu autẽ in hac materia ad
de,ꝙ nemini dubiũ,ꝙ ignorãtia ex-
cuſat ſyndicum,qui tenet̃ denũciare.
ita uoluit Ang.per illũ tex.in l.ſi cum
exceptione. §.in hac actione.in j.co.
ff.ꝙ me.cau.& ibi ponit etiã exẽplũ,
quãdo maleficiũ de nocte fuit cõmiſ
ſum,uel in multitudine,& ignoratur
quis cõmiſerit. & ꝙ ignorantia excu
ſet,uoluit Ang.per illũ tex.in l.ſem-
per.§.hoc interdictũ.ff.qđ ui aut clã.
& eſt bonus tex.in l.j.C.de fal.mone.
& ibi Bal.põderans illũ text.ibi tamẽ
dicit, ꝙ licet ignoret à principio, ſi
tamẽ poſtea ſuperuenit ſciẽtia,tenet̃
ſyndicus denũciare.ad idẽ eſt bonus
tex.& ibi Bal.in l.cũ ancillis.C.de in-
ceſtis nup.ubi per illũ tex.idem dicit
Bal.quòd ignorãtia excuſat ſyndicũ:
tamen ſi ſuperuenit ſcientia, tenetur
poſtea denunciare, per illũ tex.& ibi
diſputat,qđ ſi finito officio poſtea ſu
peruenit ſcientia?& de hoc infrà etiã
dicetur.& in tantũ ignorãtia excuſat
ſyndicũ,ꝙ ſi ſtatuto cauetur,ꝙ ſyn-
dici teneantur denũciare maleficia,
nec apponit̃ quãdo,ſemper intelligi
tur à tẽpore ſcientiæ: nec intelligas
ſtatũ à tempore ſciẽtiæ ſyndici, hoc
eſt cũ præcipiti feſtinãtia,ſed ꝑquiſi-
ta ueritate.ita uoluit Bald.in d.l.cum
ancillis.in argumentũ allegat bonũ
text.in l.ij.§.confeſtim. ff.ad Tertul.
10 *Tene tamen menti in hac materia
unũ ſingulare uerbũ, ꝙ ſyndici qui
uolunt ſe excuſare ignorantia, nun-
quã erunt excuſati, niſi probẽt de di-
ligenti inquiſitione.eorum aurea eſt
doctrina Bal. per bonas rationes in
l.j.C.ad Mac.quã doctrinã ſemper te
neas menti:qa aliàs regulariter igno
rãtia præſumitur,ut ibi not. Adde ta
mẽ ꝙ do. Ant.de but.in c. ab excõi-
cato.extrà de reſcrip.faciẽs mentio-
nẽ de do.Bart.dixit, ꝙ licet ſcientia
præſumatur in ſyndico cõmiſſo de-
licto:tamẽ eoipſo ꝙ probat ſe inue-
ſtigaſſe malefactores, & iurat etiã ſe
nõ potuiſſe inuenire,hoc modo pro
batur ignorãtia.dic ut ibi ꝑ eũ.In hac
materia uide pulchrum cõſiliũ Paul.
de caſt.

de ca.cõſti.ccxxvj.de quadã muliere, q̃fuit impregnata:an tale delictũ debeat denũciari poſtquã peperit:& an tale tempus ſit continuũ,uel utile,& currat ignoráti. & uide Alb.de roſa.
in iij.parte ſtatutorũ. q.lxxx. qui ponit,an iſti teneantur denunciare furta nocturna & ſimilia : uel ſi maritus de nocte occidit uxorem.

11 *Syndicus ſi præuentus fuerit in denunciando ab iniuriato,uel à iudice inquirente,an puniatur.*

ANGELVS.

11 * QVID ſi fuit ſyndicus in denũciãdo præuẽtus ab iniuriato,uel à iudice inquirente,an puniat̃ ſyndicus? Rñdeo,ꝙ nõ põt ei negligẽtia imputari.l.j.§.eleganter.ff.de lib.agno. & uide oĩno Bar.in d.l.diuus.in uer.qd ſi talis denunciator. & Salic.in d.l.ea quidẽ.in uer. nec præuenientia accuſatoris.de hac tamẽ materia latius dicetur infrà in uerſ.quid ſi debet ſyndicus denunciare. & ego ibi dicam: & uide Bar.in l.ſororem.& ibi Bal.& Ange.C.de his qui.ut indignis.

AVG. Tu in hac materia adde Alber.de roſa. in ij.parte ſtatu.q.lxij. qui eleganter loquitur.

12 *Denuncians nõ debet ſe ſubſcribere ad pœnam talionis.*

ANGELVS.

12 * QVAERO, an denũcians debeat ſe ſubſcribere ad pœnam talionis.dic ꝙ nõ, ut eſt caſus in d.l.ea q̃dẽ.nõ ob.l.fi.eo.tit.qa ibi loquitur in accuſatore,nos loquimur in denũciatore:ita dicit Bar.in d.l.diuus.in uer. quæro utrũ ille q̃ denũciat.& Sali.in d.l.ea quidẽ.in uer.q̃ro, an denũciãs.

AVG. Adde tu,ꝙ iſtud idẽ uoluit Bal.in l.ea quidem.C.de accu.in uer. quæro utrum ordo iuris ſit ſeruãdus ſuper notorio. Et melius Ang.in d.l. ea quidẽ.in fi.j.col.& dicit,ꝙ ita ſeruatur de cõſuetudine. Adde tamen, ꝙ licet ſyndicus nõ teneatur ſe ſubſcribere:tamẽ illa denũcia ſua quam
a facit iudici,debet eſſe in ſcriptis.[a] Ita uolunt docto.maximè Bal.in l.fin.C. de neg.geſt.per bonas rationes.

ADNOT. a ¶In ſcriptis. *Adde tu circa hoc,& uide Alex.de* Imo.*in cõſi.lxxj.in iij.uolu.*Ber.

13 *Denunciari an debeant ſolùm maleficia notoria.*

ANGELVS.

13 * QVAERO,an maleficia notoria tantùm poſsint denũciari. Cy. & alij doct.in l.ea quidem. C.de accuſ. dicunt, ꝙ illa notoria tantũ poſſunt denunciari.Sed Sali.ibi.in uer. octauò quæro,quæ delicta &c. tenet contrariũ,ꝙ etiã non notoria debẽt denũciari , dũmodo probari poſsint.l. j.§.quies.ff.de offi.præf.ur. & d.l.diuus. uel dic, dicit ipſe , quòd maleficia debent eſſe notoria : ſed non eſt neceſſe malefactorem hoc notoriè feciſſe, uel notoriũ eſſe : ideo iudex inquirit an perſona denunciata illud crimen fecerit necne: & ſic concordat opiniones.

AVG. Tu autem in hac materia adde,& dic ꝙ imo de iure ciuili nemo admittitur ad denũciandum,niſi ſit deputatus de publico: & opus eſt ꝙ crimen ſit notorium. Et iſte eſt caſus in dicta l.ea quidem. & ibi Bald. ſummat hoc modo illum text.ſed de iure canonico,quilibet bonæ famæ, motus bono zelo,admittitur ad denunciandum , præcedente primò admonitione charitatiua : per text. in capitu. qualiter & quando. el ij. extrà, de accuſat. Et ideo Angel.in

dicta



d.l.ea quidẽ.in prin.dixit,in foro ciuili ſeruabis leges:in foro canonico ſeruabis canones.Et hoc eſt qđ uoluit dicere Gãdi.in tra.malefi.in rub. qualiter procedatur in malefic . per uiã denũciationis.& Spe.in ti.de denunciatione.§.j.in j.& ij.col.qui ponit de denunciatione iudiciali.

14 *Denunciatori an credatur : & ſic an denunciatio habeatur pro plena probatione.*

15 *Officiali creditur , & eius dicto ſtatur : & ſi ſtatuto hoc expreſsè dicatur,intelligitur donec denũciatus probauerit contrarium.*

16 *Denũciatori an credatur,donec probetur cõtrarium:& ſi contrarium probari poteſt etiam ſi ſtatuto cauetur, quod eius dicto uel iuramento ſtari debeat.*

17 *Stante ſtatuto,quòd ſtetur dicto alicuius:poteſt probari contrarium.*

18 *Statuto dicente,quòd de damno dato ſtetur iuramento accuſatoris uſq; ad quantitatem decem librarum,licet accuſator iurauerit,tamen iudex poterit taxare prout ſibi uidebitur falſitatẽ uel calumniam continere.*

19 *Si inquiſitor hæreticæ prauitatis aliquem de hæreſi condemnauit , & ad iudicem ſecularem remiſit puniẽdum: an requiratur nouus proceſſus.*

ANGELVS.

14 * QVAERO, an denunciatori credatur : & ſic de effectu huius de-
b nunciationis,an habeatur pro plena probatione.Bar.in l.diuus.in uer. quæro quis ſit effectus denunciationis.concludit quòd talis denunciatio in delictis grauibus non facit plenam fidem.d.l.ea quidẽ.ſi uerò delicta non ſunt grauia,Barto.diſtiguit: quia aliquando ponitur denunciator ad denunciandum illud , quod inuenit uerè: & illud,quod ipſe uidit exemplum.mittitur aliquis ad inueſtigandum ludentes per ciuitatem: & tunc creditur tali officiali referenti:ut dicto §.quies.Si uerò non mittitur ad referendum quæ uidit , ſed quæ auditu percipit ex relatu aliorum : & tunc ei non creditur ad pu-
a niendum,ſed ad inquirendum, [a] ut d.l.diuus.ſed de hoc latius per Bart. in l.diuus.in uer.ſed quoniam dixi. ſed fortius,nec etiam creditur iudici,ſicut dicimus , in iniquiſitore hæreticæ prauitatis , qui cõdemnatum de hæreſi tradit puniendum iudici ſeculari : nam tunc iudex ſecularis non tenetur ſtare proceſſui inquiſitoris:ſed poteſt de nouo crimẽ examinare , & nouũ proceſſum facere. auth.de ſanc.epiſ.in §.ſi uerò crimẽ. ita dicunt Guil.& Bart.in d.l.diuus. ſed Salic.in d.l.ea quidem.in prin.in uer.x.quæro.dicit,caue tibi:quia d.§. ſi uerò crimen. loquitur quando epiſcopus remittit degradatum condẽnandum : nos uerò loquimur in iam condemnato, cuius executio mandatur iudici ſeculari:tamen non habet ipſe cognoſcere de uiribus ſententiæ:ſicut nec in ciuilibꝰ,cùm unus iudex alii reſcribit, ut exequatur reſcribentis ſententiã:ut C.de iud.l.propeiãdum. §.ſin autẽ reus. & pro hoc bene facit c.ſuper eo. de hære.li.vj.ubi
b dicitur,ꝙ hæretici [b] deprehenſi per inquiſitorem, ſine ulla audientia relinquãtur iudici ſeculari: & ſic executor merus eſt iudex ſecularis:ut eſt caſus in c.inquiſitionis tenor.de hære. li.vj.ubi dicit̃,ꝙ ſentẽtiã inquiſitoris, uel epiſcopi,iudex ſecularis debet ſine mora cõtra ipm̃ de hæreſi dãnatũ



executio

executioni mandare. Præterea caue,
ſecundum Salic.ibi,licet cognitio &
cōdēnatio de hæreſi olim ſpectaret
ad iudicē ſecularem:ut l. cuncti. & l.
quicunq;.C.de hære.tamen ſecus'eſt
hodie de iure canonico : ſed ad in-
quiſitorē hæreticæ prauitatis, uel ad
epiſcopū tātùm : ita quòd nō ad iu-
dicem ſecularē : & ideo ceſſaret §.ſi
uerò crimē.& ibi no.gl.& habet locū
§.ibi ſequēs:uidelicet §.ſi autē eccle
ſiaſticū.eſt autē crimē hæreſis eccle-
ſiaſticū tantùm:ut habetur in d. c. Et
aduerte, quòd inquantū ſuprà dictū
eſt,ſecūdum Bar.quòd creditur offi-
ciali quando mittitur per ciuitatē ad
uidendū ludētes, uel portātes arma:
nam hęc doctrina uenit limitāda per
quandā auream deciſionem Iaco.de
But.in l.j.C.de re iudi.ut refert Salic.
in d.l.ea quidē.in d.loco.& in d.uer.
15 uidelicet,quòd* ei creditur, & dicto
ei⁹ ſtatur:& ſi ſtatuto hoc expreſsè di
catur, intelligitur donec denuncia-
c tus [c] probauerit contrarium. d.l.j.C.
de re iudi.Et in hac materia pulchrè
hoc no.Ang.& Imo.in l.qui bona.§.
qui damni.ff.de dam.infec.& ibi con
cludit Imo. quòd aut ſtatutū uel lex
dicit ſtari debere ſimplici dicto alicu
ius, aut ſtari debere ſacramento ali-
cuius.Primo caſu uidetur,quòd intel
ligatur ſtari debere in dubio : niſi
aliud in contrarium probaretur:etiā
ſi fortè ſit talis qui ſit officialis,& iu-
rauerit fideliter exercere officiū, per
no.per Iac.de But.in l.j.C.de re iudi. b
Secundo caſu principali : aut lex uel
ſtatutum uult ſtare ſacramēto alicu- c
ius præcedente contumacia alterius
cum dolo,de qua cōſtat:& tūc uide-
tur,quòd ſtari debeat iuramēto , nec
contrariū probari poſsit, per ea quæ
habentur in auth. ſed nouo iure. de
ſeruis fug. & l.ſi quādo.C.unde ui.&
c.ſi. extrà quòd met.cau. & hoc ope-
ratur delictū delinquentis : de cuius
delicto aliàs conſtat:aut non conſtat
aliter de delicto,& tunc aut lex dicit
in ſubſidium ſtari debere ſacramen-
to , & nō poteſt probari contrariū.c.
ſtatutū. §.j.de reſcri.lib.vj. & in Spe.
de offi.iud.in fi.& ibi per Io. And.ra
tio , quia iuramentū etiā ſuccedit in
locum alterius probationis:& nō eſt
dubium,quòd ſi alia probatio fieret,
nō poſſet contrariū probari.aut lex
uel ſtatutum dicit ſimpliciter ſtari ſa
cramēto:& tunc ſi ſumus in ſpiritua
libus , poterit iudex ex officio , non
obſtante ſacramento , inquirere ue-
ritatē,per ſuprà dicta:aut non in ſpi-
ritualibus,& tunc ſi expreſsè nō diſ-
ponatur in caſu quo quæritur, ſed
ſit extenſio per quandā ſimilitudinē:
tunc uidetur poſſe probari contra-
rium,per no.per Io.And.in c.ij.de iu
reiur. aut expreſsè diſponit in caſu
quo quæritur : & tūc eſt dubium.Nā
uidetur,quòd amplius nō debeat agi
tari, ne periuriū detegatur:ut l. nam
& poſtea. §.j. ff. de iureiur. quod ta-
men intellige ut ſuprà dixi : aut ali-
ter conſtet de maleficio , aut non:ut
plenè colligitur ex no.per Imo.in d.
l.qui bona.§.qui damni.

ADNOT. a ¶ Sed ad inqui-
rendum. *Adde quòd Bar.in d.l.diuus.*
*ſequitur do.Alex.in conſ.j.in iiij.uol.*Ber.
¶Hæretici. *Vide Ang.infrà in ſua ad-*
*di.in ſi.& quæ ibi ponit* Hiero.chu.
¶Denūciatus. *Adde tu,& dic quòd*
*ſtatutum poteſt diſponere,quòd ſtetur di-*
*cto ſaltuarii,uel officialis.ita* Ful.*in conſ.*
*cxxxvj. in iij.col. & quid operetur tale*
*ſtatutū,& qualiter denūciare debeat,&*
*qualit*



*qualiter fides de denunciatione iudici ſit*
*facienda:per* Alex.*latè conſil.lxxj.in ij.*
*uol.& quòd probatio facta per iuramē-*
*tum uigore ſtatuti poſsit reprobari,uo-*
*luit* Rom.*in conſil.cij.& uide circa hoc*
Alex.*de* Imo.*ind.§.damni.*Bernard.

AVGVST. Et ita in hac difficul
tate quieuit ſpiritus horum patrū no
ſtrorū. Sed quia hæc materia quoti-
diana & utilis eſt,ideo altius ſcribam
in hac materia, & multa allegabo
iſtis incognita. Tu ergo in hac ma-
teria adde primò Gandi.in trac. ma-
leficiorū.ſub rub.quomodo de male
fic.cognoſcatur per denuncia.in j.&
ij.col. latè diſputat iſtam materiā,an
iſtis denūciatoribus credatur:& ſal-
tuariis, & ſyndicis. & ibi dicit, quòd
licet de cōſuetudine ſeruetur ſecun-
dū uarietates locorū ,quòd ipſis cre-
ditur:tamē uidetur, quòd de iure nō
eſt ipſis credendū:quia habetur loco
unius teſtis,& uni teſti nō creditur.l.
iuriſ.C.de teſt.Itē ſoli arbitro nō cre
ditur.l. ne in arbitris. C. de arbit.Itē
hoc uidetur uelle Accur.in l. ea qui-
dē.C.de acc. Itē ubi agitur de crimi-
ne,probationes debēt eſſe luce me-
ridiana clariores.l.ſciāt.C. de proba.
& ecōtrà,quòd ipſis credatur arguit:
quia iurauit bene & legaliter ſuū of-
ficiū exercere:unde nemo præſumi-
tur immemor ſalutis ęternę.l.ſi.C.ad
legē Iul.repet. Itē omnia quæ in iudi
cio aguntur , ſolenniter præſumun-
tur acta.l.ſciendū.ff.de uerb.obli.Itē
pro hac parte ſolet allegari in d.l.ea
quidē.unde pro cōcordia dicit Gan
di. quòd ſi iſti ſyndici ſunt deputati
ad denūciandū maleficia , & ipſis nō
creditur:aut officiū horū non cōſi-
ſtit tantū in denunciando, ſed in in-
quirendo & cognoſcendo ; ut quo-
ties ipſi uadunt cū notario,uel iudex
cum familia diſcurrendo ciuitatē de
nocte,& uidet , & inuenit aggreſſo-
rē,uel maleficiū cōmittentē : aut ho-
mines eūtes de nocte,uel arma por-
tātes uetita:uel uictualia,uel alia ue-
tita per ſtatutū : nam tunc & eo caſu
ſatis dici poteſt , & uidetur tale eſſe
indiciū , ex quo iudex uel poteſtas
poſsit ſententiā diffinitiuā ferre,nul
la alia ſuper eo exceſſu probatione
reperta:quoniā tale factū dicitur eſ-
ſe iudici notorium,& ſibi uidetur de
eo exceſſu cōſtare,nō ut priuato,ſed
ut iudici:arg. ff. finiū regun.l.ſi irru-
ptione.§.ſi.& ff.de offi. præſi.l.illici-
tas.§.ueritas. ſatis dicitur cōſtare de
crimine, quod oculis ſubiicitur iudi-
cis more iudiciario inquirētis : cum
oculorū inſpectio pro quadā ſpecie
probationis habeatur.l. lex quæ tu-
tores.C.de adm.tu. nō ob. quod di-
ctum eſt ſuprà , quòd officialibus nō
eſt credendū:ut l.diuus.ff.de cuſtod.
& exhi.reo. & C.de accuſ.l.ea quidē,
quia illud uidetur intelligi, cum offi
cialis officiū ſolùm in denuncian-
do,& non inquirendo & cognoſcē-
do conſiſtit:arg.l.j. §.quies.ff. de of-
ſi. præf.urb.& l.magis puto. §. ne ta-
16 men.ff.de reb.eorum. * Sed aduerte
inquātum d. Ang. ſuprà tetigit illam
difficultatem, an eis credatur donec
probetur contrariū : & ſi contrarium
probari poteſt:etiā ſi ſtatuto caueatur,
quòd eius dicto uel iuramento ſtari
debeat:quia iſte eſt pulcher paſſus &
quotidianus, ideo lati⁹ ipſum exami
nabo:quia ſæpe occurrit de facto:&
primò uide d.Abb.in conſi.ſuo lij.&
adde inquantū d. Ang. hìc refert illā
doctrinā Imo. in d.§. qui damni. qui
dicit,quòd ſi ſtatutū uult,quòd ſtetur


ſacra

ſacramento alicuius præcedēte dolo
uel cōtumacia alicuius cōtra quē iu-
ratur. de quo dolo uel delicto con-
ſtat, & tunc nō poteſt probari cōtra-
riū cōtra iuramentū:dic quòd Inno.
tenet cōtrariū in c.fi.extrà quod met.
cauſ.quē ſequūtur Io. And. & d.Ant.
de But.ibi:quia imò ſi iurans taxabit
ultra debitū,iudex nō obſtante iura-
mēto faciet taxationē iuſtam.& licet
Imo.in d.§.qui dāni.nitatur reproba
re ſententiā Inn.tamē allego ipſum-
met Imo.approbaſſe illā ſententiam
Inn.in hac materia.nā Imo.in l.quod
iuſsit.ff.de re iudi. approbauit ſentē
tiam Inno. in d.c.fi.& ipſemet Inn.in
d.c.fi. dixit hoc. & Imo. in l.ait præ-
tor.§.j.ff.de re iudi.nec obſt. d.auth.
ſed nouo iure.quia ille tex.debet in-
telligi quādo fuit iuratū, & pars ad-
uerſa non contradixit, & probatio-
nes in cōtrariū nō fecit: & hæc pars
corroboratur ratione uiua: quia eſt
maior dolus falſum iurantis:qui par
tem,& etiā Deum offendit.c.debito-
res.de iureiu.l.ij.C.de reb.cred.quàm
ſit cōtumacia illius qui tantū iudicē
cōtemnit.dolus enim culpæ præpon
derat.l. itē ſi obſtetrix.§.fi.ff. ad legē
Aqui.& nō licet aduerſus delinquen
tē ſe uindicare per uiā delicti ſeu per
iurii.l. ſi quis à ſe fundum. C. ad legē
Iul.de ui.& ſic iſta uidetur eſſe com-
munis opi.& Ro.in d.§. qui dāni.ui-
detur approbare iſtā ſententiā: licet
Imol. in d. §.qui dāni.uideatur aliter
17 intelligere dictū Inn.in d.c.fi.* Item
inquantū ſuprà dictū eſt,ꝙ ſi ſtatuto
cauetur,ꝙ ſtetur dicto alicuius,quòd
tunc poteſt probari contrariū. Adde
ꝙ etiā iſtā ſententiā tenuerunt Bal.&
Sal.in d.l.j.C.de re.iur.&Pau.de Caſt.
per illam glo.in l.ij.§.fi.abſens.ff.ſi ex
nox.cauſa aga. & ſequitur Bald.in l.
pe.C. de peri.tut. ubi pro hoc addu-
cit multa.& Ang.in l.diuus.de teſta.
mili.& Pet. de Anch. in repetitione
c. canonū ſtatuta. extrà de conſti.in
uerſi.ulterius quæro,ſtatuto cauetur,
quicquid in hoc articulo dixerint Ia.
de are.& Cyn.in l.j.C. ſi aduerſus li-
bertatē,limitarē prædicta,niſi ſtatutū
ultra figeret pedes, prohibēs cōtra-
riū poſſe probari:arg.l.fi. circa prin-
cipiū.cum ibi no.C.arb.tut.& l.diem
proferre.§.ſtari. ff. de arbi.niſi quis
uellet probare per modos per quos
admittitur probatio contra præſum-
ptionē iuris & de iure, quæ regula-
riter nō recipit probationē in con-
trariū:de quibus modis tangitur per
Ro.in l.ſi duo.ff.de acqui.hæred. per
Moder.in l.inter ſtipulantē.§.j.ff. de
uerb.obl.per gl.in auth.ſed iā neceſ-
ſe.& in corpore unde ſumitur.C. de
do. ante nup. & ibi per Doct.& per
Doct.in c.ei qui.extrà de ſpōſalibus.
& Albe.de roſa.in ij.parte ſtatutorū.
q.xij.ibi tenet, ꝙ poteſt probari con
trariū,niſi ſtatutū expreſsè uellet, ꝙ
omnino credatur officiali denunciā
ti uel accuſanti. ſed dubiū eſt maxi-
mū,quid ſi ſtatuto cauetur, ꝙ ſtetur
ſacramento alicuius:an ſtabitur do-
18 nec contrariū probabitur?* Addatis
ultra ſuprà allegata, ꝙ Ang.in auth.
de exhi.& introdu.reis.in prin.dicit,
ꝙ licet ſtatutū dicat,ꝙ de dāno dato
ſtetur ſacramēto accuſatoris uſq; ad
quātitatē decē librarū.certè licet ac-
cuſator iuret:tamen iudex poterit il-
lud iuramētū taxare,prout ſibi uide-
bitur tale iuramētū falſitatē uel calū-
niā cōtinere.& hoc dicit probari per
illū tex.& per text.in d.§. qui dāni.&
idē dicit Ang. in l. qui uas. in prin.ff.
de fur



de fur.qui per illū text.dixit, ꝙ licet
de iure cōmuni,uel ex forma ſtatuti
de robaria ſtari debeat ſacramento
paſsi furtū uel robariā: ſi tamē accu-
ſatus probat de uera æſtimatione,nō
eſt ſtandū ſacramēto. Et idē dicit in
ſaltuario, ꝙ ſuper damno dato,de-
bet ſtari eius ſacramēto:tamē uerita
te probata,receditur à iuramento:li-
cet Iac.in l.j.aliàs fi.C.ſi aduer.liber-
ta.dixerit ſtandū eſſe ſacramēto, ſed
puniendū eſſe ſaltuariū. & quod di-
xit Ang. in d.l. qui uas. & idē dixit in
l.qui reſtituere.ff. de rei uend. cōfir-
matur hæc ſentētia autoritate Bal.in
c.j.in j.col.in tit. ſi de inueſtitura in-
ter do. & uaſ.lis oriatur.qui dicit,ꝙ
ſi ſtatuto cauetur, ꝙ ſtetur iuramēto
alicuius, niſi ſtatutū figat pedes ibi,
& nolit ultra de periurio inquiri,po
terit probari cōtrariū.alleg.not. per
Ia.de But.in d.l.j.C.de re iudi. & idē
Bal.in l.j.C.de re.cre.&ibi expreſsius
Sal.& Sali.ibi allegat Ia.de But. in d.
l.j.& ij.licet Ia. de are. contrariū dixe
rit in d.l.j.C.ſi aduer.libe. idem dixit
Pet.de Anch.in regula,ſemel malus.
de re.iur.lib.vj.in iiij. charta. & Sal.
in d.l.cōtra negātē.C.ad legē Aquil.
& idē dixit d.Abb.per illū tex.iuncta
glo.in c.propoſuiſti.extrà de proba-
tionibus.& idē dixit do Abb. per illū
tex.in c.cōtinebatur. extrà de deſpō.
impu.& ibi reprehendit doctrinā Ia.
de are. in d.l.j.C.ſi aduer.lib. & uide
quæ dixit Ang.in l.uideamus.§. iura
re.p illā gl. ff.de in litē iuran. & Pau.
de Caſt.in l.fi.ff.de prætori.ſtip. Et de
materia pulchra uerba.in l.fi.ff.quòd
met.cau.Sed adde,quòd contrariam
ſentētiā tenuit Alberi.de Roſ. in ele
gāti ſuo opere ſtatutorū. in ij. parte.
q.lxxxij.quæ incipit,ſed pone ſtatuto
Bononiæ cauetur.ubi dicit, de dāno
dato ſcholaribus ſtetur eorū ſacra-
mēto,& damnū fuit modicū,& ſcho-
laris iurauit de maiori ſumma:ꝙ iu-
dex facta inquiſitione ueritatis,nō re
tractabit illud iuramētū.Idē dicit Al-
be.de Roſ.in d.l.j.C.ſi aduerſ.li.& di
cit,ꝙ ad hoc allegat l.j.ff. ſi mēſ. fal.
mod. idē uidetur uelle Bal.in d.l.ait
prætor.in prin.ff.de iureiu.Et aduer-
te,quia in hac materia ego ſcripſi ul
tra oēs Doct. in d.l. qui bona. §. qui
dāni.ff.de dā.infec. Ideo me remitto
ad dicta per me ibi.Et aduerte,ꝙ li-
cet ſtatutū uelit quòd denunciatori
credatur:tamē poterit opponi, ꝙ eſt
ferenſis,pauper,& bānitus,& alia.ita
conſuluit Pet.de Anch.in conſil. ſuo
19 ccccxvij.* Et inquātū ſuprà dictū eſt:
an ſi inquiſitor hæreticæ prauitatis
cōdēnauit aliquē de hæreſi, & remi-
ſit ad iudicē ſecularē ut eū puniat,an
requiratur nouus proceſſus. Adde
omnes Doct.in l.magiſtratibus.ff.de
iuriſdi.om.iud.& in l.diuus.ff.de cu-
ſto.& exhi.reo.& Bar.in l.j. ff. ſi quis
ius di.nō obtemp.& uide gl. & Bald.
in auth.clericus. C. de epiſ. & cle. &
Ang.in d.l. diuus. dicit ꝙ canoniſtæ
tenent contra opi.Bar. & uide Pe.de
Anch.in c. at ſi clerici. extrà de iudi.
& Imo. in d.c.j.de offi.ordi. ubi re-
ſpondet ad d.§. ſi crimē. Et aduerte,
quia Imol.in d.c.j.dicit,ꝙ canoniſtæ
cōmuniter tenent opi.Bar.& de ma-
teria per Ang.in l.j.C.de exhi.reis.

20 *Denunciatores an debeant probare quod denunciant.*

ANGELVS.

20 * QVAERO,an iſti denuncia-
tores debeant probare quod denun
ciāt.& dic ꝙ ſic de iure,in d.l. diuus.
& l.accuſationē.§.denunciatores. ff.

ad Turp.ſed uſus hoc non admittit: ſed ſolũ nomina teſtiũ qui ſcire ppetrata dicuntur,poſt denũciationẽ in eadẽ ſchedula ſcribũt.Ita dicit Sal.in d.l.ea quidem.in prin.uer.xij.quero, an denunciatores.& ibi Sali. inquit, omiſsis uerbis Bar.in d.l.diuus. qui minus perfectè loquitur in hac materia,ꝙ aut denũciatores nõ probant: quia nec cauſæ aſsiſtũt,imo deſerũt: & tũc propter deſiſtẽtiã,pœna Turpiliani ſunt puniendi.d.§.denunciatores.qui ſic debet intelligi,ut faciat ad titulum.aut nõ probant, quia teſtes denunciationẽ nõ probãt.Et tũc aut quæris an pœna talionis puniatur:& dic quòd non.d.l.ea quidem. quæ dicit,ꝙ nõ tenetur ſe ſubſcribere: aut quæritur an extraordinariè puniatur:& tunc aut eorũ calũnia eſt præſumpta ex defectu probationũ, aut eſt euidẽs:ſi præſumpta, & tunc aut denũciator eſt uolũtarius, & eſt extra ordinem puniẽdus,niſi purget ſuã innocẽtiã:ut in c.fi.extrà de cal. aut eſt neceſſarius,quia ex neceſsitate officii hoc facit,ut d.l.ea quidem. & tunc præſumpta calumnia nõ tenetur, ſeu non punitur:ut d.l.diuus. in fi.quod intelligit Bar.extra ordinẽ iudicis arbitrio.d.c fi.& l.j.de uar. & extraor.cri.& Sal.ibi dicit iudicẽ ex qualitate calumniæ & doli,& ex circũſtãtiis ſeuerius pœnã falſi quãdoq; iniungere poſſe:arg.l.j.in princip.in uer.ij.& iij.ff.de falſis.

AVGVST. Adde tu,quòd uera eſt iſta concluſio,quòd denunciator, qui cõpellitur accuſare uigore officii ex debito, non punitur tanquã calũniator ſi deficit in probatione, propter regulã traditã in l.ij.C.qui accu.& ideo per illã legem Doc.ibi in d.l.ij.& canoniſtę, maximè do.Anto.de But.in c.cũ dilecti.extra de dolo & contu.in ſin.ult.col.tradunt iſtã regulam,ꝙ ille qui accuſat aliquem propter neceſsitatem officii,excuſatur à pœna calumniæ. intelligo ego de pręſumpta calumnia.Adde tamẽ, quòd ſi ſyndicus deficeret in probãdo,qui ſcienter aliquem falsò accuſauit,uel denunciauit,& ſic probare non potuit,tenetur pœna falſi.ita dicit Bal.in l.ij.C.de erro.aduo.in princi.& Bar.melius per illum tex.in l.lege Corne.§.fi.ff.de fal.& de materia uide aliquid per do.Anto.de But.in c.licet Hely.extra de ſimo.in v.colũ. uerſic.oppo.Secundò uidetur,ꝙ iſti denunciatores deſiſtentes debeant puniri.Et in hac materia in propriis terminis,adde gl.& ibi omnes Doc. in c.ij.extrà de calum.& per Alber. de roſa.in rubri.C.de monopoliis, ſed latiſsimè poſuit iſtã materiã Alber.de Roſ.in ij.parte ſtatutorum.q. cxviij.qui multas decisiones allegat.

21 *Iudex an poßit recipere in teſtem in proceßu inquiſitionis ipſum denunciantem.*

ANGELVS.

21 *QVAERO, an iudex poſsit denunciantem recipere in teſtem in proceſſu inquiſitionis. dicit Bartol. ꝙ ſic, in d.l. diuus. per c. licet Hely. extrà de ſimo. ſed Sali.in d.l. ea quidem.uer.xiij. quæro. dicit,quòd opi. Bart.eſt uera, ſi iudex non procedit ſuper denunciatione: ſed inquirit propter denunciationẽ, & fama eius aures reuerberãtem, ita quòd modo ſub diſsimulatione trãſire nõ poteſt. & ita loquitur c. licet Hely. ſed ubi ſuper denũciatione procedit:tũc denũciãs debet denũciare per idoneos teſtes,& nõ per ſe probare:ut d.l.diuus.& d.l.ab accuſatione.§.denunciatores.patet ratione,quòd iſto caſu ſi non probat denunciata, eſt puniendus: ut ſuprà dictũ eſt in proxima quæſtione:& per conſequens nõ eſt legitimus teſtis.ex quo tu iudex ſumas cautelã,ꝙ quando non haberes de delicto aliũ teſtẽ idoneũ, niſi officialẽ poſitũ ad denunciandum, quòd non procedas ſuper ipſa denuncia per uiã denũciæ: ſed per uiã inquiſitionis ex mero officio ꝓpter publicã famã præcedentẽ:& poteris dictũ ſyndicũ denunciandum.in teſtem examinare.quod tene menti.

AVGVST. Tu in hac materia
a adde tex.in terminis, [a] & ibi Bal.in c.in omni negotio.extra de teſti.ubi eſt tex.coniuncta gl.quòd denunciator poteſt eſſe teſtis.& ideo illũ text. ponderauit ibi Bal.ꝙ ſyndicus uillæ qui habet denunciare maleficiũ,poteſt etiã teſtificari de uiſis per eum: quia aliud eſt officium publici ſyndici,aliud teſtis.Item denunciat ſecundum conſcientiã publicã,ſed teſticatur ſecũdum propriã,& ſunt officia cõpatibilia:arg.l.ſi conſul.ff.de adop.unde non dubito,ꝙ ſiue procedat iudex per uiam inquiſitionis facta denunciatione,ſiue ſuper ipſa denũciatione,& ſyndicus facto maleficio,quod maleficiũ propter officium ſuum tenetur denunciare:tamen ſi uidit etiam fieri maleficium, ꝙ de ſuo uiſu poterit teſtificari:quia iſta ſunt diuerſa: ut dicit Bal.in d.c. in omni negotio.nõ ob.quia ſi non probat,punitur. nam reſpõdeo hoc falſum:quia imo excuſatur à pręſumpta calumnia:ut ſuprà dixi in proxi. quæſtio.& ſic approbo indifferẽter dicta Bart.in d.l.diuus.quicquid dicant hic Sal.& do.Ange.

ADNOTA. a ¶ In terminis. *Adde tu & uide per Fran.de Are.in cõſilio ſuo xiij.*

22 *Confeßio facta coram officiali denunciante uel remittente ad competẽtem, an ſit ſufficiens ad condemnationem.*

ANGELVS.

22 *QVAERO, an confeſsio facta coram tali officiali denunciante,uel remittente ad iudicem ad quem ſpectat denunciatio, ſit ſufficiens ad ipſius condẽnationem. Sal.in d.l.ea quidem.in prin.in uer.iij.quæro an confeſsio.dicit,quòd non,tanquam
a facta corã iudice incompetenti: [a] ut d.l.diuus.& ibi no.Bar.in l.magiſtratibus.de iuriſ.om.iu.ubi etiam dicit, ꝙ quãdo inquiſitor hæreticæ prauitatis tradit iudici ſeculari decapitandum aliquem de hæreſi,ꝙ nõ debet ſtare proceſſui & confeſsioni factæ coram dicto inquiſitore:ſed de nouo faciat coram ſe confiteri,aliâs talis confeſsio non noceret delinquẽti.dicit tamen d.Ang.ꝙ talis confeſsio duo operatur.unũ eſt,qđ eſt tãtæ potentiæ,ꝙ talis confeſsio facit indicium tale ꝙ poteſt poni ad torturam,ſine alio indicio.argu.gl.in l. capite quinto.ff.de adul.& ibi Bar.facit quod not.in l.ictus fuſtium.ff.de infa.Secundò operatur, ꝙ cogitur poſtea corã iudice ordinario & cõpetenti in tali ſua confeſsione perſeuerare:ut no.Inn.in c.at ſi clerici. extrà de iud.quod bene nota,quãdo ſyndico uillæ malefactor confeſſus eſt delictum,quòd talis confeſsio facta coram officiali,licet non in iudicio ordinario & competenti, habet dictos duos effectus.

ADNOT.

ADNOT. a ¶Iudice incompetenti. *Adde tu & uide* Frã. *de* Are. *in conſi.cl.& ibi an ualeat ut extraiudicialis.& Ang.in conſi.clxxviij.& conſi. cxcvij.* Cæpol.*conſi.xj.*Ioã.*de ana.conſi. xij.& ibi* Ludo.Bolo. *Alex.conſi.xiij.& conſi.xcvj.in j.uolu.*

AVGVT. Tu autem in hac materia adde, ꝙ iſtæ concluſiones uidentur falſæ, ꝙ imo talis confeſsio facta corã iudice incõpetenti, nullũ effectũ poſsit operari. nam hoc probatur, quia ea quæ ſunt facta in iudicio reprobato, nullum habent effectum: arg. l. non dubium. C. de leg. Præterea pro hac parte eſt caſus in c. at ſi clerici. extrà de iudi. in uerbo, aliquatenus. quẽ tex. ibi ad hoc ponderauit do. Anto. de But. & mouetur etiã arg. c. cũ ſuper. extrà de offi. del. & ideo Bal. in d.c. at ſi clerici. dixit, ꝙ hoc relinquitur arbitrio iudicis, utrũ propter talẽ confeſsionẽ malefactor poſsit torqueri ut perſeueret in tali confeſsione. ſed Imol. in d. ca. at ſi clerici. dicit cõmunẽ opinionẽ eſſe contra opinionẽ do. Ant. de Bu. licet ſua opinio uideatur uerior de iure. & uerũ dicit Imol. quia cõmunis opinio eſt in contrariũ. pro qua b ultra doct. allego, qđ Bal. in l. clarũ. C. de aut. præſt. idem tenuit etiã Bal. in l. j. in pe. col. C. de confeſ. & Ange. in ſua diſputatione, quę incipit, Aſtẽſis miles. in ij. col. & Bal. in d. l. magiſtratibus. qui dicit ita debere intelligi dictũ Innoc. in c. per inquiſitionẽ. de elect. & in ca. cum ſuper. extrà de confeſ. & Ang. & Paul. de caſt. in d. l. magiſtratibus. hoc idẽ tenuerunt. & Ange. in l. j. C. de confeſ. qui pro hoc allegat glo. in d. l. ictus fuſtium. ff. de infami. & Ang. in l. j. ff. de confeſ. Limito tamẽ iſtam communem ſententiam, niſi talis cõfeſsio eſſet facta calore iracundiæ: quia non præiudicaret in aliquo cõfitenti, per gl. in c. ex literis. extrà de diuortiis. ita dixit do. Abb. in d.c. at ſi clerici. Secũdò limi-

a to [a] hæc procedere ubi talis cõfeſsio emanaſſet ad eundẽ effectũ: ſecus ſi ad aliũ: quoniã quis negare poteſt, id quod ſemel eſt confeſſus ad aliũ effectũ: ut eſt gl. notabilis in authen. itẽ poſſeſſor. C. qui pot. in pig. hab. & ita ſingu. limitabat iſtã cõmunem ſententiã Ang. in l. j. C. de cõfeſ. ſed aduerte, quia dubito de iſta limitatione per doctrinã Bar. in l. ij. ff. iudic. ſol. Et per glo. not. in l. & quia. §. fi. in uerbo, præludia. ff. de interrog. act. ubi habetur ꝙ confeſsio facta in una cauſa, & ſic ad effectũ illius cauſæ nocet in alia, ſaltẽ quò ad pręſumptionẽ & indiciũ. nec obſt. glo. in d. auth. item poſſeſſor. quia bene uerũ eſt, ꝙ quis poteſt negare quãdo cõtra ſuam confeſsionẽ fuit iudicatũ, aliàs non: & ita declarat Bar. per illũ text. in l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffi. teſta. & Inno. in ca. mulieri. extrà de iureiu. Item adde ꝙ

b tertiò [b] limitabat Ang. iſtã communẽ ſententiã in d. l. j. C. de cõfeſ. niſi malefactor confiteretur corã iudice penitus incõpetenti, cuius iuriſdictio nec expreſsè nec tacitè poteſt prorogari: quia clericus corã iudice laico confitetur: & ita intelligit text. in d.c. at ſi clerici. & Ioã. and. hoc uoluit in addi. Spec. in titu. de confeſ. §. ſequitur. in uer. v. Et hoc modo poteſt ſaluari opinio do. Anto. de But. in loco ſuprà alleg. licet Inno. in d.c. per inquiſitionẽ. & Ang. in d. l. j. ff. de cõfeſ. indiſtinctè loquantur. Sed aduerte,

contra



contra iſtã limitationẽ expreſsè adduco tex. in auth. de ſanct. epiſc. in §. ſi uerò crimen. in uer. prius ciuilẽ iudicẽ habeat. quẽ text. ibi ponderauit Ang. in propriis terminis: ubi ſi corã iudice laico clericus eſt cõfeſſus, & factus ſit proceſſus, debet remitti ad epiſcopũ ille clericus cum illo proceſſu, & ibi ſuper illo proceſſu epiſcopus debet ſe fundare. alias limitationes in hac materia poteris colligere ex dictis Inn. in d.c. at ſi clerici.

ADNOT. a ¶Secundo limito. *Ad hanc limitationem uide Alexan. in conſi.xiij.& conſi.xcvj.in j.uol.*

b ¶Item adde quod tertio. *Contra hanc limitationem uide* Cal.*in cõſi.vj.in tit.de confeſ.&* Abb.*in conſi.xxv.in fin. uerbis.*Ber.

23 *Abſolutoria lata ſuper denunciatione, an proſit reo ſicut abſolutoria lata ſuper accuſatione.*

ANGELVS.

23 *QVAERO, an abſolutoria lata ſuper denunciatione proſit reo, ſicut abſolutoria lata ſuper accuſatione. & Salic. in d. l. ea quidẽ. in uer. quæro an abſolutoria. dicit ꝙ doct. dicunt ꝙ ſic. Addunt aliqui, ꝙ cautus iudex nõ debet eũ abſoluere, ſed pronũciare denunciatorẽ minus bene retuliſſe: & ſic reiterato denũciari, uel accuſari poterit. ſed Sali. in d. l. ea quidẽ. dicit hoc nõ eſſe uerũ: quia etiã ſi procedit ſuper denũciatione, abſolui debet in utroq; caſu. d.c. licet Hely. & ſic eſt eadẽ ratio, ſicut in accuſatore: quia de qua re &c. & l. de qua re. ff. de iudi. nec obſt. d. l. diuus. quia loquitur ibi reſpectu denũciationis, an ueniat puniẽdus necne: ut ibi patet ex ſequentibus. Et ita uoluit Bar. in d. l. diuus. in uer. ulterius quęro, an abſolutoria.

AVGVST. Tu autẽ in hac materia adde, ꝙ uera eſt cõcluſio Salic. in loco ſuprà alleg. per text. & per ea quæ ibi notãtur in l. ſi cui. §. j. ff. de accuſat. ubi dicta in illo §. extenduntur etiã ad alios modos per quos delicta puniũtur, ut abſolutoria illa lata ꝓſit ipſi reo. & ad hęc poſſunt adduci multa iura quæ allegantur ibi in Gloſſa.

24 *Syndicus denunciauit unũ deliquiſſe qui nõ deliquerat, ſubductus inſtigatione aliquorũ: an teneatur denunciator.*

ANGELVS.

24 *QVAERO, ſyndicus denũciauit unũ deliquiſſe & nõ uerè, q̃a nõ deliquerat, ſubductus inſtigatione, & dictis aliquorũ: an teneat̃ denunciator. iſtã q̃ſtionẽ mouet Bart. in l. athletas. ff. de fal. ubi cõcludit, ꝙ aut talis inſtigatio, ſiue notificatio fuit facta à pſonis quib⁹ ueriſimiliter debet

a credi, & tũc excuſatur. [a] l. qui cũ maior. §. pe. & fi. ff. de bon. libe. aliàs ſecus. d. l. athletas. facit quod not. Bart. in l. athletas. §. j. ff. de infami.

ADNOT. a ¶Excuſatur. *Adde & uide* Pan.*in conſi.lxxviij.*Ber.

AVGVST. Tu in hac materia hic adde tex. coniuncta gl. in l. pe. ff. de his quib. ut indi. & per Iac. de are. in d. l. athletas. ff. de fal.

25 *Syndicus ſi accepta pecunia aliquẽ denunciauit falsò, minuendo, uel aggrauando delictum, tenetur pœna falſi.*

ANGELVS.

25 *QVAERO ſyndicus accepta pecunia aliquẽ denũciauit falsò: intelligo falsò aliquid minorãdo de delicto, uel aggrauãdo delictũ ultra qualitatẽ delicti. & dicit Bar. in l. lex Cornelia. per illũ tex. ff. de fal. ꝙ tenetur pœna falſi. & hoc no. q̃a dicit hic do.

Ange.

Ange.ꝙ ſemel uidit hoc in ciuitate
Peruſii: quòd ſyndicus ad inſtãtiam
unius potẽtis ciuis minorauerat de-
lictum.& uide Bald.in l.duobus.§.j.
ff.de iureiurand.

AVGVST. Adde quod dixi ſu
prà,in quam pœnã incidit iſte denũ-
ciator:ibi feci mentionẽ de hac do-
ctrina Bar.in d.l.lex Cornelia.§.fin.

26 *Maleficio cõmiſſo in confinibus dua-
rum uillarum, quis ſyndicus tenetur
denunciare dictum maleficium.*

ANGELVS.

26 *QVAERO, quando maleficiũ
eſt cõmiſſum in cõfinibus duarũ uil-
larũ, & ſic in loco cõmuni dictarum
uillarũ, quis ſyndicus teneatur denũ
ciare dictũ maleficiũ. Bal.poſuit iſtã
quæſt.in l.ij.C.ubi de cri.agi oport.
qui dicit, ꝙ uterq; ſyndicus tenetur
denunciare.alleg.l.ſi uerò.§.qui ex
morte.ff.de his qui deic.uel eff u.ſed
tamẽ ſufficit ꝙ unus ſyndicus denũ-
ciet.Si autẽ nemo denũciaret, uterq;
teneretur.ita dicit Bal.ibi:ex quo in-
fert,ꝙ ſi ſunt duo diuerſi iudices, &
in eorũ confinibus in loco medio ſit
commiſſum delictũ:ꝙ uterq; iudex
poteſt punire. alleg. l. iuris peritos.
§.cum oriundus.ff.de excu.tu.dic ut
ibi per eum.

AVGVST. Tu in hac materia
adde Albe.de roſa.in authen.qua in
prouincia.C.ubi de cri.agi opor.ubi
idẽ uoluit,ꝙ uterq; iudex cognoſcat
facto maleficio in confinibus: puta-
rem tamen quòd ſi unus inquirit, &
punit,alter non procedet:per ea quę
dixit Bald.in l.iij.§.j.ff.de offic.præ-
fe.uigil.qui dixit, quòd licet malefi-
cium ſit cõmiſſum in cõfinibus dua-
rum uillarum,utraque tenetur, & ſic
quilibet ſyndicus denunciabit.ſed ſi
una uilla ſoluit,altera liberatur. De
prima quęſtione adde omnino dicta
Albe.de roſa.in quæſtionibus ſuis.q.
clxx.in ij.parte,quæ incipit, quæſtio
diſputata fuit per Richar.Malum.in
quęſtionibus ſtatutorũ.& ibi ponit,ſi
homo mortuus reperitur in illo lo-
co, an præſumatur ibi mortuus.ita
dixit ibi Albe.in dic.quæſt. & Bal.in
di.l.iij.§.j. Item limitarem prædicta,
quia licet maleficiũ ſit factũ in con-
finibus:tamen ſi maleficiũ plus par-
ticipat, & attingit de cõfinibus unius
uillæ quàm alterius, quòd iſto caſu
ſyndicus illius uillę in cuius confini-
bus plus attingit illud maleficiũ, te-
neatur. Et in hoc adduco omnes le-
ges quas adducit Alber.de roſa.in ij.
parte ſtatutorum,quæſt.cxxxix.in illa
quæſt.quã ipſe format quando ali-
quis debet ſoluere collectam in pa-
rochia quã habitat, & aliquis habe-
bat domũ in confinibus duarum pa-
rochiarum:ſed plus participabat de
una parochia, q̃ de alia. Et in hac
materia bene faciunt not.per Alber.
de roſa.in quęſtionibus ſuis ſtatuto-
rum.in ij.parte.quęſt.lxxiij.qui dixit,
ꝙ ſi ſtatuto cauetur, quòd uilla te-
neatur de damno dato: tamẽ ſi ma-
leficium eſt commiſſum in confini-
bus duarũ uillarũ, utraque tenetur:
ſi tamen maleficium eſſet commiſ-
ſum in loco ubi non eſſet ſyndicus
deputatus:tunc proximior uillæ te-
netur denunciare: per ea quæ dixit
Alberi.de roſa.in ſecunda parte ſta-
tutorum.quæſt.lxxxv.ubi dixit,ſi uil-
la tenetur emendare damnum, &
damnum eſt datum in loco indeter-
minato: tunc uicinior uilla tenetur:
& allegat bonas rationes.Sed in hac
materia & principali quæſtione ad-

de omni



de omnino pulchra uerba Bal.in l.ſi
plures.C.de conditio.inſer.in v.co-
lum.& Bal.in l.ſi quis ex aliena.ff.de
iudic.in fi.

27 *Statuto dante præmium accuſanti lu-
dentes ad azardum, an debeatur etiã
denuncianti.*

28 *Præmium conceſſum accuſanti luden-
tem ad azardum,non debetur officia-
libus poteſtatis.*

29 *Denuncians crimen, nõ habebit præ-
mium ſtatuti, ſi eſt ſocius criminis.*

30 *Familia poteſtatis capiens bannitum,
nõ habebit præmium quod datur ca-
pienti bannitum.*

31 *Statuto dicẽte,quicunque reuelauerit
tale delictum, habeat tale præmium:
non comprehenduntur complices.*

ANGELVS.

27 *QVAERO, ſecundum Sali.in
d.l.ea quidẽ.in prin.in uer.xvj.quæ-
ro de quæſtione Spe.utrũ ſi per ſta-
tutum datur præmium accuſanti lu-
dentes ad azardum,debeatur etiam
denuncianti. Spec.in tit.de denunc.
§.j.determinat quòd ſic:per l.cũ pa-
tronus.§.j.ff.de bo.liber.ubi delator
dicitur accuſator.nec obſt.l.qui cum
maior.§.accuſaſſe.ff.de bo.lib.quo-
niam reſpondeo ꝙ Sali.credit uerũ
in denunciatore uoluntario, nõ au-
2 tẽ neceſſario, [a] qui facit ex neceſ-
ſitate ſui officii:quia præmiũ nõ de-
bet habere, niſi expreſsè caueatur à
ſtatuto: quia turpiter dicit̃ recipere
is,qui gratis tenetur facere.l.ij.§.j.ff.
de condi.ob turp.cauſ.pro hoc alle-
gat text.ſingu.in l.ſi quis in graui.§.
utrũ.ff.ad Silla.ubi patet, ꝙ præmia
quæ dantur denunciatoribus: intel-
liguntur de denunciatoribus ſpon-
taneis, non de illis qui de neceſsi-
tate faciunt: etiã ſi cauſatiuè hoc fa-
28 ciunt. * Et ideo huiuſmodi præmia
non debentur familiæ poteſtatis,uel
alterius officialis ad quẽ ſpectat ca-
pere bannitos.pro hoc uidetur text.
29 & ibi Bal.in l.ij.C.de op.lib. * Itẽ qđ
dicit de ſpõtaneo denũciatore, hoc
limitta uerũ,niſi fuerit ſocius in cri-
b mine, [b] qui ſocium denunciat: ut ſi
malefactor ſemetipſum denũciaret,
quia tunc nullũ pręmiũ ſibi debetur.
arg.l.idẽ eſt.§.ſi.cum l.ſeq.ff.de cõ-
dic.ob turp.cauſ.& ibi hoc uult Bart.
& uide Bal.in l.j.C.eo.tit.Et hoc pro-
bat text.ſing.cum gl.in l.j.C.de mul.
quæ propriis ſer.Et ibi Sal.non obſt.
uerbũ ſtatuti, quod generaliter dat
præmiũ accuſanti:quia reſtringũtur,
dũmodo ſint habiles.ut l.gradatim.
§.etiam ſi lege.ff.de muner.& hono.
Sed in hac quęſtione principali quã-
do datur præmium accuſanti, an in-
telligatur etiam conceſſum denun-
cianti,dubito.nam licet Salic.teneat
quòd ſic in ſpontaneo denunciato-
re:& Spec.indiſtinctè in omni denũ-
ciatore dicat habere locũ:tamen fa-
cit dubium:quia etiã ſi expreſsè ſtatu
to cauetur,quòd indicans malefacto
rem habeat certum præmium qua-
liter intelligatur indicare,ut præmiũ
habeat.nam nunquam dicitur indi-
care,ut dictum præmium conſequa-
tur, licet uadat ad iudicem, uel ad
notarium maleficiorum, & dicat ꝙ
ille talis commiſit tale maleficium.
Sed requiritur, quòd expreſsè accu-
ſet: & niſi expreſsè accuſet, non di-
citur indicaſſe: ut eſt text.& ibi hoc
uult Bart.in l.lex Cornelia.§.ſi quis
libellum.ff.de iniur.Si ergo quando
datur expreſsè præmiũ à ſtatuto in-
dicanti,intelligitur dummodo accu-
ſet, & aliter pręmiũ nõ habeat.quã-

tò magis

tò magis non debet dare præmium
indicanti, uel denuncianti ſimplici- a
ter, ſi ſtatuto expreſsè cauetur,quòd
præmium aſsignetur accuſatori.Sed
in hoc, an ſi ſtatutum præmiat accu-
ſatorem,habeat locum in denuncia-
tore.Ro.in l.ſi quis in graui.§.utrum.
ff.ad Silla.allegat Ioan.and.in addit.
Spec.in tit.de denuncia.& arguit pri
mò quòd non, ex quo nomine & ef-
fectu differunt:nõ autem effectu tã-
tùm: ut patet in l.ab accuſatione.§.
nunciatores.ff.ad Turpil. igitur ſta-
tutum loquens de uno,non extendi-
tur ad aliũ.facit l.qui cum maior.§.
accuſaſſe.ff.de bon.liber. Sed Ioan.
and.ibi tenet contrarium. quod ſe-
quitur Ang.in d.l.diuus.& Alber.de
roſa.in ſuo tract. ſtatutorũ.in ij.par-
te. & hoc per text. optimum in l.pa-
tronis.§.qui nomen detulit.ff.de iu.
patrona.Secundò fauore reipublicæ 30
qui eſt ut citius inueniãtur homines
ad accuſandum delinquentes : arg.l.
eum qui innocentẽ.ff.de iniur. Ter-
tiò , quòd idem effectus ad illationẽ
pœnę in illum delinquentem ſequi-
tur ex denũciatione , quem ſequitur
ex accuſatione:ut not.in l.ſepulchri.
ff.de ſepulch.uiol. ergo pariter ſibi
locum debet uendicare ſtatutum,qđ
Roma.dicit fore notandum.

ANNOT. a ¶Neceſſario. *Adde tu & uide circa hoc Bal.in conſi. cxij. in v.uolu.*

b ¶Socius in crimine. *Adde tu & uide circa hoc Moder.in d.l.idem eſt.& Io. de ana.in conſi.lix.Ber.*

AVGVST. Tu autem in hac ma
teria adde primò inquantum dictum
eſt , an ſtatutum loquens in accuſa-
tore,habeat locum in denunciatore,
Adde quòd uera mihi uidetur illa
concluſio,quòd ſic: & moueor ex ele
ganti doctrina d.Bar.[a] per illum tex.
coniuncta glo.in l.quemadmodum.
C.de agri.& cenſi.qui dicit, quòd li-
cet lex uel ſtatutum pœnale debeat
intelligi in proprio ſignificatu: nec
extra proprium ſignificatum poſsit
fieri extenſio.l.cum quidam.ff.de li-
ber.& poſthu.c.odia.extrà de regul.
iur.tamen ſi illa lex ſit in fauorẽ rei-
publ. ad hoc ut maleficia puniantur,
fiet extenſio iſto caſu, ſi lex eſſet fa-
uorabilis. Cum ergo huiuſmodi ſta-
tuta fiant fauore reipubli. ad hoc ut
prouincia purgetur malis homini-
bus:ſtatutum loquens in accuſatore,
extendetur ad denunciatorẽ:& ma-
ximè cum ſecũdo loco pro hac con-
cluſione uideatur eſſe tex.coniuncta
gl.in c.ſi epiſcopus.extrà de accuſ.in
j.gl.ij.& iij.ubi uerbum,accuſator,et
ponitur,id eſt,denunciator.* Itẽ in-
quantũ ſuprà concluſum eſt, quòd ſi
præmium datur capienti bannitũ,nõ
dabitur iſto caſu familiæ poteſtatis
capienti bannitum.Adde, quòd pro
iſta concluſione allego text. & ibi d.
Abb.ponderantẽ ad hoc illum tex.in
c.eccleſiis.extrà.de cẽſi. Et idẽ uoluit
Ang.in l.iij.§. ſi ex ſtipulatione.ff.ad
Silla.& idem Bald.per illum tex. in l.
ab hoſtibus.el ij.C.de capti. & poſtli.
31 reuerſ.* Item inquantum ſuprà con-
cluſum eſt,quòd ſi ſtatutum loquitur
generaliter,quòd quicunq; reuelaue
rit tale delictum , habebit tale præ-
mium:quòd iſto caſu non cõprehen
duntur participes & complices deli-
cti.Adde,quòd iſtam ſententiam te-
nuit Bar.Ang.& Raph.in l.iij.§.ſi ex
ſtipulatione.ff.ad Silla.& omnes do
cto.in d.l.idẽ eſt.§.ſi.cum l. ſeq.ff.de
cond.ob. turp.cau.& Sali. in l.pen.C
de



de condi.ob turp.cauſ.& Sali.in l.ij.
C.de noxa.ſed contratrium uidetur
tenere Bal.in d.§.ſi ex ſtipu.& idẽ in
l.j.C.de condi.ob turp.cauſ.pro quo
in mediũ adduco illã doctrinã quã
tradunt Doct.per illum tex.in d.§.ſi
ex ſtipula. quòd fauore reipub.ge-
neralitas ſtatuti non reſtringitur ad
perſonas habiles:ſed ſtatutũ loquẽs
generaliter,generaliter debet intel
ligi.Vnde iſto caſu, cùm ſtatutũ di-
cat generaliter, quòd quicũque re-
uelauerit, habeat tantũ : hoc ſtatutũ
debet cõprehẽdere etiam perſonas
inhabiles,& ſic participes delicti:&
hoc fauore reipublicę, ut citius deli
ctũ puniatur,& ne delictũ remaneat 31
impunitũ:ut l.cõgruit.ff.de offi.præ-
ſi.ſed pro hoc non recedo à cõmuni
opi.Doc.quia Sali.in d.l.ij.de noxa. 32
reſpondet huic motiuo:quia uerum
eſt,quòd tale ſtatutũ nõ reſtringitur
ad habiles cõſequẽdi premiũ qđ eis
pollicetur:ſed bene reſtringitur ad
habiles faciendi id quod petitur.qđ
dicit eſſe notãdũ. Limita tamen iſtã
cõmunẽ opinionẽ non habere locũ
in eo, qui fuit ſocius delicti, qui de-
lictũ cõmiſit in omittendo,uel in ne
gligendo : quia ille talis cõſequetur
præmiũ:ut fuit caſus in d.§.ſi ex ſti-
pũla.Ita uoluit ibi Raph.cu. Sed cer
tè illa fuit ſententia Bart.ibi, & licet
Bal.in l.j.C.de condi.ob turp.cauſ.
uideatur cõtradicere Bar.uel ſaltẽ li
mitare d.Bart.tamẽ eius ſentẽtia eſt
falſa,p rõnes ſuprà dictas.Et inquã-
tum d.Ang.cõcludit hîc, ꝙ iſto caſu
ille q reuelabit nõ habebit præmiũ
niſi accuſet : dicatis, ꝙ iſta cõcluſio
eſt falſa:qa aliud eſt reuelare,mani-
feſtare,pãdere, & aliud accuſare.Iſta
probãtur ex cõiunctione duorũ iu-
riũ, in c.j.de noua forma fidelitatis.
in uſibus feudo.& in l.q accuſare.ff.
de accu.nõ obſt.doctrina Bar.in d.l.
lex Cornelia.§.ſi quis libellum.ff.de
iniuri. quia ibi loquitur de uerbo,
indicare. De cuius propria ſignifica
tione eſt, ꝙ uerbũ,indicare,denotet
accuſationẽ,ſed cũ uerba ſtatuti de-
beãt intelligi ſecũdũ cõem uſum lo
quẽdi:ut dicit Bar.in rub.ff.de oper.
no.nun.& in l.j.ff.de uer.ſig.uerbũ,
indicare,denotabit ſimplicẽ manife
ſtationẽ:qa ſic uidemꝰ hodie in pra
ctica:qa ſufficit ſola manifeſtatio.

ADNO. a ¶Do.Bar. *Adde & fortifica hæc per dicta Ro.in cõſi.cv.Ber.*

*Officialis ad denũciãdũ deputatus,an poſſit capere malefactorẽ & incarcerare.*

ANGELVS.

* QVAERO, an talis officia-
lis ad denũciandũ deputatus poſsit
capere malefactorẽ & incarcerare.
dic quòd nõ:ut eſt tex.& ibi Bar.in l.
j.C.de curio.& ſtatio.lib.xij.

AVGVST. Tu adde ꝙ Bart.
hoc ibi expreſsè nõ dicit:ſed iſtã ſen
tentiã puto uerã, per tex.in l.capite
quinto.ff.de adulte.ubi eſt caſus, ꝙ
ille qui habet facultatẽ occidẽdi qđ
fortius eſt,nõ poteſt retinere in car-
cere illũ malefactorẽ :niſi dicamus,
quòd ille text.loquitur de priuato
carcere: quia nõ poterit retinere eũ,
niſi per xx.horas.& ita illũ text.hoc
modo declarauit Alber.de Roſa.in
iiij.parte ſtatutorum.q.xciij. quę in-
cipit,dubitari etiã uidi, nunquid ſta-
tutũ, ſed ꝙ maxima differẽtia ſit:an
ſi ſtatutũ dicat, ꝙ ſyndicꝰ debeat de
nũciare maleficiũ,uel ſyndicꝰ tenea
tur capere malefactores, uide rõnẽ
differentiæ per Bart.in l.ſi qs in gra
ui.§.ſi quis maritus.ff.ad Sillania.

*33 Statuto dicẽte, ꝙ ſyndicus teneatur denũciare oĩa maleficia de ꝗbus eſt fama: ſi ſit fama, ꝙ ipſemet ſyndicus deliquit, poſito ꝙ alias deberet ſe denũciare: an ſi ipſe ſyndicus uerè ſcit quod nõ deliquit, debeat denunciare: dic quòd non.*

ANGELVS.

33 *QVID ſi ſtatuto cauetur, ꝙ ſyndicus teneatur denũciare oĩa maleficia de quibus eſt fama: tũc ſi eſt fama ꝙ ipſemet ſyndicus deliquit, poſito quòd aliàs deberet ſe denũciare: an ſi ipſe ſyndicus uerè ſcit, quòd non deliquit, debeat ſe denunciare? dic quod non: ut not. Bart. per illum tex. & ibi alij Doc. in l. cũ quidam. §. quod dicitur. ff. de acquir. hære. ſed Raph. & Ro. ibi tenent contrarium, uidelicet, quòd imò debet denũciare. nam talis denũciatio cõſtituta eſt ex eo ut iudex cognoſcat, an inculpatus maleficiũ cõmiſerit: nõ autem debet cognoſcere ipſe ſyndicus, nec debet ſe de hoc impedire: quia æquiparatur mero executori, ut colligitur ex no. per Bart. in d. l. diuus. facit quod no. Bar. in l. ſi quis in graui. §. ſi maritus. ff. ad Sillania. & l. fi. §. diuus. ff. de publicanis. ubi Bar. uult, quòd omnino ſyndicus debet denũciare maleficiũ, etiã ſi nõ ſit punibile: ſed ipſemet de ſe cognoſcere nõ debet, imò debet denũciare. Tu uerò poſſes ſaluare Bar. per l. cũ falſum. & ꝙ ibi doct. ff. de acquir. hær. & iura allegata per Rapha. & Ro. qui loquũtur in alio qui dicitur deliquiſſe, uel deliquit, & non in ipſo ſyndico: quia certiſsimus eſt, quòd non deliquit.

AVG. Addatis quod miror de iſta ſaluatione domini Ang. quia nihil dicit, & nõ tollit motiuum Lud. & Raph. Addatis tamen, quòd opinionẽ Bar. poſſumus ſaluare in uno caſu, ſcilicet: nam licet nõ pertineat ad ſyndicum ad iudicandũ, an illud ſit maleficiũ uel nõ: & ideo indiſtinctè etiã maleficia non punibilia deberet denũciare, quia merus eſt executor: tamen ſi notoriũ eſt illud maleficiũ non eſſe uel non fuiſſe punibile: tunc ſyndicus non tenetur tale maleficiũ denũciare. Ita in proprijs terminis dixit Ang. in l. ne quis uela. C. ut nemo priuatus per bonas rationes. Intelligo ergo doctrinã Bar. & ſaluo hoc modo, puta: quia cõtra famã notoriũ erat illũ ſyndicũ fuiſſe abſentẽ tempore delicti cõmiſsi. An autẽ ſyndic⁹ teneatur denũciare maleficia cõmiſſa per ipſum ſtãte ſtatuto &c. uide per Pet. de anc. in repetitione c. canonũ ſtatuta. extrà de cõſt. ſub rub. quæ perſonæ ligẽtur ex ſtatutis. faciunt no. per Bald. in l. j. in fi. C. ex quib. cau. reſtitutio in integrũ non eſt neceſſaria.

*34 Syndici obligati ad denũciandum maleficia intra certum tempus, alias incidunt in pœnam: ſi Titius ut priuatus denunciauit maleficium, & poſtea fuit creatus ſyndicus: an ſi deinde non denunciet intra terminum, incidat in pœnam: dic quòd non.*

ANGELVS.

34 *QVID ſi ſyndicus debeat denũciare maleficia intra certũ tẽpus, aliàs incidit in penã. pone quòd maleficiũ denunciauit Titius ut quilibet priuatus: poſtea fuit creatus ſyndicus, an iterũ debeat denũciare: & ſi nõ faciat intra terminum, incidat in pœnã? dic ꝙ nõ, cùm iam ſemel denunciauerit, licet ut priuatus. l. ſi quis hæres. ff. de iniuſto rup. & irri. teſta. & ibi Imo, quinimò ſubiungit

do.



do. Ang. ꝙ ſi ſyndicus uillæ tenetur denũciare maleficia ſub certa pœna, excuſatur, ſi alius denũciãdo præuenit eum. ita dixit Bal. in l. ij. C. de his quib. ut indig. & l. ij. §. ſi mater. ff. ad Tertul. & l. ij. ff. de lib. agno. ſed Ro. in l. pe. ff. ad Silla. dixit, ꝙ animaduertẽdũ eſt: aut accuſatio, ſeu denũciatio fuit minus ſufficiẽter inſtructa per illũ præueniẽtẽ, & tũc ſyndicus tenetur ad pœnã, & ad intereſſe: & hoc propter intereſſe reipu. facit l. ij. §. nõ ſolùm. ff. ad Tertul. & maximè cùm timeatur de colluſione: & ideo tali caſu non excuſatur ſyndicus, licet fuerit præuẽtus: & ita intelligit Alb. de roſa. in ij. parte ſtatutorũ, qui poſuit hãc q. & quod no. Bar. in l. ſororẽ. C. de his quib. ut indig.

AVG. Tu dic ut dixi ſuprà in gl. iſta. in uerbo, (quid ſi fuit in denunciãdo præuentus &c.) Et in hac materia adde, quod uoluit allegare Alber. de roſa. in ſecũda parte ſtatutorũ. q. lxij. quæ incipit, Item quæro, ſtatuto cauetur quòd cõſules uillarũ, Et de materia uide omnino Alb. de roſa, & Bart. in l. j. §. eleganter. ff. de libe. agno. & idẽ uide per Alb. de roſa. in q. ſtatutorum. in ij. parte. q. lxxxiij. incipiẽte, item dubitatur. ſtatuto cauetur, ꝙ ſi maleficium committatur in aliquo loco. qui allegãdo Gandi. in trac. maleficiorum, ſub rubr. de multis quæſtionibus maleficiorum dependentibus à ſtatuto, in uerſi. item quid erit. uidetur concludere, ꝙ ſi ille malefactor aliàs punitus à cõmunitate abſque denunciatione uel captura illius qui ſub pœna deberet denũciare uel capere malefactorẽ, & ob aliã cauſam uel delictũ fuit detẽtus ille malefactor, licet punitus propter illud delictũ, quòd debebat denũciari per denũciãtem, uel malefactor capi per capientem, quòd iſto caſu ille talis incidit in pœnã, aliàs ſecus. dicit tamẽ ibi Alberi. quòd ſi negligẽtia poterit imputari uillæ quæ debebat denũciare, uel capere, licet ille talis malefactor fuerit præuẽtus uel punitus, quòd uilla incidit in pœnã. Adde tamen quòd indiſtinctè teneo iſto caſu in quæſt. noſtra, quòd ſyndicus qui fuit præuentus excuſatur à pœna propter regulã quam approbant omnes doct. Bar. Ang. Imo. & Raph. in l. cum ſeruus. ff. de uerb. obliga. per tex. in l. ſi puellam. C. ſi mancip. ita fuerit alienatũ. qui dat illã regulam, quòd quò ad pœnam euitandã, nõ refert à quo diſpoſitio adimpleatur. per quã regulam decidunt doct. poſt Bar. in d. l. cum ſeruus. infinitas queſtiões. unde cùm hîc tractemus de euitatione pœnæ ipſius ſyndici, licet illud factũ, quod debebat adimplere, ſcilicet denũciare maleficia, aliàs incideret in pœnã, hoc factũ ſit adimpletũ per aliũ: euitat pœnã ille ſyndicus, propter denunciationem alterius.

*35. Syndico exiſtente Titio fuit commiſſum maleficiũ, de quo non habuit notitiam: finito officio habuit notitiam de illo, an teneatur illud denunciare.*

ANGELVS.

35 *QVAERO, ſi maleficium fuit commiſſum tẽpore quo Titius fuit ſyndicus, & tempore ſui ſyndicatus non habuit notitiã de uno crimine commiſſo: poſtea finito ſuo officio ſuperuenit notitia dicti criminis, an denunciare debeat tale delictum. Iſtam quæſtionem format Bald. in l. cum ancillis. C. de inceſt. nupt. &

ibi tenuit quòd nõ eſt denunciandũ: per tex.in l.j.§.occiſorum.ff.ad Silla ſed Ro.in d.§.occiſorũ.dicit, quòd hoc eſt dubitabile:quia hæc denun-
a ciatio habet tractũ & originẽ [a] ex delicto commiſſo tempore ſui officii,ergo denunciare tenetur.ad hoc alleg.l.nam & ſi ſeruus.§.ſi uiuo.ff. de nego.geſt.& per l.j.C.ut cauſæ poſt pub,ad.tu.& quod not.Bar.in l. j.§.fi.ff.de admi.tuto.

ADNOT. a ¶Tractum & originem. *Adde tu circa hoc, & uide Alexan.in conſi.vij.iij.libro.*

AVG. Tu adde,quòd pro opin. Ro.allego optimam deciſionẽ Bal. quã poſuit in l.fi.ff.de iuriſ.om.iudi. qui dixit,quòd ſi ſyndicus intra octo dies debet denunciare maleficiũ, & ultima die ſui officii fuit cõmiſſum delictũ, ꝙ ad ipſum ſpectat denũtiatio maleficii,non ad nouũ ſyndicũ: licet ſtatutũ dicat, ꝙ intra viij. dies debet fieri talis denunciatio:& ratio eſt:quia in perſona ſyndici ueteris, cœpit obligatio, quæ nõ trãsfunditur in ſucceſſorẽ in officio:ut C.de decu.l.prouidẽdũ.& alia allegat de quibus ibi per eum.

36 *Maleficium commiſſum caſu fortuito, an debeat per ſyndicũ denunciari:& ſi nõ denũciet,an incidat in pœnã ſtatuti.*

ANGELVS.

36 *QVAERO,unũ maleficiũ fuit cõmiſſum caſu fortuito: an iſtud debeat per ſyndicũ, uel miniſtralẽ denunciari:& ſi non denũciauerit, incidat in pœnã ſtatuti.Et ad huius dubii deciſionẽ,primò uidendũ eſt, an tale commiſſum per Titium dicatur maleficiũ : & uidetur quòd non: quia ex caſu quis nõ punitur aliquo modo, niſi culpa præcedat caſum:ut l.ſi fortuito. ff.de incen.rui.nau.& not.in l.j.§.idẽ iuris.ff.ad legẽ Rhodiam.de iactu.In cõtrarium uidetur tex.in l.reſpiciendũ.§.delinquunt.ff. de pœ.& quod ibi no,Eſt ergo maleficiũ,ſed eſt abſque pœna.Ex hoc ſciri poteſt in caſu propoſito, an ſyndicus teneatur denunciare tale maleficium. & uidetur quòd ſic.Sufficit enim quòd prima facie ſit maleficiũ, & iudex poſtea habet inqrere an ſit punibile,ut ff.ad Turp.l.ab accuſatione.& ibi Bar.Syndici ergo nõ eſt iudicare,ſed indicare & denũciare. ꝙ no.Facit quod not.Bar.in l.fi.§.diui.ff.de publi.Eſt iſtã quæſtionẽ poſuit Bal.in l,data opera.C.qui accuſa.non poſ.in uer. quæro utrum maleficiũ cõmiſſum caſu.& idem Bald. ſubdit, ꝙ ſecus erit ſi quis occidat hominẽ ſe defendendo : quia illud nõ dicitur maleficiũ. Ratio differentiæ eſt:quia occidere aliquem ad ſui defenſionem, fit lege permittẽte, & naturali ratione cõcedente:ſed homicidium caſuale nõ fit legis autoritate, ſed fit præter legem. Et ideo quando fit caſu,eſſentialiter eſt maleficium : ſed nõ quò ad punitionẽ. Et facit extrà de delictis puerorũ.c. j.uer.quis uerò &c.& ff.de fur.l.inter omnes.§.j.Ex quo Bal.ibi infert, maleficiũ fit ſecundum legem, & nõ eſt maleficiũ, nec eſſentialiter, nec quò ad punitionem:quia lex eſt illa quæ occidit & hominẽ necauit miniſterio hominis.argu.l,palam.ff.de ritu nupt.& not.xxiiij.q.vij.in c.occidit.in gl.aut præter legem.& tũc eſt maleficiũ eſſentialiter, non quò ad punitionem,ut quando fit caſu fortuito.aut fit contra legem, & tũc eſt maleficium eſſentialiter,quò ad de-

lictum,



lictũ,& quò ad pœnã.ut not.C.de ſacroſanc.eccle.l.ij. Sed dico, ꝙ licet magna ſit autoritas Bal.in iudiciis, quãdo non habet contradictorẽ:tamen dubito de hac ſua doctrina dũ dicit:quando maleficiũ eſt commiſſum ad ſui defenſionẽ, ꝙ ſyndicus non teneatur denunciare : quoniã, ut ſuprà dictum eſt, officium ſyndici eſt referre & denũciare & non iudicare.Vnde etiã ſi delictum non eſſet delictũ effectum, tamen ſtante dubio de delicto utrum probabitur ꝙ fecerit ad ſui defenſione uel nõ: quia alleganti ꝙ fecerit ad ſui defenſionẽ,incumbit onus probãdi.& non poteſt negari ꝙ delictũ, ſaltem apparẽter , nõ ſit.quoniam dicenti quòd fecerit ad ſui defentionẽ, incumbit onus probandi:quia intẽtio iudicis ad accuſantem eſt fundata, quòd occidẽs attentauit rem ſui natura de genere prohibtorum.l.j.C. de ſicar.& dicetur j.in gl.ſuper uerbo,(& dictus Titius ſe defendendo &c.)ergo ſtãte hoc dubio,ad ipſum ſyndicum nõ ſpectat interim iudicare,ſed denunciare:& non denũciando,incidit in pœnam.facit quod no. Bar.in l.fi.§.diui.ff.de publi.& ſuprà dictũ eſt.credo tamẽ ꝙ ſi in proceſſu formato ad querelã Titii offenſi, uel ex inquiſitione iudicis apparebit ꝙ ille fecit ad ſui defenſionẽ, & ſic per ſentẽtiam apparebit illi fuiſſe licitũ ad ſui defenſionẽ occidiſſe Titiũ : & ſic notoriũ erit, ꝙ iſto caſu ſyndicus releuabitur à pœna.& ita poterit ſaluari dictũ Bal.quod no.ut poſsis cum opus erit, ſaluare amicũ tuũ ſyndicum,qui denunciauit,cùm tale homicidium commiſſum erit.

AVG. Tu autem in hac materia adde, ꝙ inquãtum Bal.ſuprà uoluit in d.l.data opera.ꝙ ubi homicidium pœnam non meretur:tamen eſſentialiter eſt delictũ,quia caſu fortuito cõmiſſum:ꝙ iſto caſu ſyndicus tenetur denũciare maleficiũ:quia delictũ eſt,licet nõ,quo ad pœnã. Nam iſta cõcluſio uidetur eſſe cõtra tex.ff.ne quis eum qui in ius uoc.eſt ui exi.in uerbo, nõ deliquit qui eximit.in l.j. §.cũ Offilius.nam in l.ij.illius tituli dicitur, quòd qui eximit aliquẽ de manu familiæ quãdo uocatus eſt in ius, ille eximens cõmittit delictũ.d. l.ij.in uerbo, qui in ſimili delicto.tamẽ ſi quis eũ qui in ius uocatus eſt ui eximit : qui uocatus, non poterat uocari:tamẽ hoc illicitũ:cùm pœnã nõ meretur, nõ uocatur delictum:ut eſt caſus in d.§.cũ Offilius.unde Bal. ibi not.Nota ꝙ illicitè cõmiſſum cũ pœnã nõ meretur, nõ uocatur delictũ:ergo cùm uerba ſtatuti ꝓpriè debeãt intelligi, l.iij.§.hęc uerba.ff.de neg.ge. Syndicus qui tenetur denũciare oĩa delicta uel maleficia, non tenebitur etiã denũciare delictũ cõmiſſum caſu fortuito, cùm pœnã nõ meretur, cũ non ſit delictũ.Præterea uidetur ꝙ author hîc male reprehẽdat Bal.in caſu quando aliquis occidit aliquẽ ad ſui defenſionẽ:per tex. & ibi Bar.in l.ij.C.de his qui ad ecc. confu.ubi Bar.dicit,ꝙ quãdo homicidiũ fit lege permittente,& accuſator cõparet, iudex repellet talẽ accuſatorem. Vnde multò fortius uidetur, ꝙ ſyndicus nõ incidat in pœnã ſi non denunciat maleficiũ permiſſum autoritate legis. His tamen nõ obſtantibus puto falſam eſſe illam primam concluſionem quam ſuprà poſui contra Bal.de homicidio cõ-

miſſo caſu fortuito: quia licet illud pœnam non mereatur: tamen dico eſſentialiter maleficiũ eſſe, licet nõ quò ad pœnam. & ita intelligo dictũ §.cũ Offilius.& ita ipſum intellexit Bal.ibi illum text. Præterea ut dixit Bar.in l.ſi quis in graui.§.ſi maritus.ff.ad Silla.& Bar.in l.diuus.ff.de cuſto.& exhi.reo.& Bar.in l.j.§.qui denunciationẽ.ff.ad Turpi. & Sali. in d.l.ea quidẽ.licet delictũ ſit factũ, & pœnã non mereatur: tamẽ ſyndicus tenetur denunciare ſimilia maleficia: quia onus iudicandi nõ pertinet ad ipſum. Nec obſt.doctrina Bal.in d.l.ij.quia intelligo dicta Bal. quando notorium erat homicidiũ cõmiſſum eſſe ad ſui defenſionem: quia hoc accuſator dicebat in ſuo libello.Et ideo dixit Ange.in l.ij.C.ut nemo priuatus. quòd ubi notorium eſt homicidiũ potuiſſe fieri autoritate legis: tunc ſyndici non tenentur denunciare ſimilia maleficia: & hæc nota.

SVMMARIVM.

1 *Delicta quatuor modis cõmittuntur, ſcilicet facto, dicto, cõſilio, & ſcriptura.*

2 *Nomen, agnomen, & cognomen ponuntur in maleficijs ut fiat cognitio.*

3 *Officialis quando capit bannitum antequam faciat executionẽ, facit ipſum confiteri, quòd eſt idem homo qui ſic uocabatur, qui fuit bannitus &c.*

CAIVM Sempronij de nobilibus, de monte Oliueto. Et quia in multis gl. inferius plura delicta ueniunt examinanda: ſciendũ
1 eſt, quòd* quatuor modis, uidelicet facto, dicto, conſilio, & ſcriptura maleficia cõmittuntur: ut l.maleficia.ff. de acti.& obl.& infrà dicetur in ſuis congruis locis. Et hæc colligũtur ex doctrina Bal.in l.data opera.in uerſ. præmittendum eſt autem quòd delicta.C.qui accuſa.ubi multa allega.
2 Ideo* hic ponitur nomẽ, agnomen, & cognomẽ ut fiat cognitio. Quoniã per iſta agnoſcitur homo, & corpus de quo iudex inquirẽs ſentit.l.ad recognoſcendas.C.de inge.& manu.inſti.de leg.§.ſi quis in nomine. l.ſi quis in nomine.C.de teſt.facit C. de mutatio.nomi.l.j. ſicut dicimus in rebus inaminatis: quia ex duabus ad minus demõſtrationibus & circũſtantiis demõſtrandæ & circũſtantiandæ ſunt: ut l.forma. & quod ibi no.gl.& Bar.ff.de cẽſi.l.ſi quis in fundi uocabulo. & ibi gl.& Bar.ff.de leg.j. Ita igitur quando deſcribitur homo animal rationale.facit l.demonſtratio.in princi.ff. de cõditio. & demonſtra.& ibi Bar.in uerſi.quero per quæ uerba inducatur demõ-
3 ſtratio.& ibi,ex quo uide &c.* Et dicit Bar.in l.inter ſtipulantẽ.§.j.ff.de uerb.obli. ꝙ quãdo officialis capit bannitũ antequã faciat executionẽ, facit ipſum cõfiteri, quòd ipſe eſt idẽ homo & idem corpus, qui ſic uocabatur, qui fuit bannitus & cõdemnatus pro tali crimine, & tali tempore, ſub tali nomine, & fuit citatus & recõdemnatus: qua cognitione facta, executio capitalis de eo fieri poteſt abſque nouo proceſſu: & quod dixi, abſque nouo proceſſu, intelligas ſi per delicto: ſed fiet nouus proceſſus, in quo declaretur talem perſonã captam eſſe quæ reperitur in bãno, & bannũ contra ipſam exequendũ eſſe. ita dicit Bal.titu.de feu.ſine culpa non admittendo.c.j.de quo etiam dicetur infrà in glo.in uerbo, (& ibi caput à ſpatulis amputetur.) & in



& in uer.quod hic dicitur quòd de-
a capitetur.Sed Bal.[a] in quodam ſuo cõſilio quod incipit, cum appareat Petrus &c. dicit, ꝙ talis recognitio eſt de cautela: nõ autẽ de neceſsitate.Sed ego dico, ꝙ imò eſt de neceſſitate per rationes Bal.in d.l.demõſtratio. quinimò plus, dicit autor hic ꝙ melior practica eſt & fortè neceſſaria, quòd talis bannitus nõ tantum ſe recognoſcat, ut dicit Bart.ſed addatur, quòd tale crimen de quo cantat bannũ, & cõdemnatio, loco & tempore, modo & forma in ipſo proceſſu cõtenta ipſe cõmiſit: tunc facta dicta confeſsione, poterit fieri dicta executio. Aliàs autẽ cũ tale bãnum & cõdemnatio facta in cõtumacia dicti banniti non probet dictum bannitũ tale maleficiũ cõmiſiſſe: ut no.Bar.in l.ſi ideo.in prin.ff. de euictio.& Bal.in l.tranſigere.C. de tranſac. circa mediũ. neceſſariò a
ſequitur, quòd iſte magis eſt bannitus propter contumaciam, quàm quòd tale delictũ commiſerit: argu. l.ſi repudiantis.§.ſi.ff.de inoffi.teſta. & ideo iſte damnaretur abſque delicti probatione, quod eſt incõueniens. Vnde ut appareat, quòd ex delicto & non propter eius contumaciã fiet executio ita acriter, quia decapitatur: ſemper utile, imò neceſſarium mihi uidetur, quòd bãnitus cõfiteatur ſe tale maleficiũ commiſiſſe, ut dictum eſt: & ita etiã ſentit Ang.& Imo.in d.l.inter ſtipulantem.§.j.& hoc etiam uidetur ſentire Bart.in d.l.inter ſtipulantẽ.§.Stichũ.in fi.ſi rectè ponderẽtur uerba Bar.vnde dicit, ꝙ ſi iudex nõ poteſt hanc cõfeſsiõnẽ extorquere, habeat probatiões, quòd iſte eſt ille homo qui de hoc maleficio inculpabatur, uel qui illud fecerit. Sic ergo Barto. uult quòd probetur quòd illud maleficiũ cõmiſerit: clarũ quod ſentit, ꝙ tu iudex ſi potes & eandẽ confeſſionẽ ab eodem exigas, ꝙ illud maleficiũ commiſit. Et de materia vide per Bar.in d.l.diuus.ff.de cuſto.reo. & Bald.& Imo.in l.ſi quis ſeruũ.§.ſi inter duos.ff.de le.ij.& Ang.& Imo. in l.ij.ff.de libe.& poſthu.& Imo.in d.l.demonſtratio.& uide Ange.in l. hac cõſultiſsima.C.qui teſta.fac.poſ. & in l.j.C.de ſen.quę ſine certa quãt.

ADNOT. a ¶ Sed Bald. *Adde tu & uide Bald. in conſil. lxxiiij. in v. volu. Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia adde, quòd mihi uidetur uerior illa ſentẽtia Bar.ꝙ ſufficit quòd ille confiteatur ſe eſſe illud corpus, & non ſunt neceſſaria illa, quæ dicit d.Angel.hic, quod confiteatur[a] quòd ipſe cõmiſit delictũ.& pro ſentẽtia Bart. allego Bald.in l.uoluntatis.C.de fideicommiſ.& hoc dixit in terminis Bal.in l.hac conſultiſsima.C.qui teſta.fac.poſſ.& Bal.in l.j.C.ſi vnus ex pluribus.& Imo.in d.l.demõſtratio. & licet Ang.tenuerit contrariũ in l. ij.ff.de libe.& poſth.& Ang.& Imo. in d.l.inter ſtipulãtẽ.§.j.per aliquas rationes, quibus faciliter reſpõdetur per Imo.in d.l.ij.& in d.l.demonſtratio. & per Bald. in d.§.ſi inter duos.per quẽ patet, ꝙ hic do.Ange. malè loquitur. Nec eſt uerũ, ꝙ Bart. in d.l.inter ſtipulantẽ.§.j.hoc dixerit, ſi rectè eius uerba ponderentur. Sed bene uerum eſt, quòd cautius faciet iudex, ſi ipſe interpretetur, ꝙ de hoc corpore ſenſit in proceſſu & bãno: quod quidẽ facere poteſt.l.ab



BIBLIOTECA UNIVERS

executore.in prin.& ibi hoc Barto. uult.ff.de appel.&Bal.in l.nō ignorat.in fin.C.de fruc.& lit.expen.Sed adde, quòd cōtra iſtam doctrinā arguit terribiliter Ange. in l.cum quē temere.ff.de iudi.in fi.prin.ubi probat,ꝙ lata ſententia,iſta interpretatio non poteſt fieri per iudicē.& aliquid de materia per Angel.in l.his uerbis.ff.de hære.inſti.& uide Albe. de Roſa.in iiij. parte ſtatutorum.q. liiij.qui diſputat ibi,an bannito capto,ſtatim debeat fieri executio cōtra ipſum.Tempera tamē prædicta, ꝙ licet bannitus millies cōfiteretur ſe eſſe corpus,de quo in citatione & banno, tamē ſi tunc opponeret exceptionem, quæ ſi fuiſſet appoſita à principio, ipſe bannitus iudiciū ſuſcipere nō cōpelleretur: ꝙ tunc iudex declarabit iudicium & bannum fuiſſe nullū. ita dicit Bar.in l.nō uidetur.in fi.ff.de iudi.Quinimò conſuluit Paul.de Caſt.in ſuo cōſil.xxx. ꝙ ſi poſt terminū bāni, cōparet bannitus, & neget ſe cōmiſiſſe delictū, quod uidebatur tacitè confeſſus ex contumacia ex forma ſtatuti,ꝙ ipſe eſt audiendus.ibi uide. Et de materia an ſtatim debeat fieri executio contra bannitum captum ſine nouo proceſſu,uel opus ſit quòd iudex faciat ipſum ſe recognoſcere eſſe illud corpus.Latè poſuit do.Nellus in tract.bannitorum. in ſecunda parte ſecundi temporis,quæſtio.xxxiiij.

ADNOT. a ¶Confiteatur. *Adde circa iſta & uide Cæpo.in cōſ.xxj.*

4 *Inquiſitus habens nomē ſingulariſſimū, ut eſt in gallopreſſo:nō debet per alia noīa demōſtrari in inquiſitione.*

ANGELVS.

4 *QVAERO, quid ſi habet nomen ſingulariſſimū, ut eſt in gallopreſſo : ut not.gl.in l.hac cōſultiſſima.C.qui teſta.fac.poſſ. Reſpōdeo, ꝙ ſufficit in inquiſitiōe ſolū nomē ſuū ſine alia demōſtratione apponi. Aliæ autē demōſtrationes,& pronomina apponuntur, ut certus reddatur. Sed ſi certus eſt ex ſola proprii nominis appoſitione,nō eſt neceſſe quòd alia apponātur. ita uoluit Bar. in d.l.demō.falſa.ff.de con.& dem.

AVG. Tu autem in hac materia adde,ꝙ uera eſt iſta cōcluſio,ꝙ etiā in criminalibus opus eſt,ꝙ perſona appareat certa,quam intendit iudex punire.Et addatis d.Bar.in l.libellorū.in fi.princ.ff.de accu.qui dixit,ꝙ perſona ita debet exprimi, ꝙ certa reddatur per duas demōſtrationes: ut Petrus filius talis de tali loco:niſi eſſet ita ſingulare nomē,ꝙ perſona redderetur per ſe certa.& allegat d. l.cōſultiſſima.Nā uoluit ibi Bar.loqui de gallopreſſo:& idē dixit Bal. in l.certū.ff.ſi certū pet.de iſto gallopreſſo.& no.doct.per illū tex.in l.j. & ij.ff.de liber. & poſth. & ibi Ang. loqtur de illo q uocabat Papafaua.

5 *Demonſtrationibus pluribus appoſitis in inquiſitiōe quàm ſit neceſſariū: ſi una demonſtratio non neceſſaria, falſa ſit,non uitiabitur inquiſitio.*

ANGELVS.

5 *QVAERO, quid ſi plures q̄ ſufficiant demōſtrationes apponantur:puta,quia dicit Titium Sempronii becarium de Gallutiis capellæ ſancti Blaſii:& ipſe non eſt de Gallutiis,ſed de Pepolis : an talis adiectio falſa uitiet inquiſitionem, cum aliæ omnes demōſtrationes ſint ueræ.& Bar.dicit quòd non:in d.l.demōſtratio.ī uer.vj.quæro quomodo &c.



&c.& in uer.& licet aliqua demonſtratio : quia quicquid adiicitur ultra neceſſariā demonſtrationē, fruſtra fit, & nō uitiat.l.j.§.j.ff.de dote præleg.& l.j.in princ.C.de rei uxo. acti.ſicut dicimus in ſimili, quòd in ſummariis poteſt procedi & in executiuis ſine libello.Si tamē fiat libellus & ineptus,nō nocet, ut dicūt gl. & doct.in l.uinū.ff.ſi cert.pet.

AVGVST. Tu autem in hac materia adde,ꝙ nunc non intendo examinare illā difficultatē quā poſuerunt doct.in d.l.uinū.quia maxima eſt dubietas de iure an ſit uera cōcluſio, ꝙ multæ deciſiones repe-
a riuntur in cōtrariū. Sed in prin.[a]q. adde,ꝙ Bar.idē expreſſe affirmauit in l.j.§.fi.ff.de dote præleg.quia illa falſa demōſtratio nō habet uitiare, id,quod certū erat per alias demonſtrationes. & not.in l.ſi quis in fundi uocabulo.ff.de leg.j.Sed hîc adde b
quæ dicā ī. in ſequen.quæſt. in additionibus meis.

ADNO. a ¶Sed in principali q. *Adde circa hoc Rom.in conſi.cccc liiij.& quando una demōſtratio eſt falſa & ueræ ſunt aliæ.uide Alex.in conſil. lxxiij.in iij.uolu.Ber.*

6 *Error in nomine proprio patris ipſius inquiſiti, an uitiet inquiſitionē: ut ſi dicatur,Titius Caij,cùm eſſet Titius Sempronij.*

ANGELVS.

6 *QVID autē ſi erratū fuit in nomine patris:ut quia erat Titius Caii, & fuit citatus Titius Sempronii, an uitietur per hoc inquiſitio? Reſpondeo:aut ſub tali & propter talē citationē & inquiſitionē ipſe cōparuit, & ſub tali nomine ipſe litigauit, & contra hoc nō oppoſuit : & tūc talis proceſſus propter hoc nō uitiatur: quia tam iudex quàm partes habent iſtū pro Titio Sēpronii. Si uerò fuit contumax, & in cōtumacia proceſſum fuit,& conſtat quòd ille eſt homo qui fuit de tali crimine diffamatus & inculpatus: licet fuerit in nomine erratū, ualet proceſſus:& ſic ſi fuerit de tali crimine diffamatus, propter hoc, & propter proceſſum prædictū ipſe ſe abſentauit, & ſe cōtulit ad alia territoria, & ut bānitus ſtabat, & capi timebat ne decapitaretur.Tūc talis error noīs nō uitiat. Si uerò cōſtaret hūc fuiſſe cōuētum ſub noīe Titii Sempronii,& conſtat quòd nō eſt Sēpronii,ſed Caii:tunc proceſſus uitiatur.Ita dicit Bar.in d. l.demōſtratio. in uer.vj.quæro quid in iudiciis.hoc uerū,ut dicit Bar.niſi illę demōſtrationes eſſent ita ueræ, quòd ſufficerent,ut ſ.dictum eſt.

AVG. Tu autem[b] in hac materia adde,quòd uera uidetur illa cōcluſio:ꝙ ſi ille Titius cōparuit tanquam Titius Sempronii, & non oppoſuit, ſibi imputetur. Et ideo dixit Ang.in l.eum quem temere.de iudiciis.ꝙ ſi inquiſitio eſt formata cōtra Titiū:& duo erant Titii in ciuitate: & unus cōparuit qui fuit citatus, in ueritate non erat ille de quo iudex ſenſit: quia ille talis non cōmiſerat illud delictum,quod faciat ꝙ iudex interpretetur, & declaret ſe de illo Titio non ſenſiſſe. Aduerte tamen inquantū Bar.in l.demōſtratio.& in d.l.j.§.fi.uoluit, ꝙ licet ſit erratū in nomine patris:ſi tamē per alias coniecturas appareat,quòd ille eſt illud corp⁹ de quo in diſpoſitiōe,ꝙ talis error nō uitiat actū, maxime ſi ſunt duę demōſtrationes ueræ,ut in exēplo.

plo.Pone quòd citatur Bartolus Petri de ſaxoferrato legũ doctor.Nã licet nõ ſit uerũ quòd uocetur Bartolus Petri,ſed quia erat de ſaxoferrato legũ doctor,ſatis probatur nõ eſſe erratum in corpore. Adde tamẽ ꝙ Pau.de ca.in l.teſtamẽto quidã.ff.de cõdi.& demon.dicit prędicta nõ habere locum,ubi eſſent expreſſæ quatuor qualitates, & duæ cõuenirent, & duæ nõ:quia tũc diſpoſitio uitiatur: quia res efficitur dubia.quod intelligo uerũ,quando illæ quæ cõueniebãt huic rei,cõueniebant alteri:quia tunc diſpoſitio uitiatur.Ita uoluit Pau.de caſt.in l.ſi in nomine.C. de teſta.per ea quæ habẽtur in l.j.§.fin.ff.de do prælег. Vnde ad prædicta dico,ꝙ ſi iudex citat Titiũ Sempronii beccariũ de Galluciis capellæ ſancti Blaſii: & ipſe nõ eſt de Galluciis, ſed de Pepolis,quòd tenet citatio:quia reperiuntur aliæ demonſtrationes ueræ ſaltẽ duæ,ſcilicet,ꝙ eſt Titius beccarius capellæ ſancti Blaſii:quia illæ duæ demonſtrationes ueræ uincunt illã falſam. Sed ſi citaret Semproniũ beccariũ de Galluciis capellæ ſancti Blaſii,ſed nõ eſſet Titius Sempronii, ſed Titius Caii: & ſic errauit in una demõſtratione,ſcilicet de Galluciis:quia uolebat dicere de Pepolis. & errauit in alia: quia dum dixit Sempronii,uolebat dicere Caii.& ſic uolebat dicere Titium Caii beccariũ de Pepolis capellæ ſancti Blaſii.tũc iſto caſu citatio & proceſſus nõ ualerẽt:quia licet hîc eſſent duæ demonſtrationes ueræ,erãt aliæ duæ falſæ,quæ faciebant rẽ dubiã.Limito tamẽ ſecũdũ Pau.de ca.ſi illæ duæ qualitates falſæ alteri Titio de Galluciis conueniebant,aliàs nõ,ut dixi ſ.quia tunc cum nõ cõſtaret de corpore,citatio non ualuiſſet.& latè dixi in l.ſi quis in fundi uocabulo.ff.de lega.j.

ADNOTATIO.a ¶Tu autem. *Adde tu & uide Alex.de* Imo.in *conſi.lxxiij.in iij.uolu.*

7 *Error in nomine proprio inquiſiti ſi conſtat de corpore,nõ uitiat inquiſitionem.*

ANGELVS.

7 * SVBSEQVENTER quæro, quid ſi ſit erratum in nomine proprio delinquentis, cum de corpore conſtet.Reſpondeo,nõ uitiatur proceſſus nec inquiſitio:ut l.ſi in iudiciis.ff.de iudi.

AVGV. Aduertas tamen,ꝙ rectè dixit,cũ de corpore cõſtet: quia ſi nõ cõſtaret de corpore:quia etiã duo Titii in ciuitate,& iudex citaret Titiũ:ille qui fecit facere illam citationẽ illo modo,debet cõdemnari in expẽſis.glo.Bald.& Ang.in l.eũ quẽ temere.ff.de iud.Scias tamẽ, quòd ille ſic citatus tenetur cõparere & allegare exceptionẽ,uel quòd citatio eſt obſcura,uel quòd nõ eſt ille Titius. Ita dixit Bald.in d.l.eum quẽ.temere fuiſſe iudicatũ Florẽtię licet Angelus ibi aliter loquatur.

8 *Error cõfinium loci delicti nõ uitiat inquiſitionem,ſi conſtat de quo loco ſenſit iudex.*

ANGELVS.

8 * QVID ſi eſt erratũ in cõfinibus delicti,pur tamen cõſtet de quo loco iudex hîc ſenſit?dic quòd non uitiatur inquiſitio.lege,patronus.§. Sempronio.ff.de lega.iij.

AVGV. Tu adde no.per doc.in d.l.ſi quis in fundi uocabulo.de le. j.&



j.& ibi latè dixi.& doc.in l.forma.ff. de cenſi.per Bar.in l.cũ pater.§.ſi.ff. de leg.ij.uide no.in l.ſi Fortidianũ. C.de leg.uide Bald.in l.penul.in x. col.C.de execu.rei iudi.qui dicit,ꝙ error cõfiniũ etiã nõ uitiat ſentẽtiã.

*Error loci originis uel parochiæ delinquentis non uitiat inquiſitionem, dummodo conſtet de corpore.*

ANGELVS.

9 * QVID ſi eſt erratum in terra ſiue loco originis delinquentis,uel erratũ fuerit in parochia?dic ꝙ nõ uitiatur inquiſitio.l.quoties.in prin. ff.de here.inſt.dũmodo de corpore cõſtet.intãtũ ꝙ dicit Ang.& Imo.in l.his uerbis.§.j.ff.de hære.inſti.ꝙ ſemel fuit Bononiæ unus decapitatus qui nõ credebat bãnũ ſuũ ualere,qa erat de alia terra quã diceret in bãno:qa cõſtabat de corpore.qđ not.

AVGV. Tu autẽ in hac materia adde,quod uerũ eſt,ꝙ ubi cõſtat de corpore,error in patria non uitiat diſpoſitionẽ.Sed limito prædicta ubi patria nõ eſſet de ſubſtantia actus,aliàs ſecus:qa ſecũdũ diuerſas patrias,erãt diuerſæ pœnæ:quia tũc error patriæ uitiaret inquiſitionem. Ita ad hoc allego doc.in c.ſignificãte.extrà de reſcri.maximè Imo.in illa quæſtio.de illo qui impetrauit reſcriptũ cõtra Titiũ doc.de diœceſi Ferrariẽſi:& erat Reginus:qa ſi cõſtabat ꝑ alias circũſtãtias de corpore Titii:tñ rõne patriæ ꝓpter dictas, reſcriptũ obtinuiſſet &c.ibi uide.Nã cõis ſentẽtia eſt,ꝙ ille error in diœceſi, uel patria uitiat diſpoſitionẽ, etiã ſi cõſtat de corpore.uide tñ quę dixi in d.l.ſi qs in fundi uocabulo.

10 *Error in nomine artificij:quia dixit beccariũ,cũ eſſet faber,non uitiat inquiſitionem,ſi conſtat de corpore.*

ANGELVS.

10 * QVID ſi erratum fuit in nomine artificii, quia dixit beccariũ,
a cum eſſet faber?[a] dic quòd ſi de corpore conſtat,non uitiatur inquiſitio.l.qui habebat Flaccum.ff.de rebus dub.ita dixit Bald.in l.ſi quis in fundi uocabulo.ff.de lega.j.

ADNOTA.a ¶Faber.*Adde & uide Lud.Ro.in cõſi.cccxliij.Ber.*

AVGVSTI. Tu adde quę ibi dixi.Adde tamẽ ꝙ iſta cõcluſio uidetur falſa.Nã error in nomine appellatiuo, uitiat diſpoſitionẽ. d.l.ſi quis in fundi uocabulo.unde cũ dico beccariũ,cũ eſſet faber, uidetur erratũ in nomine appellatiuo:& ſic ut dixi,uidetur uitiari diſpoſitio,cũ etiã de corpore conſtet.d.l.ſi quis in fundi uocabulo.& ideo pro pleniori doctrina & uera ſolutione illius tex.in d.l.qui habebat Flaccum.uide Bald.in l.ſi in nomine.C.de teſta.& aliquid in l.ſi Fortidianũ.C.de leg.

11 *Error in proprio nomine iudicis non uitiat inquiſitionem.*

ANGELVS.

11 * QVID ſi iudex errat in proprio ſuo nomine,an per hoc uitietur inquiſitio?uidetur quòd ſic:quia error in ſuo nomine proprio uidetur ſupinus:ut in l.fi.C.de hæred.inſti. Tamen ille tex.uult cõtrarium: qa licet ſit ſupinus,ſi tamẽ erretur, nõ uitiatur inſtitutio, & ſic nõ debet inquiſitio uitiari,ut not.Rap.in d.l.ſi qs in fundi uocabulo.in princ.

AVG. Tu in hac materia adde,
b quòd iſta deciſio uidetur falſa[b]: quia Bar.Bal.Ange.& doct.in d.l.fi. C.de hæred.inſti.cõtrarium uolunt, quòd imò uitietur diſpoſitio propter

pter errorē nominis proprii.Et Ro-
ma.in l.ſi in nomine.C.de teſta.&
Modernio.& ibi latè ſcripſi in d.l.ſi
quis in fundi uocabulo.ff.de lega.j.
ubi etiam ultra legiſtas dedi aliam
pulchrā limitationē, qn̄ error in no
mine proprio uitiat diſpoſitionē.

ADNOTATIO.a ¶Videtur
falſa. *Vltra dicta hic adde,quòd nō ſo-
lùm error in nomine proprio teſtātis ui-
tiat teſtamentū:ſed etiā,in nomine pro-
prio patris ipſius teſtantis uitiat inſtitu
tionē.ita conſuluit* Roma.*in cōſil.clxxix.
dic tamē quòd error nominis iudicis uel
partis,non uitiat reſcriptum.ita ipſe* Ro-
*manus.in cōſil.cccxliij.quem etiam uide
ad q.ſequentem.*Ber.

11 *Error in proprio nomine delinquentis,
non autem dignitatis ſeu artificij,etiā
uitiat inquiſitionem.*

ANGELVS.

12 *QVID autē ſi eſſet error in a
nomine ꝓprio delinquētis , ſed nō
dignitatis ſeu artificii:ut quia inqui
ritur cōtra Titium poteſtatē Aretii,
& Sempronius eſt poteſtas Aretii,
an teneat inquiſitio?dic quòd ſic:
quia attenditur artificiū ſiue digni-
tas,propter quam dignitatē & arti-
ficium adminiſtratū cōtra eū inqui
ritur,licet ſit erratū in nomine pro-
prio:ut no.Bar.per illū tex.in l.pen.
ff.de reb.dub.& in d.l.demōſtra.in
princi.in uer.item eſt aduertendum
quòd quando &c.

AVGVSTI. Adde, quòd iſta
cōcluſio eſt uera,per ea quæ tradi-
di latè in d.l.ſi quis in fundi uoca-
bulo.ff.de leg.j.ſecutus ſententiam
Bald.in l.ſi in nomine.C.de teſta.&
maximè,quia ubi cōſtat de corpore
per alias demonſtrationes,error in
nomine proprio nō uitiat diſpoſi-
tionem.d.l.ſi in nomine.C.de teſta.
cum ſimilibus.

13 *Statutū dicit quòd pœna augeatur ſi
quis offendit annunciatū:* Titius *of-
fendit Petrū ab annūciatu remotū de
proximo:dic quod augebitur pœna.*

ANGELVS.

13 *ET diligēter pōderanda ſunt
uerba noſtræ inquiſitionis:quia ho
micida erat nobilis.Quid ecōtra,ſi
offenſus erat nobilis in dignitate de
pręſenti,uel pręterito,ut puta,Pone
ꝙ ſtatutū uult,ꝙ pœna augmētetur
ſi qs offendat ancianū,uel poteſtatē
aliquis offendit aliquē ab anciana-
tu,uel poteſtaria remotū de proxi-
mo:an pœna augmētetur.Ro.in l.ſi
qs in graui. §.de his.ff.ad Silla.alle-
gat Albe.qui tenet,ꝙ ſic,in tractatu
ſtatutorū:pro quo allegat tex.in l.fi.
ff.de decu.& tex.in l.pe.C.eo.tit.fa-
cit l.fruſtra.C.de ſent.paſ.Sed Ro.
ibi dicit fortiter ſe dubitare,cū qua
litas adiūcta uerbo, debeat intelligi
ſecundū tēpus & actū uerbi.l.in de-
lictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa.Cùm
ergo ſtatutū loquatur de poteſtate,
non debet intelligi de remoto,ſiue
de eo qui finiuit officiū.l.ſi uerò.§.
de uiro.ff.ſoluto matri.& l.cui eo-
rum.§.affinitatis.ff. de poſtu. Nec
obſt.d.l.fi.& d.l.pe.quia ibi expreſ-
sè fit mētio de remoto à decuriona
tu,nō autē eſt ita in ſtatuto. Et pro
hoc inducit caſum in c.j.de uaſallo
qui cōtra cōſtitutionē:ubi uaſallus
liberatꝰ nō tenetur defendere dn̄m
ut prius,ita nec offendere:& ſi dn̄s
offenderetur à uaſallo liberato,ua-
ſallus nō tenet̃ eadē pœna,ſed alia
iudi.arbi.ut dicit ibi tex.iuncta glo.

ADNOTA.a ¶Sed Roma.*Ad-
de tu quod pro opi.*Roma.*facit,quod cō-
ſuluit Pau.de ca.in conſil.lxviij.ubi ſta-
tutū de cōpromiſſo fiendo,nō cōprehēdit
ſocrum & nurum mortuo uiro:*Ber.



AVGV. Tu autē in hac mate-
ria adde id quod dixit Bal.not.in l.
obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic.
proconſul.& lega.in vij.q,qui dicit
in propriis terminis,ꝙ ſtāte ſtatuto,
quòd ſi qs offenderit poteſtatē pu-
niatur in tātū:nō intelligitur de re-
moto,ſed de præſenti.& allegat in
argumentū d.§.affinitatis.in d.l.cui
eorū.& hoc intelligo procedere,&
idem eſſe in ancianis &aliis priori-
bus.Limito tamē prædicta ſingulari
ter,quòd ſi ſtatutum loqueretur de
officialibus,qui finito officio tenen
tur ſtare ad ſyndicatū:ſtatutū loquēs
puniendo iniuriantes huiuſmodi
officiales , cōprehendit etiam offi-
cialem remotum ab officio,qui fuit
offenſus durāte ſyndicatu ſuo:dum
modo fuerit offenſus tempore ſyn-
dicatus , ratione illius officii fini-
ti:ita ſingulariter dixit Bal.in d. §.
proficiſci.in vij.q.argumen.l.j.C.ut
cauſæ poſt puber.adſit tutor.Et hæc
not.quia aliàs uidi de facto hanc q. a
Roma.uoluit allegare Alberi.in ij.
parte ſtatutorum.q.xviij.

14 *Si Titius qui naturaliter eſt nobilis,
ſtatuto fiat popularis,& deſierat eſſe
nobilis,quomodo intelligatur.*

ANGELVS.

14 *QVID autē ſi quis naturali-
ter nobilis eſt,ſed ex forma ſtatuti
efficitur popularis,ut ſit Florentiæ:
ꝙ magnas efficitur de populo , &
deſinit eſſe nobilis,quomodo intel
ligitur?dic ꝙ quo ad ea quæ cedūt
ad eius fauorē,deſinit eſſe nobilis,
ſed nō ad ea quæ cedūt in eiꝰ odiū:
ut no.Bar.per illū tex.in l.j.C.de in
fa.lib.xij.facit quod ipſe not.in l.j.
C.de dignitatibus.libr.xij.& facit l.
actionū. §.itē qui ſunt.ff.pro ſocio.
ſecūdū Ro.in d.§.de his.facit quod
no.Bar.in ſimili.in l.j.ff.de lega.j.in
uer.& faciūt p̃dicta.qđ ſingulariter
no.qa ſi Florētię unus qui erat nobi
lis & magnas,effectꝰ ſit poſtea popu
laris,& delinquat:tn̄ punietur pœna
magnatū,& ſic maiori:nō autē pœ-
na populariū,& ſic minori : qa quo
ad ſui odiū, nō deſinit eſſe nobilis.

AVGV. Adde tamē ꝙ iſta deci-
ſio uidetur falſa,per tex.in l.ex ratio
ne.ff.de excu.tut.per quē text.dicit
ibi Bal.ꝙ ſi comitatiuus debet tra-
ctari ut ciuis:nedū debet tractari ut
ciuis quo ad fauorem : ſed quo ad
odium.Et idē uult Bal.in l.quod fa-
uore.in vij.oppoſitione. C. de legi.
& Pau.de ca.in l.ſi duo.ff.de acqui.
hæredi.& in l.nulla.ff.de legi. Sed
quia iſta eſt maxima difficultas , &
multæ deciſiones Bart.& Bal.& ca-
noniſtarū reperiūtur cōtrariæ:ideo
me remitto ad ea quę dixi ī l.j.ff.de
le.j.[a] ubi multas deciſiones allegaui.

ADNOTA.a ¶ff.de leg.j.*Ad-
de tu, quòd uerba ſtatutorum uel refor-
mationum quibus nobiles efficiūtur po-
pulares,ſunt ponderāda, per ea quæ po-
nit* Roma.*in cōſi.lxxxiij.ubi ponit,quòd
ſtatutū diſponēs, quòd inter affines fiat
compromiſſum:& alio ſtatuto exiſtēte,
quòd aliquis nō intelligatur de tali agna
tione eſſe,& habeatur ut extraneus,an
hoc non obſtante poterit fieri compro-
miſſum.*Ber.

15 *Iudice procedēte cōtra aliquē tāquam
cōtra inſignē latronē,& ita cōdēnan
te,cū pro ſententia præſumatur,non
potuit cōdemnatus appellare,dicendo
ſe eſſe latronem,ſed non inſignem.*

ANG

ANGELVS.

15 *ET tene bene menti, quòd hîc
in noſtro proceſſu proceditur tan-
quam contra homicidã, & ita dãna-
tur. quod facit ſi iudex procedit cõ-
tra aliquẽ tanquam cõtra inſignem
latronẽ, & ita cõdemnauit. quod cũ
pro ſententia præſumatur. l. Heren-
nius. §. j. ff. de euict. nõ poterit con-
dẽnatus allegare quòd non eſt inſi-
gnis, licet ſit latro, ad hoc ut poſsit
appellare. ita dicit Bar. ſingulariter
in l. conſtitutiones. ff. de appella. &
ipſum ſequitur Imo. quod ſingulari
ter nota, pro inquirẽtibus qui ſolẽt
dicere in inquiſitione cõtra Caiũ pu
blicũ & inſignẽ furẽ & latronẽ: & in
inquiſitione dicũt ſimilia uerba: ut
ita p̃ſumatur niſi in cõtrariũ ꝓbetur.

AVGVSTI. Adde quòd iſta
concluſio an ſit uera uel falſa, pẽdet
ab his quę dixi in repetitione l. ſciẽ-
dum ff. de uer. obli. ubi diſputaui, an
præſumatur pro ſententia quandò
iudex in ſententia dicit, uiſo libel-
lo, uiſa litis conteſtatione &c.

SVMMARIVM.

1 *Statuta ſunt in aliquibus locis, quòd alia pœna ſit in ciue, alia in forenſe.*

2 *Statutum imponẽs maiorem pœnam forenſi quàm ciui, an ualeat.*

DE Bononia homicidam.
Ideo apponũtur iſta uerba, ut
ſit maior demonſtratio, ut ſuprà in
gloſſ. præcedẽte dictum eſt: & dic ut
1 ibi. *Ac etiã, quoniã in aliquibus ci-
uitatibus & locis ſunt ſtatuta, quòd
alia pœna eſt in forẽſe, alia in ciue.
Vnde, ut iudex poſtea in limitatio-
ne pœnarũ ſciat & poſsit pœnã de
delicto ſecũdũ qualitatẽ perſonarũ
cõmenſurare. l. auxiliũ. §. in delictis.
ff. de mino. Ideo talia uerba à iu-
dice in inquiſitione apponuntur.
2 *Quid autẽ ſi ſtatutũ uult, ꝙ ma-
ior pœna imponatur forenſi & ca[ua]
ualeat tale ſtatutũ? & uidetur quòd
nõ: quoniã lex, ſiue ſtatutum, debet
eſſe uniuerſalis, non particularis:
aliàs nõ ualet. l. Antiochẽſiũ. & quod
ibi no. ff. de priui. cre. Præterea lex,
uel ſtatutũ debet eſſe ſancta, & ho-
neſta: ut j. q. v. c. hoc ꝗppe. & l. ij. & iij.
ff. de legi. ſed nõ poteſt dici honeſtũ
ſtatutũ, qđ pariter non punit delin-
quẽtes, ac etiã cũ propter ſtatutũ ci-
ues redderẽtur audaciores & forẽ-
ſes timidiores, cũ maiori pœna time-
rẽt affici: ar. l. j. §. quæ honorãdæ. ff.
qua. re. act. non da. & quod ibi Bar. la
contrariũ ꝙ ualeat ſtatutũ, quoniam
ciuitas põt grauare ciues ſuos mu-
neribus realibus, & perſonalibus, &
miſtis, & nõ forẽſes. ff. de mu. & ho.
totã l. incola. ff. ad muni. l. ij. ff. de iur.
immu. l. reſcripto. §. fi. & ibi gl. & Bar
to. ff. de mun. & ho. Ergo nõ eſt mi-
rũ, ſi ciuitas poteſt poſtea ciues ſuos
in alio alleuiare, ut minori pœna de
pari delicto afficiãtur, quàm forẽſes:
argu. l. eum qui. in prin. ff. de iureiu.

AVGVSTI. Tu in hac materia
adde, quòd uera eſt iſta concluſio, ꝙ
tale ſtatutum ualeat quòd punit in
a plus forenſes[a] q̃ ciues: quia in deli-
ctis eſt iſta una maxima, ꝙ lex non
debet eſſe tantũ vniuerſalis & gene-
ralis quò ad oẽs, quin habeatur di-
ſtinctio perſonarum, ut in uno eo-
démq; delicto maiori pœna afficia-
tur vnus pluſquã alter. Iſte eſt tex. in
l. in ſeruorũ. in princ. ff. de pœnis. &
ideo dixit iuriſcõſult⁹ in l. aut facta.
in uer. perſona dupliciter ſpectatur,
eius q̃ fecit, & eius q̃ paſſus eſt. ff. de
pœnis, ꝙ ad puniẽdũ malefactorem
ad pœnam infligẽdam, iudex debet
animaduertere ad cõditionem per-
ſonæ. Vnde non eſt nouum, quòd de
pari delicto una perſona puniatur
pluſquàm aliã, ut ibi habetur: & dic
ut dicam infrà, in ſeq. quæſtio.

ADNOTA. a ¶ Forenſes. *Adde tu & dic ut etiam per Cæpollam, conſilio xl.*

3 *Nomine patriæ delinquentis non exiſtẽte in inquiſitione, præſumitur quòd talis ſit de loco in quo ſit iudicium.*

ANGELVS.

3 *QVID autem ſi dicta uerba ui-
delicet, (de Bononia) non apponan
tur: an in dubio præſumatur de Bo-
nonia, uel forẽſis? dico quòd in du-
bio præſumitur de loco ubi iudiciũ,
accuſatio, uel inquiſitio agitatur. ar-
gumen. no. in l. quæ conditio. §. cum
ita. ff. de conditio. & demonſtratio.
& l. nulli. C. de epiſco. & cleri. quia
iſta qualitas, uidelicet, quòd ſit foren
ſis, cùm non ſit appoſita, non præſu-
mitur, nec ſubintelligitur. l. ita ſtipu
latus, §. Chryſogonus. & quod ibi
not. ff. de uerb. obliga. Et præſertim
cùm iſta qualitas ſit cauſa fundamẽ-
talis iudicis ad imponendam maio-
rem pœnam. Ideo fuit de neceſsita-
te apponẽda in inquiſitione appro
banda, & non appoſita & non pro-
bata nõ præſumitur: & ſic ſolùm pœ
na ciuium & non forenſium poteſt
imponi: quia iudici hoc facere &
probare incumbebat, cùm ſit cauſa
ſuæ intentionis. arg. no. per Barto. in
l. in illa ſtipulatione ſi cal. & l. hoc iu
re. ff. de uerbo. obli.

AVGVST. Tu autẽ in hac ma
teria adde, ꝙ uera eſt iſta concluſio,
ꝙ in dubio q̃s præſumat̃ eſſe de illo
loco ubi repertus eſt, ſiue uiuus, ſiue
mortuus. Et ideo dicit Ang. in l. ſi cũ
exceptione. §. in hac. ff. quod metus
cauſa. ꝙ ſtante ſtatuto, quòd maiori
pœna puniatur ille qui occidit ciuẽ,
quàm forẽſem: & aliquis occidit ali-
quem in dubio alio non docto: ille
mortuus præſumitur eſſe ciuis & nõ
forenſis: quia in dubio quis nõ præ-
ſumitur forenſis. de hoc uidetur eſ-
ſe tex. in l. j. ff. ad municip. quem tex.
ponderauit ibi Bart. in illa quæſtio.
ibi, quæro quid ſi eſt aliquis cuius
ignoratur origo paterna uel mater-
na. latè dixi in rubrica, ſoluto matri-
monio. in addi. meis.

4 *Statuto dicente quod forenſis plus puniatur quàm ciuis, quis dicetur tunc ciuis? dic quòd ciuis eſt origine propria, paterna, uel auita.*

5 *Ciuis quomodo efficitur quis quando hoc non conſequitur origine ſua, aut paterna, uel auita.*

6 *Ciuis ex priuilegio dicente quòd habeatur pro ciue: an actiuè & paſſiuè habeatur pro ciue.*

ANGELVS.

4 *QVAERO, ſtante ſtatuto ꝙ fo
renſis plus puniatur &c. quis dicatur
forenſis? dic ut dicit Bar. in ſimili. in
ſuo tracta. repreſaliarum. in princi-
pali. q. uer. ad tertium quæritur an ci
uibus noſtris &c. & in uer. ad quar-
tum quæritur. & in uer. ad quintum.
& in uer. ad ſextũ. ubi in effectu con-
cludit, quòd ciuis eſt origine pro-
pria paterna, uel auita. ut l. aſſum-
ptio. & quod ibi no. glo. & Bart. ff. ad
5 municip. *Sinautem ibi natus non
ſit: & tunc eſt effectus ciuis: & tunc ſi
dictũ ſit ꝙ in omnibus & per omnia
ſit ciuis & pro ciue habeatur: & tunc
debet ſibi imponi pœna ut ciui ori-
ginario. l. ſi maritus. §. lege Iul. & ibi
Bart.

Bar.ff.de adul.& l.ſi is qui pro emp.
circa medium.ff.de uſucapi.& hoc
eſt uerum,ſi factus eſt primò ciuis di
cto modo ante dictum maleficium:
aliâs ſibi non prodeſſet:ut l.ſi quis
poſtea quàm.ff.de iud.& facit quod
plenè not.Bar.in l.j.ff.de pœnis.Si
autem quò ad quid habentur pro ci-
uibus,& non quò ad omn a,ut ſcho-
laris:ut l.ij.C.de incol.& tunc in his
quæ ad eorum commodum ſpectāt,
habentur pro ciuibus , & ſic quo ad
pœnæ minoratione͂.In his uerò quæ
ad eorum dãnum ſpectāt,non habē-
tur pro ciuibus,ut not.in d.l.qđ fa-
uore.C.de leg.& in l.j.& ij.C.ubi de
crimi.agi opor. Sinautē ſtatutum di
ceret,ꝙ tales tractarentur ut ciues:
animaduertendum eſt, quòd talia
uerba non faciunt eos ciues:ut ff.de
uerbo.ſigni.l.mercis loco.in prin.&
quod ibi no.gl.& Iac.de Are.impor
tāt tamen illa uerba,quòd in iis quæ
de iure poſſunt conſequi ut ciues:ta
les qui haberi debeant pro ciuibus
conſequātur,ita ꝙ intelligitur ad-
dita dicta qualitas,ut ſcilicet tracten
tur ut ciues.ſicut dicimus in ſimili,ꝙ
tutor loco domini habetur:intelligi
tur in his quæ de iurę fieri poſſunt:
ut l.ſi fundum.§.ſi tutor.ff.pro emp.
Alii autem omnes dicuntur forēſes,
& in his habet locum augmentatio
pœnę,niſi ſteterint in ciuitate per x.
annos:quia ipſo iure habentur pro
incolis & nõ forēſibus:ut d.l.ij.C.de
inco.& ibi gl.& Bar.in d.l.j.& ij.& ibi
do.C.ubi de cri.agi opor.& in auth.
qua in ꝓuincia.C.e.ti.quę omnia ſin
gulariter tene mētı:qui aut plurimū
ſtatuta terrarū imponunt maiorem
pœnā forenſibus:ut ſcias cognoſce-
re qui ſint forenſes,& qui nōn.

AVGVST. Tu autem [a] in ha
materia adde inquantum do.Ange.
hîc concludit,quòd ſtante ſtatuto,ꝙ
maior pœna ſit in forenſe quàm in
ciue,quòd ad hoc ut quis non ſit fo-
renſis ſed dicatur ciuis,& quòd ciuis
dicitur propriè origine propria,uel
paterna,uel auita,per doctrinā Bar.
poſt gloſſ.in l.aſſumptio.ff.ad mu-
nicip.Sed addatis,ꝙ imò etiã ſi eſſet
aliquis qui haberet incolatū uel do-
micilium in aliqua ciuitate, poteſt
dici ciuis illius ciuitatis.& ad hoc al
lego gl.ſing.in c.ſtatutum. §.cùm ue
ro.in uer.eiuſdem ciuitatis.& in uer
ſicu.unam dietam.in fin.extrà de re.
ſcrip.in vj.ubi glo.dicit,quòd ſi ali-
quis habet domicilium in una ciui-
tate,dicitur eſſe de illa ciuitate:&
ideo Domini.de ſancto Geminia.ibi
ponderabat illam glo.ad hoc,ut ille
qui habet domicilium in una ciuita
te,poſsit dici ciuis illius ciuitatis:&
maximè in fauorabilibus , non autē
ſtrictè & propriè:& alle.l.ciues.cum
gl.ibi.C.de app.Et certè hoc etiā ibi
uoluit Bal.in d.l.ciues. per ea quæ
habentur in l.ciues.C.de incol.& idē
dixit Paul.de caſt.in l.in prouincia-
li.§.ſi in publico.ff.de oper.no.nun-
cia.qui per no.in l.j.ff.ad municipa.
& per not.per Barto.in tract.repræ-
ſalia.in v.queſtio.princip.dixit,quòd
ſi forenſis ſubiret onera ciuitatis &
ibi haberet domicilium , etiam quo
ad commoda habebitur pro ciue.Er
go in propoſito,cùm tractatur in ca
ſu noſtro de fauore,hoc eſt,quòd ta
lis delinquens habeatur pro ciue,&
ſic in minori pœna afficiatur , uide-
tur ꝙ forenſis habens domicilium
in una ciuitate quò ad iſta commo-
da ciuium , debeat haberi ut ciuis.
Et an



Et an iſta concluſio ſit uera uel falſa:
dic ut dixi in additionib⁹ meis, in d.
6 §.ſi in publico.* Et inquantum dictū
eſt,ꝙ ſi aliquis ex priuilegio habetur
b pro ciue in omnibus & per omnia [b], h
uel ſine his uerbis dictū eſt,ꝙ talis ha
beatur pro ciue, an actiuè & paſsiuè
debeat haberi pro ciue, uel quò ad
commoda, uel incommoda. De hac
materia adde no.per Ang.in l.ij.§.fu
rioſus.per illum tex. ff.de iure codi.
& Bal.in l.quod fauore. C.de legi.in
vij.oppo.& Pau.de caſt.in l.ſi duo.ff.
de acqui.hær.& in l.nulla.ff.de legi.
& per Barto.in l.non tantum.& in l.ſi
emancipa.ff.de contratab. Et Bal.in
l.ea lege.C.de cond.ob cau. & Ang.
in l.diuus.per illū tex.ff.de teſta.mil.
& Ang.in l.ſi à milite.eo.titu.& adde
Bal.in auth.habita. C.ne filius ꝓ pa-
tre.in ij.col. & Bal.in procemio ff.&
Bal.in l.ſi Rufinus. C.de teſt.mili.per
Ro.in l.adoptiuū. §.patronū.ff.de in
ius uoc. Pet.de anch.in repetitiōe c.
canonū ſtatuta.extrà, de iudi.in ciiij.
col.& Ang.in l.j.ff.de lega.j. Ang.in
l.tale. §.j.ff.de hær.inſtit.& ibi Imol.
Fulg. & Roma.in dicta l.ſi Rufinus.
& Roman.in l.ſi is qui pro empto-
re.ff.de uſuſcapio.Et prædicta limita
bat Paul.de caſtr.in d. l.ſi Rufinus.&
Pau.de caſt.in d.l.ſi duo.ff.de acquir.
hære.& Albe.de Roſa.in quæſtioni-
bus ſtatutorū.in j.parte. q.lxx.in uer.
item quæro ſtatuto cauetur,quòd cì-
ues habentes diſcordiam.

ADNOT. a ¶ Tu autem. *Adde
tu & uide pro confirmatione eorum quæ
hic dicuntur,quæ uoluit Franciſ.de Aret.
in conſi.lxxvij.ubi alleg.glo. in d.c.ſtatu-
tum.& ad illam reſpondet,& fortifican
tur per ea quæ uoluit Alex.in conſi.clvij.
in ij.uolu. & uterque alleg.Bar.in conſi.
quod incip. quidam eſt effectus ciuis. &
uide Raph. Cu.in conſil. clxxvj.Anto.de
Butr.in conſi.xxj.ubi alleg.dictam gloſs.
Bernad.*

¶ In omnibus & per omnia. *Ad-
de tu & uide Alex.de Imol.in l.j.ff.de le.
j.Rom.conſi.lxij.xcij.& ccvj.ubi bonum
uerbum,& inquantum ſupra Ang.dicit,
quòd qui ſtetit in ciuitate per decem an-
nos,habetur pro incola.adde Ang.de Per.
in conſi.clxxviij.Ber.*

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitione eadem proceditur contra
principalem,& præſtantem opem.*
2 *Inquiſitione facta contra plures , non
retardatur proceſſus contra præſentes
propter abſentes & contumaces.*
3 *Adulterij crimen non patitur,quòd ex
eadem inquiſitione & eodem proceſſu
procedatur cōtra maſculū & fœminā.*
4 *Inceſtus crimen patitur, quod contra
plures delinquentes ſimul & ſemel in-
quiratur.*

ET Andræam Marci lanificē
capellæ ſancti Blaſij de Bo-
1 nonia auxiliatorem.* Nota quòd
ex eadem inquiſitione proceditur
contra principalem & acceſſorem,
ſeu opem præſtantem, quod fieri po
teſt. Et idem contra principales &
opem præſtantes ex eodem facto &
delicto , & eodem tempore & loco
commiſſo:ut C.de accuſ.l.ſi quis ho
micidii.& quod ibi not.doct.in l.ni-
2 hil.§.fi.ff.de adul.* Aduertas tamen,
ꝙ iſto caſu quando inquiritur con-
tra plures, quòd propter abſentes &
contumaces nõ tractatur proceſſus
contra præſentes & econtra : ut eſt
tex.& ibi Bart.in l.non idcirco. ff.de
3 iudi.* quod fallit in crimine adulte-
rii:quia ex eadē inquiſitione & pro-
ceſſu nõ poteſt procedi contra ma-

ſculum & fœminam adinuicem adulterantes.l.ſi maritus.§.fi.ff.de adult. Ita dicit Cyn.in l.iij. C.de ſepulchro uio.& Bart.in l.hos accuſare.§.lege Iulia.ff.de accu.& Bar.in l.inter liberos.§.filiusfamil.ff.de adul.Et no.gl. in l.ſi cui.C.ſi reus uel accuſator mortuus fuerit. Et aduertẽdum eſt, quòd dictus Andræas nihil aliud fecit, niſi quòd ſemper aſtitit dicto maleficio, ut dictus Titius habilius committere poſſet,ut patet in dicta inquiſitione.ſed dicta uerba, ſemper aſtitit maleficio,ſunt tantæ importantiæ,quãtæ ſi diceretur, auxilium & fauorem præſtitit.Ita dicit Barto.in l.ſi ſeruus. §.fi.ff.de furt.circa fin.& in l.ſi in rixa.in uerſi.datis his regulis.ibi, tamẽ aduerte &c.ff.de ſica.facit quod not. Bal.in l.non ideo minus. C.de accu. & Bart.in l.in furti.§.ope.ibi, quandoque quis præſtat auxilium in ipſo actu &c.ff.de fur. & uide quæ dicam infrà in gl.in uerbo,(dicto maleficio ſemper aſtitit &c.)

AVGVST. Tu autem in hac materia adde ea quę dixit Bar.per illum tex.in l.de uno quoque.ff.de re iud. qui multa allegando, dixit idẽ quod dixit in d.l.non idcirco.uidelicet, ꝙ non debet retardari proceſſus propter contumaciam aliorum : & idem econtra. & ibi uide Moder. quia iſta eſt uera ſententia. Et hoc ne delicta remaneant impunita : & hoc pertinet ad officium iudicis.l.congruit.ff. de officio.præſi.Dixi etiam in l.iiij.§. hoc autem iudiciũ. ff.de damno in-
4 fect.* Et inquantum do.Angel.limitabat hoc non procedere in crimine
c adulterii [c] :quia contra plures ſimul & ſemel delinquentes non poteſt inquiri. Adde Cynum, Bald. Angel, Salice. & doct.in l.reos.C.de adult. qui ita dicunt per illum text.& ibi Angel.dicit,quod eſt ſpeciale in illo delicto.Limita tamen hoc non militare in crimine inceſtus; quia contra plures ſimul & ſemel committentes illud delictum poteſt inquiri.text.eſt in l.uim paſſam.§.inceſti. ff.de adult. & in l.qui pupillam.in fi.ff.eo.titu.& licet gloſſ. uoluerit deſtruere illos text. tamen Barto. in l.hos accuſare. §.j.ff.de accuſ.damnat illas gloſ.Secundò limita hoc debere intelligi, quando quis uellet accuſare adulterum & adulteram : quia non poteſt, qui commiſerunt ſimul & ſemel illud delictum : ſed ſi uellet accuſare adulterum,& opem præſtãtem adulterio:tunc tenet proceſſus.tex.eſt ſingul.in l.nihil.§.fin. ff.de adulter.Ita etiam dicit Sali.in l.reos. C.de adul. & hæc omnia nota : quia ſunt quotidiana & pulchra.

ADNOT. a ¶In crimine adulterij. *Adde tu an adulter & adultera poßint ſimul & ſemel accuſari.uide Bal. in conſi.cclxxxj.in iiij.uol.Ber.*

5 *Opem præſtare maleficio quot modis quis dicatur.*

ANGELVS.

5 * QVAERO, quot modis dica-
a tur quis præſtare opem. [a] Reſpondeo, quòd maleficio præſtare opem dicitur duobus modis : ante maleficium , ut præſtando ferramenta,& præſtando domum ubi ſe reponant, & de committẽdo maleficio loquitur:ut l.ſi pignore.§.fi.ff.de furt.& l. qui domum.ff.de adulteriis.uel aſſiſtendo dicto maleficio.ita dicit Bart. in d.§.ope.ibi, uenio ad ſecundum. ff.de furt.Poſt uerò maleficium præſtando opem, ut puta ad euaſionem homicidæ, etiam tunc non dicitur propriè præſtare opem maleficio: ſed alio modo,ut notat ibi Bart. circa finem.



ADNOT. a ¶Præſtare opem. *Adde tu qualiter quis dicatur opem præſtare.& uide Bal.in conſi. ccxx.in iij.lib. Cæp.conſil.j. & Paul.de caſtr. in conſil. ccxxvij.Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia adde, quòd melius poſſunt iſtam materiam Ange.in l.j.C.de Nili aggeribus non rumpendis : ubi ponit quot modis dicatur præſtare auxiliũ. Sed
a aduerte inquantum Barto. [a] & alii uolunt, quòd quis præſtando auxilium poſt maleficium propriè non ſit auxiliator. Adde quod contra iſtã determinationem tenebat expreſsè Gandi.in tracta. malefi. ſub rubri.de pœna aſſociantis & fugere facientis:ubi expreſsè decidit,quòd imò dicitur præſtare auxilium poſt maleficium commiſſum. & allegat tex.in l. iij.§.ſi quiſquam. ff.ad Silla. & certè ille tex.uidetur deſtruere communẽ ſententiam doct.Sed uide Bart.multum eleganter in dicto §.ſi quiſquã. reſpondentem ad motiua Gandi. Et de materia uide Alber. de Roſa. in quarta parte ſtatutorũ , q.xxxiiij.qui facit mentionem de illa doctrina Gãdi.in loco ſuprà allegato per me. Limito tamen, quòd ſi conſiliũ præceſsit auxilium præſtitum poſt maleficium, quòd tunc ille talis tenetur de auxilio. Ita eleganter dixit Barto. in d.l.in furti.§.ope.puta,conſulo ut occidas Titium, quia poſtea transfugabo te extra territorium in una naui : & aliàs iſtum caſum habui de facto. Adde unam pulchram limitationem quam ponam nunc in additionibus meis infrà, in ſequenti quæſt. ubi præſtando auxilium poſt maleficium perfectũ propriè dicitur præſtare opem.

ADNOT. a ¶Inquãtum Bar. *Adde tu quòd opin.Bar.ſequitur Cæp.in in d.conſi.j. Et pro limitatione Bartol.in d.§.ope.adde Bald.in conſil. ccccxvj.in j. uolu. ubi dicit, quòd quidam nimis rigoroſi dicunt,quòd ubi conſilium coniungitur cum ope, quòd debet puniri ut principalis: & quòd de æquitate putat contrarium eſſe tenendum. Ideo ibi refert ſe ſequi conſilium do. Philip. de regio. & quòd præſtans conſilium homicidio cum ope,debeat puniri pœna arbitraria. adde Cæp.conſi.xxvij.Ber.*

6 *Statuto dicente, ſi quis bannito opem & adiutorium præſtiterit, qualiter intelligatur.*

7 *Statuto dicente, ſi quis dederit auxilium alicui ad maleficium committendum,qualiter intelligatur.*

9 *Statuto puniente abſolutè, operatur, quòd ſi quis præſtiterit auxilium poſt maleficium perfectum,ille talis puniatur ac ſi uerè præſtitiſſet auxilium maleficio.*

9 *Auxilium præſtare an dicatur quis ſupplicando principi,uel aduocando.*

10 *Statuto dicente quòd bannito nõ poſſit præſtari auxilium, teſtificans pro bannito incidit in pœnam.*

ANGELVS.

6 * SI autem diceret ſtatutum , ſi quis bannito opem & adiutorium præſtiterit,qualiter intelligatur,not. Bar.in princ.d.§.ope. ubi dicit,quòd quandoq; ſtatutum punit auxilium nõ reſpectu certi actus:puta quia ſtatutum dicit, ſi quis auxilium dederit bannito, quandoque ſtatutum punit auxilium reſpectu certi actus,ut quia

dedit auxilium ad maleficium com-
mittendum.Primo caſu auxilium in-
telligitur multum latè pro quolibet
adiutorio,ſiue mutuetur pecunia,ſi-
ue pariter aſſocietur, ſiue quicquid
aliud faciat quod ad eius utilitatem
pertineat.probatur in l.iiij.ff.ad l.Iu
liam maieſt.ibi,cuius de opera &c.&
ibi uide Bar. Prædicta uerò non ha-
bent locum, quãdo procuraretur ꝙ
rebanniretur per ſuperiorem per
uiã gratiæ uel iuſtitiæ:ut ibi latè per
Bar. quia non dicitur dare auxilium,
taliter quòd ipſe procurãs puniatur.
Sed aduerte,ꝙ Bart.in l.poſt legatũ.
§.ſunt qui putant.ff.de his qui.ut in-
dig.dicit per illum tex. ꝙ aduocan-
do pro bannito, eſt præſtare auxiliũ
& fauorem.Vnde dicit, ſis cautus,ne
ſis pro eo aduocatus, nec pro eo fi-
deiubeas niſi mandato iudicis: aliàs
in pœnam incurreres: ar.d.l.cogita.
Sed de præſtante auxilium ante ma-
leficium,& in ipſo,& poſt ipſum, uel
ad euadendũ, uel per uiam iuſtitiæ,
uel per uiam gratiæ,uel per uiã ſup-
plicationis uel miſericordiæ,uel pre
ſtando alimenta,uel repræſentando:
uide latius per Saliç.in l.j.C.de raptu
uirgi.in uerſic.nunc tranſeamus &c.
dic ut ibi: quia hic eſſet longum re-
7 ſcribere. Si autem * puniatur auxi-
lium reſpectu certi actus: diſtingui-
tur aut ante maleficium,ut ſcalas ac-
commodando, & tenetur: ut l.ſi pi-
gnore.§.ſi.ff.de furt. aut in ipſo ma-
leficio,& idem: ut d.l.j. Sinautẽ poſt
perfectũ maleficium,ut puta ad eua-
dendum,nõ dicitur propriè præſtaſ-
ſe opem maleficio: unde nõ tenetur
ſimili pœna ſicut committẽs malefi-
cium,ſed arbitrio iudicis tenetur: ut
l.j.& ij.C.qui latrocinio.ubi uide Bal.
& Ang.& plenè no.Bar.in d.l.ope.&
iſtam materiã an & quando quis di-
catur præſtare opẽ & auxiliũ uel cõ-
ſilium, & qua pœna teneatur, uide
infrà in gloſſ.in uerbo, (dicto male-
ficio &c.) ubi latius dicam.

AVG. Tu autem in hac materia
adde,qđ dixit Angel.in l.j.C.de Nili
aggeribus nõ rumpendis.in fi.ij.col.
quòd uera eſt illa concluſio, ꝙ quã-
do per ſtatutum punitur auxiliũ non
reſpectu certi actus,ꝙ illud auxilium
capitur ibi latè: & dixit unũ notabile
uerbum: quòd intãtum capitur latè,
8 * ꝙ ſi quis poſt maleficium perfectũ
præſtiterit auxiliũ, ille talis punitur
ac ſi uerè preſtaſſet auxilium malefi-
cio, per d.l.iiij.ff.ad l.Iuliã maieſt.qđ
not. Et adde,ꝙ uera eſt illa conclu-
ſio,ꝙ quis mutuando pecuniam,di-
citur præſtare auxilium.Ita dicit Bar.
in l.ſi ſciente.ff.ad leg. Põpe.de par-
ricid. Et inquãtum ſuprà dictum eſt,
9 ꝙ dubium eſt in iure: * an quis ſup-
plicãdo principi,uel aduocando,di-
catur præſtare auxilium.& reperitur
quòd Bar.eſt ſibi cõtrarius. Adde,ꝙ
prima facie uidetur ꝙ uera ſit illa cõ-
cluſio Bar.quã poſuit in d.§.ſunt qui
putãt. pro qua cõcluſione allego gl.
& quod ibi Bar.in l.poſt legatum.§.
his uerò.ff.de his qui.ut indig. in fi.ꝙ
10 * dixit,ꝙ ſi ſtatuto cauetur,ꝙ banni-
to non poſſit præſtari auxilium,aliàs
incidit in pœnam: quòd ſi quis teſtifi-
catur pro bãnito, incidit in pœnam:
quia teſtifican.dicitur auxilium præ-
ſtare. Præterea in hac parte uidetur
text.in l. quiſquis. C.ad l.Iul.maieſt.
ubi nec põt ſupplicari principi ꝓ cõ
mittẽtibus crimẽ leſæ maieſtatis.Nec
dicas ꝙ ibi ſit ſpeciale:quia ad idem
allego caſum in l.quicunque. C.de
epiſco.&



epiſco.& cleri.ubi habetur,ꝙ epiſco
pus, uel aliquis habens dignitatem
ſpiritualem,molitur aliquid contra
ciuitatem ſuã,pro eo quis nõ poteſt
ſupplicare principi.Sed his non ob.
teneo cõtrariam partem:& falſa ui-
detur illa cõcluſio Bar.quam poſuit
in d.§.ſunt qui putãt.& in d.§.his ue
rò.& uera eſt ſententia Barto.in d.§.
ope.& allego pro hac parte Alber.
de Roſa.in iiij. parte ſtatutorum.q.
xxxij.quæ incip.itẽ quærit ipſe Gan-
di.qui faciens mentionem de quadã
doctrina Gandi.in tract.malefic.ſub
rubri.de bannitis.in uer.item pone
cõtinetur in ſtatuto,ꝙ nullus preſtet
auxilium,conſilium & fauorem ipſis
bãnitis.ibi Gãdi.uolebat,ꝙ ſi aliquis
aduocatus,uel alius pro eo iuit corã
iudice pro bãnito ad allegandũ cau
ſas abſentiæ:ꝙ iſte talis uidetur de-
fendere & fauorem preſtare ipſi bã
nito,ſi hoc facit coram iudice: ſecus
ſi coram alio.Et ſic ibi Gandi.uoluit
id qđ uoluit Bar.in d.§.ſunt qui pu-
tant.Sed ipſe Alber.de Ro.in d.iiij.
parte ſtatutorum,q.xxxij.dicit,ꝙ iſta
deciſio eſt nimis dura & periculoſa:
& cõtra tenẽtes contrariam partem
arguit hoc modo.Nã officium aduo
cationis & allegandi cauſas abſen-
tiæ eſt publicum, & publicæ utilita-
tis:ut ff.& C.de poſtulã.& l.ſeruum
quoq;.§.publice.ff.de procur. Ergo
tale faciens pœnam non meretur.l.
Gracchus.C.de adulte.Et de talibus
nõ debet intelligi ſtatutũ,ſed de dã-
licto poſtea ſecuto: quod eſt utile 20
ſcire propter locũ & tempus, & alia
quę in inquiſitione debent apponi.
& hanc q. format Bar. in d. §. ſi man-
dato. uer. quæro unde oritur obliga
tio &c. ubi tenet, ꝙ propter mãda-
tum tenetur ex delicto: ut l. j. §. per-
ſuadere. ff. de ſeruo corrup. & ibi gl.
& not. glo. in §. ope. de obli. quæ ex
19 deli. naſcun. *Ex quo infert, quòd
quãdo uis accuſare, uel inquirere
contra mandantẽ, debes confinare
a locũ delicti ſecuti,[a] & tẽpus delicti:
non autẽ tempus & locũ mãdati fa-
cti: ut l. prætor. §. hoc autẽ edicto. &
ibi Bart. ff. ui bo. rap. quod eſt menti
tenẽdũ. & ibi etiã infert, quòd locus
& tempus delicti cõmiſſi inſpicitur
ad pœnã augendã uel minuendam
in mandante: ut d. §. hoc autem edi-
cto. facit quod not. Bart. & ibi etiam
Imo. in l. ſi ut proponis. ff. de fideiuſ.
de quo latius per Sali. in l. non ideo
minus. C. de accuſa. uerſic. vij. quæro
unde obligatio &c. ſed Bald. in d.l.
non ideo minus. licet in effectu idẽ
uideatur concludere cum Barto. ta-
men in uer. quintò quæritur an man
dans &c. ſic dicit. aut mandans obli-
gatur ex eodem delicto: & tunc ſine
dubio obligatur ſimul in tempore.
aut ex diuerſis delictis: & tũc refert
an delictum mandantis recipit con
ſummationem in ipſo mandato: &
tunc obligatur mandans: & tunc lo
cus mandati tantummodo, & tem-
pus eſt apponendum: ut d. §. perſua-
dere. aut in ipſo mandato non reci-
pit cõſummationem: ſed in delicto
poſtea ſecuto: tunc dicit quòd ſimul
obligãtur: ut l. hæc uerba. ff. de adul.
& locus & tempus delicti poſtea ſe-
cuti ſunt apponenda. Ex quibus in-
20 fertur, & patet: *an qualitas quæ ori
tur ex tẽpore qualificata: & quæ re-
ſpicit mãdantem & mandatarium:
quia ubicunque delinquũt ſimul in
tẽpore, ibi ſequitur accuſatio: ꝙ ea
qualitas aggrauet factum pariter in
utroq;: & eodẽ modo dicit, an obli
gentur eo loco: quia aduertendum
eſt, quòd ubicũque obligantur ſimul

in eodē tempore, obligantur etiam
ſimul eodem loco: & ſic qualitas lo-
ci pariter aggrauat mandantem &
mandatarium: & etiam ſequitur, ꝙ
mandatarius debet cōueniri in loco
facti & delicti cōſummati, nō in lo-
co mādati. Adde tamē quod dicā j.
in uer. xij. quæro &c. ubi aliter in ali-
quibus dicā, ſecūdum Bal. & plenius.

ADNOT. a ¶Delicti ſecuti.
*An tēpus conſummati delicti debeat po-
ni in accuſatione, adde tu & uide Angel.
in conſi. ſuo clxxviij.* Ber.

AVG. Tu autem in hac mate-
21 ria adde & limita prædicta, ꝙ *uerū
eſt, & fateor, ꝙ mandans obligatur
ex delicto propter mandatum, & ſic
locus & tempus delicti cōſummati
inſpicitur, etiam quò ad pœnā im-
ponendā: fateor hoc, ubi mādatū de
per ſe ſolùm nō eſt delictū, niſi ſecu
to maleficio. loquor quò ad hoc, ut
pœna ordinaria puniatur: ſed ubi
mandatū de per ſe ſolū habetur pro
delicto perfecto etiā non ſecuto ma
leficio ut in aſſaſsino: ut eſt caſus in
c. pro humani. de homi. lib. vj. & ibi
gl. ſuper uerbo, mādauerit. & Io. An.
in regu. in pœnis. in mercu. ꝙ facto
illo mādato, in hoc delictū eſt per-
fectū: tunc dico, ꝙ tempus & locus
mandati inſpicitur: quia mandans
obligatur iſto caſu ex mandato illo
iniuſto. & hoc probatur in d. c. pro
humani. ibi, uel mandauerit. quāquā
mors forſitā non ſequatur. & hoc eſt
quod dixit Bal. in d. l. non eo minus.
in ſua diſtinctione relata ab iſto au
tore hîc, dum Bal. dicit, ꝙ ubi deli-
ctum mandantis recipit cōſumma-
tionem in ipſo mandato: & tunc ex
illo obligatur mādans: & locus mā-
dati, & tēpus eſſet apponendū in in-
quiſitione. d. l. j. §. perſuadere. itē in-
tellige & limita dicta Bar. ſuprà alle
gata, dum tractatur de puniēdo mā-
dantē pœna ordinaria: ſecus ſi tra-
ctaretur de puniendo ipſum pœna
extraordinaria propter mādatū tan-
tum: quia locus & tempus mandati
inſpicitur, & nō locus & tēpus con-
ſummati delicti. Ita eleganter dixit
Imo. in l. ſi ut proponitur. ff. de fide-
iuſ. & omnino uide Bart. qui ponit
iſtā eandē quæſtionē: ſi ego exiſtens
Ferrariæ mādo ut occidas unū Flo-
rentiæ, & occidiſti: an hîc Ferrariæ
ego mādās poſſum cōueniri. ſi obli
gatio oritur ex mādato, poſſum cō-
ueniri Ferrariæ: ſi oritur propter de
lictū cōſummatū, non. ibi uide: & de
materia principali uide Bal. in l. ſed
& eximēdi. §. prætor. in fin. ff. ne quis
eum qui in ius uoc. eſt ui eximat.

22 *Inſtigans quòd clericus percutiatur: ſe
cuta percuſsione, tenetur inſtigans ca-
none, ſi quis ſuadente diabolo.*

ANGELVS.

22 *OCTAVO quęro. aliquis in-
ſtigat & ſolicitat quòd clericus per-
cutiatur, an percuſsione ſecuta te-
teneatur etiā canone, ſi quis ſuaden-
te diabolo. & dicēdum eſt quòd ſic:
ut no. Bald. Ang. Raph. & Imol. in l.
quid ergo. §. penul. ff. de leg. j.

AVG. Tu autem in hac mate-
ria adde text. in c. mulieres. extrà de
ſen. excō. §. j. qui tex. uult, ꝙ talis nō
poſsit abſolui niſi à ſummo pōtifice.

23 *Clericus ſi ſolicitat aliquem ad com-
mittendum maleficium: morte ſecuta,
an ſit irregularis.*

ANGELVS.

23 *NONO quæro, quid econtra,
ſi clericus inſtigauerit[a] uel ſolicita-
uerit aliquē ad maleficiū cōmitten-
dū, & mors ſequatur, an ipſe ſit irre-
gularis. uide ut ſ. per eoſdē ī d. §. pe.

ADNOT. a ¶Inſtigauerit.
*Circa hoc adde, & uide Fede. de Sen. in
conſi. clxvij.* Ber.

AVG. Tu autem in hac mate-
ria adde not. per doct. in c. ſicut di-
gnum. extrà de homicidio. lib. vj. ſed
melius uide tex. cum glo. in c. Petrus
diaconus. eo. tit. extrà de homicidio.

24 *Mandans maleficium, eo ſecuto, nihil
agit in paſſum intrinſece per ſe, ſed
per cauſam extrinſecam.*

ANGELVS.

24 *DECIMO quæro, ſi mādatur
cōmitti maleficiū ſeu homicidiū, &
eo ſecuto quid mādās dicatur agere
in paſſo. hanc q. format Bald. in d. l.
non eo minus. in uer. in iſta materia
procedo &c. ubi cōcludit, quòd ni-
hil agit intrinſece per ſe, ſed agit
per cauſam: extrinſecā, quod patet:
quia nihil poteſt agere per cauſam
intrinſecā, niſi ſit approximatus paſ-
ſo: ſed talis agēs poteſt eſſe omnino
ſeparatus à paſſo. uerbi gratia, ſi ille
qui eſt Florentiæ mandat percuti il-
lum qui eſt Bononiæ: nam inter il-
lud agens, & illud patiens, nulla eſt
approximatio, unde iſte actus non
attribuitur illi primo agēti per pro-
priam operationē, ſed per alienam.

AVG. Adde & dic quòd iſta ꝓce-
dūt de facto, ſed iuris fictiōe aliquā-
do mādās dicitur uerè facere, etiā in
paſſo, ut in caſibus quos plenè exa-
minabo j. in decimaquarta quæſt.
an mandans dicatur uerè facere.)

25 *Delictum mandantis & mandatarij
an ſit unum & idem numero.*

ANGELVS.

25 * VNDECIMO quæro, an de-
lictum mandantis & mandatarii ſit
unum & idem numero. iſtam q. for
mat Bal. in d. l. non eo minus. uerſi
ſed quæro an delictum & c. ubi con-
cludit, quòd quando reſultat delictū
in mādante & mādatario, ꝙ eſt quā-
do mandatū tranſit in nomen illius
delicti, ita quòd nominetur māda-
tor talis quale eſt delictū: ꝙ tunc in
mādāte & mādatario eſt idē delictū
numero ex parte finis: qa nō eſt niſi
unicū delictū, igitur &c. quod patet
etiā: quia unico libello cōtra oēs agi
tur: ut l. accuſatorib⁹. C. de acc. facit
l. ita uulneratus. in fi. ff. ad l. Aquil. ꝙ
qualiter debeat intelligi, dic ut not.
Sal. in d. l. nō ideo minus. uer. x. quæ-
ro an mādans &c. ſi uerò non reſul-
tat in mandāte quod in mādatario:
uel aliquod delictū reſultat in man-
datario, quod nō reſultat in mandā-
te, & tunc nō obligātur eodem deli-
cto numero: quod patet: quia dicun
tur eſſe plures obligationes nume-
ro: ut l. generaliter. ff. de fideiuſ. per
d. l. non eo minus. ubi dicit ꝙ quæli-
bet perſona: ergo quilibet tenetur
ex ſuo facto, & ſic ſunt plura facta
numero. de quo uide Salic. per alia
uerba in d. l. nō eo minus. uer. quæro
ſeptimò, utrū delictū mandantis. &
ibidē Bal. in uer. quæro an delictum
mandantis. ſed iſtas quæſt. magis or-
dinate format Bart. in l. ſed ſi unius.
in fi. ff. de iniur. dic ut ibi per eum,
per Cy. & Sali. in d. l. non eo minus.
qui in effectu idem dicunt quod ſu-
pradictum eſt, ideo non reitero.

AVG. Tu de hac materia uide
dicta Cy. in l. j. C. ſi reus uel accuſa.
mor. fuerit. & dicta Bart. in l. j. §. ne
autē. C. de cadu. tol. in ult. col. qui di-
cit, ꝙ factū mandantis & madatarii
eſt unum factum numero: & allegat

Cy.ita uoluiſſe in d.l.j.C.ſi reus uel
accuſ.mor.fuerit. & dicit ꝙ de hoc
eſt gl.ualde not.in l.qui de crimine.
C.de accuſ.ſed certè ibi glo.nihil lo
quitur de hoc.& ſubdit ibi Bal.ꝙ ex
mandante & mãdatario compilatur
unũ & idẽ maleficium,per l.ſi fami-
lia.ff.de iuriſ.om.iu.ſed uide poſtea
ibi Bal.terribiliter arguentẽ in con-
trariũ.tu non recedas ab opi.Bar.in
d.l.ſed ſi unius. Adde tamẽ do.Nel-
lum in tractatu bannitorũ,in ij.par-
te primi temporis.in q.vij.& ibi per
multas authoritates probat,ꝙ deli-
ctum madantis & mãdatarii eſt unũ
& idem in ſpecie, & in numero:li-
cet alleget Bal.alibi contrariũ dixiſ-
ſe.Limita tamen prędicta & intelli-
ge:ut dixi ſuprà in vij.q.in additio-
nibus meis,in hac eadem glo.

26 *Qualitas quæ eſt in mandante,an ſit in mandatario.*

27 *Statuto dicente quòd magnas puniatur pœna in duplo maiori quàm popularis: ſi popularis mandet magnati quòd occidat Titiũ: ſecuto delicto,an iſte popularis puniatur pœna dupli.*

28 *Populari mãdante magnati quòd committat delictum: eo ſecuto, quando puniatur popularis pœna dupli.*

29 *Qualitas quæ oritur ex tempore qualificata,reſpiciens mandantẽ & mandatarium:debet in accuſatione,uel inquiſitione contra utrunque apponi.*

ANGELVS.

26 *DVODECIMO quæro, an
qualitas quæ eſt in mandante, ſit in
mandatario . hanc quæſtio. format
a Bar.[a] in l.is qui ope.ff.de furtis.& in
d.§.ſi mandato.ubi cõcludit,ꝙ qua-
litas quæ inhæret mandatario loco
& tempore delicti, intelligitur ineſ-
ſe mandãti:ut l.utrum.ff.ad l.Iul.de
parrici.qualitas autem poſt delictũ
conſummatũ ſuperueniẽs, ſicut eſt
qualitas furti manifeſti ex apprehen
ſione ſuperueniente:iſta talis quali-
tas nõ intelligitur ineſſe in mãdan-
te,dato quòd inſit in mandatario:ut
d.l.is qui ope. Ex quo infertur,gra-
27 tia exempli.dicit* ſtatutum, ꝙ ma-
gnas puniatur duplici pœna quàm
popularis.popularis mãdat magna-
ti ꝙ Titiũ occidat: quæritur an iſte
popularis, delicto ſecuto, puniatur
pœna dupli.& dicit ꝙ ſic: quia iſta
erat qualitas inhærens mandatario:
ideo eadẽ repræſentatur in mãdan-
te: ut d.l.utrũ aliàs ſecus. ſed iſtã opi
nionẽ reprobat Bal.in d.l.non ideo
minus. uerſi. hoc præmiſſo circa q.
propoſitã.& quòd nõ ſit uera, ponit
exemplũ.dicit lex, quòd decurio nõ
poſsit beſtiis ſubiici, ſerui autem &
aliæ uiles perſonæ beſtiis ſubiiciun-
tur:modo decurio mandat uili per-
ſonæ quòd cõmittat homicidiũ, an
decurio beſtiis ſubiicietur? certè ſi
reſpicimus propriam qualitatẽ ipſi
mandãti inhærentẽ, non ſubiicietur
beſtiis: ſi autẽ inſpicimus qualitatẽ
ipſi mandatario inhærentẽ,& ipſam
trahimus ad mandantẽ, tunc beſtiis
ſubiicitur.ſed primã partẽ dicit fore
uerã. allegat caſum in l.more.§.iſte.
ff.de pœnis.ergo opi.Barto.uidetur
eſſe falſa.Et ſic qualitas inhærẽs per-
ſonæ ſiue generet odiũ,ſiue fauorẽ,
nõ eſt trahenda ad aliã perſonã.l.j.
ff.de conſtit.princ. Ex quo infert ad
28 queſt.Bar.* quod falſum eſt,ꝙ popu
laris qui mandat nobili cõmitti ma
leficiũ,puniatur pœna dupli:cum ra
tione iſtius qualitatis, quæ diuerſa
eſt,tam in uno,quàm in altero,reſul
tat diuerſa ratio:ergo nõ debet eſſe
eadem



eadẽ punitio in uno quæ eſt in alio:
ſed quilibet puniendus eſt ſecundũ
propriam & inhærentem conditio-
nem & qualitatẽ.Non obſtat ſecun-
dũ Bald.in d.l.utrũ.quia ibi eſt ſpe-
ciale propter criminis immanitatẽ:
uel ſecundo ibi eſt propter qualita-
tem, quæ eſt in offenſo,quæ aggra-
uat factum & qualitatẽ in perſona
mãdantis & mãdatarii:ſed in quæſt.
noſtra, ſolùm loquimur de qualita-
te, quæ ſolùm eſt in offendentibus.
ſubdit tamen Bal. in dicta l.nõ ideo
minus,ꝙ ſi non loquimur de quali-
tate inhærente perſonis, ſed de in-
hærente circunſtantiis,uel concomi
tantiis:dicit quòd uidetur opi. Bart.
concludere, quòd illa qualitas non
repræſentetur in mãdante,quod di-
cit falſum, ita intelligendo : quia ſi
mandatarius deliquit de nocte, uel
in platea, ut fuit in noſtra inquiſi-
tione, iſtæ qualitates aggrauant fa-
ctum in perſonam mandantis, ſicut
in perſonam facientis:nec obſtat di
cta l.is qui opem. quia ibi dicta ap-
prehenſio nõ inducit qualitatem in
ipſo facto propriè loquendo,ſed ſo
lùm in perſona apprehenſa, & ideo
ad aliam perſonam nõ trahitur.Co-
mitãtia autẽ criminis ſunt locus,&
tẽpus:ut in c.Abbate.de re iud.li.vj.
& ſunt qualitates in rem : ideo non
eſt mirum, ſi hæ qualitates ad man-
dantem porrigantur.Et prædicta di
cit uera, quando mandans obliga-
tur ex eodem delicto:ſed ſi ex deli-
ctis diuerſis, tunc ſine dubio quali-
tas inhærens uni,non aggrauat,nec
leuiat aliũ : ut eſt exẽmplum in d.§.
perſuadere.& iſtam opin.credo ue-
riorẽ, quia mitior eſt : ut l.præſes.&
l.ſi de interpretatione.ff.de pœn.ex
quibus Bald.in d.l.non ideo minus.
etiã infert, an mandans & mãdata-
rius obligẽtur ſimul in tẽpore:&,ut
etiam ſuprà *dixi*, an obligentur ex
eodẽ delicto:& tũc obligãtur ſimul
in tempore, aut ex diuerſis delictis:
& tunc refert an delictũ mandantis
recipiat cõſummationẽ in ipſo man
dato : & tunc non obligãtur eodem
tempore:quia antè obligatur man-
dãs:ut d.§.perſuadere.an non reci-
piat conſummationẽ in ipſo man-
dato,ſed in facto poſtea ſubſecuto:
& tunc ſimul & eo tẽpore obligan-
29 tur : ut l.hæc uerba.ff.de adul. *Ex
his patet, an qualitas quæ oritur ex
tempore qualificata, & quæ reſpicit
mãdantẽ & mãdatariũ:quia ubicũq;
ſimul deliquerint in tẽpore, ibi ſe-
quitur, ꝙ illa qualitas aggrauat fa-
ctũ pariter in utroq;:ſicut idẽ tẽpus
debet in accuſatiõe uel inquiſitiõe
contra utrunq; apponi. Inſuper idẽ
Bal.infert in d.l.non ideo minus.an
ſimul mandans & mãdatarius obli-
gẽtur eò loco. & concludit,ꝙ omni
caſu quo obligantur:eo tẽpore & lo
co ſimul obligãtur. Ex quo infert,ꝙ
qualitas loci aggrauat factũ in per-
ſonam mandantis, & mandatarii.

ADNOTA. a ¶Format Bar.
*Adde quòd opi.* Bar.*ſequitur latè* Barth.
C*æpo.in conſi.xxxiiij.ubi uide.* Ber.

AVG. Tu autem in hac materia
adde, quòd in principali articulo
quem tetigit d.Ange.hîc in hac *vij.*
q.ſcilicet an qualitas quæ eſt in man
datario ſit in mandante uel econ-
tra. Quòd inquantum adduxit il-
lam doctrinam Bartol. in d. l. is qui
opem.quam omnes allegãt ad hoc,
quòd ibi Bart.nihil dixit de mãdan-
te, ſed potius uidetur loqui de opẽ

præſtante. Sed in propriis terminis iſtam q.poſuit Bar.in mādante, in l. utrum.ff.ad leg.Pompeiā de parrici. Tandem cōcludit id quod ipſemet Bar.in d.l.is qui opē.in materia opē prǽſtātis.& addatis ꝙ Bal.in l.unica.§.ne autē.C.de, caduc.tol.in penul. col.circa intellectū dictæ l.utrū.dixit,ꝙ in mādāte & mādatario adeò nō cauſatur unū & idē delictum,ꝙ quælibet perſona decernitur de per ſe,& qualitas cuiuſq; in ſe propriè decernitur.& mouetur per d.l.non ideo minus.ex uerſicu.in ſua perſona.Nō obſtat dicta lex utrum.de parricidiis. quia ibi eſt ſpeciale.& ibi ponit aliā ſpecialitatē, quam nō poſuit in d.l.non ideo minus.Adde tamen quòd Ange.in l.j.C.de Nili ag.non rum.fecit,etiā mentionē de doctrina Bart.in d.l.is qui opem.& etiā reprehēdit Bar.qui minus perfectè loquitur,& eſt defectiuus:quia licet eſſet uera illa concluſio,quòd ubi qualitas quæ ineſt à principio in cōmittente delictum,quæ aggrauat delictū quo ad pœnā,& fortius punitur, ſit & eſſe debeat etiam in alio:tamē hoc uerum, ubi ille alter ſcit illā qualitatē ineſſe.& hoc probatur:quia tunc ille alter ita acrius debet puniri,ſicut ille principalis, qui cōmiſit delictum, per dictam l. utrū.in uerbo,participes & cōſcios. Quinimò ibi Ange.etiā in aliis reprehendit Bar.in d.l.is qui opē.Bene faciunt notata per Salice.in l.j.C. de rap.uirgi.in v.col.Et ſententiam Bart.in d.l.is qui opem.uidetur approbare domi.Anto.de But.& Imo. in ca.j.extrà de offic.delega.qui ita uidentur intelligere dictā l.utrum. ſicut intellexit Bar.quia ibi illa qualitas inerat à principio. Quādo autem pœna minoretur:uide per Bar. per illum tex.in l.qui ſerno.§.j.ff.de furt.uide doct.in l.j.C.de rap.uirgi.

30 *Mandans & mandatarius an puniatur eadem lege.*

ANGELVS.

30 *TERTIODECIMO quæritur,an mandās & mādatarius puniantur eadē lege[a].hāc quæſtionē format Bald.in d.l.non ideo minus. uer.vij.quæritur an mandās &c.ubi concludit,quòd aut quæritur an teneatur eadē lege iuris cōmunis,an municipalis uel cōſuetudinis.ſi loquimur de iure cōmuni,uidetur ſic dicendum:quia aut cōſideramus fictionē, & tunc tenetur eadē lege:ut l.j. §. deieciſſe. ff. de ui & ui arma. aut conſideramus ueritatē,& quilibet tenetur ſua lege : ut l.nō ſolū.in prin.ff.de iureiur.ſi uerò loquimur de iure municipali,uel conſuetudi. tunc illud eſt ſeruādū,& eius uerba: ut l.j.§.is qui nauē.ff.de exerci.ſed Sali.in d.l.nō ideo minus.uer.quæro ibi ad declarationē &c.ſubiūgit latius iſtā quæſtionem,uidelicet,an qui fieri mādat,cōprehendatur ſub uerbis legis de faciente diſponentis:nā dicit ipſe , quod doct.dicunt: aut uerba legis ſunt in rē ſcripta,& tunc tā ex proprio ſignificatu,quàm ex uirtute cōprehēdunt utrunq;:ut ff.de eo per quem fac.eſt.l.j.§.j.aut uerba ſunt ſcripta in perſonā,& tūc dicunt,quòd mādās nō tenet,nec ex uerbis cōprehenditur.Sed Salic.dicit,quòd aut uerba legis diſponunt expreſsè & ſpecificè de utroque,& tūc quilibet expreſsè ex propria culpa tantū cōprehēditur,nō unus ex alterius culpa:& nedū ex ſignificatu uerborum,ſed nec etiā ex mente proferētis:ut l.ſi per aliū.cōiūcta l. præcedenti.in fi.ff.ne quis eū qui in ius uocatus eſt ui eximat. Et ita dicit debere intelligi l.liber homo. in princi.ff.ad legē Aquil.quæ dicit iubentē teneri Aquilia:quia de iubēte damnū dari uel fieri , expreſſa erat facta mētio in uerbis tertii capituli edicti:ut patet in l.ſi ſeruus ſeruū.§. tertio capite.eo.tit. Aut uerba legis ſunt prolata per uerbum cōmune ad utrunq;,quale eſt uerbū,cōmittit:ut l.non dubiū.C.de legi.& tūc ſi qua lex ciuilis uel municipalis dicat,ꝙ ſi quis cōmiſit homicidiū,uel adulterium:tūc dicit , quòd ex proprio ſignificatu uerbi,utrunq; cōprehēditur:ut d.l.nō dubiū.& ff.de adul.l.& ſi quis.& l.nihil.§.fin.& clarius extrà de ſenten.excō.c.mulieres.Aut uerba ſpecialiter prolata pariter utrūq; nō cōcernunt ex ipſorū ſignificatu: & tunc dicit, quòd ſi ex actu illius de quo quæritur finis & effectus,efficacia ſiue commodum,cōcernunt dūtaxat agētem remotū uel mediatum,nō proximum & immediatum: tūc ex proprio ſignificatu,& ex mēte declarata,ipſe mandās ex uerbis legis cōprehenditur,nō ipſe immediate faciens.& aſſignat rationem: quia iſte actus ſoli mediato poteſt attribui:tamen abſq; eius mandato, nō poterat effectualiter fieri.exemplū eſt in l.iij.§.ſi procu.cōiūcta l.j. §.fi.ff.quod quiſq; iuris. Itē in l.pater ex prouincia. ff. de manu. uin. Aut ille actus uel effectus cōcernit tantū ipſum agētē:& tūc ex ui uerborū mandās non cōprehēditur,ſed interpretatur.exēplū in l. Aquil.cuius uerba ſunt in perſonā ſcripta:ut l.ij.ff.ad l.Aquil.& mandās nō dicitur occidere,ſed mortis cauſam præbere:ideo nō Aquilia,ſed in factū ſubſidiaria tenet: ut l.qua actione. §. occiſum.& tūc fieri faciēs tenetur ex eius mente:ut l.j. §.deieciſſe. cū §.ſeq.de ui & ui arma.

ADNOTA. a ¶Eadem lege. *Adde tu circa hoc Cæp.in cōſi. xxxiiij.ſ. allegato.qui diſtinguit:aut uerba legis loquuntur realiter,& ponitur mādās eadē pœna:aut perſonaliter,& ſecus.Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia adde , ꝙ iſta quæſtio multū dependet ab illa quæſtione quā nūc proxime examinabo . Ideo dic,& adde illas additiones quas nūc infrà proximè in additionibus proximis dicā.Adde tamē pro nunc,quòd cōtra iſtam diſtinctionē Sali.uidetur expreſſa deciſio in c.pro humani.extrà de homi.in vj.in uerbo , uel etiā mandauerit.ubi ſpeciale introductū eſt in illo delicto.de quo ibi:ut mādans fieri delictū,cōprehēdatur ſub diſpoſitione legis punietis facientē principaliter delictū:ergo in cōtrarium debet eſſe ius cōmune. In cōtrariū fortiter facit l.j.§.j.ff. de eo per quē fac.erit.in uerbo , manibus ſuis.inducendo illū tex.aliter quàm doct.induxerint.Nā illa uerba,manibus ſuis , propriè cōprehendunt perſonā facietis delictū:ut not.Bar. per illū tex.in l.per hāc.C.de eroga. mili.anno.lib.xj.& ibi Bart.pōderās ibi tex.in uerbo,manu ſua.& j.dicetur in ſeq.q.& tamē illa pœna illius edicti cōprehendit etiā mandantē, ut eſt caſus in d.l.j.§.j.Sed,ut dixi, uera deciſio colligitur ex his deciſionibus , quas j.in ſeq.q.adducam. Lud.de Ro.in l.ſi is qui pro emptore.ff.

re.ff.de uſuc.multas deciſiones Sali.
deſtruxit,quas ipſe Salice.poſuit in
hac materia in d.l.non eo minus.&
adde Bald.in l.athletas.§.Pompo-
nius.in fi.ff.de his qui not.infa.per
illum tex.ibi.

31 *Mandans,ſecuto facto,an dicatur ue-*
*rè facere,uel interpretatiuè.*

32 *Statuto dicēte,quòd ſi quis produxe-*
*rit exceptionē aliquā cōtra inſtrumē-*
*tum cōfeſsionatū,nec probauerit,pu-*
*niatur in tantum:ſi aliquis producat*
*exceptionem cōtra inſtrumentum per*
*procuratorem habentem mandatum*
*ad hoc,& non probet, ex uerbis ſta-*
*tuti,dominus punietur.*

33 *Statuto dicente,ſi quis proprijs mani-*
*bus uulnerauerit aliquē,puniatur gra*
*ui pœna:dic quòd nō comprehendit,ſi*
*quis aliquē per aliū uulnerari fecerit.*

ANGELVS.

31 * QVARTODECIMO
quæritur,an mādās,ſecuto facto,di-
catur uerè facere , uel interpretati-
uè,& ſic ad uidendū utrum locū ha-
beat in ſtatutis,in quibus habent lo
cū uerba propria nō fictitia.hāc quę
ſtionē format Bart.in l.ſed ſi unius.
§.ſeruos.ff.de iniur.in uerſic.quæro
circa hāc legē &c.& poſt allegatio-
nes hincinde cōcludit,quòd quādo
mādo tibi aliquid,quod poſt ſuſce-
ptū mādatū tu habes neceſſe face-
re,neceſsitate ciuili:quia es obliga
tus ad hoc:puta quia mandatur tibi
aliquid quod eſt honeſtū,uel ſi do-
minus mandat aliquid ſeruo,quod
nō cadat in graue delictū,tunc uerè
ille facit cuius mādato id fit: quoniā
inſtrumētū,quo mediāte agit,de ne
ceſsitate agit. dico de neceſsitate
ciuili.iſte eſt caſus in l.ſi pater.in fi.
de manu.uindic.& l.iij.§.ſi procura
tor.ff.quod quiſq; iuris.Licet enim
uerba illius edicti loquātur in per-
ſonā,tamē locū habēt in eo qui per
procuratorē impetrauit:cùm enim
mandatū de impetrādo ſit licitum,
ille procurator de neceſsitate impe
trauit.Et per hoc dixi ſemel de fa-
32 cto in ciuitate* Aſsiſij.ſtatuto dici-
tur, quòd ſi quis produxerit exce-
ptionē aliquā cōtra inſtrumētū con
feſsionatū,nec probauerit,puniatur
in tātū:modo aliquis produxit exce-
ptionē cōtra inſtrumētū per procu-
ratorem,habētē ad hoc mādatum,
nec probauit: dixi quòd ex uerbis
a ſtatuti dominus punitur[a]:quia uerè
dominus produxit:quia procurator
tanquam inſtrumētum hoc facit de
neceſsitate ciuili:nec tūc dicit quòd
debeāt inſpici uerba ſtatuti utrum
loquātur in rē,uel in perſonā. Si ue-
rò mādatū nō ſit licitū,ideo ille per
quē quis facit,nō facit de neceſsita-
te naturæ,quia liberū arbitrium ha-
bet:nec ex neceſsitate legali, cū rei
turpis nullū ſit mandatū:tūc ille qui
mandat nō uerè facit,ſed interpre-
tatiuè,& ſic nō habet locū in ſtatu-
to loquēte in perſonam.ita loquitur
lex prima. §. deieciſſe.& l.ſi pater.
cū ſimi.ff.de his quæ in frau.credi.&
iſta eſt ueritas,licet Bald.in d.l.non
ideo minus.vt ſuprà retuli, aliter di
ſtinxerit.de iſta tamē queſtione dic,
ut in l.ſi is qui pro emptore.ff.de
uſuca.& ibi latiſsimè Ludo.& uide
notāter Bal.in l.trāſigere.circa fi.C.
de trāſactio.& doct.in l.iij.§.ſi pro-
curator.ff.quod quiſq; iuris.& Bal.
in ca.ſi quis dixerit.ſi de feu.fuerit
cōtrouerſia.& l.Gallus.§.quid ſi is.
de libe.& poſthu.& per Imo.in d.l.
Gallus.§.& quid ſi tantū.& per Sali.
in l.



in l.nō dubiū.circa princ.C.de legi.
& latius per eundem in d.l.nō ideo
minus.qui in aliquibus diſcrepat à
Bar.unde ſufficit remiſsio:quia mul
ta ſcribit in uerſicu.quæro quinto.
33 * Quid ſi ſtatutū dicit, ſi quis mani-
bus propriis uulnerauerit aliquem,
teneatur graui pœna?dic quòd non
cōprehēdit,ſi quis aliquē per alium
uulnerari fecit:ut elegāter not.Bal.
in tit.de pace iuramēto firman.in §.
furtū.in fi.in uſibus feudorū.& hoc
uolunt Canoniſtæ in c.ſicut dignū.
de homicid.& not.Domi.de ſancto
Gemin.in c.ſi quis uiduam.l.diſt.&
pro hoc facit quod not.Bar.in l.per
hanc.C.de ero.mili.annonæ.lib.xj.
ibi,manu ſua.ubi dicitur,quòd non
poteſt capere per ſubſtitutū.& etiā
facit tex.in l.probationes.& ibi Bar.
C.de diuer.offic.lib.xij.ubi uult Bar.
ꝙ ſi ſtatuto dicitur de inſtrumento
ſcripto manu publici notarij,nō in-
telligitur de exēplato manu publici
notarii,ſed de primo & originali.
de iſta quæſtione, uidelicet de fa-
ciente manibus propriis,uide Ludo
uic.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de
uſucapi.Et prædicta procedūt quā-
do mandatum procedit.

ADNOTATIO.a ¶ Domi-
nus punitur. *Circa hæc an per alium*
*faciens dicatur per ſeipſum facere,ultra*
*poſita.s.per Ang.adde tu pro parte affir-*
*matiua tex.in l.hæc uerba.ff.ad l.Iul.de*
*adul.uide dicta Bar.ibi in uerſi.pertinet.*
*item adde & pōdera tex.in l.certè.§.j.*
*ff.de preca.quē Bal.reputat ſingu.in c.j.*
*§.iniuria.ff.de pac.iura.firm.itē tex.in c.*
*mulieres.in fi.ff.de ſent.excō.itē tex.in c.*
*ſicut dignum.extrà de homi.adde tamen*
*quòd ſentētiā Bar.tenēt cōmuniter doct.*
*& Bal.in l.nō ideo minus.C.de accu.&*
*Pet.de Anch.in c.canonū ſtatuta.de con-*
*ſti.Abb.in d.c.mulieres.& Ange.in l.quē*
*pater.de priuil.credi.Bal.Ange.& Imo.*
*in l.ſi ſeruum.ff.de acqui.hære.& Flo.in*
*l.ita uulneratus.ff.ad l.Aquil.Item adde*
*quòd ſtatutū puniēs perſonaliter facien-*
*tem,nō cōprehēdit mandātem.gloſ.eſt in*
*clemē.j.in uer.publice.de ui.& hone.cle.*
*quam ſing.reputat Abb.in d.c.mulieres.*
*& ſequitur do.Iaſ.in l.id quod.ff.de iu-*
*riſdi.om.iud & in propoſito uide Ro.in*
*cōſi.cv.ubi conſuluit,quòd ſtāte ſtatuto,*
*quòd utēs falſo inſtrumēto puniatur cer-*
*ta pœna,tale ſtatutum cōprehēdit uten-*
*tem per procuratorem.quod adde ad id*
*quod dicit s.auth.de excipiēte.item ad-*
*de in principali,quòd ſtāte ſtatuto,quòd*
*homicida capite puniatur,ita quòd mo-*
*riatur ſtatim,ut eſt Mediolani: & alio*
*ſtatuto caueatur,quòd nullus corporali-*
*ter puniatur,niſi lege municipali cauea-*
*tur,quòd mādās fieri homicidium de iu-*
*ris ſubtilitate,nō cōprehenditur.ita Bal.*
*in conſi.lij.in iij.uolu.& ſatis in propoſi-*
*to.uide etiam Alexā.in conſil.lxv.in iiij.*
*uolu.& Cæpo.in conſil.xxxiiij.s.in præ-*
*cedenti additione allegato.Ber.*

AVGVSTI. Tu autem in hac
materia, quia materia ampliſsima
eſt,ſcilicet, an mādās & mādatarius
eadē pœna puniantur,& an mādās
dicatur uerè facere:& an ſtatutū cō-
prehendat eū:adde dicta Bal.in ca.
j.in uerbo,opizoni.de pace Cōſtan
tiæ.per Angel.in l.iij.§.ſi procura-
tor.ff.quod quiſq; iuris.per Bal.in l.
j.C.de ſer.fugit.per Cy.& Bal.in l.ſi
per aliū.ff.ne quis eū qui in ius uo-
ca.eſt ui eximat.per Bal.in l.omnes
populi.ff.de iuſtitia & iure.in xv.co-
lum.per Bal.in l.j.§.ne autem.C.de
caduc.tollē.per Imo.in l.ſi ſeruum.
§.prætor.ff.de acqui.hære.per Bald.
in l.

in l. peremptorias.C.ſentē.reſcind.
nō poſſe.per cano.in ca.ſciant cun-
cti.poſt glo.extrà de elect.per Abb.
in c.mulieres.extrà de ſentē.excom.
qui eleganter loquitur.per Bar.in l.
quemadmodū.C.de agricol.& cēſi.
ubi facit unū terribile argumētum,
& eſt mirabilis doctrina pro deci-
ſione iſtius paſſus.nā dixit,quòd ibi
eſt caſus cōiūcta glo.quòd licet lex
pœnalis non ſit extendenda:tamē ſi
extenditur in fauorē publicum,talis
lex debet extēdi ſicut lex fauorabi-
lis.Et ideo cum interſit reipublicæ,
purgare ciuitatē malis hominibus.l.
congruit.ff.de offic.pręſi.lex,uel ſta
tutum puniēs delinquentē,extendi-
tur ad mandantē.Sed aduertas,quia
Moder.in l.j.in princ.ff.de uer.obli.
dicunt,quòd communis opinio in
hac materia eſt,quòd ſtatutū pœna-
le nō cōprehendit mādātē:quia mā-
dans fieri delictū,hoc facit per aliū,
& ſic uidetur fictè agere.l.j.§.deie-
ciſſe.in uerbo,uidetur.ff.de ui & ui
arma.l.ſi pater.cū glo.ff.quę in frau.
credi.Et ideo ſtatutū loquens in ca-
ſu facientis,& ſic in caſu uero, non
trahitur ad fictū,& ſic ad factū per
aliū.l.iij.§.hæc uerba.ff.de neg.geſt.
l.j.§.hoc interdictum de ciſterna.ff.
de fonte.Vnde iſto caſu faciens per
alium erit puniēdus pœna iuris cō-
munis tāquam omiſſum à ſtatuto.Et
ultra prædicta adde Bal.in l.ex hoc
iure.ff.de iuſtitia & iure.& per Ang.
in l.j.ff.de eo per quem fac.erit.per
Bald.in l.athletas.§.Pomponius.ff.
de his qui not.infa.per Bart.in l.aut
qui aliter.in §.fin.ff.quod ui aut clā.
per Bald.in c.j.in ulti.colum.quibus
mod.feu.amit.per Bar.in l.hæc uer-
ba.ff.de adulte.per Pet.de Ancha.in
repetit.c.canonum ſtatuta.extrà de
conſtit.in materia interpretationis.
extenſiuè in uerſicu.hîc ſubiungitur
quæſtio de mandante. Sed in hac
materia allego ſingularem deciſio-
nem Alberi.de Roſa.legiſtis inco-
gnitam,in iij.parte ſtatutorum.q.lv.
qui ibi refert opiniones omnium
docto. Et allegat omnia quæ pro &
contra poſſunt allegari.Et ſubdit,ꝙ
cùm iſta quæſtio ſemel fuiſſet de fa
cto in ciuitate Bononiæ, fuit deci-
ſum, ꝙ ſtatutum non comprehēdat
mandatū,ſed male.& ideo ſecūdum
ipſum Iacob.de Are.& Vber.de Bo-
bio,deciderūt contrariū.& ibi dicit,
quòd præfati doc.dicebant hāc eſſe
magis communem opi.& ibi Albe.
reſpondet ad omnia motiua, quæ
poſſunt allegari in contrarium, &
parum mihi hoc eſſet deducere &
tranſcribere.Adde tamē ea, quę di-
xi in l.j.in prin.ff.de uer.ob.copioſè
ultra doct.& pondera, quia Abb.in
c.ſicut dignum.extrà,de homi.uide-
tur tenere contra cōmunem ſenten-
tiam Io.And.& aliorum ibi, quòd ſi
ſtatutum dicit,ſi quis propriis mani-
bus uulnerauit aliquē,tunc ſtatutum
non comprehendit mandantem. &
arguit ipſe terribiliter cōtra doc.ſed
puto ſuā opi.falſam. contra quem ar
guo,argumento incōuincibili.Nam
lex,uel canon loquens de propriis
manibus,hæc uerba operātur, quòd
propriè comprehēdatur perſona fa
cientis,& non alterius qui mandat:
& iſte eſt propriè tex.coniuncta glo.
in c.quicunq;.extrà de hęret.in vj.in
uerbo,propriis manibus.Ad hoc al-
lego text.in clemē.j.de iureiuran.in
uer.nos itaq;.ibi,per manus noſtras.
ubi per illum text.dicit domi.Cardi.
in xxj.



in xxj.notab.quòd ubi ſunt iſta uer-
ba,hæc uerba important reſtrictionē
perſonæ.per hoc allegat glo. quam
dicit ſingularē in cle.j.in uerbo,pu-
blice.de uita & ho.cle. Sed pro opi.
do.Abb.in propriis terminis uidetur
tex.in l.j.ff.de eo per quem fac.erit.
in prin.in uerbo,manibus ſuis.& ta-
men in illud edictum incidit etiam
ille,qui per alium facit,niſi dicamus,
quòd ibi dicitur ſolùm, de manibus
ſuis:nō autem,de propriis manibus.
cogita.In j.q.adde domi.Abb.per il-
lum tex.in c.ut famæ. extrà de ſen-
ten.excommu.

34 *Ratihabitio in delictis an æquipare-
tur mandato.*

35 *Ratum habens,licet non ſit geſtum no
mine ſuo:quando aliquid peruenit ad
manus eius,tenetur de iure canonico.*

36 *Ratum habere non poſſum adulteriū
nomine meo perpetratum.*

ANGELVS.

34 *NVNC xv.quæritur. An in deli
ctis ratihabitio æquiparetur manda-
to.Iſtam quæſt.format Bal.in d.l.nō
ideo minus.uer.xij.quæritur.& ibi al
le.gl.in l.j.§.quoties.ff.de ui & ui ar.
qui dicit ꝙ ſic:quando eſt delictum
perpetratū nomine ratificantis,aliàs
ſecus.Sed Iaco.de Are.dicit quòd in
delictis ex quibus aliquid adeſt,ope
ratur ratihabitio:non autem in illis
in quibus aliquid nō adeſt:& eſt iſta
opinio approbata in l.j.§.deiicere. a
ff.de ui & ui ar.per gl.ibi,ſed Bar.in
l.j.§.ſed cum quis.ff.de ui & ui ar.ali
ter dicit.& no.illam gl.quæ cum mi
niſterio loquitur.ad hoc ut quis ex
ratihabitione teneatur,duo requirū-
tur in maleficiis,ſcilicet quòd ſit ge-
ſtum nomine meo,& quòd ratū ha-
beam tanquàm geſtū nomine meo.
& ſi aliquod iſtorum deficit ex rati-
habitione,non tenetur:ex quo ſingu
lariter infert,& eſt menti tenendum,
quod poſſum habere ratū factum,li
cet non qualitatem facti:ut l.ſi quid
interdicto.C.arb.tut.& no.in l.Pom-
ponius ſcribit.ff.de nego.geſt.& ex
his tu iudex ſumas cautelam,quādo
uis inquirere contra aliquem,ꝙ ma
leficium ratū habuit:ꝙ tu dicas qua-
liter fuit cōmiſſum delictū nomine
illius,& ꝙ poſtea ille ſentiēs ſuo no
mine geſtum ratum habuit tanquàm
ſuo nomine geſtum, & ſic geſtum,
aliàs autem licet ratum habuerit &
tanquàm ſic geſtum:quia lætatur ꝙ
Titius ſit interfectus:quia fortè erat
inimicus ſuus:ſi tamen nō habet ra-
tum ut factum nomine ſuo,nō tene-
tur ex ratihabitione:ꝙ perpetuo te
ne menti. Sed Sal.in d.l.non eo mi-
nus.C.de accu.in uer.nunc quęro de
ratum habente.ponit circa hoc v.q.
Prima eſt,an & quādo ratum habēs
teneatur. Secūda,an quodlibet de-
lictum poſsit ratū haberi. Tertia,an
ratū habēs puniatur ut faciēs. Quar
ta,quomodo cognoſcitur, quòd fa-
ciens nomine ratum habentis,fece-
rit. Quinta,an ratum habens imme-
diatè ex ratihabitione obligetur,an
ex maleficio commiſſo, de quibus
dic ut ibi per eum:quia decreui non
implere chartas.

AVGVSTI. Tu autem [a] in hac
materia adde,& limita prædicta ꝓ-
cedere in foro iudiciali:ſecus in fo-
ro pœnitentiali:quia licet delictum
non ſit meo nomine perpetratum:
tamen ſi ratum habeo,ipſo facto te-
neor quò ad eccleſiam.Iſta eſt gloſ.
ſingu.in c.cum quis.extrà de ſen.ex-
communi.lib.vj.quæ multa ad hoc
allegat

35 allegat ibi.* Item adde, quòd prædicta etiam non militarent de iure canonico, ubi aliquid perueniret ad manus ratum habentis, licet non ſit ſuo nomine geſtum. Et ideo dixit do. Anto. de Butr. in c. cùm dilectus. extrà de ordi. cogni. in fi. princ. quòd licet in maleficiis requiratur, quòd ille qui ratum habet, ad hoc ut teneatur: opus eſt, quòd delictũ fuerit ſuo nomine geſtum: ſi tamen non fuerit ſuo nomine geſtũ, ſed aliquid peruenit ad manus ratum habẽtis, & ſit locupletatus: tunc iſto caſu tenetur. dicit tamẽ, quòd licet nõ cõpeteret directa actio, cõpeteret alia, per ea quæ habentur in c. ſæpe. de reſti. ſpo.
36 & in c. reintegranda. iij. q. j.* Itẽ adde prædicta non habere locum in adulterio: quia ſi adulterium nomine meo eſt perpetratum, nõ poſſum habere ratum, ad hoc ut puniar capitaliter. Iſta eſt gloſ. ſing. in l. j. §. quoties. ff. de ui & ui ar. quam approbat Bal. in l. quid ergo. ff. de his qui not. infa. & Bald. in l. j. §. ſi procura. ff. ſi quis ius di. non obtempe. licet Bart. tenuerit contrarium in l. j. §. cũ quis. ff. de ui & ui ar. & Ang. in l. iij. §. j. ff. quod quiſq; iur. Adde tamen, quod Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. proconſul. & lega. multum eleganter arguit in hac materia, quòd impoſsibile eſt, q̃ maleficium poſsit ratificari: licet nomine meo ſit geſtũ, ad hoc ut puniar capitaliter. Nec obſtat d. c. cùm quis. extrà de ſen. excommunica. quia dicit ibi eſt ſpeciale in ſententia excommunicationis, quæ medicinalis eſt, nõ pœnalis. Sed aduertas, quia Bal. dicit, quòd communis opinio non eſt in cõtrarium: licet ipſe uideatur ſequi ſententiam Iac. de But. ibi. Adde tamen & dic ut per Hoſt. Inno. & omnes docto. in c. mulieres. extrà de ſen. excom. in antiquis. poſt glo. & ibi dicta Bal. in l. ſi. C. ad Mace. & per Ange. in l. non ſolùm. §. ſi mandatũ. in fi. ff. de iniur. & per Ang. in l. j. §. quoties. ff. de ui & ui arma. uide Bal. in l. ob hæc uerba. ff. de his qui. not. infa. ibi tenet contra Iaco. de bu. & per Ang. in l. Iul. ff. qui ſatiſda. cog.

ADNOTA. a ¶ Tu autem. *Adde ad principalem q. Ro. in conſil. cv. & Oldr. in conſi. cxcix. & Franc. Areti. pulchrè in conſilio clxv. & ad limitationes quas ponit hic do. Aug. uide Fed. de Sen. in conſi. xxviij. ubi an clericus efficiatur irregularis: quia cum ſciuit delictum eius nomine geſtum cõtradixit, deinde aliquo interuallo ratificauit. Ber.*

37 *Mandans an teneatur ut principalis, uel acceſſoriè ut opem præſtans.*

ANGELVS.

37 *DECIMOSEXTO quæro, an mandans teneatur ut principalis, uel acceſſoriè ut opem præſtans. Iſtam quæſtio. ponit Cy. in d. l. non eo minus. & eam reaſſumpſit Barto. in d. l. ſed ſi unius. §. ſeruus. ff. de iniur. in fi. ubi dicit, quòd quælibet obligatio qua iſti tenentur, eſt principalis, nec obligatio cedit obligationi: licet factum accedat facto. Et remittit ad not. per gloſ. in l. qui ſeruo. §. j. ff. de fur. Sed Bal. in d. l. non eo minus. in uer. x. queritur. allegat Cy. ibi, qui tenet, quòd mandans eſt æque principalis, & magis, ſicut ipſe mandatarius. ad quod allegat Bar. in l. ij. §. non homines. ff. de ui bo. rap. ubi mandãs dicitur corporalis & principalis. facit C. ad l. Iul. de ui. l. quoniam multa. & hoc dicit uerũ de mãdante, qui



qui obligatur ex eodẽ facto cum mãdatario. Sed quando mandans propriè non obligaret ut mandans, ſed de conſilio uel ordine delicti: tunc mãdatarius debet magis dici acceſſor. l. hæc uerba. ff. de adult. & huius inueſtigationis effectus eſt: quia qui obligatur acceſſoriè, obligat̃ ad illã pœnam, ad quã tenetur principalis. C. de epiſ. & cler. l. ſi quẽquã. Sed qui obligatur æque principaliter, poteſt
a ſuo modo, & ſua pœna teneri [a].

ANNOT. a ¶ Teneri. *Adde tu & uide Cæpol. in conſi. xxxiiij.*

AVG. Tu autem in hac materia adde, & dic quòd prædicta non militarent, ubi per ſolum mãdatum delictum eſſet perfectum. Secus ſi non perficeretur, niſi ſecuto mandato ad effectum: ut ſuprà dixi in illa q. vj. ſuprà, an mandans teneatur ex mandato, uel ex delicto poſtea ſecuto: quia tunc mandans ipſe indiſtinctè tenetur, ut principalis, & non acceſſoriè: ut probatur in tex. in c. pro humani. extrà de homicid. lib. vj. ſuper uerbo, mandauerit. & ibi gl. Quinimò, impoſsibile eſt, quòd mãdans teneatur ut acceſſoriè, ſed ſemper uidetur teneri: ut principalis, & probo argumẽto incõuincibili ex doctrina Bal. in l. athletas. §. Pomponius. ff. de his qui notan. infa. quia dixit per gloſ. in l. ſi plures. ff. de iniur. quòd maiori pœna punitur mandans, quàm faciens delictum: quia mãdans plus deliquit: quia illud dicitur eſſe maius delictũ, quod dinumeratur inter plures perſonas facientes. d. l. ſi plures. ff. de iniur. Si ergo puniretur tanquã opem præſtans, puniretur tanquã acceſſorius ad delictum, & eadem pœna puniretur: ut l. ſi quenquã. C. de epiſc. & cler. Sed multas limitationes in hac materia uide per Sali. in d. l. nõ ideo minus. C. de accuſ. in uer. quæro octauò. pro intelligentia text. & materiæ dic ut ibi: quia multùm eleganter loquitur. Adde tamẽ Bal. in l. data opera. C. qui accu. n. pe. char. qui uidetur uelle, quòd mandãs ſit acceſſorius.

ibi maiori pena. seq. Alucnd. tract. de iniuria n.° 9. fol. ynci.

38 *Mandans an teneatur ex ſola attentatione mandatarij, non autem perficientis delictum.*

ANGELVS.

38 *DECIMO ſeptimò quæritur, an ſi mandatarius tantummodo tentauit, ſed non perfecit delictum, an ex ſola attentatione mandatarii mãdans teneatur. Iſtam quæſtionem format Bald. in d. l. non ideo minus. in uerſ. item quæritur an mandans &c. Et primò dicit quòd nõ: quia l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cle. non dicit, quòd mandans teneatur: quia mandatarius nõ eſt ſecutus formam mandati. Sed contrariũ ibi determinat: quia qui mandat præcedẽtia, uidetur etiam mandare ea, quæ ſunt præambula. ar. ff. de procur. l. ad rem mobilem. probatur: quia mandans tenetur nõ tantũ quando mandatarius facit totaliter, ſecundũ mãdatũ, ſed etiam q̃n facit iuxta mãdatum. l. ita tamen. §. pen. ff. iudi. ſolui.

AVG. Adde tamen, quòd contra iſtam deciſionẽ facit text. in c. pro humani. extrà, de homic. in vj. ibi, quanquã mors ex hoc forſitan non ſequatur. inducen. ibi text. à ſpeciali. ubi ſi ſpeciale eſt, quòd ille qui mandat aſſaſsino in illo caſu ut aliquem interficiat, ſpeciale eſt, ſi nõ totaliter ipſum interfecit. Sed ſi attẽtauit delictum, nihilominus tenetur. Ergo in cõtrarium eſt ius commune, niſi dicamus

quòd in hoc ille tex. non inducit iſto caſu aliquã ſpecialitatẽ. Sed ibi bene eſt alia ſpecialitas: ut patet ibi in tex.

39 *Mandans an teneatur, ſi mandatarius excedat fines mandati.*

ANGELVS.

39 *DECIMO octauò ecõtra quæritur, an mandans teneatur, ſi mandatarius excedit fines [b] mandati. Iſtã
b q. format Bal. in d. l. non ideo minus. in uer. item quæro, an mandans teneatur ſicut mandatarius. ubi concludit, quòd aut ſeruare fines mandati non eſt in poteſtate mandatarii, & tunc mandans in totum tenetur: utputa, mando tibi quòd gladio aliquẽ uulneres, & non occidas, hoc non potes facere: quia etiam modicum uulnus eſt mortale. Vnde mortale, & non mortale non eſt in poteſtate facientis. Nam concludit, quòd iſto caſu mãdator tenetur de homicidio, ac ſi mandaſſet homicidium fieri: ut eſt caſus in c. ſi. de homi. li. vj. Aut ſeruare fines mandati, & erat in poteſtate mandatarii: ut ſi mando tibi ut percutias aliquem extra plateã, percutis in platea: certè non teneor. ar. l. diligenter. ff. mand.

ADNOT. a ¶ Fines. *Vltra ea quæ ponit ꝗ. d. Ang. adde tu & uide Bal. in l. ſi quis mihi bona. §. ſi quis aliter. ff. de acquiren. hære. & Alex. de Imo. in conſi. cxxxvij. in j. uol. & Bar. Cap. in conſil. xxxiij. Ber.*

40 AVG.* Tu autem in hac materia adde, quòd contra prædicta uidetur eſſe deciſio Inn. in c. ad audientiam. extrà, de homi. Et uide Hoſt. in c. Petrus diaconus. extrà de hom. Sed ego nõ recedo à deciſione Bal. in d. l. non ideo minus. quam amplio, quòd fortius eſt non tantùm habere locum in expreſſo mandato, ſed etiã in tacito: unde do. Abb. in c. ex literis. extrà, de exceſ. præl. per illũ tex. dicit, quòd ibi uidetur caſus, quòd ille epiſcopus de quo ibi, qui tacitè uidebatur mãdaſſe, ꝙ ille miniſter ſuus uerberaret aliquem, ꝙ ſi mors ſecuta eſt poſtea, tenetur: ad hoc extendit d. c. ſi. Adde aliam limitationẽ quam poſuit Bal. in c. cum mandati. C. man. niſi dominus mandaſſet, ut mandatarius uulneraret cũ cultello ita paruulo, qui non eſſet aptus ad occidendum, & ille exceſsit fines mandati: quia tunc non militaret diſpoſitio d. c. ſi. extrà, de homic. in vj. quod not.

40 *Sententia lata pro mandatario, an proſit mandanti.*

ANGELVS.

40 *DECIMO nonò quero, an ſententia lata ꝓ mandatario proſit mãdanti [c]. Iſtam q. ponit Cyn. in d. l. non
c ideo minus. & Bal. in uer. item quæro an ſententia lata. Vbi cõcludit, quòd cum ſit poſsibile mandatarium non teneri: quia tamen tenetur mandãs, tunc liberato mandatario, non prodeſt ei. Præterea ſi non eſſet poſsibile ut in furto, tamen res inter alios acta nõ præiudicat. ff. de adul. §. quæritur. l. denunciaſſe. facit l. Lucius. ff. de his qui not. infa. facit quia poteſt agi ſimul cõtra mãdantem & mandatariũ: ut l. j. C. ſi reus uel acc. mor. fue. quod fieri nõ poſſet, ſi ſententia generaret preiudiciũ in alterũ. l. j. §. ſi. ff. ſi fami. fur. feciſ. dic. facit l. j. & ꝙ ibi no. gl. ff. de ſi. inſtr. & ibi hoc no. oẽs.

ADNOT. a ¶ Mandanti. *Circa hoc uide latè d. Alex. in l. ſæpe. ff. de re iud. & in conſi. lxxxix. in iij. uol. Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia adde, quod miror, quòd iſte doctor non allegauerit in terminis deciſionem Bar. qui ponit iſtã quæſtionem, referẽs antiquos in l. adultera. §. ſi eo tẽpore. ff. de adulter. Nam Dy. in c. ratihabitio. extrà, de reg. iur. lib. vj. etiã ibi quæſiuit, utrum abſoluto malefactore, uideatur abſolutus mãdator. & ibi Dy. dixit aliter: quia aut abſoluit: quia pronunciatur delictũ non eſſe cõmiſſum, & tunc ſententia abſolutoria lata pro mãdatario prodeſt mãdanti. l. duobus. §. à fideiuſſore. ff. de iureiur. Et per iſtam concluſionẽ limita allegata per d. Ang. hic ſecundũ dicta Cy. & Bal. in d. l. non eo minus. Sed Bar. ibi hoc reprobat in d. §. ſi eo tempore. & ita dicit Richar. Malum. determinaſſe contrariũ in publica diſputatione, per d. §. ſi eo tẽpore. Nam delictum ibi erat coniunctum inter adulterũ & adulteram, & tamen abſolutoria lata pro uno nõ prodeſt alteri, niſi in caſu ſpeciali: ut ibi dicitur. Nec obſt. d. §. à fideiuſſore. quia ibi loquitur in iuramento, ꝙ habet uim ſolutionis: ut ibi dicitur. Aliud in ſententia, quia regulariter ſententia lata pro fideiuſſore, non prodeſt principali. l. aduerſus. ff. de arbit. & concludit ibi Bartol. ſecundum Dy. Idem ſi pronunciatur mandatarium nõ fuiſſe in culpa: quia iſta abſolutoria non prodeſt mãdanti: & uide bonũ tex. & ibi Bar. in l. denunciaſſe. §. ſi. ff. de adulter. & dicta Bart. in l. j. §. ſi quis ultrò. ff. de quæſtio. an acta & teſtes recepti pro mandante proſint mandatario, & econtra. & dicta Bal. in l. iuriſcon. C. quib. res iud. nõ nocet. An condẽnatoria lata cõtra unum, nocet alteri. & Sal. in l. j. C. de rap. uirg. & per Moder. in repe. l. ſæpe. de re iud. ff. & uide Alb. de Rosa. in iij. parte ſtatutorum. q. xlv. quæ incipit, An autem ſententia abſolutoria. & ibi uide pro & contra. latè per Alb. in l. non ideo minus. C. de accu. & dicetur infrà in uerbo, (quòd caput à ſpatulis amputetur.) in uerſicu. ſed quæro an damnato dicto Titio.



41 *Mandans & mandatarius coram diuerſis iudicibus conuenti, an poſsint petere ſe remitti ad eundem iudicem, & coram eodem iudice conueniri.*

ANGELVS.

41 *VIGESIMO quæro, an mandans & mandatarius coram diuerſis iudicibus conuenti, poſsint petere ſe remitti ad eundem iudicem, & coram eodem iudice conueniri. Iſtam q. format Bald. in dicta l. non eo minus. circa fi. uer. item quæro an mandans & mandatarius qui conueniuntur &c. & ibi primò arguit quòd ſic, propter cauſæ connexitatem. ff. de iud. l. nulli. §. ſi quæritur. ff. de liber. cau. Et quòd no. Inn. in c. cùm M. Ferrarienſis. extrà, de conſtit. Sed tamen dicit, quòd de facto fuit determinatũ contrarium: & ratio fuit: quia iſti obligãtur de per ſe quilibet, & proceſſus cum uno, non ualeret cum alio. arg. d. l. nulli. & l. ij. C. de quib. reb. ad eũd. iud. eat. & l. j. C. de cri. expil. hær.

AVGVST. Tu autem in hac materia adde, quòd nemini dubium, quòd coram eo iudice non debet eſſe iſta talis cognitio, cũ penitus iſta ſint ſeparata, & ſententia ſiue abſolutoria, ſiue cõdemnatoria lata pro uno uel contra, non prodeſt, nec nocet, per ea quæ dixit Bartol. in l. adultera. §. j. ff. de adulter. & Dyn. in dicta cap. ratihabitio. & Bald. in l. iuriſcon. C. quibus res iudi. non noc. & not. in l. ſæpe. ff. de re iudica. Nec uideo

uideo rationem, quare iſta remiſsio fieri debeat. Limita tamen, ut per d. Nellum in tracta. bannitorum. in ij. parte primi temporis. in q. vij.

41 *Mandans non expreſsè: puta quia non dixit, uolo quòd interficias Titium: ſed dominus cui fuerit illata iniuria dixit famulo, non redeas domum, ſi ego non ſentio aliquid de negotio iſto, an talis dominus mandans, ſi famulus occidat iniuriantem, teneatur ex mandato.*

ANGELVS.

42 *VIGESIMO primò quæro, pone quòd non fuit mādatum expreſſe: puta quia non dixit neq; uſus fuit iſtis uerbis quæ ſunt in l. j. ff. manda. b quia nō dixit, mando, uolo, rogo ꝙ Titium interficias, ſed dum quidam dominus cū ſuis famulis rediret domum, cui iniuria illata fuerat, uel pater dixit filio, amplius nō redeas domū, ſi ego nō ſentio aliquid de negotio iſto. an ſi fili⁹, uel famul⁹ poſtea interficiat iniuriantē, an dominus uel pater teneatur ex mandato. Iſta quæſtio fuit ſemel de facto Florētię, & quidam dominus propter dictum mādatum fuit decapitatus: ut refert Bar. per illum tex. in l. ſi quis mihi bona. §. ſi quis mādauerit. ff. de ac. hær. quod perpetuò no. & maximè tu paterfamilias uel domine, ꝙ bene aduertas qūo loquaris cū filio uel famulis quib⁹ eſt illata iniuria, ne poſt ea poſſet dici, ꝙ ex mādato tenearis.

AVG. Tu autem in hac materia adde, quòd periculoſa uidetur iſta deciſio, & maximè in criminalibus, quòd illa directa uerba per dominū in famulum, cum directè dominus non uideatur mandare, important mandatum, & negare nō poſſumus, quin ſint dubia: & in pœnis debemus in iſtis ambiguis interpretari in mitiorem partem. l. interpretatione. ubi eſt caſus. ſed ego nō recedo ab opi. Bar. quæ eſt cōmunis: quam ſequuntur Ang. & Imol. in d. §. ſi quis mandauerit. pro qua concluſione allego tex. & ibi do. Abb. ponderantem illū tex. ad hoc in c. ex literis. extrà, de cēceſ. præl. & fortius dixit Bald. in l. j. C. de ſer. fug. in iiij. col. quòd ſi loquor tibi in aure a, & ſtatim occidas unum qui ſit meus capitalis inimicus, debeo puniri tanquam mandator illius homicidii. alleg. Bar. in l. ſi uentri. §. fi. de pri. cre. licet Bar. ibi uideatur loqui, ſed aduertas b limitando communem opi. quod uerum eſt, ſi dico famulo, facias quòd non reuertaris quin ſentiam noua de iniuria tibi illata, & tu occidas illum, quod ego uideor mādare, quòd tu committas illud homicidium. Nam eſt hoc uerum, ſi iniuria grauis fuit illata illi famulo, utputa unum uulnus: ſed ſi una alapa fuiſſet ſibi data, uel alia iniuria nō multum grauis, & hoc debet eſſe in arbitrio iudicis: tunc ſi illi famulo qui habuit illam alapā, dico ego dominus, facias quòd ego ſentiam noua, & ille famulus occidat illum iniuriantē, tunc non teneor ego dominus tanquā mādans fieri illud homicidiū. & probatur per l. j. C. unde ui. ꝑ gl. & Bar. in l. fi. ff. ad l. Cor. de ſicar. quia ſi habuiſti iniuriā cum alapa, debes defendere cū manu. & ſic in ſingulis limita, ut per Bal. in l. ſi literis. C. man. in fi. Et limita etiā dicta Bar. ꝑ doctrinam Bal. in l. cum mandati. C. mand. niſi dominus dixiſſet famulo, fac cū iſto cultello ut ſentiā noua, & ille cultellus erat ita paruulus, ꝙ nō erat aptus ad occidendū. Et ille occidit, & ſic exceſsit fines mandati: quia uidetur ſolum mādaſſe de uulnere: ut dixi ſuprà in xviij. q. in hac eadē gl. Pau. uerò de Caſt. per illum tex. cum gl. in l. j. ff. de his quib. ut indig. uidetur habere aliam opinio. in prin. q. Bar. hîc.

ADNOT. a ¶ In aure. *Adde tu & uide Io. de Ana. in conſi. lix.*

b ¶ Sed aduertas. *Adde quod opi. Bar. & Ang. hic ſequitur Pau. de Caſt. in cōſi. cclxij. & ibi poteris colligere pro ueritate huius limitationis. & in hac materia uide Alex. de Imo. in conſi. cxxvij. in iiij. lib. Ber.*

43 *Perſuadens ſiue conſilium præſtās, an teneatur.*

44 *Opem præſtans, licet indiſtinctè teneatur, etiam ſi malefactor erat perpetraturus delictū, tamen limitatur, niſi fauor ſit ſimplex, & malefactor omnino maleficium cōmiſiſſet ſine ope uel fauore meo: quia tunc opem præſtans mitius punitur.*

ANGELVS.

43 *VIGESIMOSECVNDO quæro: uidi materiam mandantis & mādatarii gratis, & quādo cū pecunia, & ſic de aſſaſſinis: nūc uideamus a quid in perſuadente a ſiue præſtāte conſiliū, an teneatur. Iſtam q. format Bar. in d. §. ſi mādato. in uer. quæro utrū in perſuadēte &c. ubi cōcludit unà cum Cy. quòd illa diſtinctio an eſſet aliàs facturus, uel ne, in his quę ſonāt in delictis nō habet locū. probat in l. j. §. incidit. ff. ad Turp. ibi, aut qui inſtigat &c. pſuadere & dare cōſiliū, eſt opē ferre: ut l. q ſeruo. §. plus Pōponius. ff. de fur. & ſi perſuades, uel cōſiliū præſtas Titio, ꝙ unū maleficiū cōmittat, quod etiā ſine dicta perſuaſione, ſiue conſilio facturus erat uel nō, quòd tu tenearis: qđ bene no. tu iudex, q inquiris de cōſilio uel perſuaſione: quòd etiā ſi nō cōcludas, quòd nullo modo Titius dictū maleficiū cōmiſiſſet, niſi fuiſſet talis pſuaſio uel cōſiliū: tamen proceſſus tuus ꝓcedit: & ecōtra, tu q uis defendere, debes articulare ꝙ omnino Titius illud maleficiū cōmiſiſſet, etiā ſi nō fuiſſet tuū uel cōſilium, uel tua pſuaſio. tamen uenies cōdēnādus, licet fortè leuius: quod ꝑpetuo no. in practica. ſed in præſtante opē, ſine dubio nō adhibetur dicta diſtinctio: ut not. Bart. in d. l. is q opē. ff. de fur. & an perſuadēs, uel cōſiliū præſtās ad maleficium cōmitten. puniatur uel non: uide Sali. in l. j. C. de rap. uir. in uer. quæro ergo an perſuadēs &c. Et qua pœna teneatur pſuadens uel conſulens, no. ibidem Sal. uer. quæro ſecūdò ſi in lege non eſt &c. Scribit in iſta q. Bart. an malefactor eſſet aliàs facturus nécne. & Bal. & Salice. in l. j. C. de ſer. fug. Sed in præſtante opem, abſq; dubio nō adhibetur dicta diſtinctio: ut no. Barto. in l. is qui opem. ff. de furt. Et prædicta ſunt uera, quando perſuadet aliquid qđ cadit in delictū. Si uerò perſuaſio ſiue cōſilium eſt circa illud, qđ in delictum non cadit, tunc adhibeatur iſta diſtinctio, uidelicet, aut fecit dolo aut nō: aut erat aliàs factur⁹ aut nō: ut l. ſi quis cū ſciret. ff. de dolo. l. ij. in fi. ff. man. l. ſi remunerādi. §. ſi tibi. e. tit. Sed aduerte, qa diſtinctio an eſſet aliàs facturus uel non, nō habet locū in mādante: quia pro certo præſupponit ꝙ nō erat aliàs facturus, niſi gratia mandātis: ut ſuprà dictū eſt.

ADNOT. a ¶ Perſuadēte. *Adde ultra dicta per Auguſt. an accuſatus de*

*mãdato, prebetur de perſuaſione, an debeat condemnari. & uide Alex. de Imol. in conſ. cxxvij. iiij. li. & qualiter quis teneatur de cõſilio, uide Cæp. in conſ. xxvij. Bart. conſ. clxv. Ang. conſil. xxj. & Bal. in conſil. ccxx. in iij. uol.* Ber.

AVGVST. Tu autem in hac materia adde ultra doct. inquantum ſuprà concluſum eſt, quòd in mandante illa diſtinctio non habetur, an quis aliàs ſit facturus uel ne. Adde quod Bal. poſt multa uerba uidetur affirmare in d. l. non ideo minus. C. de accu. in antepe. col. & uide Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offic. procon. & leg. qui poſt Iaco. de But. tenet contrarium. ſed Ange. in l. j. ff. de eo per quem fact. erit. tenet contrarium: quia indiſtinctè mandãs tenetur, etiam ſi ille aliàs facturus erat. & ideo Bal. mutauit propoſitum in l. ob hæc uerba. ff. de his qui no. infa. qui dicit, quòd illa diſtinctio, an quis aliàs facturus erat uel non: nõ habet locum in mandato, ſed ſolum in conſilio. & ibi alleg. multas gl. Limita per Bald. in l. metũ. C. quod met. cau. ſecundò limita in perſuadente & cõſulente, & prædicta nõ militare, quãdo ſolùm tractaretur de puniendo perſuaſorem uel conſulentem de ſolo conſilio uel perſuaſione: quia nõ adhibetur illa diſtinctio: ſecus ſi tractaretur de ipſis puniendis, quando maleficium eſt ſecutũ propter ipſum maleficium: quia adhibeatur illa diſtinctio, ſecundum Bal. in l. data opera. C. q accu. in pe. char. & certè eſt ſententia Bar. in l. non ſolum. §. ſi mandato. ff. de iniu. & j. dicetur in fi. iſtius gl. & ibi Bald. in l. data opera. loquitur in mãdante. & uide Inn. in c. querelã. extrà de elect. in uerbo, ſubtractam. qui loquitur de conſilio: & dicit Matheſil. in notabilibus ſuis, notabili xcvij. quòd ille qui facit furtũ perſuaſione uel conſilio alterius, nõ tenetur actione furti, ſi fur aliàs erat facturus. per tex. §. ope. inſti. de oblig. quæ ex quaſi delicto. ubi glo. hoc uult, licet Bart. teneat contrarium in d. §. ſi mandato. ſed dicit Matheſi. quod Bar. dixit cõtra mentem illius §. ope. dicit tamen quod Io. de Lig. in c. mulieres. extrà de ſen. excom. ſequitur opi. Bar. & uide quæ dicentur in fine iſtius gl. & uide Bal. & Sali. in hac materia in l. j. C. de ſer. fugi. Sal. in l. j. C. de rap. uirg. & Bart. in conſil. ſuo clx. qui notabiliter loquitur de perſuadente & conſulente. & Ang. in conſil. ſuo xxij. quod incipit, pro deciſione quæſtionis hoc ſolum. quod ſingulariter decidit, quòd licet fuerint uerba importantia mandatum, tamen erit perſuaſio uel conſilium quando direxit uerba contra illum qui omnino deliberauerat facere ho-
44 micidium.* Item adde in opem præſtante. Adde quòd licet non adhibeatur illa diſtinctio, an quis aliàs ſit facturus uel ne: quia indiſtinctè tenetur: limito hoc uerum, niſi fauor ſit ſimplex, & malefactor omnino maleficium commiſiſſet ſine ope uel fauore meo: quia tunc mitius debet puniri præſtans opem. mirabilis eſt deciſio Io. And. in c. felicis. de pœnis. li. vj. quã multum ponderat & magnifacit Ang. in l. is qui opem. ff. de fur. & in l. in furti. §. ope. eod. tit. & allego ſimilem gl. in cle. j. de pœ. & quomodo adhibetur ſimplex fauor, uide per Ang. in d. l. is qui opem. & ſemel ego euaſi unum à furca per illam doctrinam, quem iudex maleficiorum





uolebat ſuſpendere tanquam opem præſtantem delicto: quia dicebam quòd minus debebat puniri: quia omnino principalis fur delictum commiſiſſet, etiam ſi iſte opem non præſtitiſſet: quia fuit ſimplex fauor, intelligendo fauorem ſimplicem: ut ibi declarat Ange. Et in hac principali materia adde gloſ. in §. ope. inſti. de oblig. quæ ex quaſi delicto.

45 *Conſilium ſiue perſuaſio, an reuocari poſsit.*

46 *Perſuadens punitur ſimpliciter quando tractatur de ipſa perſuaſione punienda, ſed quando tractatur de maleficio puniendo, commiſſo perſuaſione, tunc opus eſt diſtinctione.*

ANGELVS.

45 * VIGESIMO TERTIO quæro, an poſsit reuocari conſilium ſiue perſuaſio. dic, quòd ſi meo conſilio, & mea perſuaſiõe ſolũ incœpiſti hoc facere, oportet quòd tibi perſuadeã contrariũ, quòd ſim certus te mutaſſe propoſitum: aliàs debeo denunciare ei, in cuius perſona maleficiũ debet cõmitti, ut ſe cuſtodiat ne offendatur. ita tenet Inn. in c. ad audientiã. extrà de homi. In mãdato uerò ſolum ſufficit reuocatio. Ita dixit Bar. in d. §. ſi mãdato. in pe. q. de quo uide bonã gl. in c. cum quis. extrà de ſen. excom. in vj. in glo. quæ quærit, ſi quis mandauit clericum uulnerari, & poſtea ante manus iniectionẽ mãdatum reuocauerit, demũ mandatarius percuſſerit, dicit quòd quò ad Deum mãdans nõ tenetur, ſed quò ad eccleſiã patitur pœnã, quia excõmunicatus eſt. quod no. & latè Pe. de Anc. in cle. j. de renun. ponit materiã, an & quãdo reuocatio mãdati ſit neceſſaria, quòd perueniat ad mãdatarii notitiã: & bene & diligẽter aduerte, quòd oẽs actus qui fiũt uerbis tantũ, & fiũt gratia faciẽtis, nõ gratia cõſulentis, poſſunt dici conſiliũ: ut ff. de fur. l. in furti. §. cõſiliũ. Sed qñ peruenitur nõ tãtũ ad uerba, ſed ad actũ, tũc dicitur quis præſtare opem: ut d. l. in furti. §.
46 ope. * Et prædicta ſunt uera, qñ tractatur de aliquo maleficio cõmiſſo pſuaſione puniẽdo. Sed ſi tractatur de ipſa perſuaſione puniẽda, tũc diſt. & opi. ſuprà dicta nõ habet locũ, ſed ſimpliciter puniretur: ut l. j. §. perſuadere. ff. de ſer. cor. Ita dicit Bar. in d. §. ſi mãdato. in fi. qđ no. & tene mẽti. Et uide plenè per Bal. C. mãd. in l. mãdatum. in fi. Tu autem de cõſilio uel mandato an eſſet aliàs facturus, uel non, & quomodo: uide not. per Bal. in l. j. C. de ſer. fugi. & ibi Sali. & per Sali. in l. j. in vj. parti. de rap. uirg. qui latius & melius loquuntur.

AVGVST. Tu autẽ in hac materia adde, quòd text. eſt in terminis in c. quicunq;. extra de ſent. excõ. in vj. ubi probatur quòd mãdãs in delictis, põt reuocare mandatũ, licet tex. uideatur in cõtrariũ in c. pro humani. de homi. lib. vj. Sed dic ut dixi ſuprà in hac eadẽ gl. in uer. quærit. Bar. in d. §. ſi mãdato. & uide gl. in terminis. & ibi oẽs doct. in c. mulieres. extrà de ſen. excõ. & Ang. in l. j. C. de Nili agge. nõ rũ. & Bar. in l. ſi pecunia. §. ſi ſeruũ. ff. de cõd. ob cau. & Cy. & Sali. in d. l. nõ ideo minus. C. de acc. Sed omnino uide quę dixi in uerſ. quęrit. Bar. in d. §. ſi mãdato. Et uide omnino pulchra uerba Bal. in l. mandatũ. C. mãd. in ult. col. qui ponit etiã quomodo reuocatur conſiliũ. & Bal. in l. hæc uerba. ff. de his qui no. in fa. in fi. qui remittendo ſe ad dicta Inn. in c.

ad audientiam.approbat dicta ipſius Inn.& tene menti dicta Bar.quæ poſuit in d.l.non ſolùm. §. ſi mandato. ff.de iniur. qui dixit quòd omnes actus qui fiunt uerbis tãtùm,& ſic gratia facientis & non gratia conſulentis,poſſunt dici conſilium:ut probatur ff. de fur.l. in furti. §. conſilium. ſed quando peruenitur non tantùm ad uerba,ſed ad actum, tunc dicitur quis præſtare opem. d.l. in furti. §. ope.& prædicta ſunt uera quãdo tractatur de aliquo maleficio puniendo commiſſo perſuaſione: quòd ſi tractatur de ipſa perſuaſione puniẽda, tũc diſtinctiones, & opi. ſupradictæ nõ habebũt locũ,ſed ſimpliciter puniretur:ut d.l.j.§. perſuaderi. de ſer. cor.Adde hîc bonam gl.in §. ope.in ſti.de obli. quæ ex quaſi delict. uide dicta Bal. in l. data opera. in penult. char.C.qui accuſa.

SVMMARIVM.

1 *Diffamatio non debet eſſe facta uel producta iudici in occulto,ſed ad banchum iuris pro tribunali ſedente.*

a QVOD fama publica [a] præcedente & clamoſa inſinuatione & referente. 
1 tione & referente.* Not.quòd dicit fama publica præcedente: ut in cap.qualiter & quando. de accuſa.& non debet eſſe facta,uel producta iudici talis diffamatio in occulto:ut in c.inquiſitionis.de accuſa.Ex quo Ange.in l. ſi uacantia.C. de bonis uacã. lib.x.uer.ſed quæro diffamantes Titium &c. dicit quòd ſit cautus iudex, ut dictã diffamationem recipiat ad banchũ iuris iudice pro tribunali ſedẽte, ne poſsit dici quòd diffamatio in occulto facta fuerit: quod no. unde quãdo recipis dictã diffamationẽ in tuo baſtardello,facias quòd notarius maleficiorum dicat:& prædicta & facta fuerunt ad banchum iuris iudice pro tribunali ſedente:quod tene menti in practica,ne erres.

ADNOT. a ¶ Fama publica. *Aduerte quia iudici aſſerenti in inquiſitione famam præcedere non uidetur credendum:ut per* Fulgo.*in conſi.cvij. col. uer.denique. & adde quid ſit fama, & qualiter probetur: & uide* Fran. de Are. *in conſil.ciij.* Alex.de Imo.*in conſil.* xc.*in ij.uol. &* Pau. de Caſt.*in conſil.*cxlj.*in vi. impreſsis. & adde quòd teſtis deponens ſuper infamia, etiam non interrogatus, debet deponere apud quos. ita* Inno.in c. *cum oporteat.de accu. &* Cald. *in conſil. iij. in tit. de teſtib. & adde, ſi fama non habuit certum autorem, ſit tamen iuſta credulitatis,an iudex poterit inquirere. uide* Fran.*de Are.in conſil. lxiiij. & quando fama poſsit per inhabilem probari, per Barb.in conſi.vj.Bern.*

AVGVST. Adde quòd iſta poſſunt procedere regulariter, ſed non militarent ubi eſſet contra diffamatum tanta uehemens fama, quòd
a tranſiret ad notorium [a]. in notoriis non requiritur ordo iuris,per ea quę habentur in c. ueſtra. extrà de coha. cler. & mulier.& ideo ſi talis diffamatio eſſet recepta per iudicem ipſo non ſedente pro tribunali,quòd teneret proceſſus non dubito.

ADNOT. a ¶ Ad notorium. *Adde tu circa hanc limitationem: & uide* Franc.*de Are.in conſil.clxv. ubi quod in notorio procedit iudex iuris ordine non ſeruato, cum iam ſibi conſtet de notorio. Bernard.*

2 *Inquiſitio ualet ſi tempore inquiſitionis formatæ erat fama,licet poſtea ſuperueniat fama contraria.*

3 *Inquiſitio poteſt fieri cõtra Titiũ,quando contra illum ſunt indicia, licet non ſit diffamatus, & bonus reputetur.*



ANGELVS.

2 * ET tene menti, quòd ſi tempore inquiſitionis formatæ erat fama, ſatisfactũ eſt iuri, & ualet inquiſitio, licet poſtea ſuperueniat fama cõtraria: quia fama contraria non tollit actum iam in eſſe formatum,ſed formandum ſic,& ſic cum noua fama ſuperueniat,non poterit poni ad torturam: quia tortura non eſt actus formatus,ſed formandus poſt primã famam. Vnde ex prima fama cõtra eũ facta,licet potuerit inquiri, tamẽ nõ potuit torqueri,ſuperuenta noua fama contraria,niſi alia indicia habeãtur: quia iſte eſt actus de nouo formandus.Ita ſing. dicit Bal. & Imo. in l. is poteſt. ff. de acqui. hære. & pro hoc bene facit quod ibi not. Bart. in uer. pro declaratione huiuſmodi q. præcedentium & ſequentium. Sed
3 * quid ſi contra Titium non laborat diffamatio, tamen ſunt indicia contra eum,licet communiter reputetur bonus? Credo ſi ſunt indicia contra eum,poteſt inquiri contra eum:quia indicia ſunt loco diffamationis. Cũ autem eſt diffamatio,ſufficit. Si autem ſunt tantummodo indicia,etiam ſufficit ad inquirendum. & ita declaratur c. qualiter & quãdo. de accuſa. a

AVGVST. Adde hîc, & intellige prædicta ſecundum ea quæ infrà dicam in addit.meis in eadem gl. an fama ſit ſufficiens indicium ad torturam:quia d.Ang.uidetur uelle hîc, quòd niſi fama ueniſſet in contrariũ, illa ſola fama per quam fuit formata inquiſitio,per illam famam reus etiã poſsit torqueri.Et ſubdit do. Ange. hîc,quòd ſi contra Titium nõ laborat diffamatio,ſed tamẽ ſunt indicia contra eum,licet communiter reputetur bonus,tamen contra eum poterit formari inquiſitio: quia illa indicia credit quòd ſint loco diffamationis.& ita intellige c. qualiter & quãdo.extrà de acc.Adde tamẽquòd iſta cõcluſio uidetur uera:quia fortiora ſunt indicia ſuper ueritate quàm ipſa diffamatio:quia per indicia deuenitur ad torturã.l.j.§.ij.& iij.ff.de quæſtio.l.fi.eod.tit.quod fortius eſt,ergo per illa indicia poterit fieri quod minus eſt, ſcilicet ipſa inquiſitio. Præterea non poſſunt eſſe indicia ſuper ueritate,quin in ipſis non contineatur diffamatio ipſius rei. Loquor quando ſunt indicia propinqua,non remota:ut declarat Bart. in d.l.fin.ff. de quæſtionibus.igitur &c.

4 *Diffamatio ſiue indicia debent præcedere capturã,uel arreſtationẽ inquiſitionis,formationem & tormenta.*

5 *Inquiſitio emanans de principis ſcientia nõ præſupponit de neceſſitate quòd conſtet de fama.*

ANGELVS.

4 * ADVERTENDVM autẽ eſt, quòd oportet quòd diffamatio ſiue indicia præcedant. ſine indiciis autem, & ſine ſuſpicionibus præcedentibus & diffamatione in criminali, nõ poteſt ad aliquẽ actum [a] iudex procedere uel capturę,uel arreſtationis perſonæ, uel tormẽtorum, uel inquiſitionis formationem:ut in cap.qualiter & quãdo.& c.inquiſitionis. & quod in eis not.per Inn.Ioan. And.& Ant.de Butr.& not. Ang.in l. ſi uacantia.extrà de accu.uer.ideo autem ponuntur dicta uerba &c.& Barto.in l.de minore. §.tormenta.& l.fi. ff.de quæſtionib.& l.j.in prin.eo. tit.

O 5 Quod

Quod uerum eſt, quando inquiſitio emanat principe inconſulto: ſecus ſi eo conſulto, & de eius conſcientia: ut l.nullus.& ibi Bald.C.ad leg.Iul. b
5 maieſt.* Et pro hoc facit quod not. In.in c.cum oporteat.de accu.ad fin. ubi dicit, quòd quando inquiſitio emanat de principis ſcientia, non eſt neceſſe quòd conſtet de fama: quia ſola principis ſcientia ſupplet defectum cuiuslibet ſolẽnitatis. ita dicit Bal.ar.d.l.nullus.quod no.tu iudex, quando crimẽ eſt atrox, & non ſunt ita urgẽtia indicia, ꝙ tu facias inquiſitionẽ tuã de conſciẽtia regẽtis ciuitatẽ, & ita facias in actis apparere: quia regẽs ciuitatẽ habetur loco principis: ut no.gl.& Cy.in l.fi.C.de præſcr.lon.tem.& Bar.in l.hoſtes.ff. de cap.& poſtli.reuer.& iſto modo non poterit dicta inquiſitio annullari ex hoc quòd fama & indicia non laborent contra inquiſitum.

ADNOT. a ¶ Ad aliquẽ actũ. *Adde tu quod uoluit* Ro *in conſi.cx.inci. quæſtio conſultationis.ubi per text.in c.j. & ij.de homi.lib.vj.dicit, quòd ex inquiſitione formata ſuper delicto contra aliquem diffamatione non præcedente, nunquàm ſequitur condemnatio, niſi delictũ confiteatur: imo ſi de delicto ſit inquiſitum cum qualitate, & delictũ probetur abſq; qualitate, ſequitur abſolutio.* Ber.

AVGVS. Tu aute in hac materia adde, quòd iſta doctrina hoc modo ſimpliciter relata, fecit errare multos ignorãtes: quinimò audiui ſæpe multos peritos, & aduocatos in hoc erraſſe, ſequentes ſimpliciter illam doctrinam Bal.in d.l.nullus.quia pri
a mò ego limito [a] prædicta, quod uerum eſt, quòd quando inquiſitio formatur de mandato principis, nõ requiritur quòd infamia pręcedat iſto caſu: hoc uerum, quando motu proprio [b] ſuperior mãdat hoc: ſecus ſi ad poſtulationẽ alterius. iſta eſt glo. ſingu.in c.ij.in gl.j.extra de accu.lib. vj.ita temperãs dicta Inn.in d.c.cum oportet.& aliam limitationem uide per Spe.in titu.de inquiſitio.§.nunc tractemus.uer.hoc autem notãdum. & ibi uide Ioan.And.in additio.in dicto uerſicu.limitantẽ etiam prędicta.& in hac matera multas alias limitationes & reſtrictiões, uide p Domini.de ſancto Geminia.poſt Ioan. An.& Arch.in dicto c.ij.extra de accuſationibus.libro vj.& latè per Ioã. An.Anto.de Butr.& Imo.in dicto c. cũ oportet.cui uidetur contrariari: & ibi Abb.facit unam diſtinctionem in hac materia.Et per Hoſtien.& Io. An.in c.fina.extrà de accuſationi.in antiquis.& omnia iſta plenè ſunt collecta per Mod.repetẽtes d.c.qualiter & quando.poſt Ioannẽ Andræ, in viij.quæſtio.principa.in xij.quæſtio.& uide Petrum de Anchara.in conſilio ſuo ccliiij. qui ponit quòd iſta diffamatio debet præcedere capturam & inquiſitionem: & quomodo teſtes debent deponere de diffamatione ante capturam, non poſt.

ADNOT. a ¶ Ego limito. *Adde tu ad has limitationes, & uide* Fel.*in rub.de reſcr.ubi alle.*Fran.*de paui.in ſuis conſiliis, poſt* Oldr.*&* Ro.*in rep.l.j.C.de hære.inſti.& uide* Fulg.*in conſi.cvij.ubi quod in grauioribus delictis ſeueritatis rigũ cũ aliquo tẽperamẽto benignitatis ſequi debemus: & pro hoc facit quod not.elegãter* Hoſt.*in ſumma de inquiſi.§.qualiter.ubi ꝙ ſi papa mãdat alicui quod inquirat cõtra talẽ de tali crimine, uidetur mãdare, ſi ea quæ requirũtur ad inquiſitionem interueniant.& adde quod do.*Alexã.*in conſi.clxxx.in ij.uol.intelligit dicta* Inn.*allega.per* Bal.*in d.l.nullus.ſi princeps dicat aſſertiuè ſibi conſtare de infamia, aliàs non uidetur remittere quin recipiantur teſtes ſuper infamia.& facit quòd dicit* And.Barb.*in conſi.xxxv.inci.ſcribitur apud* Eccleſiaſtes, *referendo* Tancre. *in d.c.cùm oporteat.&* Io.*and.quòd licet papa narret aliquem de crimine diffamatum, quòd propter hoc non impeditur proceſſus ſuper infamia: quia potuit à maliuolis hic procedi.adde tamẽ quod* Cæpo.*in conſil.xvij.ſimpliciter ſequitur dicta* Bald.*in d.l.nullus.& ibi uidetur uelle* Io.Mo.*in d.c.ij.licet* Arch.*ibi uideatur ſequi ſententiam* Gofre.Ber.

b ¶ Motu proprio. *Adde tu & uide gl.& quod uoluit* Ro.*in conſi.ccxxxvij. ubi motus proprius tollit ea, quæ ſunt iuris poſitiui tantum.* Ber.

6 *Indicium unũ an ſufficiat ad formandam inquiſitionem.*

ANGELVS.

6 *ET regulariter nõ ſufficit unũ indicium, ſed plura: ut no.gl.& Bart. in l.j.§.occiſorum.ff.ad Sillania.& dicta l.j.in prin.ff.de quæſtio.niſi in caſu l.prius.ad Sillania.& ibi no.gl. & Barto.in l.unius.§.in ea cauſa.ff. de quæſtionibus.& not.Bal.in l.congruit.ff.de officio præſi.& idem in l. j.C.de ſum.trinita.& fide catholi.in vj.col.& uide Cyn.plenè in l.fina.C. de quæſtioni.plenius per Barto.in l. fina.ff.de quæſtioni.Et quando plura indicia uel unum ſufficiant, not. Iaco.de bel.in l.j.§.ſi uerò.in authẽ. de exhib.reis.Ioan.And.in addi.ad Specu.in tit.de proba.§.fi.ſuper uer. xiij.& Bal.in l.fin.ff.de hære.inſtituẽ. & ibi Imo.

AVGVSTI. Tu autem in hac
a materia [a], adde dicta Salicet.in l.fi. C.de quæſtioni.qui multum eleganter loquitur: & uide Gandi.in tracta. maleficio.in rubri.an ſufficiat unus teſtis de uiſu ad tormenta.& Ioan. An.& alios in c.cum in contemplatione.extrà de regu.iuris.& Io.And. in addi.Spec.in titu.de pręſumptio. §.ſpecies.in fin.j.colũ.& Guid.de ſuza.in tracta.maleficio.ſub rubr.qualiter reus ſubiicia.tormen.& dicetur, infrà in hac eadem gloſſ.in illa quæſtio.quando ſufficit unum indicium.& in hac eadem gloſſ.in addi. meis.ibi in illa quæſtio.quæro qualiter probetur indicium. Et in hoc omnes reſident in ſententiam Barto. quam poſuit in l.fina.ff.de quæſtioni.& Bal.in l.obſeruare.C.quorum appel.non recip.

ADNOTA. a ¶ In hac materia. *Adde ultra dicta per* Auguſtinum, Petr.*de* Acha.*in cõſi.ccliij.&* And.Bar. *in conſi.xxxv.* Ber.

7 *Inquiſitio licet non poſſit formari, ſine indiciis, & diffamationibus: tamen ſi fuerit formata, & reus nõ opponat, tenebit proceſſus.*

ANGELVS.

7 *ET ſic bene nota, quòd licet ſine indiciis & diffamationibus præcedẽtibus, non poſſit formari inquiſitio: uerum eſt ſi opponatur per reũ [a]: aliàs ſi nõ opponeretur, teneret proceſſus: ut eſt caſus in c.fi.de accuſa.in vj.& ideo danda eſt indiciorum copia reo, ut poſſit ſuas exceptiones opponere: ut infrà dicam: & ſic opponere quòd dicta diffamatio & indicia non præceſſerint. quod bene not.tu qui uis facere defenſionẽ reo, ut opponas quòd inquiſitio fuit formata, ſine indiciis præcedentibus.

ADNOT. a ¶Opponatur per reum. *Adde Ro.in conſi.cx.Ber.*

AVGVST. Tu autē adde hîc, inquantū do. Angel.hîc dixit, quòd indicia debēt præcedere inquiſitionem : dic quòd iſte autor nō uult intelligere ꝙ de neceſsitate illa indicia, quæ debent præcedere torturā, debent etiam præcedere inquiſitionem:quia ſola diffamatio ſufficit ad formandā inquiſitionē.in c.qualiter & quādo.extrà de accuſa.Et ſatis fuit dictū ſuprà, in materia inquiſitionis. Indicia ergo debent præcedere torturā,non inquiſitionē.Quinimò nec captura in criminalibus:& ideo Bal. in l.& ſi certus.ff.ad Silla.dixit quòd indicia debent præcedere torturam, non capturam:quia ut dixit Sali.in l. nullus.C.de exhibē.reis.per illū text. in maleficiis, ſtatim poteſtas poteſt capere malefactorē.dicit tamen primò,habita aliquali informatione de maleficio & malefactore:quia nemini dubiū,ſi poteſtas capit aliquem in criminalibus,temere tenetur:ut dixit Bald.in l.ij.C.de his qui latro.Quinimò Sali.in l.fi.C.de quæſt.in fi.uult, ꝙ antequàm in criminalibus iudex ueniat ad capturam,quòd habita informatione primò,& formata inqui-
a ſitione [a] , poſtea ueniat ad capturā.

ADNOT. a Formata inquiſitione. *Adde Ang.j.iij.col.in uer.quæro qualiter. Et uide eundē Ang.s.in uer. hæc eſt quædam inquiſitio in iiij.quæſtio. princip.uer.vj.requiritur.*

8 *Infamia quid ſit.*

ANGELVS.

8 *QVAERO itaq; quid ſit infamia.uide Bald.in l.j.in prin.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iur.qui dicit, ꝙ infamia eſt macula acquiſita ex malis moribus, diuulgatio in populo deteſtabilis, & maximè apud bonos & graues uiros.

AVGVST. Tu adde quod Bar. in l.j.ff.de his qui not.infam.dicit,ꝙ
b infamia [b] eſt læſæ dignitatis ſtatus legibus & moribus improbatus:ut in §.cognitionū.ff.de uar.& extraordi. cogni.Et idem tenet Sali.in l.ea quidem.C.de accu.in diffinitione famæ & infamiæ.& Gandi.in tract.malefic. ſub rub.de oppoſi.famæ,ſcilicet infamia.& Sal.in d.l.ea quidem.alleg. Io.And.hoc etiam uoluiſſe.

ADNOT. a ¶Infamia. *Adde tu quæ requirūtur ad hoc ut infamia irrogetur. & uide Car.in conſil xciiij.& conſi.xcvj.*

9 *Indicium quid ſit.*

ANGELVS.

9 *QVAERO quid ſit indiciū [a].
a doct.dicunt quòd nō poteſt dari certa doctrina:ſed totū hoc relinquitur arbitrio boni uiri iudicis, qui ſecundū qualitatē perſonę & delicti,& demonſtrationū, ſeu ſuſpicionū iudicabit indicium eſſe ſufficiens, uel idoneū eſſe,uel nō:ut l.iij.§.tu magis.& §.eiuſdē quoq;.ff.de teſtib. Ita dicit Bar.in d.l.fi.ff.de quæſt. Nam indiciū dicitur ab indico indicas:unde indicia,id eſt demonſtrantia adminicula ad ueritatē indagandā:ut C.de adul. l.adulterii.& l.ſolent.ff.de præſcrip. uerb.ſed iſtud eſt potius quædā deſcriptio quā eius diffinitio.Vnde Bal. in l.ea quidē.C.de accu.in fi.ij.col.in uer.indiciū uerò eſt &c. dicit ꝙ duplex eſt indiciū:uidelicet ſemiplenū, dubitatū,& plenū.Et indiciū ſemiplenū eſt præſumptio mouens fortiter animū ad aliquid credendū,uel non credendū.& de hoc in l.cum probatio.ff.



de probat. Indiciū uerò plenū, eſt dinumeratio rei per ſigna ſufficientia,per quę animus in aliquo tāquam exiſtente uero quieſcit,& plus inueſtigare nō curat:ut C.de rei uēd. l.indicia.& ibi doc.& Io.and.in add. Specu.in tit.de probat.in uer.octauo quia indicia. Vel dic quòd indiciū eſt duplex,ſcilicet facti & iuris. ex indicio facti dirigitur iudex in uiā præſumptionis,& tale indiciū poteſt per quemcunque fieri:ut ff.de pœn.l.qui ultimo. Indiciū autē iuris,id eſt,quod habet aliquē effectū iuris,eſt duplex, quoddā eſt qđ iudicē dirigit in uiā habendæ quæſtionis, id eſt torturæ: quoddā eſt qđ inſtruit iudicē ſimul cū aliis in uiā cōdēnationis. ita dicit Bal.in l.ſeruos.C.de teſtib.dic ut ibi per eum:facit text.cum gl.ſing.& ibi Bal.in l.excipiuntur.ff.ad Silla.

ADNOT. a ¶Indicium. *Adde tu quod Bal.in conſi.cxxiiij.col.fi.in prima parte.dicit quòd indicium eſt minus, quàm ſemiplena probatio.Ber.*

AVGVT. Tu autem in hac materia inquantū dictū eſt ſuprà, quòd in indiciis non poteſt dari certa doctrina,ſed totū hoc relinquitur arbitrio iudicis : adde quòd iſtam ſentētiam tenuit Io.And.in c.cùm in contemplatione. extrà de reg.iur.& Bal. in l.obſeruare. C.quorū appel. non recip.& Sali.in l.fi.C.de quæſtioni.& Bal.in l.cùm probatio.ff.de proba.in addit.Gandi.in tract.malefi.ſub rub. de indi.indub.quib.ad tormen.proced.& ibi Gandi.dicit, quòd in criminalibus indicium ſumitur, & dicitur ſignū alicuius maleficii cōmiſsi, uel alterius rei de qua agitur. Et ſubdit quòd indicium dicitur ab indicādo. Et idem dixit Gādi.in eo.trac.& melius in rub.quæ debeant præce.quęſtio.in uer.quæro,quæ & qualia debent eſſe iſta indicia.quòd licet certa doctrina dari nō poſsit,ſed relinquitur arbitrio iudicis,tamē quilibet bonus iudex debet ſolicitè inſtare ad indicia indaganda. Et ſubdit ꝙ indicia ſunt proxima aliis probationibus, & indicia dicuntur à demonſtratione, & demōſtrātia ueritatis, & probationis adminicula.l.fin.& l.inſtrumēta domeſtica.C.de prob. ſunt enim indicia pars clarę probationis. allegat l.hac cōſultiſsima.C.qui teſt. face.poſ.adde Bal.in addi.in d.l.cum probatio.ff.de proba.qui dicit quòd indicium eſt minus quàm ſemiplena probatio:quinimo dicit ꝙ quædam ſunt indicia quæ ſunt minus, quàm ſemiplena probatio, & tamen ex eis peruenitur ad torturā.allegat gl.ibi, & dicit ꝙ ſimiliter habetur in l.capite v.ff.de adult.adde Abb.in c.tertio loco.& extrà de probat.

10 *Indicium qualiter probetur.*

11 *Teſtes examinati ſuper inquiſitione generali, nō præiudicant malefactori, cōtra quem ſpecialiter poſtea inquiritur,ſi malefactor nō fuit citatus,quādo teſtes iurauerunt in inquiſitione generali.*

12 *Teſtis unus de uiſu quando faciat indicium ad torturam.*

ANGELVS.

10 *QVAERO qualiter probetur indiciū:dic,quòd ad minus per duos
a teſtes [a] ,qui tamen directè non probant maleficiū , ſed qui uiderunt eū prope domū de nocte ibi ſtantē, in
b qua furtū cōmiſſum eſt [b] :ut eſt glo. ſing.& ibi doct.in l.fi.C.famil.erciſc. facit quod no.in l.cum Sillanianum. C.de his quib.ut indig.ita dicit Bar. in l.fi.

in l.fi.de quæſtio. Nam unicus teſtis
de uiſu probat indiciū,& facit indi-
cium:ut no.glo.& doct.in l.ſi quis.C.
ad leg.Iul.maieſt.& uide Sali.in l.fi.
C.de quæſtio.Et aduertas quòd quā-
do ibi teſtes examinātur pro haben-
dis indiciis:neceſſe eſt, quòd ad hoc
ut præiudicēt malefactori,quòd ipſi
illo citato iurent, & ſic in contradi-
ctorio iudicio: aliàs autē ſi ſimplici-
ter examinarentur inſcio, & eo non
citato,ſibi nō præiudicāt:ut not.Bar.
in l.ſi quis de crimine adulterii.C.de
adul.& in l.pe.de quæſt.& in l.cuſto-
dias.de public.iudi.ex quo infert ad
11 aliud *,quòd teſtes examinati ſuper
inquiſitione generali,nō præiudicāt
malefactori,contra quem ſpecialiter
poſtea inquiritur, ſi malefactor non
c fuit citatus [c] ,quando teſtes iuraue-
rūt in inquiſitione generali.l.ſi quā-
do.C. de teſta. ita dixit ſingulariter
Bal.in d.l.fi.ff.de quæſt.Et ideo,cau-
ti iudices antequām forment inqui-
ſitionē, recipiūt informationē à teſti
bus,& in ſcriptis redigunt,ne poſtea
dicant contrariū,qua informatione
habita formant eorū inquiſitionē:&
ſi pœna eſt corporalis, citari faciunt
inquiſitum realiter, ſcilicet capiēdo
per perſonā: nō autē ſimplici uerbo
ne aufugiat.arg.l.nullus.C.de exhib.
reis.& ibi Salic.& poſtea faciunt reū
reſpondere inquiſitioni,& ſi negat,
iterato examinant teſtes reo citato,
& in iudiciū ueniente, ut uideat iu-
rare teſtes,& poteſt tūc ipſe uel eius
aduocatus interrogatoria facere.ff.
de adult.l.ſi poſtulauerit.§.quæſtio-
ni.& iſtæ ſecundæ atteſtationes non
primæ preiudicant ei in totū ſi plenè
probant, uel quo ad torturā ſi faciūt
ſufficientia indicia: quod not.dicit

Salic.in l.fina.in fi.ff.de queſtio.uide
Bald.in l.ſi tibi.ff.de condi.ob turp.
cauſ.in uerſic.ſed nunquid iſti teſtes
recepti.

ADNOT. a ¶Per duos teſtes.
*Adde Cæp.in conſi.lxvij.* Panor.cōſi.xvj.
*Ang.in conſi.ij.& Fulg.in conſi.cvij.&*
*per do.* Bartho. *Soci.in conſi.cxviij.col.v.*
*uer.poſtremò.& intellige quod probatur*
*per duos teſtes,quando indicium eſt à re-*
*motis.ita do.* Alexā.*in conſi.v.col.ij.in j.*
*uol.& idem in conſi.xvj.col.vj.uer.præ-*
*terea iſte teſtis.& in conſi.xviij.col.iij.*
*eo.uol.uer.ij.& fortius in conſi.j.col.ij.*
*uer.accedit quia.in ij.uol.*

b ¶Commiſſum. *Ang.idem uoluit in*
*l.cum cognitionaliter.C.de quæſtio.&*
*Salic.in l.fina.de quæſtio.* & Angel.*in l.*
*fin.C.quod metus cau.* Innoc.*in ca.ſicut.*
*de ſimo.* Et *hoc uerum eſt,quando teſtes*
*deponunt ſuper indiciis, à quibus poteſt*
*eſſe ueritas,ſed quando teſtis deponit ſu-*
*per actū facti:ut quia teſtificatur de ipſo*
*maleficio:ut quia uidit maleficium com-*
*mitti, ſtuprum perpetrari: tunc unus ſo-*
*lus teſtis facit indicium ſufficiens ad tor*
*turā.glo.& doct.in d.l.ſi quis.ad leg.Iul.*
*maieſt.hoc etiam uoluit* Ang.*in d.l.cum*
*cognitionaliter.& in l.fin.*C.*eo.& idem*
*uoluit* Bar.Bal.*&* Ang.*in l.ſi.circa fi.*C.
*famil.erciſcun.&* Bal.*in l.cum propone-*
*batur.ff.de leg.ij.et in l.ſi quis ex argēta-*
*riis.§.j ff.de edē.et* Cy.*in l.ſi.*C.*de quæſt.*

c ¶Non fuit citatus. *Adde & intel-*
*lige hoc, niſi ſtylus palatij aliter ſe habe-*
*ret,tunc præiudicarent.ita* Alex.*in conſ.*
*xlj.ſ.proximè alleg.quia conſuetudo po-*
*teſt derogare ſolennitati citationis,ut uo-*
*luit* Bal.*in authen.ſi quis in aliquo.*C.*de*
*eden.& uide ad materiam* Fran.*de Are.*
*in conſi.clxv.*

AVGVST. Tu autē in hac ma-
teria,adde inquantū d.Ang.hic dixit,
quòd



quòd unus teſtis de uiſu facit indiciū
ad torturā, uel deponit de ueritate:
12 qa uidit Titiū occidere Caiū,* Ad-
a de hoc uerū [a] ,quando ille teſtis eſt
omni exceptione maior, aliàs non:
quia nō infamis,nō uilis, nō attinēs,
& ſic de ſimi. Aurea eſt doctrina Bar.
in l.j.§.item Cornelio.ff.de queſt.in
l.maritus.in j.col.eo.tit.& de illa do-
ctrina facit feſtū Ange.in l.ſi quis.C.
ad leg.Iul.maieſt.& Ang.in l.fi. C.de
queſtio.in fi.& dicetur j.in ſeq.q.hoc
idem tenet Abb.in c.j.extra de con-
feſ.Adde tamē ſingularia uerba Bar.
in l.admonendi. ff.de iureiuran. in
antepen.char.qui multas limitatio-
nes dicit:& uide Salic.in l.ſi quis ali-
cui.C.ad leg.Iul.maieſt.qui dicit Dy.
uelle,quòd in criminalibus unus te-
ſtis faciat indiciū:uide d.Abb.in cōſi.
ſuo xvj.qui ponit,an unus teſtis faciat
indiciū uel duo.Itē adde,ꝙ licet duo
teſtes faciunt indiciū ad torturā,quā-
do nō deponunt de ueritate,ſed per
indicia: quia de nocte uiderunt Ti-
tium exeuntē illā domū, in qua fur-
tum fuit cōmiſſum, & ſic cum depo-
nant ſuper actu remoto,opus eſt, ut
ſint duo teſtes: ut ſuprà dixit iſte au-
tor allegando Bar.in l.fi.ff.de quæſt.
Dic tamen quòd propter hoc indi-
ſtinctè ſemper iudex non debet po-
nere ad torturam illum hominē,pro
quo deponunt illi duo teſtes: quia
opus eſt,quòd illi duo teſtes,qui de-
ponunt ſuper iſto indicio, & ſic ſu-
per actu remoto,dicant indicia ueri-
ſimilia.Nam pone,quòd ille qui exi-
uit illam domum erat unus magnus
mercator, & uiſus fuit habere ali-
quid ſub mantello, licet ſint duo te-
ſtes,qui hoc deponant, cum hoc in-
dicium non ſit ueriſimile,hoc ſolum

indicium nō ſufficeret, licet duo te-
ſtes hoc dicant:ita declarat Angelus
in l. milites.C.de quæſtionib.per il-
lum text.qui dixit, ꝙ conditio per-
ſonæ excludit præſumptionem re-
ſultantem ex indiciis: & ideo opus
eſt,quòd alia indicia cōcurrant: pu-
ta quia uiſus de nocte exire illā do-
mum, in qua fuit factum furtum, &
habebat aliquid ſubtus, & inconti-
nenti fuit uiſus expendere illam pe-
cuniam ſtampatam ſtampa illius mo
netę:quæ aſſerebatur furata.An autē
teſtes examinati in inquiſitione ge-
nerali præiudicent, poſtea in inqui-
ſitione ſpecialiter formata:dic quòd
non.Adde ultra ſuprà allegata Bald.
in l. iubemus.C.de probationi.& In-
nocen.in capi.bonæ memoriæ Ma-
gunt.extra de electioni.& Gandinus
in tractatu malefic.ſub rubr.quomo-
do cognoſcatur de malefic.per in-
quiſitionem.in uer.ſed nunquid in-
troductione teſtiū inquiſitor faciet
citare reum. quam doctrinam mul-
tum extollit Albericus de roſate in
l.iuriſiurandi.C.de teſti.& ibi decla-
rat dicta Inno.in d.cap.bonæ.&dicta
Gandini.

ADNO. a ¶Adde quòd hoc
uerum. T*u circa hoc, adde quòd etiā*
*ſi nō ſit omni exceptione maior:dum ta-*
*men alia concurrant,erit ſufficiens indi-*
*cium ad torturam.ita* Ro.*in conſil.cccclj.*
*& Alexand.in conſil.v.& in conſil.xlj.*
*in ij.uolu.& in conſil.xj.in j.uol. Cæpol.*
*in conſil.xl.& ibi quid ſi deponat dire-*
*cto ſuper maleficio.&* Ang.*in cōſi.ij.&*
*in materia, uide etiā* Pau.*de Caſt.in l.fi.*
C.*fami.erciſ.& not.quòd ubi iudex ha-*
*beret arbitriū in procedēdo,poſſet ad tor*
*turā deuenire, etiā ſi teſtis nō eſſet omni*
*exceptione maior.ita* Alex.*in di.cōſil.xlj.*
*cuius*

*cuius cōtrariū tenet Bar. in ſuo cōſ. xxxv. incip. ſcribitur apud Eccleſiaſtes. & di. ſ. adde etiam infra ad uerſi. quæro an unū indicium, & quando unus teſtis de uiſu faciat indicium. adde etiam Alexand. in conſi. lxv. col. fi. in j. uol.*

13 *Indicium unum, an plura requirantur ad inquiſitionem, & torturam.*

14 *Indicium unum ualde demonſtratiuum ſufficiens eſt ad inquiſitionem & torturam: puta unus teſtis integer, & bonæ famæ deponens de uiſu.*

15 *Indicium ſufficiens ad inquirendum, & torturam eſt, ſi reperiatur furtum apud aliquem.*

16 *Indiciū ſufficiens, ut ſuprà eſt, ſi quis iuuenis inuentus eſt in domo pulchræ puellæ.*

17 *Indicium ſufficiens, ut ſuprà eſt, ſi quis reperiatur prope mortuum cum cultello euaginato.*

18 *Indicium ſufficiens, ut ſuprà eſt, ſi aliquis uiſus eſt cum cultello ſanguinolēto exire cū facie pallida de domo quæ non habet, niſi unum oſtium, & intus reperitur homo mortuus.*

19 *Iudex bonus inquirit cum quibus & per quæ loca conuerſantur delati, ſeu inquiſiti, quos torquere intendit.*

20 *Indiciorum doctrina certa dari non poteſt, ſed remittetur arbitrio iudicantis.*

21 *Furtum repertum apud aliquem non eſt ſufficiens ad inquirendum ſeu ad torturam, ſi talis eſt bonæ conditionis & famæ.*

22 *Præſumptiones & indicia, an ſufficiant ad condemnationem.*

23 *Præſumptio uiolenta, puta nudus cū nuda, non eſt probatio plena ad condemnandum de adulterio in criminalibus.*

24 *Iudex multum debet tēperare ſententiam ex præſumptione uiolenta.*

25 *Iudex non tenetur temperare pœnam, quando fert ſententiam ex præſumptione, quam lex expreſſè approbat in criminalibus.*

26 *Iudex non tenetur temperare ſententiam ex præſumptione uiolenta, ſi agitur de puniendo aliquem pecuniariter, uel pœna corporali leui.*

27 *Iudex tenetur temperare ſententiam ex præſumptione, ſi præſumptio eſt uiolentiſſima.*

28 *Indiciorum indubitatorum multa exempla ponit Gandi.*

29 *Inimicitia an ſit indicium ſufficiens ad torturam.*

ANGELVS.

13 *QVAERO, an unum indicium uel plura requirantur. dic, quòd hoc reſidet in pectore iudicis: ut dicto §. eiuſdem. nam poſſunt eſſe plura indicia ualde leuia: unde non ſufficiunt: 14 * & poteſt eſſe unum ualde demonſtratiuum: utputa, ſi eſt unus teſtis integer, & bonæ famæ, qui teſtificetur, quòd uidit maleficium cōmitti, tunc talis teſtis eſt ſufficiens ad inquirendum, & ad torturam: ut no. gloſſ. & doct. in l. ſi quis. C. ad legem Iuliam maieſta. & Barto. in d. l. j. §. j. & in l. maritus. & in l. pen. ff. de quæſtio. uel etiam eſt confeſsio extraiudicialis [a]: ut l. capite quinto. § de adult. & ibi gloſſ. 15 * uel quia res furata [b] eſt penes eum: ſecus autem, ſi eſſet homo malæ cōditionis & aliud indicium non habetur contra eum. ita dicit Barto. in dicta l. fi. ff. de quæſtio. 16 * & idem ſi quis iuuenis inuentus fuit in domo pulchræ puellæ, uel ueniſſet de domo unius pulchræ, præſumit ſuppoſuiſſe: ita dicit Bart. poſt Iaco. de but. in l. fi. ff. de hæred. inſti. uel



17 *uel prope mortuum aliquis reperiatur cum cultello euaginato: nam iſtud ſolùm eſt ſufficiens indicium, imo manifeſtū. ita dicit Bart. in l. fur 18 manifeſtus. ff. de fur. * & idem ſi uiſus eſt cum cultello ſanguinolento exire, cū facie pallida de domo, quæ nō habet niſi unum oſtium, & reperitur intus homo mortuus. ita dicit Tho. piperata, ut refert Ioan. And. in additio. ad Spec. in tit. de proba. §. j. uerſicu. xiij. intantùm quòd eſt ſufficiens indicium ad condēnationem. & idem ibi dicit idem Thom. ſi uiſus fuit admenare cultellū, licet non uiſus fuit percutere, & poſtea ibi reperitur interfectus, & poſtea uiſus fuit fugere, & apparet quòd erat ſibi inimicus, & fama laborat cōtra eum: & idem probatur quòd Titius erat inimicus Seii. ff. de quæſtio. l. j. §. præterea. uel quòd tēpore occiſionis erat in loco, uel quòd receptauit occidentem, uel ꝙ occidēs erat familiaris uel domeſticus, uel quòd Titius iactabat ſe quòd Seiū interficere fecerat, uel quòd inter eos offenſæ præceſſerant. Sed ibi Io. And. tenet, quòd iſta indicia nō ſunt ſufficientia ad condemnationē, ſed ad torturā: ut etiā ab eo habeatur confeſsio, & iſtud eſt tutius.[c] & idem tenet Imo. in d. l. fi. de hæred. inſtituē. 19 *Iudex enim bonus inquiret cum quibus, & per quæ loca cōuerſantur delati, ſeu inquiſiti, quos torquere intendit, quoniam mala cōuerſatio[d] eſt malæ operationis indicium. ff. de admi. tut. l. ſi plures. §. quamuis. quia ex mala conuerſatione bonus efficitur malus uel uitioſus: ut l. ædiles. §. Pedius. de ædil. edict. Itē conſiderat loca in quibus conuerſatur, quia ſecundum loci uarietatē, collige coniecturam: ut l. fin. C. ſi manc. ita fuer. alien. Item conſpiciat conſtantiam, uel uocis trepidationem, uel membrorum pallorem: ut l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſtio. Itē quæret cuius uitæ fuerat prius, & an talia uel ſimilia, de quibus inculpatur, facere cōſueuerit. ff. de re mili. l. deſertorem. §. is qui. Item inueſtiget cuius famæ & opinionis eſt in ciuitate: quia ſecundum famā iudicabo: ut dicto §. tormenta. & quod ibi not. Bartol. item ſi ibi erat inimicitia, uel diſplicentia aliqua inter eum & offenſum, uel aliqua offenſa, uel iniuria fuerit inter eos: quia tunc uidetur præſumptio culpæ. ff. de his quib. ut indignis. l. ſi militia. & etiā alia de quibus inueſtigare debet. Ex quibus omnibus curioſus iudex poterit capere indicia ad informādum conſcientiā ſuam: ita dicit Bar. in tractā. ſuo de quæſtio. in rubri. quæro aliqua indicia &c.

ADNOT. a ¶Extraiudicialis. *Adde Ro. in conſi. viij. & ibi etiam dicit quòd mendaciū & domeſticitas faciunt indiciū ad torturam. & adde Pau. de Ca. in conſi. cxcvij. in prima impreſſione. & ultra prædicta uide quæ latè ponit domi. Fran. Brunus de ſancto Seri. in ſuo tracta. de indi. & tortu. char. iij. uerſ. aliud eſt indicium generale. in iij. col. & Pari. Neapol. in tract. de ſynd. in uerbo, tortura. §. quia communiter. circa fi.*

b ¶Res furata. *Adde quòd idē eſt ſi eſt ſolitus emere res furatas. ita Alex. in conſ. l. in. j. uol. & ibi quòd inuentus in ſtrata mortuus, præſumitur mortuus à frequētantibus ſtratam.*

c ¶Et iſtud eſt tutius. *Aduerte quia Tho. de piperata loquitur copulatiuè: &*

*adde ꝙ Io. An. loquitur ſolùm in ſecundo exemplo ibi relato, & per quod idē ſentiat in tertio: quia eſt minus uiolentum, quàm ſecundū: ſed in primo non uidetur aliter ſentire quàm Th. & Gui. de Suza. & eſt magis uiolentum, quàm cæteri: & ultra prædicta, adde quòd opi. Gand. ſequitur Pau. de Ca. in conſ. cxcvij in j. impreßis. & ibi quòd propter Gandi. autoritatem liberauerat quendam à morte: & eandē opi. tenet Alex. in conſi. xv. in j. uol. & ibi quòd eſt caſus in c. afferte. de præſump. quia ibi illa mulier propter plagium merebatur mortem: uerum quia nō erant, niſi præſumptiones uiolentæ, nō condemnauit Salomon ad mortē, ſed ad reſtituendum filium. & idem tenet in conſ. xiiij. in ij. uol. Io. de Ana. in conſi lix. & Oldra. in conſi. cxcij. ubi idem dicit de d. c. afferte. Cæpol. in conſi. xxxij. & conſi. xxxix. & Petr. de Anchar. in conſil. cciiij.*

d ¶Mala conuerſatio. *Adde quòd Bal. in conſi. lxxix. in iij. uolumi. cōſuluit quòd cōuerſans cū hæretico poterat tanquàm hæreticus poni ad torturam. Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia adde, quòd miror quòd iſte doctor allegauerit Bar. in tract. de quæſtio. quia Bartol. non fecit tractatum de quæſtio. ſed uide pleroſque doct. tenentes quòd ille tractatus, qui appropriatur Bar. fuerit Dyn. ſed certè non fuit, nec Bart. nec Dyn. ſed fuit Gand. & poſuit illum tracta. in tract. ſuo maleficio. Et ideo Gand. in tract. maleficio. ſub rubri. de indic. nō dubita. qui. ad tormē. perueni. in princ. ibi facit mentionē, & allegat tractatum ſuum de quæſtio. & tormen. & de uerbo ad uerbū, una ſyllaba gan detracta, ille tract. Gand. de quæſtio. eſt ſicut ille tracta. de quęſtio. qui appropriatur Bar. & ideo in hoc reprehendo doct. qui hoc modo allegant Bar. ſed iſte error cauſatur: quia multi doct. ſunt ſicut pictores: quia nolunt emere libros, ſed uiuunt ſuper additionibus & apoſtillis aliorū: & interdū nedū errāt in quotis & deciſionibus legū & docto. ſed etiā in libris: & ideo ſi d. Ange. hic uidiſſet originaliter in fonte tractatū Bar. de quæſtio. quem ipſe allegat: & tracta.

20 Gand. nō feciſſet tantū errorē. *Sed adde in hac materia, primò do. Gandi. in tracta. maleficio. ſub rubr. de quæſtio. in uer. quæ debeāt pręcedere quæſtiones. cōcludit, ꝙ in materia indiciorū certa doctrina dari nō poteſt, ſed remittitur arbitrio iudicantis: & ibi dicit ꝙ iudex ex mala conuerſatione rei, capiet indicia, & in quo loco cōuerſabatur, cuius uitæ antea fuit, & qualis æſtimationis & famæ, ac qualē uitā & habitū quis duxerit. Itē qualitatē maleficii. Itē ſi ille qui de crimine inculpatur, erat inimicus occiſi, uel offenſi. Itē ſi potuit prouidere ne illud maleficium cōmitteretur: & ibi etiā multa, quia & idē fecit Gand. in dicto tract. ſub rub. de indi. nō dubi. quib. ad tormē. proce. Adde etiam Guid. de Suza. in tracta. malefic. ſub rub. qualiter reus ſubiicia. torm. q ponit multa indicia ad ponēdū quē ad torturā: & multa indicia ponit Ang. in l. milites. C. de q. & in l. fi. C. e. tit. & Io. An. in c. cum in contēplatione. extrà de reg. iur. & inquantū dicitur hic de cōfeſsione extraiudiciali: adde d. de Rot. in deciſio. cxcij. qui dicunt, quòd in delictis extraiudicialis, cōfeſsio plenè delictū nō probat ad effectū pœnæ ordinariæ infligēdæ, ſed ad pœnam priuationis beneficii, & facit indi-



21 cium ad torturam. *Sed aduerte inquantū do. Ang. hic dicit, quòd ſi res furata eſt penes unum, eſt ſufficiens indiciū ad torturā, & idē affirmauit Ang. in l. fi. C. de quæſtio. per ea quæ habentur in l. ancillæ. C. de fur. limita & tēpera hoc procedere, niſi illa res reperiatur penes unū hominē bonæ conditionis & famæ, quia tunc non eſt ſufficiens indicium ad torturam: & ita Salic. in l. fi. C. de quæſtio. limitabat dicta Bart. Nec mirū: quia ut dixit Bar. in l. j. §. j. per illum tex. in prin. ff. de quæſtio. quòd licet reperiantur indicia, quæ aliâs eſſent ſufficientia ad torquendū reum: tamen ſi pro reo aliqua ſunt indicia pro ipſo, tunc opus eſt quòd illa indicia ad torquēdū ſint magis urgentia. Et inquantū ſuprà alleg. Io. And.

22 *quòd ex præſumptionibus & indiciis licet ſint indubitata quis nō poteſt dānari, ſed bene torqueri. Adde

a tamē quòd pro opi. Thomæ,[a] de piperata allego in terminis Bart. in l. ij. ff. de fur. in prin. & Bar. in l. ij. §. fin. ff. de adul. & Bal. in auth. quas actiones. C. de ſacroſanc. ecc. & Bald. in l. neque natales. C. de prob. qui uolūt quòd aliquādo uera probatio in his criminalibus, colligatur ex præſumptione uiolenta, & ponunt exēplum in eo qui uiſus fuit fugere cū gladio euaginato: & de ſcholari reperto cū muliere: quia non præſumitur dicere, pater noſter: ſed hoc modo probatur adulteriū & homicidium. Sed aduerte quòd Ange. in l. ij. ff. de furt. reprehendit Bar. quia dicit, quòd ex præſumptione aliqua uiolēta, nemo poteſt damnari criminaliter, maximè ad mortē, ſed bene eſt ſufficiens indicium ad torturam: & ita dicit Imo. in l. fi. ff. de hære. inſt. & Bal. in l. fi. C. de proba. & uide not. in c. afferte. extrà de præſump. adde Bald. in l. ſciāt cuncti. C. de prob. & Bart. in l. capite v. ff. de adulte. qui loquuntur de indiciis indubitatis. adde no. in l. ſi quis adult. C. de adult. Adde Abb. in c. tertio loco. extrà de prob. qui uidetur aliter loqui. Et adde hîc quæ infrà dicā in glo. che hai adulterato la mia dona. viſis capitulis de uxore, quæramus qualis debet eſſe probatio de adulterio. Et uide Matheſi. in

23 no. dictis ſuis. no. cxviij. *ubi dicitur quòd præſumptio uiolenta, non eſt plena probatio ad condemnandum de adulterio in criminalibus, ſicut nudus cum nuda, ſolus cum ſola: de qua in c. literis. extrà de præſumpt. quia ibi agebatur ad ſeparationem matrimonii ciuiliter: ſecus in præſumptione uiolēta approbata à iure etiā quo ad cauſam criminalē: quia illa ſola ſufficit: ut in l. ſi qui. C. de

24 adul. *Adde tamen quòd ex præſumptione uiolēta iudex debet multum temperare ſentētiā: & maximè ut non condemnet ad pœnam corporalē: iuxta no. per Inno. in c. quia uериſimile. extrà de pręſump. & affirmat hæc d. Card. d. Ant. Abb. & Imo. ibi: & Old. in cōſil. cxcij. quod incip. uiſo diligēter. & Pet. de Anc. in reg. ſemel malus. in x. col. de regu. iur. & d. Ant. in c. quāto. extrà de pręſump. d. Abb. in c. cōſtitutus. extrà de teſtib. & Bal. in l. fi. C. de prob. & Bal. in rub. extrà de offi. dele. Spe. in tit. de præſump. §. ſpecies. uer. in ſumma. Abb. in c. ij. extrà de cohab. cler. & mulie. & Abb. in c. & ſi clerici. §. de adul. extrà de iudi. & Abb. in c. auditis. extrà de præſcr. & rectè locutus eſt Bal. in

d.l.fi.C.de prob. quòd ubi iudex ex
præſumptionibus uenit ad cōdēna-
tionē, eſt iuſta cauſa minuēdi pœnā,
per l.quid ergo. §.pœna grauior. ff.
de his qui not.infam.pro quo facit
tex.& ibi gl.in c.inter ſolicitudinis.
25 extrà de purg.cano. * Limitarē ta-
men prædicta, niſi iudex ferret ſen-
tentiā per quandā præſumptionem,
quam lex expreſsè approbat in cri-
minalibus:ut dicebat Mathe. ſuprà,
& alii per d.l.ſi quis adul.C.de adul.
& ita tenet do.Abb.in c.accedēs.ex-
trà de ſimo.& Bal.in d.l.fi.& ſic intel
ligantur dicta doct.maximè d.Abb.
26 in c.j.extrà de iudic.in xiij.col. *Itē
limitarē, ut dixi ſuprà, niſi ageretur
de puniēdo aliquē pecuniariter,uel
pœna leui corporali : puta fuſtiga-
tio.tex. eſt etiā in l.ij.uer.& qa ple-
runq;.ff.de offi.præfect.uigil.ubi ex
culpa præſumpta, quia incendium
præſumitur culpa inhabitantiū, po-
teſt quis fuſtigari. Item hoc etiā nō
procedit in grauiſsimo delicto : pu-
ta in caſu c.pro humani.extrà de ho
mic.ibi dū dicitur, probabiliter con
27 ſtiterit argumentis. * Item limita-
bat alio modo Ioan. Andr.in addit.
Spec.in tit.de prob.§.fi.uer.xiij.niſi
iudex moueret ſe ex præſumptione
uiolentiſsima:& ita refert Inn.in d.
c.afferte.extrà de præſump.& d.Ant.
& do.Abb.in c.tertio loco. extrà de
proba.& uidetur eſſe de mente Bal.
in d.l.excipiūtur.ff.ad Silla.Sed Ro.
ibi multū eleganter loquitur intelli
gendo de illis indiciis de quibus in
d.l.ſi qui adulterii. quæ cōcluſio an
ſit uera uel falſa, patet ex ſupradi-
ctis per me:quia ut dixi,Gādi.& alii
dicunt contrariū : & ideo licet dicāt
in exemplo, de eo qui uiſus fuit fu
gere cum gladio ſanguinolento:
quòd illa fuga arguit plenā proba-
tionē delicti, ſecundū do. Abb.in c.
tertio loco.extrà de præſum.& Bar.
in d.l.fur eſt. in prin.ff.de fur.& Ioā.
And.in d.uer.xiij. & Bal. in d.l.neq;
natales.& in l.fi.C.de prob. & Bald.
in l.fi.ff.de offi.procon.& leg.tamen
iſtæ probationes nō cōcludūt:quia
poterit eſſe, quòd ille qui aufugie-
bat cū gladio euaginato, quicquid
fecit, fecit ad ſuā defenſionē:& ideo
alia opinio uideretur uerior de iu-
re. Fateor bene quòd hoc eſſet in-
diciū ſufficiens ad torturā:ut uoluit
Spec.in tit.de præſump.§.fi. uer.ſed
28 pone.in fi. * Adde Gandi.in tracta.
maleficio.ſub rubr.de indic.& præ-
ſumpt. indubita. ex quibus ad con-
demna.perue.poteſt.quia multa po
nit exempla de illis indiciis indubi
tatis, de illo qui exiuit camerā cum
gladio ſanguinolēto pallidus. Item
de capitali inimico.Item quòd uncr
uidit admenare. Item quòd fugit.ta
men do.Gandi.dicit, quòd uidit in
practica obſeruari, & omnes ſapien
tes Bononiæ:& alibi nō uolunt ali-
quē capitaliter poſſe puniri ex ali-
quo indicio quantūcunque indubi-
tato:ſecus ſi pœna pecuniaria ueni-
ret imponenda,& ibi multa allegat:
& de iſta doctrina Gandi.facit men
tionē Bal.in addi.Spec.in tit.de ſen
ten.in ulti.charta.allegat tamen Dy.
in l.ij.ff.de excuſa.tutorū.cōtrarium
29 tenuiſſe. *Item inquantum dicunt,
quòd inimicitia eſt ſufficiens indi-
cium ad torturam : adde quòd aliās
de facto uidi allegare doctrinā Spe.
in tit.de præſump.§.j.uer.ſed pone.
& ibi Ioan.Andr.qui dicunt,quòd ſi
unus reperitur interfectus, & habe-
bat



bat aliquem inimicum, poteſt capi
ille inimicus & torqueri : quia hoc
ſolum eſt ſufficiens indicium ad tor
turam. ſed iſta deciſio eſt falſa:quia
aliàs ſequeretur quòd unum indiciū
remotum à facto,ſit ſufficiens indi-
cium ad torturam,per doctrinā Bar.
in l.fin.ff.de quæſt.& ideo Imo. in l.
fi.ff.de hære.inſtit.uidetur deſtruere
illam doctrinam Specu.& Gandi.in
tracta.maleficiorum. ſub rubri.quæ
debeant præced. quæſtio. qui uult,
quòd concurrant alia indicia cum
iſto indicio, ſi ille qui inculpatur
erat inimicus offenſi:& latius dice-
tur j.in ea.glo.ibi, quæro reperitur
aliquis occiſus,& ignoratur à quo.

ADNOT. a ¶Adde tamen
quod pro opinio.Thomæ. *Not.
quod Tho.de Piperata poſuit tres caſus
ſeu tria exempla præſumptionis uiolen-
tiſsimæ ſeu indiciorū indubitatorum : in
quibus uoluit habere locum l.ſciant cun
cti.C. de proba.& in quibus ex indiciis
poſsit quis damnari : & cum eo tranſit
Abb.in c.tertio loco.de proba.in c.quan-
to.de præſumpt.& ſatis idem ſentit in c.
quia ueriſimile.eo.tit. reprehendit enim
Barto.in d.l.fur eſt.ſolùm in exemplo.de
adul.ut patet ex dictis ipſius Abb.in d.c.
tertio loco. de proba. & in c.tertio loco.
de præſump. & cum Tho.tranſeunt mul
ti quos hic refert. Sed eſt dubium an in
omnibus dictis caſibus & exemplis, poſ-
ſit quis damnari,non dico ad mortē:quia
communis opi.eſt quòd non:poſt Innoc.in
d.c.quia ueriſimile. & ſequuntur doct.
hic relati,ſed ad pœnam mitiorē ordina-
riam: & uidetur de mente ſequentium
ipſum Tho.quòd ſic:tamen Ioan.And.in
d.addi.& Ange.& Imo.contra relatio.
uidentur ſentire quòd ſolum ad torturā,
& concordantes cum eis:licet Io.And.in
primo exemplo tranſeat cum Tho. quòd
ad condemnationē ſufficiat:& ſic uiden
tur contradicere, niſi dicamus ſaluando,
quòd qui dicunt nō ſufficere ad condēnatio-
nem,ſed ad torturam,loquuntur quando
uellet iudex procedere ad condemnatio-
nē imponendo pœnam ordinariam, quia
ad talem effectum poteſt torquere,& nō
excludant condemnationem mitiorē:pa-
tet,quia ex præſumptionibus etiam non
adeo uiolentis poteſt quis damnari ad pœ
nam pecuniariam uel leuem corporalem;
ut ſuprà in ij.limita.& nota quia hic in
dicta limitatio.ij.expreſſè ſentit,quòd in ſecū
do & tertio caſu Tho.poteſt ferri ſenten
tia ex præſumptionibus in pœna pecunia
ria uel corporali mitiore. In primo uero
exēplo Tho.licet Io.And. poſt Tho.uellet
pœnā ordinariā, ſeu ſentiret imponi poſ-
ſe:ut in iij.limitatio.tamē Spe. ibi relatis
Gand.Mathe.Rom.& alij relati cōtra.*

*30 Teſtis unus integer,nō autē ſeruus aut
uilis ſeu infamis facit indiciū maleficio.*

ANGELVS.

30 *ET bene nota,quia dixit quòd
unus teſtis integer de maleficio, fa-
cit indicium:quia ſecus ſi non eſſet
homo integer, ut ſeruus uilis uel
infamis:tunc etiā deponens de uiſu
non facit indicium : vt l.j. §.idem
Cornelio.& ibi Bar.ff.de quæſt.

AVG. Tu adde quæ dixi ſuprà
in hac eadem gloſ. in uerſic. quæro
qualiter probetur indicium. ubi ad
hoc multas deciſiones allegaui in
propriis terminis,quas non replico
breuitatis cauſa.

*31 Particeps criminis aliquando non eſt
idoneus teſtis ad indicium contra ſo-
cium,aliquando ſic.*

ANGELVS.

31 *QVAERO an particeps cri-
minis dicatur teſtis idoneus contra
ſocium

ſocium ad indicium, dic quòd non
út no.glo.in l.filium.C.de lib.cau.&
ſic nõ fuit interrogandus de ſociis:
ut l.ſi.& ibi per gl.& doc.C.de accu.
& ideo interrogatus etiã ſi ſua ſpon
te dixerit, non facit indicium contra
ſocium:ut not.Bar.in l.j.§.ſi ſeruus.
ff.de quæſt.Etiã ſi inculpatus ſit ma-
læ famæ, quod eſt uerũ, niſi in caſi-
bus not. in d.l.ſi.ex quo Bar.in l.ſæ-
pe.§.j.ff.de quæſt.dat certã doctrinã,
de qua dic ut ibi per eum:ſed Salic.
in d.l.fi.uer.nunc oppono cõtra ſe-
cundã quod &c. cõcludit quòd ſunt
conſiderandæ qualitates perſonarũ
& delictorũ. Nam aut inquiſitus eſt
ſeruus, & de ſociis eſt interrogãdus:
ut l.quicũque.C.de ſer. fug. & l.j.in
fi.ff.de quæſt. Si uerò erat liber ho-
mo, & tunc in criminibus quæ regu
lariter ſine ſociis nõ committũtur,
interrogari poſſunt:ut l.prouincia-
rum.C.de ſer. Item de falſificanti-
bus monetã:quia plures in eo mini-
ſterio ſunt neceſſarii:ut l.j.ff.de fal.
mo. idem in crimine læſæ maieſta-
tis:quia unus ſolus tantum commit-
tere non poſſet. Idem quando ten-
dit ad ſalutem communẽ omnium: a
ut l.fi.C.de maleſi.& Mathe.ubi au-
tem delicta non ſunt ita atrocia : &
ſunt delicta, quę ſine ſociis ut pluri-
mũ committi ſolent: tunc de ſociis
non eſt interrogãdus, & interroga-
tus non præiudicat illis nominatis.
quæ omnia not. Sed Ant.de Butr.in
c.j.de confeſſ.tenet ſimpliciter opi.
Bart. ſed quòd ſocius faciat indiciũ
cõtra ſociũ:uidetur tex.in c.j.de teſt.
& ibi Inn.& Ant.de But.& eſt tex.&
ibi But.in c.ueniens. el j.eo.tit.facit
tex.in l.cùm ſeruum.C.de ſer.fug.

AVG. Tu autem in hac materia
adde, quòd licet inueniam & glo.&
doct. uario modo locutos fuiſſe in
hac materia:tamẽ non recederem à
ſententia illorum qui fuerũt magni
practici in maleficiis. Nam reperio
Gand.in tract.maleſi.ſub rubr. de q.
& tormen.in uerſ.bonas quęſtiones
de tormẽtis, ibi, aliquis ſubiicitur tor
mentis, cõfitetur cõtra aliũ:nunquid
ſtatur dicto ſuo.cõcludit ibi ueram
eſſe opi. Azo. quòd ſocius non facit
indiciũ cõtra ſociũ, niſi in certis ca-
ſibus ſpecialibus, in d.l.fi.C.de accu.
enumeratis ibi per gl. Quinimò ibi
concludit, quòd etiã in illis caſibus
ſpecialibus, ſi nõ pręcedãt alia indi-
cia, non creditur ſocio. Et iſtam ſen-
tentiã tenet Guid.de Suza.in tract.
maleſi.ſub rubri.qualiter reus ſubii-
cia.torm.in fi.j.col.& ambo præfati
doc.cõcludunt, quòd imo ſi perſona
nominata ſit malæ cõditionis & fa-
mæ:etiã propter talem nominatio-
nẽ, non poterit ſubiici tormentis de
iure, exceptis caſibus illis exceptua-
tis. Et ideo Ang.& Rom.quos doct.
iſte non uidit in l. & ſi certus.ff.ad
Sill. dicũt, quòd bene uerũ eſt quòd
ſocius [a] contra ſociũ facit indicium
ad formandã inquiſitionẽ, non tor-
turã. Quinimò Ro.in d.l.& ſi certus,
dicit, quòd iſta eſt cõmunis ſententia
& Arch.in c.nemini. ix. q. iij. dicit,
quòd præter caſus exceptos, ſocius
contra ſociũ non facit indiciũ. Et de
materia, adde ultra iſtũ doct.d.Pet.
de Anch.in c.j.de cõfeſſ. in vj.& la-
tiſsimè ſcripſit ultra omnes do.Abb.
in c.j.extrà de cõfeſſ.& uide gl.in c.
quoniã.extrà de teſti.& ibi per doc.
& Bar.& Ang.in l.fi.C.de accu.quic-
quid ſit in practica, nõ recederem à
gl.huius l.fi.C.de accu.approbata &
decla



declarata ab illis ſummis docto.qui
fuerũt magni practici in maleficiis,
ſcilicet Gan.& Gui.de Suza. Et ideo
do.Abb.in c.j.extrà de confeſſ.bene
facit, dum reprehẽdit in aliquibus
Bar.in hac materia in d.l.repeti.

ADNOT. a ¶ Socius crimi-
nis facit indicium ad inquiren-
dum. *Adde Sal.in l.ea quidem.in xiiij.
col.C de accu.& adde Ful.in conſi.lxxj.
& Alexan.de Imo.in l.j.§.ſi ſeruus.ff.de
quæſt. Et de hoc uide latè per eũdẽ Alex.
in coſ.cxxvij.in iiij.uol.& in cõſ.cxxxij.
in j.uo.& uide Fran.de are.in conſi.lxj.
ubi quòd licet ſocius nõ poſsit interrogari
de ſoio, niſi in aliquibus caſibus : tamen
quando de crimine agitur ciuiliter ſocius
ſemper poteſt interrogari.alle. Spe.in tit.
de teſte.§.j.uerſi.item quòd eſt ſocius. Et
ultra prædicta uide Cæp.in cõſ.xxxj.Ro.
in cõſ.cliij.in fi.& Paul.de Ca.in cõſ.cc-
xxij.in nouis. Et plenè de hoc per Alex.
in conſ.lxxxix.per totum.in iij.uolu.*

32 *Teſtis qui non debet examinari, ut pa-
ter, ſi examinatus fuerit, non facit in-
dicium.*

33 *Laicus licet contra clericum nõ poſsit
examinari in criminalibus, tamẽ exa
minatus facit indicium.*

ANGELVS.

32 *QVID ſi quis teſtis [a] non de-
a bet contra malefactorẽ examinari,
ut pater, filius, & alii commẽſales &
domeſtici:ut l.pręſenti.C.de his qui
ad eccl.confu.& l.lege Iulia. & l.in-
iti.& l.parẽtibus.ff.de teſtib.an exa
minati faciant indiciũ? dic q; nõ:ut
not.Bart.in l.j.§.idẽ Cornelio. & in
l.diuus. & §.ſeruus.& l.maritus. ff.
de quæſt.& Bald.in l.ſeruos pro do-
mino.C.de teſtib.& in l.ſi quis ex ar
gentariis.§.ij.ff. de eden.

ADNO. a ¶ Quid ſi quis teſtis.
*Adde Alex.in conſi.cxxvij.in iiij.uol.&
Ro.in conſi.cliij.& Barb.in conſi.xxxv.
inci.ſcribitur præclarè apud Eccleſiaſtes.
Et qui ſunt illi teſtes qui examinari non
debent:uide latè per Franc.bru.in tra.de
indi. & tor.char.j.col.iiij.uerſi. ulterius
generaliter quæro.*

AVG. Tu autẽ in hac materia
adde d.do.Abb.per illũ text.in c.de
33 cætero.extrà de teſt.* ubi dicit quòd
licet laicus in criminalibus nõ poſ-
ſit teſtificari contra clericũ, tamẽ fa-
cit indicium. & uide Bal.in c.ſacra-
menta.de conſue.rec.feud.qui dicit
quòd teſtis nõ legitimè examinatus,
faciet indicium.quam materiã intel
ligo ſecundum d.Bar.in l.admonen
di.in antepe. char.ff.de iureiuran.&
multa dixit Bald.in d.c.ſacramenta.

34 *Indiciis omnibus exiſtentibus contra
reum, tunc indicium etiam urgens fa-
cit:ſi uerò pro eo ſint aliqua indicia,
tunc indicia contra reum debent eſſe
multum urgentia.*

ANGELVS.

34 *ET prædicta præcedũt, quãdo
oĩa indicia ſunt cõtra reũ. Si autem
b pro ſe [b] aliqua ſunt indicia reũ excu
ſantia, tũc indicia cõtra reũ debent
eſſe multũ urgẽtia:ut ſuperẽt ea quę
faciunt pro eius excuſatione:ut not.
in l.j.§.j.in fi.de quæſt.& ibi Bar.

ADNOT. a ¶ Pro ſe. *Adde Ful.
in cõſ.lxxj.& dicta Ang.ſequitur etiam
Franc.bru.in trac.de indi.& tor.char.ij.
col.iiij.circa fi.*

AVG. Tu adde id quod dixit
Bar.in l.ij.C.quo.appell.non reci.in
ij.col.qui alleg.Ioan.Andr.in c.cùm
in contẽplatione. extrà de regu.iur.
dixit, quòd licet unus teſtis de ueri-
tate faciat indiciũ ad torturam:hoc
uerũ eſt, niſi aliæ circunſtantiæ reſi-

ſtant illi teſti. & pro hoc facit optimè id quod dixit Salic.in l.fin.C.de accu.circa gl. in l.inciuilē.C.de fur.

35 *Iuramentum non eſt indiciũ ſufficiens ad torturam, niſi ubi in ciuilibus faceret plenam probationem.*

ANGELVS.

35 *IVRAMENTVM autē non eſt indicium ſufficiens, ueruntamē in caſibus in quibus ciuiliter agēdo facit plenam probationem: ut in l.ſi quando.C.unde ui. & quod ibi not. per gl.& do.in c.fi.extrà quod met. cau.in illis caſibus facit indiciũ ſufficiens ad torturam.ita dicit Bar.[c] in l.fi.in fi.ff.de in lit.iur.quod not.

ADNO. a ¶Ita dicit Bar. *Adde,& uide Alex.ibi in apoſt.qui dicit hoc eſſe arbitrarium.ar.no.in c.cum in contemplatione.extrà de re.iur.& maxime per Ioan.And.Ber.*

AVGVST. Adde tamen quòd ibi Bart.loquitur per uerbum,fortè: & ſic Barto.ita ibi clarè hoc non uidetur affirmare: quia certè durum eſt quod aſſerẽti ſe eſſe ui derobatum,quòd ſibi credatur in criminalibus in facto proprio, & ad ponēdum reum ad torturam: quia ubi ex dicto unius quis torqueri poteſt, opus eſt quòd ille ſit omni exceptione maior:iuxta no.per Bart. in l.j.§. item Cornelio.ff.de q.& ſ.latè dixi.

36 *Indiciis non præcedentibus, licet reus in tormentis conſiteatur,& poſteà ratificet non poterit condemnari: ſecus tamẽ ſi ſponte & abſque tortura confeſſus fuiſſet.*

ANGELVS.

36 *ADVERTAS tamen quòd ſi indicia non præcedant,& inquiſitio formetur nō præcedentibus indiciis, licet reus confeſſus[a] fuerit in tormentis, & poſtea ratificaueri non tamē ex tali confeſsione etiam ratificata, & proceſſu poterit dānari,ut eſt tex.cum glo.ſingulari.& a Barto.in l.pe.ff.de quæſtio.ſecus tamen ſi ſponte & abſque tortura confeſſus fuiſſet: quia tunc etiam non præcedētibus indiciis uel etiã non data indiciorum copia ex tali ſpontanea confeſsione, poteſt damnari: ut eſt tex.& ibi not.in c.j.de accuſatio.libro vj.ita not.Pet.de Anchara. clemen.j.de homi.quod ſingulariter tene menti.[b]

ADNO. a ¶Confeſſu non præced.indi. *Vide Moder.in c.aſi clerici.in princ.de iudic.& iſtum.j.inueni. comparent inquiſiti & confitētur tum. in ulti.col. & uide Cæpo.in conſil.... Ro.in conſi.cv.& Barba.in conſi.xx.*

b ¶Tene menti. *Adde tu ultra ea quæ ponit hic Augu.quod conſil.Ro.eſt nu. clxvij.Et uide Alex.in conſi.v.in j.uol. conſi.j.conſi.xxxiij. & conſ.lij.in iij.... Cæp.conſi.xl.& conſi.xxxij.& ibi ... quod confeſsio ſpontanea non uериſim. non eſt ſufficiens ad condemnationem uide conſi.Pau.de Caſt.in conſi.cclxv ſecundo impreſsis.Ber.*

AVGVST. Tu autē in hac materia adde, quòd contra iſtam concluſionem expreſsè tenet Bald. in l. j.C. de confeſſ. in iij. opp. qui uult quòd ſi cōfeſsio eſt facta in tormentis ſine indiciis, dummodo ſit ratificata,nocet confitenti,ut poſsit damnari ad mortē: & ita ſolet allegari quod Salic.in l.ij.col.ij.C.de cult. exhi.reo.& hoc idē tenuit:& hoc eſt quod uoluit dicere Imo.in.c.fi.extra de confeſ.qui dixit quod Sali.tenuit cōtrarium eius quod dicit Bar.in l.pen.ff.de quæſt.Sed uos addatis teneatis opin.Barto.pro qua allego Imo.poſt.Ang.in l.Celſus. in fi.ff.de acqui.hære.qui dicit hoc notandum eſſe, quia poteris lucrari multas pecunias. Et ita aliàs obtinui in perſonam unius qui uocabatur Augu.de Arimino, & libenter feci, quia proprium nomē meum habebat,& erat de ciuitate Arimini ſicut ego, & tūc Romæ eram, & fuit in primo anno quo fui creatus aduocatus cōſiſtorialis.Pro qua concluſione in terminis ultra doc.allego Ang.hoc idem uoluiſſe in l.j.C.de confeſ.& Ang.in l.ij.C.quo.appel.non recip.& Gand. in trac.male.in materia torturæ ſub rub.an confeſ.per tortu.quam non præceſ.indic.& Gui.de ſuza.in trac. maleficio.ſub ru. qualiter reus ſubiicia.tormen.in uer.ſed quęro aliquis. & Bal.in addi.Spe.in ti.de confeſ.in j.col. & Pet.de Anc.in cōſi.ſuo xxiij. incip. In Chriſti nomine uiſa inquiſitione.Plus dicebat ibi Pet.de Anc. quòd ſi apparet illum talem iniuſtè carceratum, & poſtea confeſſum,nō dicitur confeſsio legitima:nec ex ea reus eſt comdemnandus, per bonas rationes, quas allegat.& ſequuntur Moder.in d.§.Celſus.& Ro.in cōſi. cxlix.licet Pau.de eleaza.cōtrarium tenuerit in cōmēto c.grauis.de depoſit.& male. Et uide do.Catald. in materia ſyndica.in q.ccxij.qui tenet ꝙ talis ratificatio nō tenet, quādo per torturã eſt habita confeſsio ſine indiciis. Limita tamen ibi hoc eſſe uerũ,quando ille reus nō eſſet repoſitus in ſuã priſtinã libertatem: ſecus ſi eſſet repoſitus, & poſtea iret ad iudicē & ratificaret, quia ipſe ex tali confeſsione obligaretur. ibi uide multa quæ allegat, quæ hic non tranſcribo: nam mihi hoc eſſet parum.Et licet iſte do.Catal.nō dicat, tamen reperio quòd originaliter hoc fuit dictum Matheſi.in notabilibus dictis ſuis, notabili lvj. Nec obſt.dicta Salic.in d.l.ſecunda.quia ibi Sali.non præſupponit,quòd nulla indicia præceſſerint: ut in caſu noſtro nos loquimur.Et de materia per Floria.in rubri.ff.de proba.per quæ patet ueram eſſe ſententiam Barto.in dicta l.penul.quòd confeſſio facta in tormentis ſine indiciis, etiam ſi millies eſſet ratificata,non eſt ſufficiens ad condemnandũ hominem ad mortem. Adde tamen quòd in tribus caſibus poteſt quis torqueri ſine indiciis,quos gl.enumerat.xij.q.ij.in c.quæſtionem.

37 *Indicia non ſolum debent præcedere, & eſſe nota reo, ſed debet dari copia reo.*

38 *Indiciorum copia danda eſt reo, quando iudex procedit inquirendo in caſibus à ſtatuto omiſſis, & à iure communi permiſſis: aliàs inquiſitio non ualet.*

ANGELVS.

37 *ITEM aduertas quòd nō ſufficit,quòd indicia præcedãt & nota ſint iudici, niſi detur copia reo & quòd cōtradicat, aliàs ad torturam poni non poteſt.& etiã detur copia aduocato ſuo: ut l.cuſtodias. & ibi Bar.& Ange.& Imo.ff.de pub.iudic. & nota.in c.qualiter & quando.de accuſa. Si tamen indiciorum copia non fuerit data aduocato,non tamē propter hoc ipſo iure uitiabitur ꝓceſſus:ut not.Bart. in d.l.cuſtodias. arg.l.j.C.de ſen.aduer.fi.la.lib.xij.Si tamen reo poſtulante non detur copia diffamationis, & indiciorum,&

P 5 ultra

ultra procederetur ipſo iure,nõ ualet proceſſus:ut d.c.qualiter & quãdo.& c.inquiſitionis.quod ultimum ſingulariter limitatur per Ang.in l. ſi uacantia.C.de bo.uac.poſt formã ſpecialis inquiſitionis quo ad perſonas & delicta:ubi in effectu dicit, quòd quãdo inquiſitio eſt remediũ ordinarium,quod eſt quãdo de tali crimine ex forma ſtatuti poteſt procedi per inquiſitionẽ,tũc cũ procedi poſsit fama nõ præcedente, non eſt famæ & aliorũ indiciorũ copia
38 dãda,aliàs ſic. *Ex quo bene not. quòd ſi tu iudex,uis per uiã inquiſitionis procedere in caſibus à ſtatuto omiſsis,& qui permittuntur à iure cõmuni:iuxta regulas Bart.in l.ij. §.ſi publico.& ibi glo.ff.de adulte. Sali.in l.ea quidẽ.C.de accu.& dixi in glo.hæc eſt quædã inquiſitio &c. quòd copia indiciorũ dãda eſt,aliàs inquiſitio nõ ualet. Secundò,in dicto loco hoc limitat Ange.eſſe uerũ,niſi quãdo iudex inquirit ex me-
a ro officio a,& nõ ad alicuius querelã,ut ſ.dixi in uerbo,ex mero officio,ita etiã dicit Ant.de but.in d.c. qualiter & quando.in iij.col. Vel tertio quãdo procedit per inquiſitionẽ ad denunciã ſyndici uel officialis,tunc copia famæ nõ eſt dãda: ut dicit Ang.in d.l.ſi uacãtia.Sed an ſaltẽ aliorũ indiciorum ſit dãda copia:uidetur quòd ſic: & ſic ſaluatur opinio Bart.in d.l.cuſtodias.& d.§. ſi publico.

a ADNOTA. a ¶Ex mero officio. *Adde quòd etiam quãdo iudex procedit ex mero officio,quod copia indiciorũ ſit danda, tenet Capo.in conſil.lxvj.& ibi quòd iudex nõ dicitur procedere ex mero officio, quando eſt aliquis qui inſtigat.& uide Alex.de Imo.in cõſi.xlj.in q... ubi quòd iuſta cauſa denegandi indic... reo eſt,quando reus eſſet iuriſperitus... iudex ſibi legit copiã indiciorum:& ... quãdo eſſet timor ſubornationis teſtiu... propter potẽtiam rei:ut ibi per Alex.... per Barb.in conſi.xxxv.incipiẽ.ſcribitu... apud eccleſiaſtes.*

AVGVSTI. Tu autem in hac materia,adde unã ſingularẽ limitationẽ,quòd uerũ eſt quòd copia in quiſitionis & indiciorũ eſt dãda, niſi captus aliàs ſit homo malæ cõditionis & famæ:ita ſingulariter dixit Gui.de ſuza.in trac.ſuo malefi. ſub rub.qualiter fiat inquiſi.in pri. qui dicit iſta uerba formalia: Quæro nunquid facta & cõpleta inquiſitione teſtes debeãt publicari,& ... eis fieri copia illi,cõtra quẽ eſt fa... dicta inquiſitio.& breuiter determinat quòd ſic:per l.vnius.§.cognitorum.ff.de quæſt.cũ multis ſi. Tẽperat tamẽ hoc eſſe uerum,ſi ille co... fuit bonæ famæ,aliàs nõ.Et hoc ... uoluit Gan.in tract.malefic.ſub ru... quomo.cognoſca.de maleficio... inquiſitio.in uer.ſed quæro facta... cõpleta inquiſitione,nunquid te... & totus proceſſus debẽt publica... & de his debet fieri copia ipſi ... ibi cõcludit quòd ſic. Tẽperat ta men hoc eſſe uerum , niſi ille cõtra quẽ eſt facta dicta inquiſitio,ſit homo malæ famæ & uitæ : & olim ... eſt habitus.& allegat Spe.in ter... nis hoc uoluiſſe. Et ibi dicit q... illud opus Specu.multũ pro au... tico reputatur.Et certè uoluit alleg... re Spec.ubi ego allegaui ſ.in gl... uerbo,hæc eſt quædam inquiſitio... illo articulo,an quãdo iudex me... officio procedit, requiratur q... te...



teſtes examinentur ſuper infamia. Sed certè mihi uidetur iſta ſentẽtia periculoſa,niſi limitaremus iſtã ſententiã ſecundũ quod aliàs Gãdi.dixit ſub eadẽ rub.quomo.cogno.de maleſic.per inquiſi.in iij.col.in uer.ſed nunquid in introductione teſtium. qui dicit quòd doctores Bononienſes ſemel interrogauerunt do.Fede. qui in hac materia dixit,quòd licet aliàs illi,qui olim ſit diffamatus ꝗ ſit homo malæ cõditionis & famæ, copia inquiſitionis teſtiũ nõ ſit danda:hoc uerũ ubi inquiſitio eſt formata ex mero officio iudicis : ſecus ſi ad poſtulationẽ alterius:& iſtam partẽ credo uerã,& intelligas ſanè, quia intelligo prædictos doctores quòd loquãtur de copia inquiſitionis:& ſolũ de copia teſtiũ ſuper diffamatione,non de copia indiciorũ, propter quæ qs poſtea poteſt poni ad torturã:quia licet millies ſit homo malæ famæ & uitæ:non dubito quin dari debeat ſibi copia illorum indiciorũ,per ea quæ dicta ſunt:qa defenſio quæ eſt de iure naturali, nemini eſt auferenda.l.ut uim.ff.de iuſti.& iure.cũ ſimi.Et ideo dixerũt Gãd.& Gui.de ſuza.qui fuerũt magni practici in criminalibus, quòd facta captura de ipſo reo receptis indiciis cõtra reum,ad hoc ut poſsit torqueri, & iudex uult ipſum torqueri : ſi reus captus dicit,domine poteſtas,antequam me ad torturam ponatis,detis mihi terminũ defenſionis infra quẽ poſsim probare de innocẽtia mea:quia incõtinẽti ſum paratus probare per teſtes idoneos, & tollere omnia indicia quæ habetis cõtra me:quòd iudex non debet ponere ipſum ad torturã:imo dare ſibi dilationẽ ad deſtruendũ illa indicia quæ habet poteſtas in reũ. Ita dicit quòd dixit Lãber.de rampo.& hoc dixit Gãd.in trac.maleſi.ſub rubri.an uolẽs probare cõtra indicia præcedẽ.ad tortu.admit.& idẽ Gui. de ſuza.in tract.maleſi.ſub rub.qualiter reus ſubiicia.tormẽ.in uer.ſed quæro ponamus quòd præcedãt criminis indicia. Vnde cõcludo indiſtinctè copiã indiciorũ ad torturam eſſe dãdã,etiã ſi reus ſit homo malæ uitæ & conditionis,uel etiã ſi iudex procedat ex mero officio. Nec obſtant ſ.allegata,ſcilicet quòd ubi iudex ex mero officio procedit,nõ eſt dãda copia,quia intelligo & inquiſitionis & infamiæ:& ita intelligo dicta Ang.in d.l.ſi uacãtia.& Gãdi.& Gui.de ſuza.aliter doct.eſſent ipſiſmet cõtrarii. Inquãtũ autẽ dixi, quòd ubi ex mero officio iudex procedit,copia diffamationis ſit dãda:intelligas materiã,ut dixi ſ.in gl. in uerbo,hæc eſt quædã inquiſitio.

39 *Minatus eſt Titius alicui mortẽ,poſtea die ſequenti ille cui factæ ſunt minæ, reperitur mortuus, an præſumatur mortuus ab eo qui minatus fuit.*

ANGELVS.

39 * QVAERO,quid ſi aliquis minatus ſit alicui mortem:poſtea uerò ſequenti die ille cui factæ ſunt minæ, reperiatur mortuus,an præſumatur mortuus ab eo qui intulit minas.Iſtam quæſtionẽ format glo. Cy.& alii in l.metũ.C.quod me.cau. & per Spe.in tit.de præſum. §.ij.uer. ſed pone.& Cy.in l.j.C.ſi quis impera.maledixe.& Ray.& Bald.& Imo. in l.ſi.ff.de hære.inſti.& per Bart.in l.famoſi.§.j.ff.ad l.Iul.maie.ubi in effectu cõcludit eſſe aduertendũ,an minator

minator fuerit homo malæ famæ, & cõſuetus ſit minas ſuas in interfectione hominũ executioni mãdare, & tunc licet Rayn. dicat quòd eſt ſufficiẽs indiciũ ad cõdẽnationẽ:tamen Bal.ibi quẽ ſequitur Imo.dicit ꝙ nõ,quo ad cõdẽnationẽ,ſed quo ad ponendũ ad torturã eſt ſufficiẽs indiciũ: quia nemo ex præſumptionibus debet dãnari.l. abſentẽ.ff.de pœnis.ſed probationibus claris , ut l.fi.C.de probationibus &c.

AVGV. Tu autẽ in hac materia adde,quod miror,ꝙ iſte docto.hic attribuerit iſtã determinationẽ Bal. cõtra Rayne.Sed hoc fuit originale uerbũ Spec.quẽ ſequitur ibi Ioã. and.in addi.in tit.de præſump.§.j. uer.ſed pone.Et iſtã ſententiã ſecutus eſt Gãdi.in tract.malefic.in rub. an poſsit emẽdare dãnũ corã uicar. do.poteſta.in uer.itẽ pone ꝙ quidã mihi minatus fuit. Et ibi in effectu concludit per bonas rationes quòd ſolũ eſt ſufficiẽs indicium ad torturã,nõ ad cõdẽnandũ:& uide Sali.in l.j. C. ſi quis impera.maledi. Adde Anto.de butri.in c.iij.loco.extrà de probatio.Et omnino Ang.in l.fi.C. de quæſtio.& per Ange.in l.j.C.de his quib.ut indig.Adde Abb.in c.literas.extrà de præſump.poſt Bal.ibi uide Abb.in c.ſcribam.in fi.extrà de præſump.Domi.de ſancto Gemi.in c.ſecundũ.xviij.diſt.aliquid per Bal. in l.j.in iij.col.& do.Barto.in l.fi.in penul.q.ff.de quæſtio.dũ dixit quòd de homicidio præſumitur cõtra illũ qui erat inimicus occiſi,& ex minis capitalib⁹ inducitur inimicitia capitalis:ut eſt gl.no.in l.licet.ff.de arbi.

40 *Fama debet eſſe talis quod nõ poſsit tergiuerſari, & quæ poſsit generare ſcandalum:aliàs talis diffamatio nõ ſufficeret.*

ANGELVS.

40 *ET bene nota,quòd dicta fama de qua ſuprà debet eſſe talis, quòd nõ poſsit tergiuerſari,& quæ poſsit generare ſcandalum: ut ca. qualiter & quando.aliàs talis diffamatio nõ ſufficeret,ut ibi. Quæro quæ fama eſſe debeat & qualiter probari debet[a]:uide Barto.in l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſtio.& Salice.plenè in d.l.ea quidem.C.de accuſationibus.

ADNOTATIO.a ¶Probari debet. *Adde tu, & uide circa hoc Alex.in cõſi.xc.in ij.uol.& Fran.de are. in conſi.ciij.Ioã.de ana.in conſi.j.Fulga. conſi.clxxxiiij.Rapha.cu.in cõſil.lxxiij. lxxvij.Cal.in tit.de proba.cõſi.j.& Ionor.in conſi.xiij.Ber.Adde ultra prædicta circa probationẽ famæ:& uide Alex. de imo.in cõſi.ccxj.col.pe.uer.nec etiam in ij.uolu.& in conſi.xix.col.pe.poſt medium,ibi,quæ ſingula &c.in iiij.uolu. in cõſi.xxv.col.ij.& aliquid in cõſi.lxx. col.fi.uer.& ſic ſtat.in iij.uol.& eiuſ. cõſi.lxx.eo.uol.Et quomodo probetur, eundẽ Alex.in cõſi.lxxij.col.ij.uer.nec obſtaret.in j.uo.& uide eũdẽ in cõſi.lx. uol.ubi ꝙ probatur per teſtes ſingulares.*

AVGVSTI. Tu adde & uide dicta Gan.in tra.malefi.in rub.ut & à quo loco poſsit fama procedere.qui latè examinat iſtã materiam in rubri.qui ad famæ proba.poſſ. debe.de iure admit.qui ponit quomodo fama ſit probanda:& contra Bar.tenet Bal.in l.de quibus.ff.de legi.in fi.& Bal.in l.teſtiũ.C.de teſti. fi.& de materia per Ange.in d.l.ea quidẽ.per Inn.& do.Ant.de butrio c.cũ oporteat.extrà de accu.per Bar. & Bal.



& Bald.in lectu.& in additio.in l.j. §.j.ff.de teſti.per Barto.in l.fi.ff.de ſupel.leg.Tancre.in cõpendio ſuo pro & contra,fo.lxxix.q.x.per Flori. in l.ſi arbiter.C.de proba.per Bal.in authen.quod locũ.C.de colla.& per Bal.in additio.Spe.in tit.de ſenten. in ulti.col.

41 *Fama an ſit ſufficiẽs indicium ad torturam.*
42 *Fama eſt indiciũ ſufficiẽs ad torturã, ſi eſt uehemens contra malefactorem.*
43 *Item ſi cum fama adſit denunciatio ſyndici cum iuramento denunciantis Titium occidiſſe Caium.*
44 *Item ſi cũ fama probatũ eſt etiã eſſe ipſum aliàs hominem malæ famæ,& uitæ & conditionis.*
45 *Fama an ſit ſufficiẽs indicium ad torturam,dantur multæ remiſsiones.*

ANGELVS.

41 a *ET an fama[a] ſit ſufficiẽs indicium ad torturã:dic ut ibi.& in l.fi. eo.ti.per Bar.& Sali.in d.l.ea quidẽ. in materia famæ.& facit glo.in l.iij. §.eiuſdẽ.ff.de teſti.quæ regulariter dicit quòd nõ:ſed iuncta cũ aliis indiciis ualet:ut not.Bar.in l.j.§.idem Cornelio.ff.de quæſtio. Tene tamẽ mẽti ſing.glo.in c.ueniẽs.el.j.de teſti.quæ dicit, quòd fama cũ uno teſte in cauſa ciuili facit plenã probationẽ:& ſic ſufficit ad cõdẽnationẽ: ſecus in criminali:quod bene not. de quo tamen dic ut no.Bar.in d.§. item Cornelio.ſed melius loquitur Bar.ſecundũ Dy.Ray.& Oldra.in l. j.ubi etiã eſt glo.ff.de excu.tuto.dic ut ibi.& per Anto.de but.in ca.cum oporteat.de accu.de quo dic ut dixi in glo.j.in uer.cõparent dicti inquiſiti.& negauerunt totum &c.in uer.quæro an ex diuerſis generibus probationum.& hoc tenet Bart.in l. ſi quis ex argentariis.§.j.ff.de eden.

ADNOTA.a ¶An fama ſit ſufficiẽs indiciũ ad torturã. *Adde tu,& uide Alex.de imo.in conſi.v.ſ. in aliis apoſtil.alle.ubi quòd eſt ſufficiẽs indicium ad torturã in eo genere mali, de quo imputatur,puta in furto,quando eſt fama,quòd ſit fur , ubi uide:& uide etiã Fran.de are.in cõſi.xiij.Ro.in conſil. vij.& de hoc plenè per Pari.de puteo in tract.ſyndi.in uer.tortura.uer.an fama. & adde an fama de iure canonico probet,& ſit ſufficiẽs ut quis reputetur irregularis: ut eius impetrata non teneant: & uide Cald.in titu.de proba.conſil.ix. & an ſi fama non habet certum autorẽ, ſit ſufficiens indicium ad inquirendũ.& uide per Fran.de are.in conſi.lxxiij.*

AVGV. Tu autẽ in hac materia,quia quotidiana eſt,adde quòd iſtũ paſſum latè diſputauit pro & cõtra ultra omnes doct. Gan.in tracta. malefic.ſub rub.de quæſtio.& tormen.in illa quæſtione: ſed de uno quæro,pone fore probatũ de crimine per publicã uocẽ & famã.& tandẽ,cõcludit quòd ſi cũ fama eſt unũ aliud indiciũ,tunc per famã poterit poni ad torturã reus. Idem Gui.de ſuza.in tract.malefi.ſub rub.qualiter reus ſubiicia.tormẽ.in prin.qui dicit, puta qui erat inimicus.puta quia iactat⁹ eſt uel fugit &c.& hoc dicit Gan.ſecũdũ iura ciuilia,ſed ſecũdũ iura canonica,cũ fama faciat ſemiplenam probationẽ,& æquiparetur dicto unius teſtis. c.illud. extrà de præſum.& c.ſi quis.extrà de purga. cano.cũ ſimi.tũc per ſolã probationem famæ quis poterit torqueri.& ſubdit quòd cõmuniter aſſeſſores hoc obſeruant.Subdit tamen quòd multo

multoties uidit obſeruari pro & cõ-
trà, per iudices & aſſeſſores ſecun-
dũ uarias & diuerſas opiniones di-
uerſorũ. Ego autẽ ſi aſſeſſor eſſem
hoc non facerẽ, quod per ſolã famã
42 ponerẽ unũ ad torturã. *Limitarem
tamen prædicta ſecũdũ quod dicit
Bar. in quodã conſi. ſuo clxxxvj. inci.
Domino Paci de burgo ſepulchri
legum doctori. qui dixit, quòd ſi fa-
ma eſt uehemẽs cõtra malefactorẽ,
tunc eſt ſufficiẽs indiciũ ad tortu-
ram. Et ita reperio Bal. tenuiſſe in c.
j. de pace iura. fir. in viij. col. & habe-
43 tur in d. §. tormẽta. *Secũdo limi-
tarem, niſi cũ probatione famę eſſet
dictum ſyndici cũ iuramẽto: qui ita
denunciauit Titiũ occidiſſe Caiũ.
ita conſuluit Barto. conſil. clxxxvj.
44 *Tertio limitarẽ ubi cõtra illũ ma-
lefactorẽ contra quẽ uiget fama de
delicto cõmiſſo, probatũ eſt etiam
eſſe ipſum aliàs hominem malæ fa-
mæ & uitæ & cõditionis. Ita multũ
copioſè probauit Gandi. in tracta.
malefic. ſub rub. ex quo tẽpore poſ-
ſit fama incipere. uerſicu. ſed pone
quod crimẽ. & affirmaui etiã in fin.
illius q. in uerſic. ſed de uno quæro.
45 quã ſ. allegaui. *Et an fama ſit ſuf-
ficiens indiciũ ad torturã, adde Bal.
in additio. Spe. in ti. de ſentẽ. in ulti.
col. & Ant. de but. in c. ueniẽs. extrà
de teſti. in iij. col. Abb. in c. j. extrà de
depoſi. pulchra uerba Ang. in l. fi. C.
de queſtio. Et dixit Bal. in l. ij. §. eiuſ-
dem. ff. de teſti. in addi. quòd ubi eſt
uaria opinio gẽtiũ, tũc fama nõ eſt
ſufficiens indiciũ ad torturã. Et o-
mnino uide Bald. in l. milites. C. de
quæſtio. Mod. in iſta materia latè lo-
quuntur in d. c. ueniẽs. Cõſuluit Pet.
de anch. in cõſi. ſuo, ubi omnino ui-
de. cclviij. quòd fama nõ eſt ſufficiẽs
indiciũ ad torturã: & ibi ponit quo-
modo teſtis debet deponere ſuper
fama. Adde do. Catal. in tract. ſyn. q.
cxxvij. ubi tractat materiam quando
fuga facit indiciũ: & ibi ponit etiã
de fama.

46 *Fuga an faciat indicium ſufficiens de maleficio: & an faciat probationem plenam uel ſemiplenam ſeu indicium.*

ANGELVS.

45 a *AN fuga a ſit ſufficiens indi-
cium pro maleficio. dic quòd aufu-
git reus antequam contra eum ali-
quid procedatur: quia nondũ eſt
accuſatus, nec iudex aliquid præpa-
rauit: & tunc facit indicium & ſuſpi-
cionem contra eum: ut l. lege Cor-
nelia. ff. ad Silla. ſed ſi poſtquã ipſe
accuſatus uel inquiſitus eſt aufugit
uel ſtat cautus non eundo per ciui-
tatem propter crimen capitale ſibi
aſcriptum, tunc non eſt præſumptio
propter hoc contra eum, quia iuſtè
debuit & potuit timere. ita ſingula-
riter dixit Bartol. in l. prima. ff. de his
qui ſibi mor. conſci. aliàs autem, an
fuga faciat plenam uel ſemiplenam
probationem, uel indicium, pleniè
ponit Bart. in dicta l. lege Corneli.
ubi dicit quandoq; fuga obiicitur à
cui pro crimine, & tunc ea probata
probatur crimen: ut l. deſertores. C.
de deſer. & l. deſertorem. ff. de re mi-
li. quandoq; fuga obiicitur alicui in
probationem alterius criminis, non
ut crimen pro ſe: & tunc quandoque
eſt crimen ſolius ſuſpicionis, & tunc
fuga eſt plena probatio, quia facit
quem ſuſpectum: ut l. impuberibus
ff. de ſuſpect. tutori. quandoque eſt
crimẽ de quo requiritur plena pro-
batio de ipſo facto, nõ de ſuſpicio-
ne tantũ, & tũc fuga regulariter nõ
facit plenã probationẽ: ut l. j. C. de rap.
uir. §. j. & ibi doc. C. de exhib. reis. &
in auth. §. ſuſcepto. ſed uerũ indiciũ
facit ſemiplenã probationem: ut no.
gl. in l. in bonæ fidei. C. de reb. cre. &
l. admonẽdi. ff. de iureiur. & ibi uide
Ang. in uer. in eadẽ gl. ibi, per fugã.
ſed aduertas ad hoc, quia plenius no.
Sal. in d. l. in bonę fidei. & etiã aduer-
te quòd illud quod dixi ſecũdum Bar.
in d. l. j. de his qui ſibi mor. conſci. quia
Lud. Ro. in d. l. lege. dupliciter limi-
tat. Primò quãdo nondũ interuene-
rit accuſator: tamẽ ſi interuenerit li-
bellus minatorius de accuſando: quia
de hoc reſultat in multis caſibus effe-
ctus idẽ, qui reſultaret ex libello ac-
cuſatorio: ut eſt tex. in l. miles. §. ſicu-
bi. ff. de adul. Secundò niſi alia ſuſpi-
cio laboraret cõtra fugientem, quia
tũc etiã fuga abrepta poſt accuſatio-
nẽ unà cũm hac maximã inducit ſu-
ſpicionẽ. ar. no. in l. fi. C. qui nume. tu-
te. & uide gl. in auth. de exhib. reis. §.
ſi uerò. in gl. fi. ubi familiaris recedẽs
fugitiue, uidetur quod ſi res quæ in do-
mo de qua fugit, nõ reperiuntur, ſit
furatus: quam glo. bene no.

ADNOTA. a ¶ Quale indi-
cium faciat fuga. *Et ultra ea quæ ſ.
ponit do. Ang. adde Bal. in conſi. cxxv. &
cxxx. & Alex. de Imo. in conſi. cxliij. in
ij. uolum. Cuma. in conſil. xliij. & Ioan.
de anania. in conſi. j. & quod & qua-
le indicium faciat fuga, uide etiam per
Franciſc. Bru. in tractatu, de indic. &
tortu. char. iij. colum. j. uerſic. Item poteſt
eſſe aliud.*

AVGV. Tu autẽ in hac materia,
adde omnino pulchra uerba Bal. in
l. in bonæ fidei. C. de iureiur. in pen.
col. qui ponit de officiali qui ſyndi-
catur & aufugit, uel de ciuibus qui
propter partialitatẽ aufugiũt: & uide
unũ bonum uerbũ Bart. in l. quid ſit
fugitiuus. per illum text. in §. j. ff. de
ędil. edic. & tene mẽti, quòd Ang. in
l. fi. C. de queſt. in hac materia, an per
fugã quis poſſit torqueri: multũ ma-
gnificit doctrinã Bar. quam poſuit
in l. j. ff. de bo. eo. qui mor. ſibi cõſci.
& ſequitur Ro. in d. l. lex Cor. & ad-
de Bal. in addi. in l. cũ probatio. ff. de
proba. & ibi indiſtinctè dixit, quod eſt
ſufficiẽs indicium ad torturã: quę do-
ctrina mihi non placet. Et ideo Gui.
de ſuza. in trac. malefi. ſub rub. quali-
ter reus ſubiici. tor. uoluit, quòd ſi cũ
fuga fuiſſet aliud indiciũ, ſcilicet pu-
blica uox & fama cõtra fugientẽ, tũc
poſſit fugiẽs torqueri: quia aliàs ſe-
queretur, quòd unum indiciũ remo-
tum à maleficio, ſufficeret ad torquẽ-
dum, quod eſt falſum, ut ſ. dixi. Et de
materia, adde Gan. in trac. malefi. in
rub. de quæſt. & tor. in illa queſtione,
quæ debeãt præcedere quæſtiones.
Et de materia, uide Bald. in d. l. lex
Cor. ff. ad Silla. & latiſſimè ultra o-
mnes poſuit iſtã materiam Ioã. an. in
addi. Spe. in ti. de præſump. §. ij. uer.
uiolẽta præſumptio. & Pe. de anc. per
illũ tex. in c. ex literis. extra de pig. &
Io. de Imo. in c. nullus. extrà de præ-
ſum. & Bart. in l. impuberibus. §. j. ff.
de ſuſp. tu. & Bar. poſt gl. in l. admo-
nẽdi. ff. de iureiu. & ibi in effectu ap-
probat dicta per ipſum in d. l. lex Cor.
& idẽ Ro. in d. l. admonẽdi. in fin. Et
adde Bal. in l. j. C. de req. re. & Bal. in
l. ſi cõſiliarios. C. de aſſeſ. Adde aliã
pulchrã limitationem Ro. in d. l. lex
Corne. ff. ad Silla. in iiij. col. quando
quis poſt accuſationẽ fregit carce-
res & aufugit: quia poteſt procedi
contra

cõtra eũ tanquã cõtra cõfeſſum: per l.in eos.& l.ſi.ff.de cuſt.reo.Et de materia, uide Old.cõſi.ſuo lxij.quia dicit quòd fuga facit ſemiplenã probationẽ,& ultra omnes doc.in hac materia loquitur do.Catal.in ſuo tract. ſyn.q.cxxvij.& in hac materia opin. Bar.quã ponit in d.l.j.ff.de bon.eo. ſequitur & magnificauit Math.in nota.dictis ſuis,nota.cxlv.

47 *Statuto an fieri poſsit quòd omni caſu fuga faciat plenam probationem.*

48 *Statuto an poſsit fieri,quòd ſtante rumore de commiſſo delicto in ciuitate, fugiens capitaliter puniatur.*

ANGELVS.

47 * QVAERIT Lud.in d.l.lege Corne.an ſtatuto fieri poſsit, quòd omni caſu fuga faciat plenam probationẽ.& arguit quòd ſic.ar.c.cum dilectus.de fi.inſtru.& quod no.in c. ij.de proba.& quod no.Innocẽ.in c. cum P.tabellio.de fi.inſtru.Sed contrarium tenet, quia tale ſtatutum eſt contra ius cõmune,ubi ex ſuſpicionibus quis nõ debet damnari.l.abſentẽ.ff.de pœ.Itẽ non poteſt facere quòd debitũ uſurarũ probetur per unũ teſtẽ:ut no.Fede.de ſe.in conſi. xvij.& xviij.& Bal.in l.ſolã.in fi.C.de teſt.& l.ſi nõ ſpeciali.C.de teſta.dicit quòd nõ poteſt ſtatuto fieri, ꝙ per unum teſtẽ tãtum non reddentẽ ſufficientẽ cauſam,poſsit probari contra bannitum,quia eſt contra ius cõ-

a mune a.* Quærit idẽ in d.l.an per

48 ſtatutum poſsit fieri,quòd ſtãte rumore de commiſſo delicto in ciuitate fugiẽs capitaliter puniatur.Et breuiter dicit,quòd eo caſu quo ex fuga nõ reſultaret niſi ſuſpicio: quod aut tractamus an poſsit puniri ratione delicti cõmiſsi:aut ratione alicuius actionis intentatæ.primo caſu aufugiens eſt citatus,ita quòd fuit contumax,& tunc poſsit uirtute ſtatuti,ſed etiã ratione contumaciæ,quæ in hoc caſu eſt delictum:ut l.omne delictũ §.contumacia.ff.de re mil.aut non fuit citatus,& tũc nullo modo ualet ſtatutum. Primò,quia citatio eſt de iure diuino:ut in clemẽ. paſtoralis de re iud. Secũdò,quia damnaretur ex præſumptionibus, quod non eſt dicẽdũ,ut ſ.dixi.Et hoc colligitur ex uerbis Bal.in l.j.C.quomo.& quan. iud.& iſto caſu dicit ſtatutũ non ualere:quia ex contumacia non poteſt quis capitaliter damnari,ſecundum gl.iiij.q.j.in ſum.quam Bal.dicit ſe eſſe alibi,in repe.l.data opera.C.qui accu.non poſ.ergo multominus per ſimplicem fugam.

ADNOTAT. a ¶ Contra ius commune. *Adde tu Cal.in conſilio & quòd ſtatutum per quod crimen uſurarum poſsit probari per unũ teſtem ualeat,tenet idem Cal.in tit.de conſilio conſilio xxij.Ber.*

AVGVSTI. Tu autem in hac materia adde,quòd iſte ambæ deciſio.Rom.uidentur falſæ:quia principale fundamentum eſt,quòd ſtatutum contra ius commune non ualet ſed de iure cõmuni nemo capitaliter punitur ex preſumptionibus, tur &c.quia cũ ſupportatione ſententia cõmunis eſt,quòd ſtatutũ contra ius cõmune ualet,& tenet.Et ita argumẽtando pro & cõtra determinauit Albe.de roſa.in j.parte ſtatutorum q. vij.qui dicit ꝙ totus mũdus ita obſeruat & determinat.igitur &c.Præterea conuincitur autoritas Ro.per autoritatẽ Bald.in c.j.§.furtũ.de pa. iu.fir.q dicit ꝙ ſtatutũ fieri poteſt quòd ex ſola cõtumacia quis poteſt capitaliter puniri:etiam non conſtito aliter de delicto.Et alle.Spec. hoc uoluiſſe in tit.de fideiuſ. §.j.uer.ſed pone.& Ioan.an.in ca.ueritatis.extrà de do.& contu.& idem dixit Bald.in c.j.qui ſucceſ.tene. Et hoc dixit melius Bal.in rubr.C.commi.uel epiſto. in fi.quòd licet per ſolam contumaciam quis non poteſt de iure communi corporaliter puniri,per l. diuus. ff.de cuſ.reo.tamẽ per ſtatutum hoc fieri poteſt:& ſic iſtæ deciſiones ſunt de directo contra illam gl.iiij. q.j.in ſum. quã etiam allegauit & ſequitur Imol.in c.ij. extrà de maio. & obed. Præterea ibi præfati doc.alle. per me expreſsè uolunt,quòd ſtatutum contra ius commune in iſtis criminalibus ualet,& tenet etiam ad puniendum. Sed aduerte quo ad primam deciſionem Ro. mihi uidetur Ro. bene dicere: quia dico tale ſtatutum non tantum eſſe cõtra ius cõmune,ſed contra ius diuinum.& moueor per deciſionem Petr.de ancha. in repe.ca.j.extrà, de quæſtio.quam poſuit in xj.q.de quibus rebus & ſuper quibus rebus poſſunt fieri ſtatuta in illa quæſtione: nunquid ualet ſtatutum, quòd crimen uſurariũ poſſit probari per teſtes ſingulares uel per famã:qui in deciſione illius quæſtionis dicit non ualere ſtatutũ:quaſi b annihilans ſpeciẽ probationis,& eas adducẽs ad probationes reprobatas uel inſufficientes:quia illud ſtatutum eſt contra ius diuinum: & eſt in damnum plurimorum, qui poſſunt de facili ſuccũbere: & ibi multas rationes allegat. Iure enim diuino ad minus, dicit ipſe, debet quis conuinci per duos teſtes: cui non poteſt humana



conſtitutio derogare.viij.diſt.per totum.dico ergo tale ſtatutũ eſſe contra ius diuinũ, & non tantũ cõtra ius commune. Quò ad ſecundam deciſionem, credo opin. Ro. ueram per rationes ſuas:& dicta Bald. allegata per me militabunt, ſi primò ille fuit citatus,& non conſtito, aliter de delicto,& ille aufugiat.

49 *Teſtes quãdo pro indicijs habendis & eruendis torquendi ſunt, an ſit ſeruanda forma l.cuſtodias.ff.de pub.iud.*

ANGELVS.

49 * QVAERO in quo caſu a te-
a ſtes pro indiciis habendis & eruendis ſint torquẽdi:quia nõ omnis nec omni caſu teſtes in criminalib9 ſunt torquendi:ut not.Bart.in l.ex libero. ff.de quæſt.An quando poſſunt torqueri ſit ſeruãda forma l.cuſtodias. ff.de pub.iud.uidelicet quòd eorum aduocati moneantur:& quòd uideãt indicia quæ ſunt cõtra dictos teſtes: quòd ipſi teſtes ſciunt ea quæ uult iudex ab eis,uidelicet,quòd ipſi ſciunt indicia qualiter Titius uulnerauit Seium.dic quòd non:ut not.Bar.in l. unius.§.j.ff.de quæſt. & ſic pro indiciis à teſtibus habendis non ſeruatur ſolennitas.l.cuſtodias.ſecus quando agitur cõtra malefactorem.Et ſis bene cautus tu iudex,ꝙ quãdo tu perquiris pro indiciis,incipias à uicinis: b quoniam in dubio uicini præſumũtur cõmiſiſſe damnũ & furtum magis q̃ alii:ut no.Iac.de arc.& Bar.in l. ſi ita.§.fin.ff.de fun.inſtru. quod not.

ADNOT. a ¶ Quæro in quo caſu. *Adde ad propoſitum & uide Cæpo.in conſil.lxj. & dicit Fran. de aret.in ſuo conſi.lxj. quòd plus creditur conſitenti de ſe & ſocio ſine tormẽtis, quàm cum tormentis.Ber.*

b ¶A uicinis. *Adde circa hoc quæ ponit Roma. in conſi. vij.*

AVG. Tu in hac materia inquantum do. Ange. hic dixit, quòd non omni caſu teſtes ſunt torquendi. Adde omnino Gandi. in trac. maleſi. ſub rub. de quæſtio. & tormen. in uer. an poſſit teſtis torqueri, ubi ponit ibi melius enumerando, quando pſona teſtis poſſit torqueri, quàm fecerit Bar. in d. l. ex libero. ff. de quæſtio. Et ſcias unum notabile uerbum quãdo eris iudex tu, ꝙ elegãter dixit Bal. in repetitio. l. data opera. C. qui accuſa. circa medium, ꝙ ubi teſtes torquentur, ſufficit torqueri duo uel tres factum ſcientes, & nõ oẽs: nam frænanda eſt tortura. l. quoties. C. de naufr. lib. xj. Item inquantũ do. Ang. hic dixit, quòd uicinus magis præſumitur cõmiſiſſe furtũ quàm alius. Adde & intellige prædicta, ſi uicinus aliàs eſt malæ famæ: ſecus ſi aliàs eſſet honeſtæ uitæ, arg. eorum quæ tradidit Sali. in l. fi. C. de accuſatio. circa intellectum gl. l. inciuilem. C. de fur.

50 *Indicium ſufficiens ad torturã an ſit, ſi aliquis reperiatur mortuus, & ignoratur à quo: habet tamẽ inimicum capitalẽ, uel pro magna lite magnæ quãtitatis in ciuitate præſentem.*

ANGELVS.

50 *QVAERO, quid ſi reperiatur quidam occiſus, & ignoratur à quo, habet tamẽ inimicũ capitalẽ, uel pro magna lite magnæ quãtitatis in ciuitate pſentẽ, an ſit indiciũ cõtra eius inimicum: adeo ꝙ ob hoc torqueri poſſit. dicit Spec. in titu. de pſum. §. ij. uer. ſed pone, ꝙ ſic. quòd Lud. in l. j. hoc reſcriptum. ff. ad Sill. ibi, qui ſuſpicione cædis. dicit fore uerum de

a inimico capitali, [a] uel ſi de maiori parte bonorum erat litigium inte eos. ar. gl. in l. licet. de arb. & no. Ba. in l. iij. §. fi. ff. de adimen. leg.

ADNOT. a ¶De inimico capitali. *Adde quod damnum præſumitur datum ab inimico. ita Ro. in conſi. viij.*

AVGVST. Tu autẽ in hac materia adde, quòd iſtam eandem ſententiam tenuit do. Ange. in l. fi. C. de quæſtio. ubi dicit, quòd iſtud eſt maximum indicium ad torturã, ſi probatur illum eſſe inimicum occiſi, qui inculpatur de delicto. Et Bar. hoc uoluit in l. fi. ff. de quæſtio. ibi, ut in homicidio reperitur homo mortuus, & ignoratur à quo. Sed certè non dubito iſtam doctrinam eſſe falſam: & ideo Imo. in l. fi. ff. de hæred. inſtit. antepe. col. tetigit iſtam difficultatem in propriis terminis. & allegat Iaco. de belui. tenuiſſe contrarium: quia unum indicium non ſufficit ad torturam. Nam Bart. & omnes fatentur in l. fi. ff. de quæſtio. & dixi ſuprà, quod ubi per unum indicium probatur, & eſt remotum à facto, hoc eſt maleficio, tunc unum indicium non ſufficit ad torturam: ſed hoc eſt remotum à facto, ut ibi declarat Bar. igitur. Et ideo propter hoc nũquam ponerem aliquem ad torturã, niſi alia indicia concurrerent, ſecũdũ quod uidetur uelle Gand. in tract. maleſi. ſub rubri. de quæſtio. & tormen. ibi, quæ debeant præcedere quæſtiones. & de hoc etiam dixi ſuprà in hac eadem gloſſ. ibi, quæro an unum indicium uel plura.

51 *Mortuo iuxta domum Titij reperto an ſit indicium contra Titium, quod eum interfecerit.*

ANGELVS.

51 *QVID autẽ ſi reperiatur mortuus



a tuus iuxta domum Titij [a], an contra Titium ſit indiciũ, quòd eum interfecerit? Bar. in l. fi. ff. de ui publi. dicit quòd ſic: quod Lud. in d. §. hoc reſcriptum. intelligit uerũ, ſi ille aliàs erat ſolitus committere homicidia. argu. not. per gloſſam in l. inciuilem. C. de furt.

ADNOT. a ¶Domum Titii. *Adde quod Bald. in l. iij. ff. de offic. præfe. uig. de hoc dubitauit. pro Bar. facit tex. in l. ſi uendita. de pericu. & commo. rei uendi. & plenè per Pari. in trac ſyndic. in uerbo, tortura. §. mãdauit. col. v. in princ.*

AVG. Tu dic ut infrà nũc dicam, in additio. in proxima quæſtione.

51 *Mortuo in ſtrata reperto, ſi ignoratur à quo, dic quod præſumitur mortuus ab eo qui multùm frequentabat in illa uia.*

ANGELVS.

52 *QVID autem ſi quis in ſtrata reperiatur mortuus, & ignoratur à quo? dic quòd præſumitur mortuus ab eo qui multùm frequentabat in illa uia. ita dicit Bartol. in l. iuſto. in princip. ff. de uſuca. & talis uiam frequentans poteſt torqueri: intellige tamen ſi ille erat malus homo: pro quo facit quod not. Bartol. in l. in omnibus menſuralibus. ff. de priu. cre. & per Bald. in l. multum intereſt. C. ſi quis alte. uel ſibi. & in l. j. C. de ſeru. fug. facit quod not. Bartol. in l. fur manifeſtus. ff. de fur. & Bald. in l. fina. ff. de hæredib. inſtituend. & in l. fi. ff. de probat. & Ang. in l. j. C. ſi quis imperatori maledi.

AVGVST. Tu in his duabus quæſtionibus adde, quòd mihi durum uidetur, quòd propter locum ubi corpus mortuum reperitur, quis debeat torqueri, ſiue reperiatur in ſtrata ubi quis frequentabat, ſiue reperiatur corpus mortuum ante domum Titii: quia dicit Bald. multùm eleganter in l. tertia. §. primo. ff. de offic. præf. uigi. in prima colum. allegat Richar. Malũ, quòd corpus mortuum non præbet teſtimonium loci, ſcilicet in quo loco cædes facta ſit. Et ita uoluit Alber. de ro. in ſecunda parte ſtatuto. quæſtio. clxx. quæ incipit. talis quæſtio diſputata fuit per dom. Richar. Et eſt etiam ratio uera, quia aliàs ſequeretur, quòd per unum indicium remotum à facto, quis poſſit torqueri contra doctrinam omnium docto. maximè Bartol. in l. fina. ff. de quæſtio. & ſuprà dixi in illa quæſtione quot indicia requirantur ad torturam: fateor tamen ſi eſſent alia indicia: puta quia & ille Titius talia conſueuerat facere: uel ille qui ibi uerſabatur erat malus homo: nõ dubito, quòd ſtãtibus iſtis indiciis poſſet torqueri, per ea quę dixit Bald. in dicta l. tertia. §. primo. & Albe. de ro. in loco ſ. alle. quicquid dixerit Ang. in l. fi. C. de quæſt. qui dixit, quòd ſi aliquis uiſus fuit ire per locum in quo quis fuit interfectus, eſt ſufficiens indicium ad torturã, maximè ſi ille qui inculpatur, non erat ſolitus ire p illũ locum: & ſic Ang. uidetur dicere cõtrarium eius, quod dixerunt doct. ſ. Adde tamen, ꝙ non reperio, quod Bar. in d. l. iuſto. hoc dixerit, ſecundũ quod allegat d. Ang. hic, quia errauit ipſe: ſed bene reperio ꝙ illud fuit dictum Ray. de Forli. ibi in l. iuſto. arg. illius text. ſecundum quod referunt ibi Ange. & Rapha. & ibi Ange. dicit quòd uerum eſt, quòd ille qui locum frequẽtabat, præſumitur occidiſſe illud corpus, qđ reperit mortuũ ibi, ſi

ignoratur qs occiderit: ſed ibi Ang. dicit, maximè ſi ille talis erat conſue tus facere talia: & ſic uideť uelle id qđ uoluit Ro.in d.§.hoc reſcriptũ.ui de quæ nunc j.dicam in additio.ꝓx.

53 *Mortuo reperto in una domo in qua erant quinque, ſi ignoratur à quo, an præſumatur occiſus ab illis.*

ANGELVS.

53 * QVID autem ſi ſint quinq; in c una domo,& unus reperiatur interfectus,ignoratur autẽ à quo: an præſumatur occiſus ab illis? Dy.in l.j. §. hoc autem ſenatuſconſul.ff.ad Silla. per illum text. ipſorum, tenet ꝙ ſic. Hanc quæſtionem poſuit Ioã. and.in c.ſignificaſti.de homi. & tenet idem per l.itẽ Mela. §.ſi plures.ff.l.ad leg. Aqui.idem Bal.in l.iij. §.j.ff.de off. præf.uig.ſed Alb.in ſuo tract. ſtatut. in ij.parte,circa fi.tenet contrariũ dicens,quòd §.ſi plures.loquitur quãdo conſtabat unum ex illis deliquiſſe,ſed ignoratur quis fuerit.In quæſtione autem noſtra nõ erat certum aliquem deliquiſſe. Lud.autẽ in d.§. allegat Io.an.in add.ad Spe.in tit.de homi. §.j.uerſi.ſed pone quòd aut q̃ritur,an omnes prædicti poſſunt puniri pœna capitali: & dic quòd non: quia talis pœna requirit indubitatas probationes.l.fi.C.de probat. an autem poſsit torqueri:& dicit quòd ſic, per prædicta iura.Et materiam indiciorũ uide per Bal. in l.excipiunť.ff. ad Silla.& in l.fi.& ibi,Imo.ff.de hær. inſti.& per Cy.& Sal.& alios doct. in l.fi.C.de quæſt.& per Bar,in l.pe.& fi. ff.de quæſt.& per Io.an.in addi.Spe. in tit.de proba.§.fi.iuxta finem.

AVG.Tu autẽ in hac materia, adde de iſta q̃ſtione quã poſuit Io.and. in d.c.ſignificaſti.alleg.glo.in terminis, quæ arguit pro & contra.xlij.diſtin.in c.quieſcamus. & uide Arch.in c.nolite.xj.q.iij. & per Brixien.in illa queſtione, quinq; erãt in domo,per Hoſt.in ſumma in tit.de homi.§.qua pœna.uer.ſed nunquid oẽs.per Spe. in ti.de deleg.in tract. diſpẽſationis. §.iuxta.uer.ſed quid ſi in rixa.& melius in tit.de homi. §.j.uer.ſed pone ꝙ quatuor [c] homines.Adde omnino dicta Moder.in d.c. ſignificaſti.Non dubitarem ſi eſſent aliqui qui eſſent malæ conditionis & uitæ,quin iudex ab illis deberet incipere torturam: per ea quæ dixi ſuprà in additio.proxima in præcedẽti quæſtione. Et adde hic quæ dixit Roma.in l.excipiuntur.ff.ad Silla.in fi.qui diſputat,an ſi quis reperiatur occiſus in una domo,& ſocius ſuus tacet & nihil dicit, tunc indicium eſt contra eum,& poteſt torqueri: & ibi diſputat an poterit cõdemnari.Et materiam indiciorum, uide per Bald.in l.excipiunt. ff.ad Sillan.& in l.fi. & ibi Imol.ff.de hæred.inſtituen.

ADNOTAT. a ¶ Pone quòd quatuor. *Adde quòd hæc dicta Spec. ſequitur Bald.in conſil. lxxxj. in v. uol.* *Bernar.*

54 *Officialis uolens tenere malefactorem qui fugere uult,& ſe armis defendere,an poſsit illum impunè occidere.*

ANGELVS.

54 * VERVM quia præcedentibus indiciis deuenitur aliquando ad capturam mandato diligenti iudicis: ideo quia hîc cadit congruentius,quàm in alio loco,de captura,& carceratione uideamus. Et primò quando officialis uadit pro malefactore capiendo, & ipſe uult aufugere ſéq; armis defendere, an poſſit per



in d. §. utrũ cõſiderãdo mentẽ dicti
ſtatuti, quæ eſt ut bannitus capiatur
pro executiõe pœnæ faciẽda: unde
cum tale quid habeat locum in caſu
Bart. meritò & ſtatuti uerba, argu. l.
quod dictũ. ff. de pac. & ſic capiẽs ca-
ſu & fortuna ipſum bannitũ, licet nõ
ex propoſito cõſequetur præmium
ſtatuti, quod credo uerũ: quia effe-
ctu purgatur prouincia malis homi-
nibus, & reip. intereſt: ut l. cõgruit.
de off. præſi. ſiue ex propoſito capia-
tur bannitus, ſiue caſu: & facit quod
no. Bart. in l. oẽs populi. in xij. col. ff.
75 de iuſt. & iur. *Sed aduertẽdũ eſt ſi
ſtatutũ præmiat inuẽtorẽ bãniti, in-
c telligitur dũmodo eũ apprehẽdat[c]
nec ſufficit ſola inuẽtio: ut d. l. ſi Bar-
ſatorã. C. de fideiuſſ. facit quod not.
Bar. in l. j. in prin. ff. de acquirẽ. poſ.
quod eſt uerũ ſecũdũ Ang. in l. iij. §.
Neratius. e. tit. ſi ſtatutũ præmiat in-
uentorẽ maleficii. Si autem puniret
quẽcũq; inuentũ cum armis: tũc etiã
ſi nõ capiatur, punitur pœna ſtatuti
ſi fuerit inuẽtus, aliàs ſequeretur, ꝙ
niſi quis apprehẽdatur, licet delictũ
probaretur, nõ poſſet puniri, contra
l. j. C. de rap. uirg. & d. §. Neratius. &
ibi uide Imo. q etiã per d. l. j. de rap.
uir. dicit, ꝙ quis ſatis dicitur inueni-
ri, ſi fuerit de maleficio cõuictus. dic
ut ibi per eũ, de quo dixi j. co. in gl.
in uer. & dictus Andreas armatus.

ADNOT. a ¶Delinquentis. *Adde & uide per* Rom. *in cõſ. ccccix.* Ber.

b ¶Officialis publicus. *Adde tamen quod* Bald. *in conſ. cij. in ij. uol. uult, quòd ſyndicus denuncians debet habere præmium, quod per ſtatutũ denuncianti maleficium eſt cõſtitutum.* Ber.

c ¶Apprehendat. *Adde & dic ut per* Alex. *in conſ. xxiiij. ubi, an ſtãte ſtatuto ꝙ inuẽtus in domo poſsit uulnerari & occidi, an ſit neceſſe ꝙ manu capiatur.* Ber.

a AVG. Tu autem[a] in hac xij. q. in
principali articulo, an iudex poſsit
ſtatuere præmiũ capiẽti malefacto-
rẽ, adde, & uide d. Ange. per illũ tex.
cũ gl. in l. j. quod quiſq; iur. qui dicit
quòd ipſe uidit iſtam quæſt. de facto
Peruſii infinitis uicibus: & dicit Alb.
de Roſa. in iiij. parte ſtatu. qõ. xlvij.
quæ inci. item colligit Dy. ꝙ cõiter
tenetur, quòd poteſtas ſine ſtatuto
põt ſtatuere tale præmium capienti
malefactorẽ: per gl. in l. ij. C. qui ad
libe. perue. non poſ. & ff. de re mil. l.
nõ oẽs. §. fi. & l. j. & ij. C. qui. ex cauſ.
ſer. pro præm. libe. accip. poſ. & uide
Bal. in d. l. j. ff. de iuſt. & iur. De qui-
bus aũt bonis debet ſolui dictũ pre-
miũ, an de bonis delinquẽtis, an de
bonis offenſi, uel de bonis reipubl.
adde quòd per ſentẽtiã Bar. ibi in d.
l. lege Cornelia. uidetur approbare
ibi Bal. & Raph. & dicit Ang. in l. le-
ge Cornelia. §. fi. ff. de iniur. per illũ
text. ibi, ꝙ illud præmiũ quod ſtatui-
tur capiẽtibus uel indicãtibus male-
factorẽ, ſemper debet ſolui de ſub-
ſtãtia malefactoris. Et in quãtũ dictũ
eſt, ꝙ tale præmiũ nõ debetur offi-
ciali qui ex caſu fortuito capit, adde
text. & ibi do. Abb. in c. eccleſ. extrà
de cẽſi. & idẽ uoluit Ang. in l. iij. §. ſi
ex ſtipulatione. ff. ad Silla. & Bal. per
illũ tex. in l. ab hoſtibus. la ij. C. de ca
pti. & poſtli. reuer. Et pro hac quæſt.
bene faciũt no. per Albe. de Roſa. in
iiij. parte ſtatu. q. lxxvj. quæ inci. ipſe
Odo. quærit aliã pulchrã quæſt. An
autẽ quis dicatur inueniſſe niſi ap-
prehẽdat propter ſtatutũ præmiãtẽ
inuẽtorẽ, adde do. Cy. poſt antiquos
in l. licet. C. de acqui. poſ. & omnino
pulchra uerba Ang. poſt Bald. in l. ſi
Barſatorã. C. de fideiuſ. & Pau. de Ca.
in l. j. ff. de acquir. poſſ. & Bal. in l. itẽ
lapilli. §. j. ff. de re. diui. qui ponit de
ſtatuto quo cauetur, ꝙ ſi dominæ
fuerint inuentæ cum perlis, ſoluant
decẽ: nam ſi ſunt uiſæ per officialẽ
& non retentæ, non debent ſoluere
decem. De materia per Ang. in l. qui
ſeruum. ff. de uer. obli. & per Angel.
in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fug. & iſta ui
detur uera ſentẽtia, & communis, ꝙ
quis non dicitur inueniſſe niſi ap-
prehendat, licet Ro. in l. j. & Ang. in
d. §. Neratius. ff. de acqui. poſſ. aliter
diſtinguant: & uide Bar. in l. j. C. de
peti. bo. ſubla. lib. x. & Albe. de Roſa.
in ij. parte ſtatuto. in q. cxvj.

ADNOT a ¶Tu autem. *Adde tu, & uide* Bal. *in conſ. xliij. in v. lib.*

76 *Bannitus capiens bannitum an conſequatur præmium ſtatuti.*

ANGELVS.

76 *QVAERO, an bãnitus capiẽs
bãnitum cõſequatur præmiũ ſtatuti.
uidetur ꝙ nõ: quia ſtatuta ſunt fauo
rabiliora, ergo nõ cõprehẽdẽt ban-
nitũ: vt l. amiſsiõe. §. j. & ibi Bar. ff. de

cap.di.In cōtrariū uidet̃ ueritas,quia
de iure cōmuni manifeſtās, & capi-
ens ſociū criminis punitur:ut l.non
omnes.§.fi.ff.de re mili.Secūdò quia
uerba fauore reip.capiūt ampliatio-
nē:ut d.§.utrū.& eſt tex.in l.hoc mo
do.ff.de cō.& demon.& iſtud tenet
a Lud.in§.utrū.ſed.Bar.in l.iiij[a].§.ſi ti
bi.ff.de con.ob.tur.cau.dicit no.iſtū
uer.ad excuſationē cōis Peruſii,qđ
fecit bāniri,ꝙ quicūque indicaret oc
ciſores ſabbati Iudæi,haberet tantā
quātitatē.nā debet intelligi de aliis
indicantibus q̄ de ſociis & criminis
participibus.illi enim licitè accipere
nō poſſunt: & ideo dicit ꝙ ille For
narolus qui indicauit alios, licitè
fuit ſuſpenſus:qđ eſt uerū,niſi ſtatu-
to dicatur expreſsè, ꝙ præmiū detur
etiā ſi eſſet de ſociis criminis: quia
b ſtatutū ualet [b] & pœna remittitur:ut
auth.ſed nouo iure.C.de pœ.iud.qui
ma.iud.ita dicit Bar.in d.§.ſi tibi.

ADNO. a ¶Sed Bar.in l.iiij. *Adde tu,& ibi uide nouiſ.& Alexan.in conſ.j.in iij.uol.Ber.*

b ¶Statutum ualet. *Adde circa hoc,& uide Io.de ana.in conſ.lix.Ber.*

AVG. Tu autē in hac materia
adde text.& ibi Sali.in l.j.C.de mu-
lier.quæ pro.ſer.& Ang.& Raph.in
l.iij.§.ſi ex ſtipulatione.ff.ad Silla.&
oēs do.in l.idē eſt.§.fi.ff.de cōdi.ob
tur.cau.& Sali.in l.pe.C.de con.ob
tur.cau.& Sal.in l.ij.C.de noxa. Sed
contrariū uidetur tenere Bal.in d.§.
ſi ex ſtipulatiōe.& Bal.in l.j.C.de cō.
ob.turp.cau.pro quo adduco id qđ
tradūt do.per illū tex.in d.§.ſi ex ſti-
pulatiōe.ꝙ fauore reip.generalitas
ſtatuti nō reſtringitur ad pſonas ha
biles, ſed ſtatutū loquens generali-
ter,generaliter debet intelligi:unde
iſto caſu cū ſtatutū gn̄aliter loquat̃,
quicunq; indicauerit,&c.debet tale
ſtatutū cōprehēdere etiā inhabiles,
etiā ſi ſit bannitus, uel ſocius crimi-
nis. Sed uide omnino Sali.in d.l.ij.
C.de noxa.notabiliter reſpondentē
ad iſtud motiuū in hac difficultate,
& eius uerba poſui ſ.in gl.nec nō ad
denunciationē.in illa q.quæ incipit,
quæro ſecundū Sali.in d.l.ea quidē.

77 *Bannitus qui alium bannitum poſuit in manibus poteſtatis,an poſſit per poteſtatem rebanniri.*

ANGELVS.

77 *AN autē bānitus qui aliū bānitū
poſuit in manibus poteſtatis poſſit
a per poteſtatē rebāniri[a]? uidetur ꝙ
ſic:ut homines facilius inducētur ad
capiēdū bānitos:ut d.§.utrū.ad Sil.
cōtrariū autem tenet Bar.in l.ambi-
tioſa.ff.de decre.ab ordi.fac.& in l.
oēs populi.ff.de iuſt.& iur.& per l.
§.fi.ff.de quæſt.facit l.relegati.& l.
ut fratres.ff.de pœnis.& C.e.tit.l.
& primā partē ſequitur Albe.in ſuo
tract.ſtatutorū in ij.parte per d.l.
oēs.§.fi.& l.ij.C.qui ad liber.proc.
nō lic.& l.ij.C.ex qui.cau.ſer.præ.
ber.ac.ſed pro Bar.facit l.iij.§.plan.
ff.quod ui aut clam.Lud.autē in d.§.
utrū cōcordat.aut poteſtas eſt aſſū-
ptus cum mero & miſto imperio,&
tūc poſſit ipſum rebānire:mouetur
per l.illicitas.§.qui uniuer.ff.de of.
præſi.aut eſt ut cōiter eligūtur,& tūc
aut talis bānitus erat certo loco re-
legatus ad expediēda certa opera ci-
uitatis: & tunc poteſt ſaluari Albe.ꝙ
poteſtas rebānire nō poſſit:ut l.me-
tallum.ff.de pœ.alias tenet opi.Bar.
& hoc ſequitur Bart.in l.j.circa fi.C.
de preci.imp.offer.& tangit poſtea
Gui.ſ l.j.circa fi.prin.ff.de iuſt.& iur.

ADNO. a ¶Rebāniri. *Adde,& uide Alex.de Imol.in cōſ.xxvj.in j.uolu.*

AVG. Tu autem in hac mate-
ria adde,quòd Bar.in d.l.ambitioſa.
de decre.ab or.fa.non loquitur ali-
quid in quęſtione propoſita,ſcilicet
de poteſtate,an poſſit rebānire: ſed
loquitur tātū ipſe de decurionibus:
quibus eſt datū liberū arbitrium &c.
an uigore dicti arbitrii poſſit rebā-
nire:& ſic loquitur Bal.per illū text.
in l.Lucius.§.Lucius.el.ij.ff.de le.ij.
ſed melius facit quod dixit Bart.per
illū text.in l.relegāti.ff.de pœ.quòd
ſolus princeps eſt ille qui poteſt re-
bannire, & nō iudex. Nec ob.ꝙ iu-
dex ex cauſa poteſt hoc facere:quia
intelligitur ſcilicet autoritate prin-
cipis,& nō aliter.Idē dicit de popu-
lo qui nō recognoſcit ſuperiorem.

78 *Statuto cauetur,quòd ſi uilla non ceperit malefactorē teneatur ad pœnā centum:modo fuerint plures malefactores in territorio uillæ, quorū nullū uilla cepit, an debeat uilla in totum in centum puniri uel pro ſingulo malefactore in centum.*

ANGELVS.

78 *QVAERITVR econtrà, ſi
ſtatuto cauetur ꝙ ſi uilla nō ceperit
malefactorē,teneatur ad pœnā cen-
tū,modo fuerūt plures malefactores
in terrtorio uillæ,quorū uilla nullū
cepit:an debeat in totū in cētū pu
niri uel pro ſingulo malefactore in
cētū.& ꝙ pro ſingulo teneatur,uide-
tur caſu in lege Iul.ff.ad Sill.& etiā
qa perſonarū multipicatio uel rerū,
inducit multiplicationē pœnarū: ut
l.agraria.ff.de ter.mo.& l.pe.& fi.ff.
de colle.ilicit. Præterea quot ſunt
perſonæ,tot uidētur eſſe delinquē-
tes:ut l.ſi plures.ff.de iniur.& l.ſi fa-
milia.ff.de iu.om.iud.Si igitur plu-
res delinquētes, ergo plures negli-
gētiæ interuenerūt in uilla non ca-
piēdo aliquē: ergo pro ſingulo de-
bēt puniri.pro hoc l.ſenatus.in fi.ff.
ad Turpi.& ſtatutū ſingulariter lo-
quens pluralitatē inducit.l.ſi quis id
qđ de iuriſ.om.iudi.Præterea unuſ-
quiſq; unū maleficium cōmiſiſſe in-
telligitur:ut d.l.ſi ex familia.ergo ex
maleficiorū multitudine pœnarū nu
merus multiplicat̃:ut l.nūquā plura.
ff.de priua.delic.Sed cōtrariū tenet
Alb.in ſuo tract.ſtatuto.in ij.parte.in
fi.& Bart.in l.cū ſi exhibuiſſent.ff.de
pub.& l.ex maleficiis.§.fin.ff.de act.
& ob.quia uerū eſt ꝙ ſunt plura ma
leficia, habito reſpectu ad ipſos de-
linquentes: ſed quantū ad uillā quæ
tenetur, dicitur unū maleficiū:ut d.l.
cū ſi exhibuiſſent.Et ideo cū uilla te
neatur ex quaſi maleficio,quia pro-
pter alterius tantū delictū, una tātū
pœnę ſolutio,liberat oēs totaliter &
totā uillā:ut l.j.§.fi.cū duabus ſeq.ff.
de his qui deie.uel eff.& plenè per
Bar.ī l.ſemper.§.ſepulchro.ff.qđ ui,
aut clam.& l.ſi plures.ff.ſi fa.fur.fe.
di.& in l.item Mela.§.ſi plures.ff.ad
leg.Aqui.not.in l.ſi multū.ff.de pu-
bli.iud.quinimò dicit Bal.notāter in
l.j.C.de cond.fur.ꝙ ſtante ſtatuto,ꝙ
quicunq; non ceperit malefactorē,
puniatur tāta pœna: ꝙ ſi plures fue-
rūt, & nullus eorū ceperit: ſolutio
facta ab uno,oēs liberat:cuius con-
trariū uidebatur dicēdū per dictio-
nē,quicunq;,quæ eſt diſtributiua:ut
plenè per Bar.in l.in hoc artic.ff.de
hære.inſtit.& ideo hoc eſt, quia iſti
tenētur ex quaſi maleficio:ideo ſo-
lutio facta ab uno oēs liberat, ut ſu
prà dictū eſt. Et omnia iſta uide per

Ludo.in l.lege Cornelia.ff.ad Silla. Et aliquid dixi ſuprà in glo.in uerbo, & Andræam &c.in uerſic.ex his determinatur talis quæſt.

AVG. Tu aduertas quia mirabar ꝙ iſte doctor tanta allegaſſet in hac materia:ſed omnia uerba ſua de uerbo ad uerbum fuerunt Rom.in l.lege.ff.ad Silla. qui allegāt omnia iſta: & ipſe Rom. in d.l.cum ſi exhibuiſſem.faciens mentionem de hac doctrina Bart.dicit,ꝙ de hac materia latè dixit in l.diuus.ff.ad Sill.ſed errauit,quia uoluit dicere in d.l.lege.ff.ad Silla.& ibi allegat d.Bar.in l.ſi rixa.ff.de ſica.Et uide omnino d. Bal.in l.cum rationibus.C.qui accu. & d.Bal.in l.j.C.ſi plu.una ſen.in ij. col. & hîc potes addere ea quæ dixi ſuprà in glo.in uer.Andræam auxiliatorem. in additio.meis, in illa q. quæ incip. ex his determinatur talis quæſtio. Et adde Moder.in d.l.cum ſi exhibuiſſem. §. ſi plures. Et certè ille tex.multū facit pro iſta quæſtione:ſed iſtam quæſtionē melius probat tex.in l.perceptiōe.ff.de his qui deie.uel effu.& uide Alb.de Roſa.in loco allegato à Ro. in d.l.lege.ff.ad Sillan.qui allegat omnia bona iura quę poſſunt allegari in hac materia.

79 *Officialis dicens ſe iuſſu præſidis debere aliquem capere,quòd uerum nō ſit, & propter hunc timorē fuit ſibi aliquid datum,tenetur de concuſſione.*

80 *Carcer regulariter ad cuſtodiam non ad pœnam eſt inuentus.*

ANGELVS.

79 *TENE tamen menti, quòd ſi officialis dicat quòd iuſſu præſidis debeat aliquē capere, quòd nō erat uerū,& propter hunc timorem fuit aliquid ſibi datū, tenetur de cōcuſſionibus: ut not.gl.in l.j.ff.de cōcuſ. Poſtquam uerò reus ſe præſentauerit,uel captus eſt,ponitur in carcere, dicamus aliquid de ipſa carceratione,& uinculis,& cuſtodia,quoniam hîc cōgruēter cadit. Et primò ſciendū eſt,ꝙ

80 *carcer regulariter ad cuſtodiam non ad pœnam a inuentus eſt.l.aut damnum.§.ſolēt.ff.de pœ. Sed ſi punitio delicti non expectat aliā pœnā à lege uel ab homine imponendā:tūc carceratio b à lege ordinaria datur ad pœnā:ut l.j.in fi. de alea. & in caſu ſpeciali, in l.ex-mo.& ibi Ange.C.de exac.tri.lib. ita dicit Sal.in l.j.C.de cuſt.reo.

ADNOT. a Non ad pœnam. *Adde circa hæc & uide* Fulg. in conſ. *xliiij.* Ber.

b ¶ *De carceratione.*

AVG. Adde & intellige prædicta,quòd uerū eſt, ꝙ carcer regulariter inuentus eſt ad cuſtodiā, non ad pœnā.hoc uerū quādo carcer nō habet in ſe aliquod aliud accidens,: eſt in caſu declarato pulchrè p Bar. in l.j.§.diuus Seuerus.ff.de quæſt. uide Bal.in auf.ſi captiui.C.de epiſ. & cleri.& dicam infrà latè in materia:adde omnino do.Ioan.andr.& do.Ant.in capit.à nobis. de poenit. extrà.Sed omnino ibi uide omnino Abb.qui eleganter loqtur:& uide in c. quāuis. de pœn.li.vj.uide l.Card. in tract.ſyn.in q.clj. qui ponit quòd carcer eſt mala manſio,& ille qui non poteſt torqueri,non poteſt etiā carcerari:quæ concluſio an ſit uera uel falſa,ibi uide.

81 *Carceratio reperto mortuo & nō cognito quomodo uel à quo præſumitur contra ipſum officialem uel cōmentarienſem,qui eum retinebat in carcere.*

ANGELVS.



81 *SECVNDO quæro:carceratus reperitur mortuus,& ignoratur quo modo uel à quo. Dic ꝙ præſumitur cōtra ipſum officialē, uel cōmentarienſem qui eum retinebat in carceribus:qui niſi probent ꝙ non dolo uel eorū culpa ſit mortuus, tenētur: de quo eſt glo.ſingularis in l.cū res. §.ſpecies.ff.de leg.ij.& eſt caſus ibi, & in caſibus per glo.alleg.

AVG. Tu autem in hac materia adde ea quę dixit Ang.in l.ſi quis ex argētariis.§.prætor.in fi.ff.de ed. qui dixit ꝙ hodie cuſtodes carcerū adhibent iſtā cautelā,quòd eo ipſo quòd unus eſt in carcerib9 mortuus, adhibent medicos qui dicunt mortuum abſq; culpa ipſorum,& morte ſua mortuū,& ita faciūt notariū eſſe rogatū:& hoc probat illa prima ſolutio gl.ibi, & eſt tex.in l. ſi.ff.de cu. reo.& ibi Ang.hoc etiam dixit:& ibi etiā dat aliam cautelam antequā carceratus ſit mortuus.

81 *Carceratus pro aliquo crimine quod tamen non commiſerat,ſi fracto carcere aufugiat, habetur pro confeſſo dictum crimen,& contra eum tanquam ſi dictum crimē commiſiſſet & confeſſus fuiſſet procedi poteſt.*

ANGELVS.

81 *TERTIO, quid ſi quis poſitus fuit in carcere pro aliquo crimine, etiā ſi dictū crimē nō cōmiſerit, tamen ſi effracto carcere aufugerit: habetur pro cōfeſſo dictū crimē:& cōtra eū ut tanquā dictū crimē commiſiſſet, & tanquā cōtra confeſſum dictum crimē procedi poteſt: ut eſt tex.& ibi gl.& Bart.in l.in eos.ff.de cuſt. reo.& l.fin.eo.tit.

AVG. Tu autem in hac materia adde,ꝙ opus eſt quòd ad hoc ut fuga de carcere inducat illā plenā pbationē propter fractionē carceris, quòd opus eſt quòd fugiēs fregerit carceres : aliâs ſi reperiret oſtium apertū & negligētia cuſtodis aufugiſſet, illo modo & illa pœna nō debet puniri,ſecundū qđ dixit d. Ang. hîc. Ita in terminis uoluit Guil.de cu.in l.ſuccurritur.ff.ex q.cau.ma. & ibi Bal.& Bald.in l.admonēdi.ff.de iureiur.& Ange.in l.j.ff.de effra. Et de materia uide pulchra uerba Ioā. an.in ti.de præſum.§.ij.uer.uiolēta. & uide no.in c.cū nō ab homine.extrà de iu.& Bal.in d.l.ſuccurritur. dicit quòd ſi ſine fractura aufugit,quia inuenit oſtiū apertum,non habetur pro cōfeſſo.Si aūt extrà muros exiuit,tūc eſt uiolator carceris:& ſic tenetur pœna frangētis carcerē,& tūc dico quòd habebitur pro confeſſo. Idē ſi fractis cōpedibus exiuit per oſtium:uide ibi Bald.poſt Guil.

83 *Delinquēs qui nō ueniret carcerandus ſed relaxandus fideiuſſoribus, ſi aliâs aufugit de carcere,carcerandus eſt & diligenter cuſtodiendus.*

ANGELVS.

83 *QVARTO notandū eſt,quòd licet quis eſſet fideiuſſoribus relaxādus ex aliquo delicto, nec carcerandus:ſi tamē aliâs ſemel de carcerib9 aufugit,carcerādus eſt, & diligenter cuſtodiēdus:& p hoc amittit bñficiū l.j.ff.de cuſt.reo.cū ſi.gl.eſt in l.lege. ff.ad Sil.ex hoc dicit ibi Lud.ꝙ inſurgit intellect9 ad glo.quæ ſemp allegat in l.ſi pec. ff. de cō.ob.cau.circa med.uidelicet ꝙ ubi qs eſt de delicto abſolued9,nō eſt diligēter cuſtodiēdus,ſicut dānādus:ita no.in d.l.ſi pecuniā.§.pe.qđ bene debēt tenere

r 5 mēti

mēticōmētarieſes:qa ꝓpter hoc mul
toties excuſantur:tamē illud eſt ue-
rū niſi aliàs talis malefactor aufuge
rit,ut d.l.quia,cum ſemel aufugerit,
præſumitur ꝙ ſemper aufugeret:&
ideo perdidit priuilegiū quòd non
ita arctè cōſtringatur:facit l.quid ſit
fugitiuus. in princip.ff.de ædi.edi.
quod bene not.

AVGVSTI. Tu autem in hac
materia,circa intellectū illius glo.in
d.l.lege Corne. adde quòd Roma.
ibi dixit,quòd illa gloſ.nūquam fuit
pōderata ab aliquo niſi ab ipſo:ſed
ipſe errauit,quia Bal.ibi eā ponde-
rauit,licet Bald.in l.nemo deinceps.
in fi.C.de epiſ.audi.non recordatus
fuerit de illa gloſſ.in d.l. lege.ſed
ipſe Bal.ibi pōderauit quòd de hoc
erat tex.in d.l.nemo.Nā dicit quòd
licet quis non eſſet in carcere deti-
a nendus,ſi aliàs fugit[a] de palatio:tūc
ſi iterum capitur,debet incarcerari,
b propter illā primā fugā,& hoc no.[b]

ADNOTA. a ¶Si alias fugit.
*Adde tu an aufugiens de carcere habea-*
*tur pro confeſſo,adde & uide Bal.in cō-*
*ſil.cccxx.j.uol.& Alex.in conſil.clviij.in*
*uol.ij.& qualiter puniantur plures con-*
*ſpirantes ad frangendum carceres: uide*
*per Rapha.cu.in conſi.cv.Ber.*

b ¶Et hoc no. *Adde tu;& uide Ioā.de*
*ana:in cōſi.j.& ibi Lu.bolo.in addi.Ber.*

84 *Carceratus ſenex uel debilis,non ſunt*
*ita diligenter cuſtodiendi ſicut iuue-*
*nis & robuſtus.*

85 *Carcer quotuplex ſit:*

86 *Detentus ſub fida cuſtodia,an dica-*
*tur carceratus.*

87 *Carcer quadruplex eſt:*

88 *Carceri perpetuo iudex eccleſiaſticus*
*poteſt condemnare clericos, non autē*
*laicos,licet efficerentur fori eccleſia-*
*ſtici ratione delicti.*

ANGELVS.

84 *QVINTO etiā aduertatis
ſtos carceris,quòd nō ita diligente
eſt cuſtodiēdus ſenex ſicut iuuenis
& non ita debilis ſicut robuſtus
not.gl.in l.ſi ut certo.§.nūc uidē
ff.cōmoda.Et bene notādū eſt qua-
liter intelligatur, quòd qs diligēt
cuſtodiēdus ſit,qa de hoc habet
in l.j.in fi.ff.de ſer.fugi.cuius gl
mā ſequi debes tu cuſtos carcer
85 *Quotuplex autē ſit carcer,no.pl
nè Bal.in authē.ſi captiui.C.de ep
& cle.ubi uideas de pluribus car
rū ſpeciebus.Nā quidā eſt carcer
minus pœnæ,& imponitur der
a canonico pœna perpetui carcer
Secūdus carcer eſt,qn̄ quis det
tur pro criminis inueſtigatione
l.ij.ff.de exhib.reo. Tertius eſt
cer,quādo qs iā cōdēnatus eſt,&
tinetur in carcere,ut ſoluat cōd
tionem,uel de eo fiat executio
carcer hoſtiū:ut in toto tit.de
Eſt & alius latronum,ut l.nā &
86 uius.in prin.ff.de neg.geſt.*Q
ro,aliquis detinetur ſub fida cu
dia,an dicatur carcerat⁹ uel te
in carcere:ita ꝙ ſi eſſet tale del
ex quo ꝓhibita eſſet carceratio
iudex teneat̃ in ſyndicatu nēc
ꝙ nō dicit̃ incarceratus,ut eſt te
& Bar.in fi.C.de cur.& ſtat.li
bene not.pro excuſatione iudic
ponit biruarios circa captū ne
giat,ꝙ tn̄ nō dicit̃ ipſum carcer

c ADNOTA. a ¶Perpetui car
ceris. *Adde & intellige hoc proce
in clerico,non autē in laico effecto
ro eccleſiaſtico:ita Rom.in ſin.cx
adde quòd licet damnatus ad perp
carceres fugiat de carceribus, nihil
... tius ſeruus pœnæ remanet:ita conſuluit*
*Rapha.Fulg.in conſi.xliij.Ber.*



87 AVGV.*Tu autē in hac materia
inquātū dictū eſt quotuplex ſit car-
cer,adde Bal.in l. imperiū.ff.de iu-
riſ.om.iud.in iiij.col.qui dicit quòd
quadruplex eſt carcer, ſcilicet pœ-
næ perpetuæ: & eſt meri imperii,
quia morti æquiparatur:alle.Inn.in
ca.qualiter.extrà de accu. Secūdus
eſt carcer modicæ coërcionis,exē-
plū,quia baiulus nō bene facit am-
baſiatā iudicis,& iudex facit eū po-
ni in cippis. Tertius eſt carcer cu-
ſtodiæ. Quartus eſt carcer domeſti
cus.dic ut ibi per eū,& uide Ange.
in l.j.C.de priuat.car.qui dicit,quòd
etiā ille qui detinetur in uia & rece
dere non poteſt,dicitur incarcera-
tus,& talis detinens illo modo inci-
dit in pœnā,de priuatis carceribus.
Itē qui de loco liberè & tutè recede
re nō poteſt,dicitur incarceratus,ui
de ibi.& ibi Bal.in l.j.C.de cōfeſ.in
xj.col.quòd ille qui eſt bene cuſtodi
tus dicitur incarceratus,ꝑ l.q neq;.
ff.de uer.ſig.& dixit Ange.in l.qui
in carcerē.ff.quod me.cau.ꝙ carce-
ratus eſt qui de loco ad ſui libitū re
cedere nō poteſt.Quinimo uult ibi
quòd etiā dicitur carceratus ille cui
aſsignatus eſt unus locus ampliſsi-
mus: unde ſi uni nobili aſsignatur
palatium totū,à quo nō recedat,uel
ciuitas tota: ille dicitur incarcera-
tus:& ſatisfactū eſt ſtatuto ꝙ accu-
ſator ponatur in carcerē,qui autem
dedit fideiuſſores & iurauit de non
recedēdo,nec in uinculis,nec in cu-
ſtodia eſt. Et uide dominū Catal.in
tract.ſyndi.q.ccxlvij.qui dicit quòd
maior cuſtodia adhibenda eſt illi
qui debet cōdemnari,quàm illi qui
debet abſolui.& uide ipſum ibi in
quæſtio. ccxlviij.& ccxlix.qui dicit
quòd ille dicitur incarceratus,cui
locus eſt aſsignatus quē exire non
poteſt:& ibi ponit quādo quis dica
tur eſſe ſub fida & ſecura cuſtodia:
& ibi dicit,ꝙ ille dicitur eſſe ſub fi-
da & ſecura cuſtodia,qui eſt liga-
tus,& licet aufugiat cōmētarienſis
dicitur excuſatus.Et quod dixit ſu-
prà de carcere, ꝙ carcer perpetuus
88 eſt meri imperii.* Scias ꝙ licet iu-
dex eccleſiaſticus poſsit condēnare
ad perpetuū carcerē:intelligas hoc
eſſe uerum cōtra clericos,nō cōtra
laicos,etiā qn̄ laici propter crimen
efficerētur de foro eccleſiaſtico:ita
dixit Rom.in ſing. ſuis ſecūdi anni
clxxxiiij.quod incip. Tu ſcis quod
de iure ciuili.

89 *Confitens delictum an poſsit poni in*
*carcere,ad hoc ut conſocios manife-*
*ſtet & mandatorem.*

ANGELVS.

89 *QVAERO aliquis confitetur
delictū,an poſsit poni in carcere,ſo
lummodo propter hoc,ut manife-
ſtet cōſocios & mandatorem: dicit
Bar.quòd ſic:per illum text.in l.ij.§.
pen.ff.de iure fiſ.& in iſta glo.ſ̄.di-
xi uer.octauò quæro,an ſi eſt tale &
cætera. Vnde tu iudex ſi tu retines
eū in carcerib⁹,propter hoc ſemper
facias apparere in actis: aliàs talis
carceratus poſſet agere actione in-
iuriarū cōtra iudicē:ut no.Bar.in l.ſi
uerò ꝓ cōdēnato.§.j.ff.q ſatiſ.cogā.

AVGV. Tu in hac materia ad-
de & intellige prædicta,ubi ſumus
in caſu,quòd quis tenetur nomina-
re ſocios criminis:iuxta not.in l.fin.
C.de accuſa.& in c.j.extrà de cōfeſ.
Et latè dixi ſuprà in hac eadē glo.in
illa q.

illa q.quæ incipit, quæro an parti-
ceps criminis dicatur ad indicium
idoneus teſtis.

90 *Iudex tenetur uiſitare carceratos & facere quòd habeant neceſſaria ſibi.*

91 *Cuſtodibus carcerũ exiſtẽtibus duobus, ſi unus eorum aufugiat cum carcerato, alius cuſtos non tenetur pro illo carcerato qui aufugit.*

92 *Carceratus non debet relaxari ſine bulletino illius iudicis qui fecit eum incarcerare.*

ANGELVS.

90 *ET aduertas tu iudex, quòd obli
garis uiſitare carceratos & facere
& curare quòd habeant neceſſaria
ſibi: ut C.de epiſ.aud.l.iij.& ſi uides
aliquẽ carceratũ ſine cauſa, ſiue ſine
delicto ad nullius petitionẽ, potes
a ex mero officio relaxare [a]: ut not.
Bar.in l.ſi quis uxori.§.ſi fugitiuũ.ff.
de fur.Et iſto caſu bene aduertat cu
ſtos carceris: quia ſi ipſe ſine iudi-
cis mãdato relaxaret, etiã illum qui
ſine cauſa poſitus eſt in carceribus
tenetur, aliàs tenetur iudex, ſi minus
quàm iuſtè mãdauit quòd relaxetur:
ut not.Bar.in d.§.fugitiuũ.& ſic di-
ctus cuſtos ſemper uelit de mãdato
iudicis præcipiẽtis ſibi ꝙ relaxaret
apparere in ſcriptis & cõtra. Etiã tu
iudex bene aduertas, qualiter man-
das aliquẽ carceratum relaxari, ne
poſtea tu tenearis fiſco uel credito-
ri ad intereſſe: & ita ſæpe in urbe
practicaui, dũ eſſem locũtenẽs ſe-
91 natorũ. *Tene etiã mẽti, ꝙ ſi ſunt
duo uel plures carcerũ cuſtodes, &
unus ex eis aufugiat cũ carcerato, ꝙ
b alii cuſtodes [b] aliquo modo nõ tenẽ
tur ꝑ illo carcerato q aufugit: ut eſt
text.in l.pe.§.j.ff.de cuſt.reo.Ita etiã
dixit Bal.in l.filio exhæ.§.eius qui.
ff.de iniu.teſta.quod perpetuo te
quia ſemel habui de facto inci
tẽ Caſtelli. Addẽ quod dicã infra
glo.in uerbo, iudex detineri &
carcerari iuſsit. Sed aduertas ſi
fuit iniuſtè captus & detẽtus, &
fugit, quòd nõ tenetur de fuga:
Bart.in l.ius ei⁹.& ibi doc.C.de.

ADNOTA. a ¶ Officio re
xare. *Adde tu, & uide* Paul.de Ca
*conſi.xliiij.in j.impreſsis.*Ber.

b ¶ Quod alij cuſtodes. Adde
*carceratus præſumitur aufugiſſe*
*lariter negligentia cuſtodiæ: unde*
*perſtes habet præſumptionem pro*
*probat text.in l.fina. circa media*
*ibi gloſ.fin.ff.de cu.reo.item adde*
*cuſtos carceris non eſt diligẽs, ſi non*
*duos carceres ad obſeruandum re*
*eſt in d.l.fin.in princi.& ferram*
*frangendo carcere nõ præſumũtur*
*inferri in carcerẽ, niſi ex culpa & n*
*gentia cuſtodis. caſus eſt not.in l.*
*in prin.ff.de cuſt.reo.de quo latè*
*Franciſ.de Are.in conſi.xxxvij.*

AVGV. Tu in his quæſti
de in quantũ dictũ eſt, ꝙ iudex
tur procurare, quòd carcera
beant ſibi neceſſaria. Adde q
carceratus nõ habet unde ali
alimẽtari per eũ qui fecit inca
ri eũ.glo.in l.ſi.C.de erog.mil
no.lib.xij.uide Bart.in l.ſanct
princi.ff.de rer.diuiſio.Et Ang
minimè.C.de appella.& in ma
adde Ang.in d.§.ſi fugitiuũ, q
firmat do.Bar.ibi.& Bal.in l.me
ff.de condit.inſti.quòd ſi inde
det aliquẽ incarceratum ſine c
nec ad alicuius petitionem, p
92 ipſum relaxare. *Et not.quæ
Ang.in l.pleriq;.ff.de in ius uoc
ſi.quòd carceratus nõ debet rela
ri ſine bulletino illius iudicis qui
fecit eũ incarcerari. Adde quæ dixit
Roman.in ſingula.ſuis primi anni
xxviij. quod incipit, ſi dicit ſtatutũ.
quòd ille tex.in l.fin. §.interdũ.ff.de
cuſto.reo.eſt ſingularis, ſcilicet, ꝙ ſi
unus carcerat⁹ aufugit cũ altero cu-
ſtode carceris, ꝙ alter non tenetur. a

93 *Tortura quando poſsit adhiberi tam contra malefactores, quàm contra teſtes, & pluribus exiſtentibus inculpatis de uno debito, à quo debeat incipere tortura.*

ANGELVS.

93 *NVNC uideamus de tortura.
poſt indicia, capturã, & carceratio-
a nẽ ad torturã [a] deuenitur: hic enim
cõgruẽtius ponitur quàm in aliqua
gloſ.huius tractatus: ideo hîc de ea
aliquid dicã. Præmittas primò quã-
do ad torturã poteſt deueniri, tam
cõtra malefactores, quàm cõtra te-
ſtes, quod no.plenè Sali.in l.ſi.C.de
queſtio.uer.tertiò quæro quãdo ad
quæſtiones poſsit deueniri. & quẽ
ordinem debeat tenere iudex, uide
plenè per Ange.in d.l.fin.Et primò
quæro quando iudex habet plures
inculpatos de uno delicto, à quo de
bet initiũ facere de torquendo. Bar.
in l.j.in prin.ff.de quæſt.dicit ꝙ iu-
dex debet animaduertere à quo me
lius ſperat & citius extrahere ueri-
tatem, & ab illo in torquendo faciat
initium: ſi autẽ ſperat ita ab uno ſi-
cut ab alio, tunc initiũ faciat ab eo
qui magis de crimine eſt ſuſpectus:
ſi autẽ omnes pariter ſunt ſuſpecti,
tunc incipiat à magis debili: ut d.l.j.
coniuncta l.unius.in prin.eo.ti. Itẽ
ſi eſt pater & filius, à filio in conſpe-
ctu patris incipiat, qui magis timet
in filiũ quàm in ſe: ut l.iſti quidẽ.ff.
quod metus cau. Itẽ ſi eſt maſculus
& fœmina, incipiat à fœmina, quia
eſt debilior: ut l.filio.C.de inoffic.
teſta.& l.deferre.in princi.ff.de iur.
fiſ.ita dicit Dy.in ſuo tract.de quæ-
ſtio.uerſic.quo ordine ſit habenda
tor.& cætera.

ADNO. a ¶ Ad torturam. *Adde & uide Bal.in cõſil.cclxxv.ubi quòd triplex eſt tortura. grauis, grauior & grauiſsima, quæ cũ imponitur bene eſſet quòd adeſſent medici, quia aliquãdo ita eſſẽt molles ꝙ expirarẽt torti in tortura.*

AVGV. Tu autem adde quod
Gan.in tract.ſuo maleficiorũ in ru-
bri.de quæſtio.& tormẽ.in uerſicu.
nunc uidẽdũ eſt quo ordine ſint ha
benda tormẽta.dicit quòd iudex ſa
gax cõſiderabit à quo facilius ueri-
tas erui poſsit, ut ab illo quæſtionẽ
incipiat tãquam à timidiore & à ma
gis ſuſpecto, & à magis debiliori, &
nõ à fortiore, ꝑ er legẽ primã.§.j.ff.
de quæſt.& d.l.unius.& dicit quòd
cũ fœmina habeat cor momẽtaneũ
& inſtabile.l.deferre.in princi.ff.de
iur.fiſci.primò torquẽda eſt fœmi-
na magis quàm maſculus. Itẽ filius
quàm pater. Et certè dũ do.Ang.hîc
allegauit Dy.in ſuo tracta.de quæ-
ſtio.errauit ipſe, & alii qui allegant
Dyn.feciſſe illũ tractatum: quia fuit
Gan.qui fecit illũ tractatũ de quæ-
ſtio.& tormẽtis, quem poſuit in ſuo
tracta.malefi.Et de materia iſta ui-
de Ioan.And.in terminis formantẽ
iſtã quæſtionẽ in c.cũ cõtẽplatione.
extrà de regu.iur.& Pau.de Ieaza.in
cõmento.c.grauis.extrà de depoſi-
to. Adde tamẽ inquantũ dictũ eſt ſu
prà, quòd poſt indicia deuenitur
ad torturã.quod gl.in c.quæſtionẽ.
xxij.q.ij.dicit quòd licet regulariter
ad tor

ad torturam deueniri nō poſſit,niſi præcedentibus indiciis:tamen hoc fallit in tribus caſibus ibi enumeratis:ubi ad tormenta peruenitur,nullis indiciis præcedentibus.Itē fallit in teſte quæ eſt uilis pſona,qui poteſt torqueri ſine indiciis.Bald.in l. milites.C. de quæſtio. & ibi uide
a alios caſus.[a]

ADNOTA. a ¶Alios caſus. *Adde & uide Barba.in conſil.xxxv.*

94 ***Iudex nō debet ad torturā deuenire, niſi in ſubſidiū,& quādo aliter ueritas non poteſt uerisimiliter haberi.***

ANGELVS.

64 *SECVNDO quæro ante omnia,an liceat iudici deuenire ad torturam quādo uult.dic quòd nō, ſed in ſubſidiū deuenitur,ut quādo uerisimiliter ueritas aliàs haberi nō poteſt,aliàs autē ſi per aliā uiā ueritas reperiri poſſet,deueniendū non eſſet ad torturā,ut eſt tex.& ibi Bar. in l.edictū.ff.de quæſtio.Ex quo no. & cautus ſis quòd facias in actis apparere quòd iudex nō poſſendo ali
a ter ueritatē[a] habere,declarauit deueniendū ad torturā,aliàs autem in ſyndicatu poſſes teneri.Sed aduertas quòd prædicta procedūt in cauſa capitali, & graui.in pecuniaria autem non tantū ꝙ in ſubſidium ad torturam deueniatur:ſed nō ita faciliter deuenitur,ſicut in criminali:ut l.etiam liberi.& l.diuus..ff.de queſt.

ADNO. a ¶Aliter habere ueritatē. *Adde quòd etiam ad torturam deuenitur,quādo cauſa ciuilis habet annexum delictum.ita Alexā.in conſi.lxxvij. in j.uol.& Barba.in conſil.xxxvij.inſcribitur in lib.iudicum.*

AVG. Tu aūt in hac materia adde quæ dixit Gādi.in tract. maleſi.in rub.de quæſtio.& tormētis.in pri qui dixit ꝙ iudex q de aliquo quæſtionē habere intendit, ante om habere debet iuris humanitatis tionē,& conſiderationē hanc,ut cet ut nō facilè & repentè ad quæſtionē proſiliat:ſi aliqua alia uia uiori poteſt obiecti criminis ueri inueniri:quantuncunq; adſint in cia uel uerisimilia argumēta:al l.diuus.ff.de quæſt.Et ideo dixit ge.in l.ſi certus.ff.ad Silla.ꝙ ſi m leficiū eſt liquidatū per probation ueras,malè facit iudex ponere leſactorē ad torturā,& tenetur in ſy dicatu.& uide Bal.in l.milites.C quæſt.& Ang.in l.fi.C.de quæſt hoc dicit Io.an.in terminis in c in contēplatione.extrà de reg.iu d.Catal.idē dixit in ſuo trac.ſyn tus, in q.cxxij.& in q.ccix.cau Qui ponit ꝙ de facili nō eſt de niendū ad torturam,& ꝙ nō in bus paſchalibus.an autē in cauſa ci uili poſſit ad torturam procedi canoniſtas in c.j.extra de depoſ maximè per domi.Anto.de but dixit quòd in cauſa ciuili aliqu ad ueritatem eruendam poteſt p cedi ad torturā,quando ciuilis ca ſa habet in ſe annexum delict uide glo.xv.q.vj.in ſumma.

95 *Tortus,an iterum torqueri poſſit.*

ANGELVS.

65 *TERTIO quæro an tortus poſſit iterū torqueri & repeti in tormentis.Barto.in l.unius.§.j.ff. dicit,ſi primò fuit ſufficienter tortus,nunquam in tormētis poteſt repeti: niſi ſuperueniāt indicia de nouo,ut ubi probatur:quod no.contra aliquos crudeles iudices qui quotidie torquēt,& tormēta repetūt,de



nouo alia indicia nō habēt, quoniā tenētur in ſyndicatu,quia nō poterant illū in tormētis repetere:& idē tenet Sal.in l.j.in fi.C.de cuſt.& exh. re.intātum ꝙ Bal.in l.decuriones.C. de quæſt.dicit,quòd illa lex eſt in ar. ꝙ de quacūq; tortura quā iudex facit dolo malo & ſine cauſa,ſit pœna capitis,ut etiā ipſe no.in l.j.C.de priua.car. qđ bene tu iudex debes cōſiderare.Aduertas tamē ſecundū Dy. in ſuo trac.in uer.qđ ſi aliqs &c.ubi dicit,ꝙ aſſeſſores hoc ex cōſuetudine nō ſeruāt. Sed iudicio meo malè faciūt,imò continuè repetunt in tormētis,ſine nouis indiciis quouſq; de obiectis criminibus ueritatē eruant, pro quorum opinio.ſaluanda Dyn. alleg.in auth.ut iud.ſine quo.ſuffra. §.oportet.& ibi iudices torquebunt fures:niſi prius,& cætera.

ADNOT. a ¶An & quando tortus poſſit repeti. *Quid autem ſi ſit ſufficienter tortus, iudex tamen propter indicia uehementia ſuſpicetur, quòd ſit culpabilis,an debeat diffinitiuè abſoluere.uide Sal.in l.ea quidē.in antepe.col. C.de accu. in l.ſi quis.C.ad legem Iul. ma.& in l.ſi quis adulter.ff.de adulter. Mod.in l.unius.§.reus ff.de quæſtio.uide tamē dictum do.Abb.poſt alios Mod.in c.j.vij.char.de offi.or.& ultra prædicta adde tu & uide Alex.de Imo.in conſi.v. in j.uol.& C.ep.in conſi.lxviij.Raph.cu. in conſi.cxxxviij.& Bal.in cōſi.cclxxvj. in j.uol.& ibi quæ ſint noua indicia.Str.*

AVG. Adde tamen tu, ꝙ Bal.in l. milites.C.de queſt.dicit ꝙ ſemel tortus nō poteſt iterū torqueri:& ſi faceret hoc iudex quia repeteret & tortus decederet,iudex,punitur acriter. Et hoc dicit Do.Cat.in materia ſing. quæſt.ccvj.& ſequitur Bal.in d.l.milites.& dicit domi. Catal.in q.ccxx. ꝙ leuiter tortus poteſt iterum torqueri, quantuncunq; Bal.in l.obſeruare.C.quo.appel.non reci.dicit, ꝙ ſemel tortus etiam inſufficiēter,non poteſt torqueri ſine nouis indiciis: quam ſententiam nō credo ueram: quia caret ratione,per doctrinā Bar. in d.l.unius.quia Bar.uoluit quòd ſi ſufficiēter fuit tortus ſecundum indicia non poſſit iterū torqueri:aliàs ſic:& licet Io.an.in c.cum in contemplatione.in fi.extra de reg.iu.referat ibi opinio.diuerſorum Doct.in hac materia,& nihil affirmet.& Cyn.habuit aliam opi.in l.fi.C.de quæſt. Tamē ibi dicit Cy.quòd aſſeſſores qui repetunt tormenta ſine nouis indiciis,uel ſine nouis argumentis, non habēt nec Deum nec leges prę oculis.Mihi autem in hac materia placet ſententia Gandi.in tracta.maleficio.ſub rub.de quæſtioni.in uer.an quæſtio poſſit repeti. qui dicit quòd licet aſſeſſores qui ſunt auidi honoris obſeruent,ut repetāt quęſtionem ſine nouis indiciis: tamē communis opi.doc.eſt ꝙ ſine nouis indiciis nō poteſt repeti tortura.Et idē affirmauit Gandi.in d.tract.maleſi.ſub rubr. de quæſt.in j.col.licet ibi dicat quòd de cōſuetudine multi aſſeſſores hoc non obſeruent.& dicit Ang.in l.j.§. ſi quis mortis.ff.ad Silla.quod ſemel illata tortura caueāt iudices ne iterū torqueāt.& dicit Bal.in c.j.§.iniuria. de pace iu.fir.ſemel tortus bis & ter, & ſufficiēter,ſi tamē perſeuerat negando,& ſuperueniāt indicia de nouo,poteſt iterum torqueri. Et idem dixit Bal.in l.j.C.de confeſ.in vij.col. ꝙ tortus cōpetenter nō poteſt iterū torqueri,ſine nouis indiciis.

96 *Repeti nõ debet malefactor in tormẽ-
tis, ſine nouis indicijs: poterit tamẽ re-
peti etiam poſt publicationem proceſ-
ſus, quando ſunt euidentiora primis.*
97 *Articulos formans ſuper maleficio, & publica uoce & fama, & teſtis depo-
nat ſuper maleficio, ac ſubiungat ſe ni
hil plus ſcire: tamen ſuper articulo de
fama poterit teſtis repeti & exami-
nari.*
98 *Indicia quæ dicantur noua, ad hoc
quòd quis poßit in tormentis repeti.*

ANGELVS.

96 SED * tu caueas, & ſine nouis in-
diciis nõ repetas malefactorẽ in tor
mentis: ut ſuprà dixi. Et poteſt etiam
in tormẽtis repeti etiã poſt publica-
tionẽ proceſſus, quando ſunt indi-
cia euidentiora primis: ita dicit ele-
ganter Bar. per illum tex. in l. unius.
§. j. ff. de quæſt. quod no. perpetuo.
Quinimo etiam ſi publicatus fuerit
proceſſus & nõ fuerint teſtes exami
nati ſuper omnibus articulis, nõ ob-
ſtat quin teſtes ſuper articulis ſuper
quibus nõ fuerunt examinati teſtes,
poſſint examinari: ut no. Spec. in tit.
de noto. crimi. §. fama. uer. ſi. & hoc
uoluit Bar. in l. de minore. §. tormen
ta. ff. de quęſt. & hoc probatur ſecun
dum regulã & doctrinam do. Bar. &
aliorũ in auth. qui ſemel. C. de ꝓba.
quia ſuper nouis articulis, uel ſuper
aliis qui nõ cõprehenduntur in pu- b
blicatione priorũ, nõ obſtat publica-
a tio qn teſtes poſſint repeti, ut ibi [a].
97 * Et aduertas ꝙ ſi feci articulos ſu
per maleficio. Item alios ſuper pu-
blica uoce & fama: & teſtis ſuper ma
leficio aliqd dixit, & ſubiũxit ſe nihil
plus ſcire: tamẽ ſuper articulo de fa
ma poterit repeti & teſtis examinari,
nõ obſtãte publicatione proceſſus:
ut no. Spe. & Io. an. in ti. de teſte. §.
nunc uidẽdũ. uer. illud autẽ. & no. Io.
an. & Ant. de bu. in c. fraternitatis. de
teſti. qđ bene no. quia uidi de facto
98 Ferrarię. * Quæro quæ dicãtur no-
b ua indicia [b], ad hoc ut poſſit repeti
in tormẽtis. Reſpõdeo eſſe ea q̃ dif-
ferũt à præcedẽtibus ſpecie uel ſub-
ſtãtia. Verbi gratia: prima indicia e-
rant de mala fama rei, uel quòd erat
inimic⁹ &c. ſuperuenit poſtea unus
teſtis qui dicit ſe uidiſſe reũ percu-
tere: uel dicit quòd uidit cũ gladio
euaginato. Talia enim indicia dic-
tur noua, quę à prioribus ſpecie dif-
ferũt uel ſubſtãtia, ſicut dicimus in ca-
pitulis nouis: ut l. per hãc. C. de tẽp.
ap. & c. fraternitatis. de teſt. quod be-
ne no. ne erres: quia ſi tu primò ha-
buiſti indiciũ ex fama per aliquos te-
ſtes, licet poſtea plures habeas te-
ſuper fama, nõ dicũtur noua indicia
ſed dicitur noua ꝓbatio primi indi-
cii: & ſic propter nouos teſtes ſuper
fama non poſſet in tormẽtis rep.

ADNOT. a ¶ Repeti ut ibi.
*Adde quod Bald. in conſil. cclxxvj. in
uol. alias eſt in cõſi. clij. inci. in Chriſti no-
mine plura tangũtur: & quod dicit
no. in c. cum clamor. de teſti. intellige-
rum quando iudex proprio motu, & in-
quiſitio eſt facta ex mero officio; ſecus
ubi eſſet proſecutor inquiſitionis. Be.*
¶ Quæ dicantur noua indicia.
*Adde etiam tu & uide domi. Alexan.
de Imo. in conſi. clxxxiij. colum. fi. in prin-
cip. in ij. uolumi.*

AVG. Tu autem in hac materia
adde, inquantum dictum eſt, ꝙ pro-
pter indicia de nouo ſuperuenie-
reus poteſt iterum torqueri. dic b
uerum, intelligendo noua facien-
indicia uerisimilia contra captum
no



nõ intelligẽdo noua: ſcilicet imperti
nẽtia. & hæc ſumunt ex doctrina do.
An. in d. c. fraternitatis. extrà, de teſt.
dũ tractat materiã, q̃ dicanť noui uel
antiqui articuli: & uide Spe. in tit. de
teſte. §. ſatis utiliter. uer. illud autẽ. &
Hoſt. in ſumma de teſte. in fi. bene fa-
ciunt d. Ang. in l. j. in fi. principii. ff. ꝙ
quiſq; iuris. dũ tractat materiã, qui di
cãtur noui caſus. & gl. in c. generali.
de elec. lib. vj. in glo. ſuper uerbo, de
nouo. & glo. xviij. q. ij. c. quidã. in glo.
nouũ. & uide Ant. de butr. in c. frater
nitatis. allegantem multa in hac ma-
teria, qui dicatur nouus uel antiquus
articulus, ex cuius dictis poteris ar-
guere ad hanc materiam, quæ dican
tur noua uel antiqua indicia.
99 *Delicto exiſtente, quòd pro eo reus ex
forma iuris uel ſtatutorum non poßit
torqueri: uel fuerit ſufficienter tortus,
& non ſuperſunt indicia, an ſi retinea
tur in carceribus ut ſiti, uel fame mo-
riatur, dicatur tortus.*

ANGELVS.

99 * QVAERO quid ſi eſt tale de-
lictum pro quo non põt torqueri ex
forma iuris uel ſtatutorũ: uel fuit ad
ſufficientiã tortus, & nõ ſuperſint in-
dicia: an ſi retineatur in carceribus,
ut fame aut ſiti moriatur, dicatur tor
a tus [a], ita ꝙ ſi uirtute talis ſitis cõfitea
tur, teneat talis confeſsio: dico quòd
nõ, niſi in ea poſtea ritè & rectè pſe-
ueret. ita dicit eleganter Bar. in l. j. §.
diuus Seuerus. ff. de quæſtio. & facit
l. ij. §. ſi quis autem uiſus. ff. de ui & ui
arma. Et ſic facit contra iudices igno
rãtes qui nõ poſſunt torquere, dant
carnes ualde ſalitas ad comedẽdum
malefactori, & non bibere: quia tunc
dicuntur torquere, & teneri debent
in ſyndicatu.

ADNOT. a ¶ Dicatur tortus.
*Adde tu, quòd dicatur tormẽtum. & ui-
de per Alexã. de Imol. in conſil. xlvj. in ij.
uolu.*

AVG. Tu autem in hac materia,
adde hic quę dixerunt Pau. de leaza.
& Pet. de Anch. in c. j. extrà, de depo.
Et hic bene faciunt no. per doct. in l.
ij. C. quod metus cauſa. & in l. inter-
poſitas. C. de tranſa. & dicit Bal. in l. j.
C. de his qui ad liber. perue. nõ poſ.
quòd carcer eſt tormẽtum & ponere
in compedibus. uide Bart. in l. j. ff. de
cuſt. re. & ideo rectè dixit Bal. per il-
lum tex. in d. l. j. C. de his qui ad liber.
perue. nõ poſſunt. ꝙ iudices nõ poſ-
ſent adhibere iſta genera pœnarum
extranea. Adde d. Io. an. in c. cum in
cõtẽplatione. extrà, de reg. iur. qui di
cit, ꝙ tormentũ fit etiam cum ieiu-
nio: & ꝙ ieiunia ſint tormenta, uide
gl. in cle. j. de hære. & ibi uide docto.
& ideo rectè dicit Ioã. an. in d. c. cum
in cõtẽplatione. dũ corpus habet do
lorẽ, illud eſt tormẽtũ, & uoluit Bald.
in l. obſeruare. C. quor. appe. non re.
imò aliqui uoluerũt, ꝙ ſolus carcer
ſit tormentũ. Sed hoc eſt falſum, quia
carcer tunc eſt tormentum, dum ſibi
uictus denegatur. Ang. in l. itẽ apud.
§. quæſtionem. ff. de iniur. idem di-
xit in hac principali quæſtione me-
lius Gan. in tracta. maleficiorum, ſub
rub. de quæſt. & tormen. in uer. dictũ
eſt ſuprà, quòd confeſsio facta &c. in
fi. j. col. Et do. Catal. in q. ccvij. & in q.
ccx. in tractatu ſuo ſyndicat⁹: ubi po-
nit quid eſt tormentum, & quid eſt
quæſtio. & Alber. de Roſa. in iij. par-
te ſtatutorum. q. xxxj. qui ponit de eo
qui nõ dat alicui, nec comedere nec
bibere, ut talis dicatur tortus.
100 *Torqueri timens contra ius appellet:*

*quoniam appellatione pendente,ſi aliqua confeßio emanauerit,erit ipſo iure nulla.*

ANGELVS.

100 *ADVERTAS tamen elegãter, ꝙ ſi captus timet torqueri cõtra ius,cõſilium eſt,quód appellet: quoniam appellatione pendente, etiam ſi aliqua confeſsio emanauerit, talis confeſsio eſt ipſo iure nulla [a]:ut arg. l.j.ff.nil no. appella.pen. nec in hoc articulo opus eſt ut iudex appellationis ſuperior inhibeat: qa periculoſum eſſet.ita dicit Bald.in l.prima.C. commina.uel epiſto.quod not.

ADNOT. a ¶Ipſo iure nulla. *Adde tu & uide Alex.in conſi.cxliiij.in ij.uolu.*Ber.

AVG. Tu autem in hac materia, adde Bal.per illũ tex.in l.ſi quis prouocatione.C.de appel.qui dixit,ꝙ licet ante factum nõ poſsit appellari: ſed poſt factũ.tñ ubi factũ eſt irreparabile,ante factũ tenet appel.Et exẽplũ ponit.Et ideo dicit, ꝙ ubi de intẽtione aliqua iudicis cõprehẽdit̃ aliquo mõ,ꝙ uult aliquẽ torquere, uel qa cõminatus: tũc ante tormẽta poſſit appellari: qa poſt factũ illud irrecuperabile eſt: non mirum ergo ſi non teneret talis confeſsio, appellatione pendente.

101 *Tortus fuit unus contra quẽ uerè erãt indicia ſufficientia: non tamen apparebant in actis nec erant nota iudici, poſtea ſuperuenerunt indicia uera ad notitiam iudicis,quæ in actis apparẽt, dicta tortura non iuſtificabitur ex indiciis poſtea notis iudici.*

ANGELVS.

101 *QVINTO quæro, iudex torſit unum,& in ueritate indicia erant ſufficiẽtia cõtra eũ, nõ tñ apparebat in actis nec erãt nota iudici,poſt torturã indicia ſuꝑuenerũt & uera: & in notitiã iudicis deuenerũt, & in actis apparet:an d.tortura iuſtificet̃ ex indiciis poſtea notis iudici.dic ꝙ non, ut no.Bar.in l.maritꝰ. in prin.ſecũdũ gl.ff.de qõ.& non eſt mirũ,qa ſic etiã eſt in ciuili:ut no.Bar.in l.hoc aũt.§.j.ff.ex q.cau.in poſ. ea. & in l.multũ ff.de cond.& demonſtr. quod no.ne in ſyndicatu poſtea tenearis, quòd antequã torqueas,facias indicia prius apparere in actis.

AVG. Tu adde, ꝙ iſtã eandẽ cõcluſionẽ approbauit Bal.in l.ea quidem.C.de accuſ. Sed in propriis terminis Bal.in l.ſi.C.de accuſ.format iſtã qõnẽ,& multũ extollit illã gl.in l. maritus.ff.de qõ.ſecundũ ſecundã lecturã. & ibi dicit, ꝙ indicia ſuperuniẽtia nõ iuſtificãt torturã:& allegationẽ,qa dicit, ꝙ ordo iuris eſt ꝑuerſus.& ſic Bald.ibi tenet, ꝙ etiã ordine eſſentiali. & ita cõſuluit Bal. in conſi.ſuo clxvij [a].

ADNOT. a ¶Cõſi.clxvij. Ad*de tu etiã Petr.de anch.in conſi.xxiiij.& Alex.in conſi.liij.in iij.uolu.*Ber.

102 *Torqueri quæ pſonæ poßint & qu*

ANGELVS.

102 *SEXTO quæro quæ pſonæ poſsint torqueri. dic ꝙ regulariter oẽs: & ſic regula eſt affirmatiua,niſi expreſsè reperiãt̃ ꝓhibitæ: & ſic ſiue liberi,ſiue ſerui, ſiue mares, ſiue fœminę,ſiue paterf.ſiue filiusf.ut l.uniꝰ. §.j.& l. Labeo.ff.de q̃ſt.Sed excipiũtur minores xiiij.an.qa debẽt ferula cædi:ut l.j.§.impu.ff.ad Sil.Itẽ in dignitate cõſtitutꝰ, ut decurio & eius filii. Itẽ maior magiſtratꝰ, durãte officio. Itẽ doctor.Itẽ clericꝰ [a] ĩ ſacris & illorũ filii.Sed milites noſtri tpis cũ non





ſint milites propriè,poterãt torqueri:ut no.Cy.in l.iij.C.ad l.Iul.maieſta. & l.milites.& ibi Ang.ff.de q̃ſt.& no. Dy.in ſuo tracta.de q̃ſt.in uer. q̃ pſonæ poſsint torqueri.Et etiã circa fin. p̃dicti tracta.in uer.modo dictũ eſt ſuprà,qñ &c. Itẽ decrepitꝰ nõ torquet̃: ut l.iij.§.ignoſcit̃.ad Silla. Aduertas tñ, ꝙ in certis delictis etiã p̃dicti exceptuati:ut magiſtratꝰ,doctor & ſimiles,torquent̃, ut in crimine læſę maieſtatis,ut l.de minore.in prin.& l.libero.§.j.de q̃ſt.de re milita.l.ꝓditores.& in crimine hr̃ſis:ut not. gl.in l. iij. C.ad l.Iul.maie. Itẽ mulier p̄gnãs dũ eſt grauida nõ torquet̃:ut l.p̄gnãtis.ff.de pœ. ex quo Bal.in l.decu.C. de q̃ſtio.dicit no. ꝙ ſi poteſtas huius ciuitatis torqueat aliquẽ de prioribus, ſiue de ancianis q ſunt de loco curionũ, puniet̃ pœna capitis, excepto crimine leſæ maieſtatis, & proditionis populi.l.fallaciter.C.de aboli.

ADNOT. a ¶Clericus in ſacris. *Adde ꝙ ſi clericus qui ex cã torqueri põt fuit tortus ſuper diffamatiõe unius delicti,& cõfiteatur de alio,ubi nõ eſſent indicia,talis cõfeßio ualet.ita* Car.*in cõſi. xlv.& ponit etiam* Io.an.*in conſil.j.*Ber.

AVG. Tu autẽ in hac materia adde & uide Io.an.in c.cum in cõtẽplatione.extrà de reg.iur. qui latè ultra doct.examinat iſtã materiã, quæ perſonæ poſſunt torqueri, & qñ milites [a] & ſenes, & iuuenes,& minores poſſunt torqueri,& in quibus caſibus.Itẽ qñ ſerui ſiue liberi, ſiue ſtatu liberi. Itẽ qñ clericus, ſiue intelligamus de clerico, ſiue de presbytero. Itẽ qd ſi iſtæ perſonæ examinant̃ propter ſe, ſiue propter aliũ,ſ.in teſtẽ,quãdo & qũo pñt torqueri. & ibi latè loquit̃ Io.an.referens dicta antiquorum. Et de clerico & de presbytero adde dicta Bal.in l.presbyteri. C.de epiſc.& cle.& ibi per alios Moder.Et de materia uide per Gand.in tracta.maleſi. de quæſtio. & tormen.in rub.in uer. q̃ perſonæ poſſunt torqueri. ubi multa alle.in hac materia,& bonos tex.& per Bar. in l.ex libero.ff.de quæſt. & ibi latè,& ꝑ Gand. in d.tracta.in uer. an teſtes poſsint torqueri.& in uerſi. pulchra quæſtio. dictum eſt ſuprà.& ibi ponit quid de militibus noſtri tẽporis & quid de aduocatis: & ꝑ Ioã. an.in c.j.extrà,de depo.ubi ponit qd de clericis: & ibi per doct.& an conſiliarii ciuitatũ noſtri tẽporis poſsint torqueri,uide Gand. in loco s̃.alleg. in uer.s̃.dictũ eſt.decuriones nõ poſſe torqueri.qui dicit, ꝙ cũ iſti decurionibus æquiparent̃, & decuriones non poſsint torqueri &c.ſed dicit,ꝙ de gñali cõſuetudine contrariũ obſeruet̃.& ita uidit Bononiæ obſeruari,& cõſuli ꝑ ſapiẽtes, & obſeruari autoritate cõſuetudinis,q̃ cõſuetudo ꝓ lege obſeruatur. Adde tñ quæ dixit Ro.in ſing.primi anni ccclxxj. quod incipit,milites,doctores,decuriones &c. ꝙ nõ ualet cõſuetudo in cõtrariũ,ut ꝑfatæ pſonę poſsint torqueri. Et hoc dicit Bar.in l.oẽs. C.de dec.li.x.q loquit̃ de militibus.Sal.uerò in l.j.C.de iur.& fa.igno.dicit, ꝙ milites [a] noſtri tẽporis nõ poſſunt torqueri. & Guil.de cu. quẽ uidi in fonte in l. pe.ff.ex q.cau.ma.& approbãt Mod. in l.cẽturio.ff.de uul.& pup.ſed ego in tractatu meo allegationũ quẽ nuperrimè facio,dãno opinionẽ iſtã, & teneo,ꝙ milites nr̃i tꝑis pñt toq̃ri,& ꝙ nõ gaudẽt priuilegiis militaribꝰ.

ADNOT. a ¶Quod milites. *Et quòd milites noſtri tẽporis nõ gaudeãt*

*priuilegio antiquorũ,tenet* Frãc.*de arc.in cõſi.xij.ſed cõtrariũ,ꝙ imò gaudeãt tenet* Ro.*in cõſi.ccccvj.& ꝙ aduocatus nec mi les poſſunt torqueri,cõſuluit* Fulgo.*conſi. clxxiij.qui alleg.*Cy.*&* Alb.*ita tenere in d.l.milites. cõtrariũ tamen tenet* Cæp.*in cõſil.xl.& ibi ꝙ de cõſuetudine decuriones & cõſiliarii ciuitatis poſſunt torqueri alleg.*Gan.*ꝑ* Ang.*ſuprà aile. &* Odof. *in tract. de quæſt.in fi.qui dicit, quòd ita uidit cõſuli & ſeruari.et* Alb.*de* Ro.*in l. diuo* Marco.*in fi.de quæſt.& ibi etiã* Sal. *qui dicit ꝙ nõ ſeruatur priuilegiũ quò ad torturã,ꝙ cõſiliarii nõ torqueãtur. & dicit ꝙ ita eſt generalis cõſuetudo:& ita ſeruanda,niſi eſſet ſpecialis cõtraria in loco, ut eſt* Florentiæ:*ut dicit* Bal.*in l.nihil.de quæſtio.& ibi latè.*Ber.

103 *Tortura ſeu quæſtio quo moderamine ſit habenda.*

ANGELVS.

103 *SEPTIMO quæro cum quo moderamine ſit habẽda q̃ſtio.reſpõdeo moderatè,ut l.de minore. §.tormẽta. ff.de quæſt. & hoc totũ reſidet in pectore boni iudicis,qui cõſiderabit cuius fortitudinis ſit torquẽdus, cui⁹ ætatis,ualitudinis,& ſecũdũ qua-
a litatẽ pſonæ [a] & delictorũ: nec à grauiorib⁹ nec à leuioribus tormẽtis initiũ faciet.facit l.iij.§.fi.ff.de re mil.& ff.ad Sill.l.ſi qs in graui.in prin.& l.j. §.impubes.e.ti.& ſic ut innocẽtię uel ſupplicio eũ cõſeruet indẽnẽ: ut l.q̃ſtionis modus.ff.de quæſtio.ita dicit Dyn.in ſuo tract.uer.qualiter inquiſitio fieri debeat &c.

ADNOT.a ¶ Qualitatẽ perſonæ.*Adde tu & uide* Alex. *de* Imo.*in conſi.clxxv.in fi.in ij.uolu.*Ber.

AVG.Tu in hac materia dic ut ſępe dixi in iſto tractatu,ꝙ cũ ſupportatione iſte tractatus q̃ſtionis appropriatur Dy.fuit Gan.in tract.maleficiq fecit rub.de q̃ſtionibus & tormentis. Quinimò dixit Gand. in d.tracta.in prin.in uerſi.quinimò not.ꝙ iudicet hoc tẽperamẽtũ teneãt,ut tormenta nõ ſumãt immẽſa de aliquo,nec in- quantum accuſator poſtulauerit:ſed ꝑut moderatę rationis tẽperamenta deſiderãt,adeo ꝙ totus ſanus uel ſaluus innocẽtiæ uel ſupplicio cõſeruetur:ita dixit Io.an.in c.cũ in cõtẽplatione.extrà, de re.iu.per tex.in l.quæſtionis modũ.ff.de q̃ſt.& Adde Bald. in l.j.C.de cõf.in vj.co.q dicit ꝙ quo moderamine ſit habẽda q̃ſtio,hoc relinquit̃ arbitrio iudicis.ibi uide:ſed intelligo dictũ arbitriũ ſecũdũ uiri diſcretum , non indiſcretum, per ea quæ habentur in l.j.ff.de leg.ij.

104 *Torto moriente in tormentis, an iudex puniatur.*

ANGELVS.

104 *OCTAVO quæro,qd ſi tor-
16 *QVID in ꝓdigo cui bonis eſt interdictũ,an teneatur ſi deliquit?gl. in l.ſi quis in tantã.C.unde ui.uidetur dicere quòd non.ſed Bar.in l.is cui bonis.ff.de uerb.obl.uidetur tenere contrarium: quia æquiparatur proximo pubertati.d.l.is cui cõiuncto.§.ſed quod diximus.inſt.de inuti.ſtipu. ſed pupillus proximus pubertati tenetur ex delicto.l.pupillus. ff.de reg.iur.eodẽ modo prodigus: ſed §.ſed quod diximus.qui allegatur per Barto.non probat: quia imò proximus infantię poteſt acquirere: ergo prodigus æquiparatur proximo infantiæ:ergo non debet obligari ex delicto.l.infans. ff.de ſica.igitur &c.ſed Bal.Ang. & Imo.in d.l.is cui.dicũt quod eſt uerũ, ſi delinquit in cõmittẽdo, & ſic in faciẽdo:ſecus in his quæ cõtingũt in negligendo: quia tunc prodigus ſicut minor nõ tenetur:quia non uindicauit mortẽ defuncti



defuncti,uel prodiga nõ petiit tutorem filiis ſuis:ut l.ij.C.ſi aduer.deli.

AVG. Tu autem in hac materia adde & dic,quòd imò ſi ideo doc.dicunt prodigũ obligari ex delicto ex eo,quod æquiparatur perſonis,quæ ex delicto obligãtur:habeo iura quę probabũt non teneri ipſum prodigum ex delicto : quia lex æquiparat prodigũ furioſo.eſt caſus in l.furioſi.ff.de regul.iur.& in l.Fulcinius.§. adeo.ex quibus cau.in poſ.ea.& caſus in d.l.is cui bonis.& ſuprà probaui in hac ead.gl.furioſum ex delicto non teneri etiã in faciendo cõmiſſo.Igitur doc.malè loquuntur:& rectius dixit gl.in d.l.ſi quis in tantam.quæ uoluit, quòd prodigus ex delicto nõ teneatur. & allego Bald. quẽ iſti non allegant in l.certi condictio.§.quoniã.ff.ſi cer.pe.qui dum quærit in delictis cui prodigus æquiparetur:dicit ipſe:dic ut dicit gl.in l. ſi quis in tantã.C.unde ui.& ſic Bal. uidetur approbare illã gl.ſed his nõ obſtantibus credo Bar.rectius dicere.& ideo Ang.in d.l.is cui bonis.dicit quòd omnes doc.in hac materia reprobant d.glo.l.ſi quis in tantam. nec ob.quòd prodigus æquiparetur furioſo:quia dico hoc uerũ eſſe,ſed nõ in omnibus:ut dicit Sali.in d.l.ſi curatorẽ.de in integ.reſt.ti.generali.dixi ego aliqua in hac materia in d.l.is cui bonis.

17 *Ebrius ſi propter ebrietatẽ delinquat, an teneatur.*

ANGELVS.

17 *SED quid ſi quis propter ebrietatem deliquit?dicit Bart.in l.reſpiciendũ.§.delinquunt.ff.de pœnis.ꝙ tenetur.ſed idẽ Bart.in l.aut facta.in prin.ubi uenit rixa ex loco uel ebrietate.ff.de pœn.uidetur dicere quòd non tenetur:ſicut non tenetur, quando aliquid fit ex ioco:pro quo facit l. omne delictum.§.ſi propter laſciuiam.ff.de re militari.& facit gl.in l. j.C.ſi quis impera.maled.quod ego intelligo uerum,quòd diſtingui debeat:eo modo & forma quo diſtinguitur in dormiente qui deliquit.de quo per Bart.in l.pen.ff.de parrici. ubi dicitur an dormiendo ſi quis cõmiſerit delictum teneatur : queritur an ſciebat naturam, quia ſolitus erat ſurgere,& dormiẽtes ſecũ percutere,& tenetur,aliàs ſecus:ut dicit Bart.in d.l.penult.Bal.uerò in l.data opera.C.qui accuſa.in uerſ.nunc de tertio quãdo incẽdiũ &c.dicit quòd animaduertendũ eſt,ꝙ nimia ebrietas delictũ extenuat,nõ autẽ in totũ eximit, ut ſic leuius propter magnã ebrietatẽ puniatur : ſed omnimodo tenetur. Si uerò fuit parua ebrietas, tunc nõ minuitur. Et ponit exẽplum in diuina ſcriptura in filiabus Loth quẽ inebriauerũt, & delictũ per leuẽ inebrietatẽ ſeu calore uini mẽte turbata,nõ tamẽ cũ exilio mentis dicitur impetu factũ.Ideo nõ dicit ille tex.culpa:ſed dicit impetu.i.nõ appenſatè, & deliberatè, ſed inconſultè, ſubito motu:unde poteſt dici, ꝙ eſt minor dolus quàm qui fit appenſatè,quod not.ut nõ permittas te deſtrui & turbari uino:quia nõ eſſes excuſatus delinquẽdo:facit ff.de te mili.l.omne delictum.§.ij.

AVG. Tu autem in hac materia adde,quòd Ro.in iſto paſſu multùm elegãter locutus eſt in l.j.in prin.ff. de uerb.obl.in iij.col. qui dicit quòd licet legiſtæ iſtũ paſſum attingãt,an ebrius delinquẽdo puniatur:tamen

de hoc nullũ text.habent,niſi text.in d.l.omne delictũ. qui loquitur cum quis ſe propter uinũ uulnerauit:ſed ille tex.nihil ad rem:quia alia pœna eſt illa quæ infertur delinquenti in ſeipſum:alia pœna quæ infertur delinquenti in perſonam alterius:patet in titu.ff.de bonis eorum qui ſibi mortem conſciuerunt.nec etiam probat text.in l.j.C.ſi quis impera. maledixerit.iuncta gl.quia ille text. loquitur de ebrio ſolùm delinquente uerbaliter:nõ autẽ de delinquente realiter:ſed in his eſt differentia. d.l.aut facta.in princi.& text.in l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff. de pœ. quia licet tex.dicat ebriũ ex impetu delinquere,nõ tamẽ ibi in tex.ponitur pœna qua affligitur ebrius delinquens:ideo dicit,quòd canoniſtę de hoc habẽt tex.rotundũ & ſingularẽ.xv.q.j.c.ſanè.& c.inebriauerunt. quapropter concludit ſicut infans delinquendo non punitur,ita nec ebrius:ſed ſolũ ebrius delinquẽs puniri debet pro leuitate:quia ad inebriationem deductus eſt:& hęc pro iudicis arbitrio.& ideo dixit Sali.in l.j.C.de ſica.in fi.quòd delictũ ebrietatis non eſt ex toto impunitũ:ſecus in dormiente.adde d.Pet.de Ancha. & Imo.in cle.furioſus.extrà de homi.& Barto.in l.ut uim.ff.de iuſti.& iur.& Ro.in l.j.§.adipiſcimur.ff.de acqui.poſ.qui dicit, quòd imò uidetur quòd dormiẽs in aliquã pœnam non cadat:quia æquiparatur infanti & furioſo.& facit mentionẽ de doctrin.Bart.in d.l.pe. ff. de parric.ubi Ang.ibi ſequitur doctrinã Bar.& uide tex.& gl.in c.ſi cũ in concupiſcentia.xvj.q.j.& Flo.in l.ſi ſeruus ſeruũ. §.ſi fornicarius.ff.ad l.Aqui.& Do. de ſarcto Gem.xxxv. diſtinc.c.uenter.& Bal.in l.j.C.unde ui.in repeti. & notatur in c.ſicut.extrà de teſti.

18 *Percutiens cum pomo enſis quem habebat,an teneatur de ſicariis.*

ANGELVS.

18 *QVID ſi habebat arma, puta enſem,& percuſsit cũ pomo,uel cum haſta. an teneatur de ſica. dic quòd non:quia non præſumitur, quòd habuerit animũ occidendi:a ut l.omne delictũ.§.ij.ff.de re milit. & eſt tex.& ibi Bar.l.j.§ j.ff.de ſica.& eſt tex.in l.j.C de emẽdatione ſeruo.& ibi Sali. in l.j.C.de ſica. quod eſt uerum, niſi quando quis percuſsit in loco periculoſo:puta in capite,& ſic ex propoſito uel impetu:ut dicit eleganter Bar.in d.l.j. §.j.de ſica.in fi.

ADNOT. a ¶Animum occidendi. *Adde tu qualiter probetur,quòd quis non habuerit animũ occidendi.& uide Cæpo.in conſi.xxxiiij.Ber.*

AVG. Tu in hac materia adde not.per Ang.in l.is qui cũ telo.C.de ſica.qui dicit quòd ille qui percuſsit aliquẽ cũ haſta,cùm haberet telũ in manu,nõ punit' lege Cor.de ſica.Et ad hoc no.ibi bonã gl.& uide p Canoni.p illũ tex.in c.ſignificaſti. extrà de homi.& d.Bal.in l.j.C.de emend. ſeruo.& Ang.in l.j.§. diuus.ff.de ſic.

19 *Verba ſcienter,doloſè,& appenſatè, quare apponuntur in inquiſitione.*

ANGELVS.

19 *ADDE Ang.in l.ſi uacãtia.C. de bo.ua.lib.x.uerſic. pro intellectu iſtorũ uerborum,ſcienter,doloſè& appenſatè.qui tamẽ perfectè nõ loquitur:nam dicit, quòd ideo doloſè &c.apponuntur, ut dolus de neceſſitate includatur,licet ſemper dolus præſumptus includatur,cum factum illic



illicitũ deducitur:ut l.j.C.de ſica.ita dicit Ang.in d.l. ſi uacantia.ibi,forma inquiſitionis ſpecialis. ſed dic ut dictum eſt:quia ſua non eſt perfecta doctrina,& in multis defectiua: ut patet ex ſupradictis.

AVG. Tu adde,an iſta concluſio ſit uera uel falſa:patet ex his quæ dixi ſuprà:in hac eadem gloſ.in j.q. principali in additionibus meis.

SVMMARIVM.

1 *Verbum,appenſatè, quare apponatur in inquiſitione.*

ET appenſate in ciuitate Bononiæ,mouendo ſe de loco ad locũ.
1 *Iſta uerba apponuntur, quia maior pœna imponitur, qñ qs appenſatè & deliberatè delinquit q̃ ex abrupto,uel in rixa,uel calore iracũdiæ,uel impetu,uel caſu:ut eſt tex. & ibi habes in l.j.§.j.ff.de ſica.ibi,caſus magis q̃ uoluntariè. facit l.reſpiciendũ.§.delinquũt.& ibi gl.& Bar. ff.de pœ.& in l.qđ calore.ff.de reg. iur.& habetur in c.j.de homi. in vj. & aliqđ tetigi ſ. in præced.in gl.ſed Bar.in l.j.ff.de leg.dicit,qđ qñ aliqs deliqt caſu,q aut culpa præcedit caſum,& tenet:ut l.fluminũ.§.hæc ſtipulatio.ff.de dam.inf.Si uerò culpa nõ præcedit caſum,tũc nõ tenet' de caſu.l.ij.§.ſi eo tempore.ff.de admi. rerũ ad ciuitatẽ ptinentiũ.de hoc tñ articulo, dic ut plenè no.in l.itẽ Mela.ff.ad legẽ Aqui.in prin.& ibi Flo. an autẽ prædicta ſint uera. qñ quis dabat operã rei licitę,uel illicitę:dic ut Bar.ibi dicit in d.l.j.Et uidetur caſus in lege,ſciant cuncti.§.cũ aliter. ff.ad legẽ Aqui.ita dicit Bar.in d.l.j.

AVG. Tu in hac materia adde quæ dixit Ange.in l.j.ff.de legi. qui dixit quòd uerũ eſt, quòd delictum cõmiſſum caſu, nõ punitur niſi culpa præcedat caſum:dicit tamẽ quòd iſto caſu in libello accuſatorio locus culpæ eſt apponẽdus,& nõ locus caſus: quod nota tu:quia aliàs uidi doctiſsimũ procuratorẽ erraſſe. adde quæ in hac materia dixit Ang.in l.j. C.ad l.Cor.de ſica.qui cõtra prædicta uidetur allegare caſum in c.cõtinebatur.extrà de homic.ubi delictũ uidetur caſu cõmiſſum: & tamẽ ibi uult quòd puniatur l.Corne.& uide doct. in l.item Mela.& bonas leges quas allegat gl.in l.j.C.ad l.Corn.de ſica.& per Bald.ibi in d.l.j.qui dicit quòd eſt differentia inter caſum fortuitũ & caſum improuiſum:nam ubi culpa præcedit caſum,ille dicitur caſus improuiſus,non fortuitus : nam caſus fortuitus eſt, ubi nulla culpa præcedit:& dicit quòd hoc nuſ ibi ita bene explicatur,niſi ibi.

2 *Delinquens ignoranter ignorantia facti uel iuris,aut iuris naturalis uel poſitiui : & an fuit iuſta ignorantia uel iniuſta,et an et quãdo teneatur,uel nõ.*

ANGELVS.

2 *SI quis autẽ deliquerit ignoranter: a aut ignorantia facti uel iuris, aut iuris naturalis uel poſitiui:& an fuit iuſta ignorãtia uel iniuſta, & an & quãdo teneatur uel non,not.Sali. in l.ſenatus.C.de his qui ſibi aſcribunt,& ſufficiant remiſsiones: quia clarè & longè tamen loquitur.

ADNO. a ¶Ignoranter. *Adde tu quod uoluit Ro.in conſil.ccccvj.quem uide.& Alex.in conſi.ciiij.in j.uol.Ber.*

AVG. Adde tamen tu in hac materia gl.in l.ex maleficiis.§.lõge minus.& ibi doct.ff.de actio.& obli.& gloſ.in l.j.C.de colonis Illirici.li.xj. & Ang.in l.ſi.C.de plagiariis. & per

Bar.in d.§.delinquunt. & per Bal.in
l.qui fortuitis.C.de pign.actio.in fi.
Bal.in l.ex more.C.ad legem Aquil.

3 *Delinquere cogitãs, & in animo propo-
nẽs in una re, ſi deliquerit ultra &
præter cogitatum, an & qualiter te-
neatur.*

ANGELVS.

3 *QVAERO quid ſi aliquis co-
gitauit,& in animo propoſuit delin
b quere in una re, & deliquerit ultra[b]
& præter cogitatum, an & qualiter
teneatur. iſtam q.format Bar.in l.di
uus.ff.de ſica.& Cy.& Sali.in l.quo-
niã multa.C.ad l.Iul.de ui.unde ſe-
cũdũ Sali.dic plenè:aut in eo quod
cogitabat ſiue facere intẽdebat nõ
eſt ratũ.Primo caſu aut dabat operã
rei licitæ: & tũc delinquendo præ-
ter cogitatũ uel culpã nõ tenetur.ff.
ad l.Aquil.l.qui occidit.§.pe.aut da
bat operã rei illicitæ,& tunc aut co-
gitatum ueriſimiliter tendit ad finẽ
ſecutum,& tunc punitur ſecundũ fi-
nem,ut not.in c.fi.de homic.in vj.&
in d.l.quoniã multa.& in l.ex incen-
dio.ff.de incen.rui.nauf.aut cogita-
tum non tendit uerisimiliter ad finẽ
ſecutum, & non punitur quis ultra
cogitatum.l.ſi iniuriarum. ff. de fur.
Secundo caſu principali quãdo co-
gitatum eſt ratum:tunc eſt incidere
in dubium, an in prædictis opinio
præualeat ueritati. Circa quod dic,
aut opinio uel error uerſatur circa
delicti productionem, aut circa de-
licti ſpecificationẽ. Primo caſu pu-
ta,quando non putauit delictũ com
mittere:dic aut cogitatum & atten-
tatum eſt de genere permiſſorũ: &
tunc ſecũdum cogitatum iudicabi-
mus,quòd prẹualet opinio ueritati:
ut ff. de iniur.l.item apud. §. ſi quis
uirginem. quia attentatio meretri-
cis eſt permiſſa: ut in l.quæ adulte-
riũ.C.de adult.aut cogitatum eſt de
genere prohibitorum:& tunc ſecũ-
dũ ueritatẽ iudicabimus: quia talis
opinio & iuris error regulariter nõ
excuſatur:abſurdum enim eſſet di-
cere quòd ſcienter aliquem occidẽs
non puniretur ex eo:quia nõ puta-
ret delictũ:licet iuſtus dolus excuſe-
tur uel mitius puniatur.facit l.j.§.j.
ff.de ſica. Secũdo caſu quãdo error
uerſatur circa delicti ſpecificationẽ:
ut quia putauit delinquere: ſed in
delicti ſpecie errauit.Et tunc aut er-
ror iſte excuſatur à iuris ignorantia:
ut quia ſcit quis delinquere ſubtra-
hendo rem ſacram de loco ſacro,&
putat ſimplex furtũ delinquere,ubi
ſacrilegiũ committit:& tunc ſecun-
dũ ueritatẽ punitur. l.j.C.de interd.
matri.aut excuſatur ex ignorãtia rei
uel perſonæ in qua error committi-
tur: & tunc aut error eſt in ſubſtan-
tia rei uel perſonæ, aut in qualitate:
ſi rei uel perſonæ,& tunc ſecundum
ueritatẽ iudicatur:ut de errore per-
ſonæ patet.ff.de iniur.l.eum qui.§.ſi
iniuria.& ibi Barto.de re patet.ff.de
fur.l.uulgaris.§.ſi quis res. quando
autẽ errat in qualitate, diſtinguas rẽ
à perſona reiecto errore & opinio-
ne:& uidetur quòd ſecundũ quali-
tatẽ rei iudicetur.l.fi.de cri.expi.hæ
red.mitius tamen aliqualiter tene-
tur propter ignorantiã.l.ij.in fi.ff.de
termi.moto.ſed in errore qualitatis
perſonæ,dic quòd error attenditur:
nec propter qualitatẽ tertiẹ perſonẹ
noua obligatio oritur, ut patri per
filium, marito per uxorẽ ſufficit una
obligatio oriri,d.l.eũ qui.§.fi.ſed qñ
eſt error in ſubſtantia perſonæ, ſi ſe
cund



cundum illam.iudicaretur,delictum
remanet impunitum:tunc non attẽ-
ditur.d.l.eum qui.§.pe.

ADNO. a ¶Et deliquerit ul-
tra. *Adde de hoc ut latè per Cæp.in cõſi.
xxxiiij.ubi ponit de illo qui uolebat occi-
dere inimicũ,& occidit patruũ ſuum.&
uide Pau.de Caſt.in conſ.cxcij.ubi ponit
de illo qui uolebat percutere adulterum
cum baculo,deinde occidit.Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia
adde Ange.in d.l.diuus.qui appro-
bat do.Bart.ibi in omnibus.& uide
Ang.in d.l.quoniã multa.qui ponit
etiã ipſe exẽpla in eo qui credebat
uerberare laicũ,& uerberauit cleri-
cũ:& uerberare ſeruũ,& uerberauit
liberũ:& facere iniuriam uirgini,&
erat meretrix:& percutere Titiũ,ſed
occidit Seiũ:& ſurripere unã rem,&
ſurripuit duas:& uerberare unum,&
uerberauit duos.& adde Io.And.in
mercuria.in regu.cum quis.extrà de
reg.iur.qui ponit etiã ibi de eo qui
credebat iacere cũ ſoluta, & erat ma
ritata,uel econtra,quid iuris? & ibi
diſputat,an in delictis preualeat opi
nio uel ueritas:& certè in hac mate
ria nõ mihi diſplicet diſtinctio mul
tum ſolennis do.Bal. per quã pote-
ris limitare prædicta,quã ipſe po-
ſuit in l.ſi quis ſeruo.C.de fur.qui di
xit:aut ueritas & opinio habẽt ſe ut
cõtraria:aut ut excedentia & exceſ-
ſa: aut unum alteri compatitur per
omnia. Primo caſu ſi ueritas eſt cau
ſa delicti, & opinio, non tunc dicit
Bal.magis cõſideratur opinio quàm
ueritas.allegat l. inter omnes.§.re-
ctè. ff. de fur. quæ lex optimè pro-
bat.facit l.impubere.§.j.ff.de fal.ubi
autẽ delictũ eſt ex parte opinionis
& nõ ueritatis:tũc in cõſideratione
eſt ueritas.mouetur & per l.ſi ſeruũ.
§.ait prætor.ff.de acqui.hær.tẽpera
tamẽ prẹdicta,quia dicit ꝙ fallit hẹc
regula in caſu d.l.ſi quis ſeruo.quã-
do autẽ ex utraq; parte eſt delictũ,
ſcilicet ueritatis & opinionis:dic ut
ibi:& dicit ꝙ pædicta procedũt quã
do plus eſt in opiniõe quàm in ueri
tate.Itẽ quãdo ecõtra,per d.§.ſi quis
uirginẽ.& l.apud Labeonẽ.ff.de in-
iu. Quid autẽ ſi habeant ſe ut exce-
dentia & exceſſa?Et tũc ueritas eſt in
cõſideratione,ubi opinio ueritatem
excedit,per.l.uulgaris.§.ſi quis æs.ff.
de fur.Si autẽ ueritas excedit opi-
nionẽ,& tũc aut in diuerſis delictis:
& cõſideratur opinio l.eũ qui.§.cũ
aliquis.ff.de iniur.aut in eadẽ perſo
na:& tũc cõſideratur ueritas:ut l.eũ
qui nocentẽ.§.ſi iniuria.ff.de iniu-
riis.ſecũdum Andr.de Piſis. Et dicit
Bal.quòd hæc procedunt in delictis
in quibus animus requiritur:ſed ubi
animus nõ eſt de ſubſtantia delicti,
ibi ueritas inſpicitur. Si autẽ ueritas
& opinio per omnia ſibi cõſonant,
tũc non eſt dubiũ quòd utrũque in-
ſpicitur, & ſubdit quòd aliquando
delictũ extendit ad caſum improui
ſum propter ipſius facti naturã, quæ
ad talẽ caſum uerisimiliter ſe exten-
dit per.c.fi.de homici.in vj.& per d.
l.quoniã multa. & quomodo proba
tur opi.Bal.allegat,quòd materia ha
betur in d.§.rectè.& inſt.de obl.quẹ
ex deli.naſ.§.placuit. & facit l.ſena-
tus.C.de his ꝗ ſibi aſcribũt.& in l.cũ
quidam.§.quod dicitur.ff.de acqui.
hære.Et adde gl.in c.j.quib.mo.feu.
amitt.quæ ponit de uaſallo,ꝗ iacuit
cũ uxore domini non credẽs eã eſſe
dominã ſuã.Et ibi Bal.ſubdit de ua-
ſallo qui interfecit unũ, & deliquit

in plus,quia reperiebatur dominus
ſuus poſtea,quid iuris.Et in hac ma
teria bene faciũt no.per Bal.in l.ue-
nia.C.de in ius uocan.Et per Bal.in
l.ſi qua per calum.C.de epiſ.& cleri.
& in l.ſi quis ignorans.ff.locati.&
ea quæ habẽtur in l.pen.ff.de adult.

SVMMARIVM.

1 *Inſultus quid dicatur eſſe.*

FECIT inſultũ cõtra dictum
1 Titium. *Iuſultus autẽ dici-
tur in aliũ ſaltus.l.ij.C.de iud.ibi,ue
lut inſultãtes.ita dicit Ang.in l.ſi ua
cantia.C.de bo.uacan.in uer.forma
autẽ inquiſitionis ſpecialis eſt &c.
lib.x.facit l.reſpiciẽdũ.§.delinquũt.
ff.de pœ.ſed Dy.dicit in d.§.delin-
quunt.quòd inſultus eſt motio de
a loco ad locũ.&ibi Bar.& idẽ Bar.[a]
in l.j.§.cũ arietes.ff.ſi quadru.pau-
pe.fe.di.dicit quòd inſultus dicitur
promouere ſe de loco ad locum:&
aggredi,& inſultare idẽ importat:
nã aggredi eſt ducere,id eſt,ad aliũ
ire:& aſsilire eſt aduerſus aliũ ſali-
re.ſed Ro.in l.ſi percuſſor.§.fi.ff.ad
Silla.dicit quòd aliquãdo uolumus
hoc uocabulũ intelligere ſecundũ
eius alluſionẽ & diſtinctionẽ:& nõ
uerificatur quod dicit Bar.in d.§.de
linquũt.quia eſt bona interpretatio
ab alluſione uocabuli.l.j.ff.de teſta.
aut ſecundũ eius diffinitionẽ,& ue-
rificatur id quod dixit in d.§.cum
arietes.facit ff.ad l.Aquil.l.ſi ſeruus.
§.Neratius.& ibi Floria.& hoc de
inſultu circa perſonas:ſed de inſul-
tu circa uel cõtra caſtrũ.uide Bal.in
c.j.quib.mo.feu.amit.ubi dicitur ꝙ
tũc inſultus dicitur quãdo homines
ſibi propinquãt quòd poſsint pro-
iicere cum lapide,& hoc de uerbo,
inſultus, ſed de uerbo, aſsilire,uel
aſſultus.qđ idẽ ſignificat,habes tex.
in c.j.§.porro.quæ fuit prima cauſa
benefi.amit.Et ſubdit do.Ang.ꝙ di
ctus inſultꝰ põt fieri pedes & eques:
ut d.§.cũ arietes.& in terra & in ma
ri:ut in l.quẽadmodũ.§.ſi nauis alte
ra.ff.ad l.Aql.ita dicit Bal.in uſibus
feu.in c.j.§.ſimiliter.q.mo.feu.amit.

ADNOTA. a ¶ Et idem Bar.
*Adde quòd opi.Barto.ſequitur Fran.de
are.in conſi.xxxiiij.Ber.*

AVGV. Tu autẽ in hac mate-
ria adde Gã.in trac.malefic.ſub rub.
de pœna imponẽ.pluri.delinquẽ.in
uer.pone inſuper.q.quę aſſeſſoribꝰ
& rectoribus quotidie occurrit de
facto,qui dicit ꝙ ille dicitur aſſul-
tus, ubi inſultus eſt factꝰ cũ actu:uo
luit dicere cũ percuſsione:ubi autẽ
eſt ſine percuſsione,ille dicitur in-
ſultus:qa actus nõ eſt cõſummatꝰ:&
declarat hoc modo:qa uolui te per
cutere & nõ potui:quia fui detẽtus,
uel quia cecidi in terrã,uel qa forte
aſſultus aufugit:uel aliud quid ſimi
le accidit,quòd nõ percuſsi,ille di-
citur inſultus.& ſic cõcludit ibi Gã.
quod eſt differẽtia inter inſultũ,&
aſſultũ:quod nõ credo:qa mihi pla
cet ſententia Bart.quam poſuit ipſe
in d.§.cũ arietes.tene tamẽ mẽti ꝙ
nũquàm aliquis dicitur feciſſe inſul
tũ cõtra aliquẽ,niſi inſultãs eſſet tã-
tũ propinquus illi qui fuit inſultatꝰ
quòd poſſet uerberare ipſum. Iſta
eſt aurea ſentẽtia Bal.in c.j.§.ſimili
ter.qui.mo.feu.amit.Et ideo ſi unus
eſſet in una turri,nõ poſſet inſulta-
re aliũ qui eſſet in alia turri.ita de-
clarat Bal.in loco ſ.allegato in d.c.
j.niſi diceremus ꝙ ille cũ una bal-
liſta uel alio modo poſſet offẽdere
illũ qui erat in alia turri,per ſuam-
met



met doctrinã Bal.in d.uer.ſimiliter.
& hæc omnia bene nota:quia aliàs
iſtã quæſt.uidi de facto in hac ciui-
tate Ferrariæ.Adde in hac materia
Catal.in tracta.ſyndic.quæſt.cxxxvj.
qui notabiliter loquitur.

2 *Inſultus quando puniatur unà cum
actu ſecuto,& quando non.*

ANGELVS.

2 *ET aduertas tu iudex, quòd ſi
poſt inſultũ ſequatur aliud malefi-
ciũ punibile:& de tali maleficio eſt
maior pœna quàm de ſimplici in-
ſultu:tũc nunquàm de inſultu puni-
tur:imò pœna inſultus confunditur
cũ pœna uulneris:ut l.qui crimen.&
ibi glo.& Cy.C.de accu.not.Bar.in
d.§.delinquunt.& Bal.in d.§.ſimili
ter.Si uerò ex forma ſtatuti maior
eſſet pœna pro inſultu quàm pro
maleficio poſtea cõmiſſo:tũc de in-
ſultu punitur:ut no.in dictis iuribꝰ,
& plenè no.Bart.in l.nũquàm plura.
in uer.iuxta hoc quæro.ff.de priua.
delic.licet Ang.in d.l.qui crimẽ.te-
nuerit cõtrariũ & malè.& prædicta
procedũt quãdo in inquiſitione ſim
pliciter dicitur,fecit inſultũ in quo
etiã Caiũ uulnerauit:& ſic cõtinua-
tiuè.Secus autẽ ſi poneret uerba im
portãtia interuallũ tẽporis inter in-
ſultũ & uulnera,ut puta,fecit inſultũ
cõtra Caium,& interuallo temporis
ipſum uulnerauit.Et tunc de inſultu
& uulnere poterit pœna imponi.ita a
dicit Bald.in l.fructus.& in l.diuor-
tio.ff.ſol.mat.quod bene not.tu iu-
dex in limitatione pœnarũ : ſecus ſi
diceretur, fecit inſultum, & poſtea
uulnerauit:quod nõ intelligitur ex
interuallo,ſed ſucceſsiuè:ut l.quo-
ties.§.ſi qs ita ſcripſerit.& ibi Imo.
& Ang.de hęre.inſti.& no.Ang.Ra-
pha.& Imo.in d.l.fructꝰ.quę omnia
bene no.quia ſemel habui de facto.

AVGV. Tu autẽ in hac mate-
ria adde ꝙ Gan.iſtã q.latè diſputa-
uit in trac.malefi.ſub rub.de pœnis,
& percuſsionibus, & inſultu.in uer.
pone inſuper.q.quæ aſſeſſoribus,&
rectoribus quotidie occurrit, & ar-
guit pro & cõtra.tãdem dicit quòd
Frãc.Accurſij,iſtã q.diſputauit,& re
fert eius opin.ſed iſte Gan.uidetur
approbare ſentẽtiã Gui.de ſuza.qui
in hac quæſtione ſoluẽdo dixit,ꝙ ſi
inſultũ feci eo animo ut percuterẽ,
& tũc tantũ de percuſsione fit puni
tio & nõ de inſultu:quia unũ delictũ
eſt, per dictã l.quoniã multa.Si autẽ
inſultũ tantũ facere propoſuerã, &
pro ipſo inſultu creſcente rixa etiã
percuſsi:tunc dicit ꝙ debeo puniri
& pro inſultu & percuſsione:qa uo
lũtas & propoſitũ diſtinguũt male-
ficia.ff.de fur.l.qui ea mẽte.ſed qd
præſumemus in dubio,ſi de animo
& uolũtate nõ cõſtat?dic ꝙ inſultãs
uoluerit tantũ percutere.d.l.quoniã
multa.adde tñ quod Alb.de Ro.in
queſtionibus ſtatutorũ in ij.parte.q.
xxviij.in q.inci.iij.q.eſt,ſtatuto caue
tur,ꝙ pro aſſultu qs puniatur in cẽ-
tũ.ubi etiã ipſe in hac materia ar-
guit pro & cõtra:& multa allegat,&
doc.antiqu.in quibus locis diſputa
uerunt iſtã q.& allegat Bar.in c.j.de
pœ. & Spec.ibi uide.& uide Bal.[a] in
ca.j.§.furtũ.de pa.iur.fir.qui limitat
prædicta,ꝙ licet inſultus cõfunda-
tur ſecuto uulnere,regulariter tamẽ
hoc habet locũ in eodẽ territorio,
ꝙ ſi inſultus fuit in uno territorio
& cõtinuãdo delictũ fuit cõmiſſum
in diuerſo territorio & cõſummatũ,
tũc inſultus nõ cõfunditur cũ deli-
cto-

ɛ̃to perpetrato:ſed delinquẽs punie tur de utroq;,& in hac materia oĩno uide Sali.in l.in cauſis.C.de accu.In hac materia unũ pulchrũ cõſiliũ fecit Bal.qđ incipit,Michael archãgeli.ubi multa mirabilia dixit:& oĩno pulchra uerba dixit in l.aduerſus.C. de fur.in ult.co.Et uide Catal.in tractã.ſyn.in q.cxxxvj.& uide Nellũ in trac.bãnitorũ.ĩ ij.parte ſecũdi tẽporis.q.liiij.q multũ elegãter loquitur.

ADNOT. a ¶ Et uide Bald. *Adde quòd dictũ Bal.in d. §.furtum.ſequitur Frã.de are.in ſuo cõſi.x.& in materia uide etiã Alex.in cõſi.cxvj.ſi dicitur fecit inſultũ,& poſtea uulnerauit.* B.

3 *Statuto magis puniente inſultum factum ad domum alicuius,quando dicatur factum ad domum.*

ANGELVS.

3 *QVID autẽ ſi ſtatutũ punit magis inſultũ factũ ad domũ alicuius? qñ dicatur factũ ad domũ,uide tu gl.in l.qdã Iberus.ff.de ſer.urb.prędio.& ibi Flo.ꝙ per quinq; pedes. Itẽ uidetur uelle Bal.in d.§.similiter.ſed Bar.in d.l.apud Labeonẽ.§. cõuitiũ.ff.de iniur.dicit ꝙ importat quòd uenerit iuxta domũ uel in per a tinẽtiis domus:ut ff.qđ ui aut clã.l. qui uitæ.§.q ad ianuã.ſiue ſit ꝓpria, ſiue ſit cõducta:ſed nõ uerificatur,ſi fiat ad ſtationem:ut eſt text.in l.lex Corne.§.domũ.& §.in fundũ.& ibi Bar.ff.de iniur.& idẽ dicit in l.q domũ.ff.de adul.Si autẽ puniret inſultum factũ in domo,an ſit punibile ſi eſt factũ in porticu uel oſtio.Bart.in l.meminiſſe.ff.de offi.procõ.& leg. uidetur uelle ꝙ factum in oſtio uel porticu,ſi cohæret in domo,dicitur factum in domo:ſed in l.j.§.j.ff.de cloa.dicit, ꝙ ſi ſtatutũ dicit in domo,nõ ſufficit eſſe in oſtio,niſi fiat inter clauſuram oſtii : ſecus ſi fiat in oſtio in illa parte quæ aperitur ab extrà.l.j.§.in flumine.ff.de fluminibus.ſed Bal.& Flo.in d.l.qdã Iber⁹. dicũt ꝙ quo ad materiã fauorabilẽ appellatione domus cõtinetur porticus oſtiũ,ut puta quicũq; fuerit inuẽtus de nocte ſine lumine extra domũ,ſoluat x.ſi inuẽtus fuerit in ſuo oſtio uel porticu,dic ꝙ non incidit in pœnã:quia tũc porticus appellatione domus cõtinetur.l.prædiis.§. pe.& fi.ff.de leg.iij.& hoc uult Bal. in l.prædia.§.ſenatus.ff.de leg.j.& ibi Raph.ſed ad prædicta uide Bar. & Imo.ibi,aut eſt odioſa diſpoſitio ut in augẽdo pœnã inſultãti ad domũ:tũc porticus nõ cõprehenditur: ita intelligatur alia opi.Bar.ſed fortè iſto caſu nõ eſſet malũ dicere:ut ibi dicit Flo.utrũ porticus ſit affixus domui:& tũc ut pars domus iudicabitur,aliàs nõ:& maximè qñ ſtatutũ pœnale loquitur per dictionẽ ad,uidelicet ad domũ:& non per dictionem in,uidelicet in domo.

AVGV.Tu autẽ in hac materia, an appellatione domus [a] ueniat oſtiũ: adde Ang.in l.pleriq;.ff.de in ius uoc.ubi dicit quòd de iſta materia eſt melior text.qui ſit in corpore iuris.inſti.qui.mo.ius pa.po.ſol.§.ſi ab oſtibus.& §.ſeq.de qua materia per Bal.in l.Gallus.§.ille caſus.ff.de libe.& poſthu.& per Bal.in rubri.ff. ſol.matri.per Bal.in l.data opera.in xv.col.C.qui acc.per Bal.in l.præſenti.in prin.C.de his qui ad eccle.con fu.per Io.an.in addi.Spec.de immu. ecc. Adde bonã gl.in c.hæc de charitate.in gl.fi.de pœ.diſt.ij.quæ dicit quòd ille qui eſt in porta,partim eſt in domo , & partim extrà. & uide Bal.in l.& ita de facto.ff.nau.caupo. ſtabu.qui dicit ꝙ illud quod fit iuxta oſtiũ,non dicitur fieri in domo. uide notabile uerbũ Bal.in l.fiſtulã in §.ſcalas.ff.de ſer.urb.prę.qui dicit quòd appellatione domus non uenit ſcala,quę eſt extra oſtium domus,quãtũcunq; ſit cõtingua cũ muro domus. Adde Io.An.in c.unico. extrà de cõſecra.eccle.in vj.& Ang. in l.codicil.mili. ff. de teſta.mili.an autẽ appellatione domus cõtineatur porticus, adde Paul.de Caſt.in l. quod cõclaue.ff.de dam.infe.& per Bal.in rub.ff.ſol.mat.per do.Ant.de but.in c.inter alia.extrà de immu.& per Spe.in ti.de iniur.§.j.uer.ſed pone ſtatuto.per Ang.in l.pleriq;.& in l.ſeq.ff.de in ius uocan.& ibi no.dicit,quòd licet qs non poſsit capi in domo,tñ poterit in porticu qui eſt diuiſus & ſeparatus à domo.quæ gl. in cle.cauſam.extrà de elect.in uerbo,domo.uult quod tantũ eſt quòd aliquid fiat ante domum quantum ſi in domo.& ibi Imo.dicit quòd ſi aliquid eſt factũ in porticu,cenſetur eſſe factũ in domo:qđ facit pro ſtatutis:& ibi allegat aliquas remiſsiones.& uide do.Abb.in c.eccleſię.extrà de immu.eccle.qui per tex.in c.ſi qs contumax.xvij.q.iiij.dicit ꝙ porticus eccleſiarũ gaudet priuilegio eccleſiæ:& per hoc infert ad quæſtionẽ noſtrã,an porticus cõprehendatur appellatione domus.adde tamẽ tu ad propoſitũ text.qui uidetur deſtruere cõmunẽ opinionẽ in ca.j. extrà de decimis.ubi aliqua permittuntur fieri in porticu & ueſtibulo, a quæ nõ ſunt permiſſa fieri in tẽplo. & ibi do.Abb.dicit multũ ſingulariter no.iſtũ tex.tu qui expreſsè decidis,ꝙ ſtãte ſtatuto quòd qui percutit aliquẽ in domo , incidit in tantã pœnã.Si aliqs eſt percuſſus in porticu,nõ incidit in pœnã.& uide Bal. in l.ſed ſi.ff.de in ius uoc.qui approbat do.Io.de are.in hac materia in l. cętera.§.hoc ſenatus.ff.de leg.j.adde Imo.in cle.j.in fi.extrà de pœ.& Alb.de Roſa.in ij.parte ſtatutorũ.q. xc.& ibi arguit pro & cõtra:& multum notabiliter loquitur.& adde Albe.in eadem parte.q.xxxiiij.adde Ang.in l.militis codicillis.ff.de teſt. mili.in fi.princ.& per Hoſti.in ſumma de accu.§.ij.in uer.ſed ſi crimẽ. qui ponit quid ſit porticus.& Bart. in d.l.quod conclaui.Latè dixi de iſta materia in additionibus meis poſt Moder.in d.l.cætera.§.hoc ſenatus.ff.de lega.j.

ADNOT. a. ¶ Domus. *Adde tu quid ueniat appellatione domus,& an ſtante ſtatuto quòd nullus poſsit capi in domo, an poterit capi in apotheca, ſiue habeat acceſsum per domũ ſiue nõ. & uide per* Paul.de Ca.*in conſil.xiiij.in primo impreſsis:& an factum in porticu dicatur factum in domo,uide* Pet.*de ancha.in conſi.clix.* Ber.

4 *Verba mouendi ſe de loco ad locum denotant inſultum.*

ANGELVS.

4 *ET bene nota,quòd in inquiſitione noſtra dicitur, mouẽdo ſe de loco ad locũ:nã prædicta uerba denotant inſultum.aliàs autem ſi tu ueniens mecum ut ſocius aliò iturus, nulla rixa inter me & te interueniente me offendis,diceris proditoriè[a] feciſſe : non autem feciſſe inſultum,uel ſi ſedes mecũ in menſa me offendis,tunc non poteſt dici quòd

ci quòd inſultus interuenerit. ita no. dicit Bar. in d. §. delinquũt. & Bal. in l. j. in prin. quib. mo. feu. amit. ubi plenè no. de iſto actu proditorio.

ADNOT. a ¶ Proditorie feciſſe. *Adde & uide j. in uer. che hai tradito la tua patria, & uide Cæp. in cõſi. xxxiij, quod ſtante ſtatuto quòd bannitus poßit impunè offendi, quod proditoriè occidens bannitum nõ iuuatur ſtatuto, niſi ſit bannitus propter crimẽ læſæ maieſtatis. Ber.*

AVGV. Tu autẽ in hac materia adde ꝗs dicatur ꝓditor. uide id qđ tradidit Pe. de Anc. in repe. c. j. de cõſtit. in ordine meo in lxxiij. charta. ibi no. loquitur. & Bal. in l. inter nulla. C. de epi. & cle. ꝗ allegat Ioã. An. in c. j. de homi. li. vj. in nouella. uide glo. in c. clerici. el. ij. xlvj. di. Ang. in l. nõ impoſsibile. ff. de pac. uide not. in l. j. ff. de pac. Bald. & Sali. in l. ij. C. quæ res exportari poſsint. & dicit Bal. in c. j. de eo qui interfecit fratrẽ domini ſui, quòd ꝓditor nõ debet ſtare corã principe: & ille ꝗ occidit cũ ueneno, dicitur proditor. Bald. in l. fi. de ſumma tri. & fide catho. & in l. cũ fratrẽ. C. de his quibus ut indi.

5 *Statuto loquẽte de inſultu facto ad domũ, an habeat locũ in domo cõmuni.*

ANGELVS.

5 a * AN autẽ ſi domus ſit cõis[a], habeat locũ ſtatutũ prædictũ de inſultu facto ad domũ? uidetur ꝙ nõ: ꝗa quod cõmunę eſt, meũ fictè eſt: ut l. illud. ff. de ritu nup. & fictio nõ habet locũ in ſtatutis: igitur &c. Bal. in d. l. illud. & in l. j. C. qui teſt. face. poſ. diſtinguit quòd aut illa domus erat cõmunis cũ uulnerauit: & tũc ſtatutum non habet locũ. l. ſed & militis. ff. de excu. tuto. aut cũ alio, & tũc ſtatutum habet locũ. no. in d. l. j. & in l. ſerui elect. §. fi. ff. de lega. j. & ita debet intelligi quod ibi no. Bar.

ADNOT. a ¶ Sit cõmuni. *Adde tu & uide Pau. de ca. in cõſi. cccxliij. ubi ponit an ſtante ſtatuto quòd uicinus poßit auocare rem emptam ab emptore, ſi ſunt duo ſocij domus pro indiuiſo, an unus poßit auocare, & id quod eſt commune dicatur meum, uide Abb. in conſil. lxxxiij. in ij. uol. & Socin. in conſi. ccxlv. col. v. uer. ſed ad hoc fundamentum.*

AVG. Tu aũt in hac materia adde, ꝙ pro deciſione Bal. facit, ꝗa ſtatutũ puniẽs inferentẽ iniuriã ad domum alicuius, habet etiã locũ in domo conducta, quæ penitus nõ ſit illius inſultati. l. lex Corne. §. domum. ff. de iniur. ergo multomagis in domo cõmuni: ꝗa ſolũ ſtatutũ cõſiderauit domũ pro habitatione. & hoc uoluerũt Pau. de ca. & Ang. in d. l. j. C. ꝗ teſt. fa. poſ. & Bal. in l. illud. ff. de rit. nup. in reportatis antiꝗs. & Ro. in l. illud. §. edictũ. ff. ad Sil. & ſimilẽ deciſionẽ poſuerunt ibi Bal. & Ange. ſed Ro. in l. j. C. ꝗ teſt. fa. poſ. tenet cõtrariũ: ꝗa id qđ cõe eſt, meũ fictè eſt, & nõ propriè: ut no. Bar. & oẽs doc. in d. l. ſerui electione. in §. fi. ff. de leg. j. ſed uerba ſtatuti propriè & nõ fictè debẽt intelligi. l. iij. §. hæc uerba. ff. de neg. geſt. l. j. §. hoc interdictũ de ciſterna. ff. de fonte. igitur &c. Sed puto nõ eſſe recedẽdũ ab opin. Bal. in d. l. j. tãquã cõmuni: quia ubicũq; una ſola ratio reddi poteſt pro ſtatuto, licet in eo non fuerit expreſſa: tamen habetur pro expreſſa. not. gl. in l. quanuis. C. de fideicõ. eſt text. in l. militis agrũ. ff. de re mili. quẽ text. ad hoc allegauit Bal. in l. maximum uitium. C. de libe. præte. & Rapha. & Paul.



Pau. de caſt. in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſol. ma. & Imo. in l. fi. ff. de hære. inſti. ſed ita eſt, ꝙ ubi ratio eſt expreſſà in 1
lege, tunc fit extẽſio, etiã in correctoriis. no. gl. in cle. j. in uerbo, eligatur. extrà de elec. & ibi ꝑ Pau. de leaza. & dixi in l. j. ff. de lega. j. ſed ita eſt in caſu noſtro ꝙ non poteſt alia ratio reddi: ꝗa domus debet eſſe tutiſsimum refugiũ. l. pleriq;. de in ius uo. ergo dicendũ eſt, iſtud ſtatutũ debere intelligi etiam in domo communi: & inquantum do. Ang. hic, & Bar. in d. l. ſerui electione. §. fi. ff. de leg. j. per glo. quã reputauit ſingularẽ in l. id qđ noſtrũ. ff. de reg. iu. dicũt ꝙ id quod commune eſt, meum eſt fictè & non propriè. Adde quòd Albe. de Roſa. in j. parte ſtatutorum. in q. clxxvj. expreſsè decidit contrarium: ꝗa nõ eſt uerũ ꝙ fictè debeamus intelligere, quod cõmune eſt, meũ ſit: imò propriè, hoc eſt de proprio ſignificatu uocabuli. & alleg. tex. in d. l. illud. ff. de rit. nup. & certè ille text. uidetur decidere contra Bar. & do. Ang. hic. nam ibi fuit reprobata ſententia Iaboleni iuriſcõſulti, qui dicebat, quòd res communis nõ eſt propriè illius, qui habet partem in re, & ibi dicit quòd multi iuriſcõſulti dixerunt cõtrariũ: quòd libertas cõmunis dicitur eſſe propriè illius qui habet partẽ in ea. uide tamẽ Pau. de ca. in conſi. cccxlj. ꝗ limitat dicta Bart. & gl. in d. l. id quod noſtrũ. & quia mul-
1 tas & infinitas deciſiones poſui in hac materia in additioni. meis, quas feci in d. l. ſerui electio. §. fi. ff. de leg. j. in j. col. ideo dic ut ibi dixi. ſequitur gl. in platea communi.

SVMMARIVM.

1 *Locus commißi delicti confinatus maximè duobus confinibus, an in inquiſitione ſit ponendus & quando.*

IN platea communi. * Dic quòd locus commiſsi delicti cõfinatus, maximè duobus confinibus in inquiſitione eſt ponẽdus: ut notatur in l. libellorum. in princ. ff. de accu. & in l. ij. in §. in publico. ff. de adult. ꝑ Bar. quod eſt uerum in omni crimine, qđ committitur in committendo præterquam in crimine falſi: quia in eo non eſt neceſſe ponere locum delicti: ut no. glo. inſtitu. de pub. iudic. in princip. & dicam infrà ſuper gloſſ. in uerſicu. falſario. in uer. & tene menti tu iudex. ſecus autem eſt in delictis quæ committuntur in omittendo: quia in illis nõ eſt neceſſe quòd apponatur locus delicti, ut dicam infrà, in hac ea. glo. in uer. & prædicta procedunt in delictis.

AVGVST. Tu autẽ in hac materia adde quæ dixit Bal. in l. edicta. C. de eden. in uer. viij. opponitur. qui dicit quòd in inquiſitione non debemus apponere locum: quia nullibi in l. aliqua hoc cauetur. nec obſt. l. libellorum. ff. de accuſatio. quia lex procedit in accuſatore qui non caret odio: ſed nos in iudice. item addatis hæc non procedere in crimine hæreſis, ubi non requiritur locus: ita ſingulariter dixit Bal. in l. j. C. qui accuſare. in v. col. & ibi uide rationem. Et quia multa in iſta materia dixi in gl. ſ. hæc eſt quędã inquiſitio. in additionibus meis, in illo articulo, an in inquiſitiõe requiratur locus & tẽpus, & multa allegaui ibi. ideo me remitto ad ea quę ibi dixi: & ibi tetigi qđ in crimine falſi: & ideo approbo quę ibi dixi. In delictis uerò in omittẽdo, dicã infrà in hac eadẽ gl. in d. uer.

d.uer.Et prædicta procedunt in delictis in additio.meis.

2 *Locus loci an debeat poni in inqſitiõe.*

ANGELVS.

2 * QVAERO an locus loci debeat apponi:dico quòd ſi uniformiter delictum nõ eſt punibile:quia ex forma ſtatuti fortè poſt medium plateæ eſt maior pœna:& tunc locus loci eſt inferendus ad hoc ut neceſſariò concludatur in maiori pœna.l. de pupillo. §.qui nunciat.ff.de ope.no.nun.ita dicit Bar.in l.libellorũ.ff. de accu.in uer.quæro circa tempus.

AVG. Tu autem in hac materia, adde quòd Spe.in ti.de acc.& inqui. & denunciatio.in ultima parte in §. j.circa prin.tetigit iſtam q.& ibi decidit expreſsè & indiſtinctè: dicit ꝙ locus loci eſt apponendus,& probat autoritate teſtamenti ueteris:quia illi qui calumniabant Suſannam,fuerũt interrogati de loco loci,ſcilicet in pomerio & ſub qua arbore:& ſic de loco loci.In hac tamen materia potes addere omnia ea quæ dixi in l.de pupillo.§.q nũciat.ff.de ope.no ui nũ.ubi multa dixi an locus loci ſit ponẽdꝰ in inſtrumẽto:dic ut ibi dixi.

3 *Locis pluribus exiſtentibus eiuſdem nominis,an requiratur ut demonſtretur expreſſo nomine.*

ANGELVS.

3 * QVID ſi ſint plura loca eiuſdẽ nominis ut duæ uillæ,an requiratur ut demonſtretur expreſſo nomine? Bar.in d.l.libellorum.in prin.in uer. ſecundò quæro.dicit quòd ſi uerè locus eſt ſub iuriſdictione dicti iudicis qui tali nomine nuncupatur:licet alia plura ſint eiuſdem nominis,quæ tamen non ſunt ſub illa iuriſdictione: & ſufficit quòd locus demonſtretur: quia præſumetur dixiſſe de eo qui eſt ſub ſua iuriſdictione: ſecus ſi ſunt ſub ſua iuriſdictiõe plura eiuſdem nominis loca:quia tunc tanquã incerta inquiſitio non procedit niſi alio modo ſpecificetur locus.l.ita ſi dei.ff.de iur.fiſ.Et ita etiam uidetur ſentire Bar.in l.quoties in ſtipulationibus.ff.de uer.ob.ſed Bar.in l.quæ conditio.ff.de condi.& demonſt.tenet,quòd quamuis locus appoſitus & nominatus in inquiſitione ſit ſub iuriſdictione iudicis:tamen ſi ſint loca ſimilis nominis & alterius iuriſdictionis:quia ciuitas non ſubintelligitur in inquiſitione:imò debet apponi in d.l.libellorum.tunc etiam debet aliis ſignis ſpecificari:aliàs repellitur tanquam accuſatio uel inquiſitio ſit obſcura propter locum obſcurum.& ita ibi tenet Imo.ſed ego credo primum dictum uerius,& maximè in inquiſitione:quia ſi iudex inquirit de delicto commiſſo in uilla ſancti Martini: & una uilla ſubdita iudici inquirenti, nuncupetur dicto nomine de ea quæ eſt ſub ſua iuriſdictione, & non de aliena ipſe intellexit:aliàs de delicto alibi commiſſo non ita faciliter poteſt fieri punitio: niſi fortè ratione originis.l.j.C.ubi de crimi.agi oportet.& maximè per modum inquiſitionis:ut no.Bar.in l. j.C.de ſumma trinita.& fid.catho.& ſuprà dixi in uer.hęc eſt quędam inquiſitio.igitur de ſua intelligitur ne delicta remaneant impunita.& hoc tenet Raph.etiam in accuſatione,in d.l.quæ cõditio.§.j.per gl.in l.quoties.de uerb.obli.

AVGVS. Tu autem in hac materia adde,quæ dixit Bart.per illum tex.in l.ita fidei.ff.de iure fiſc.circa prin.



princ. qui dixit propter diuerſitatem rerum legatũ dicitur obſcurum,per quod infert ꝙ ſi in inquiſitione cõtinetur delictum eſſe commiſſum in uilla ſancti Martini: tamen ſi in comitatu Peruſii ſunt plures uillæ hoc nomine nominatæ,nõ uidetur appoſitus certus locus,per illũ tex. tamen Bart. ibi ſe remittit ad dicta per ipm in d.l.libellorum.ſed aduertas,quòd mihi uidetur contrariũ, ꝙ ille locus cẽſeatur appoſitus,quãdo ſunt plura loca eiuſdẽ nominis in quo loco nũcius citauit reũ: & ꝓ hoc adduco id quod elegãter tradidit Bal.in l.eum quẽ temere.ff.de iu.qui dicit,quòd licet citatio reddatur obſcura, quãdo ſunt plures eiuſdem nominis:tñ fuit iudicatum Florentiæ, quòd ille cenſeat eſſe certus, quẽ nuncius citauit: & pro hoc credit citatio clara propter illã citationẽ, & nũcio creditur. in c.cum parati.extrà, de appellat. & pro hoc poſſumus concordare opiniones:cogita tu.

4 *Pœna ſi imponatur maior delinquenti in principio plateæ,quæritur,quod dicatur plateæ principium.*

ANGELVS.

4 *QVID autem ſi pœnam ponat maiorem in principio plateæ: quæritur,qđ dicatur plateę principium.notat Bar.in l.ij.ff.de fur.& dicit,ꝙ principiũ dicitur à parte ſuperiori uſque ad xij. partẽ. & inferior pars plateæ eſt ad quam deſcẽdit curſus aquæ. uide etiã Bar.in l.j.in prin.ff.ſi quis ius dicen.non obtempe.& in l.nemo. C. de tempo.app.& Bal.in rub. ff.de re. diui.in uerſi. ſed quando cognoſcam, ꝙ alueus eſt mutatus,cum uerſic.ſeq.

a AVG.Adde a tu dicta Bar.in tractatu ſuo Tiberiadis: qui ponit aliqua de iſto principio, & fine.& uide Ang.in l.ij.ff.de fur. qui in aliquibus contradicit Bar.Moder.uerò in l.j.in §.j.ff.ſi quis ius dicen. nõ ob tẽpe.approbant d. Bart.ibi. & uide ibi doct.

ADNOT.a ¶Adde tu. *Et uide Pet.de anch.in cõſi.xcviij. qui dicit Bar. in d.l.ij.de fur.bene loqui.Ber.*

5 *Platea quæ dicatur.*

ANGELVS.

5 *QVAERO quæ dicatur platea: quia ut plurimũ ſtatuta augẽt pœnam in delictis commiſsis in platea. pone ſi unum ædificium erat penes plateã,deſtruitur autoritate publica: an uia quæ erat penes dictum ædificiũ remaneat uia: an uerò cẽſeatur platea.Bar.in l.j.ff.de uia publi.& loco publico.dicit,ꝙ illa uia ammodo cenſebitur platea: ſed ut plurimũ confinat platea per ſtatuta quæ ſunt ſeruanda.

AVG. Tu in hac materia cõſidera,ſi nõ ſunt ſtatuta,quis ſit cõmunis uſus hominum in illo loco,& quantum contineat ipſa platea. ar.eorum quæ habẽtur inſti.de re.diu.in §.uniuerſitatis.uel diſtinguerẽ: aut ſumus in odioſis, aut in fauorabilibus,ut uideamus quid comprehendatur appellatione plateæ iuxta ea, quæ dixi in ſimili,in l.j.ff.de uer.ob.cogita.

6 *Statuto dictante ſi quis offenderit aliquẽ in tali uia per quam itur ad talem locum,puniatur pœna dupli,an includatur offenſa facta in foſſatis quæ ſunt in dicta uia.*

ANGELVS.

6 *QVID ſi ſtatutum dicit,quòd ſi quis offenderit aliquem in tali uia, per quam itur ad talem locum: puniatur pœna dupli: an includatur offenſa facta in foſſatis, q̃ ſunt in di-

ſta uia. dic ꝙ non: quia illa non eſt uia: quia nemo per dicta foſſata uadit.l.ij.§.ait prætor.ff.ne quid in loco publico.ita dicit Bar.in l.riparum. ff.de rerum diui.Si autē quis offendi
a tur in dictis foſſatis[a] quæ ſunt extra ſepem & uiā, an dicatur offenſus in re ſua,ut comprehendatur à ſtatuto, quod duplicat pœnā offendēti in re aliena? Bald.in d.l.riparū.dicit,quòd non:quia non ſunt plenè ſua:quia talia foſſata de per ſe non cenſentur ſua,nec per ſe ſola poſſent uendi: ut ibi per eum.

ADNOT. a ¶In foſſatis. *Adde tu & uide Alex.in conſi. xxxvj.in ſi.in j. uolu. & ibi quando foſſata ſtent in confinibus,uel ſint domini prædiorum.* Ber.

AVG. Tu autem in hac materia foſſatorum, dic quòd deciſio etiam melius poteſt colligi ex his quæ eleganter tradita ſunt per Bar.in tractatu ſuo, Tiberiadis. circa prin.in uer. ago.uide aliquid p Bald.in rub.ff.de re.diuiſio.in xiiij.col.uide no.in l.p̄dia.ff.de fun.inſtru.& inſtrumen.leg. in §.item legatū.& uide no.per Bar, in l.quòd impenſa.ff.de impen.& in conſi.ſuo clxxxviij.& ibi colligitur in prædictis locis, quando foſſata ueniant in ſtipulatione.

7 *Percutitur quis in uno loco,& in alio loco incontinenti moritur, quis locus debet apponi.*

ANGELVS.

7 *QVAERO quis in uno loco percutitur, & in alio loco incontinenti moritur, quis locus debeat apponi. dic percuſsionis,& non mortis: quia uidetur mortuus ubi eſt percuſſus.l. ait.ff.ad leg.Aqui.ita dicit Bart.in d. l.libellorum.uerſi.ſed quæro aliquis percuſsit.ff.de acc.& Sali.in l.penul. C.de accuſa.in uerſi.adhuc quæritur.

AVG. Tu autem in hac materia adde, ꝙ imò uidetur indiſtinctè dicendum, quòd uterq; locus debeat apponi,per tex. in l.ſi uulnerato ſeruo.ff.ad l.Aquil.qui uidetur uelle,ꝙ uterq: locus ſit apponendus,ex quo duo cēſent̄ delicta.uide Flor.in l.ait lex.ff.ad leg. Aquil.ſed hic non me extēdo:quia omnia iſta fuerunt tacta in glo.in uerbo,de anno præſenti.in iiij.q. prin. & in ſequenti q.& ibi uide quæ dicta ſunt,& in tex.& in addi. meis.& adde Bar.in terminis ponentem iſtam q.in l.item Mela.§.ſi plures.ff.ad legem Aquiliam.in fine.

8 *Delinquente cum ſagitta exiſtente in platea,& uulnerante aliquem exiſtentem extra plateam, quis locus confinabitur.*

9 *Vulnerato aliquo extra plateam qui fuerat apprehenſus in platea, & extra illam portatus,an puniatur percutiens tanquam uulnerauerit ipſum in platea.*

10 *Statuto cauetur, quòd licitum ſit inuentum in poſſeſſione ſua damnum dantem percutere ſine pœna: ſi aggredior dānū dantem in poſſeſſione mea, & proſequor ipſum fugientem extra meā poſſeſſionē, & pcutio extra meā poſſeſſionē, nūquid licitè percuſſerim.*

ANGELVS.

8 *QVAERO quid ſi aliquis exiſtens in platea,ſagittat aliquem ex-
a tra plateam[a], quis locus confinabitur.Bart.in d.l.libellorum.in uerſi.ulterius quæro. dicit ꝙ uerba ſtatuti ſunt attendenda. nam ſi dicit,ſi quis ſagittauerit aliquem, & tunc platea eſt confinanda: aut dicit,ſi quis percuſſerit:& quia percutere eſt erigere cutem:cōfinabitur locus,ubi erat qui percuſſus eſt:uide Cy.in ſimili.C.ubi de cri.agi oportet.l.j. ſic ergo uidemus, quòd aliquādo inſpicimus principium,id eſt locum, aliquando ultimum: & tunc cautela eſt ſecundum Bar. ꝙ ſemper uterq; locus apponatur,ꝙ Saly.in l.pe.C.de accu. in uer. quid in balliſtante.dicit fore neceſſariū, ut reus poſsit facere plenas ſuas defenſiōes,& deliberare an uelit cedere,uel contendere: ut l.qui accuſare.C.de eden. & l.j.ff.de eden.Si autem ſtatutum dicit,ſi quis ſagittando aliquem percuſſerit:& tunc dicit Salice. ꝙ uterq; locus debeat apponi per ſupradicta, & idem ſi ſtatutū dicat,ſi quis ſagittauerit,& aliquē percuſſerit:quia copula &,principaliter copulat:& ſic locus uterq; de neceſſitate debet apponi: prædicta uera
b quando initium[b] & finis ſunt prohibita,per ſupradicta,ne reus teneatur duplici pœna propter loca diuerſa.Si uerò initium erat licitum, & habebat cauſam licitam: tunc inſpicimus initium, & nō finem.l.quod ait. §.quod ait.&ibi per Bart.ff.de adul. facit l.quicūq; maior.ff.de bo.lib.§.
9 j.*Quod facit ad multa: pone,aliquis cepit aliquam perſonam in platea,& eam portauit extra plateam,& ibi uulnerauit:an puniatur tanquam percuſſerit ip̄m in platea. d. l.qđ ait. facit quòd ſic. ſed tamen per prædicta apparet cōtrarium, quia initium fuit licitum: ideo inſpicietur locus finalis:& eodem modo ſi aliquis inſultat aliquē in platea,& ipſum infugat & percutiat extra plateam, nō uidetur ip̄m uulneraſſe in platea: & per hoc Cy.in l.qui de crimine. C.de accu.in iiij.q.dicit, ꝙ ſi aliquis inſultat aliquē cum gladio euaginato in territorio unius iudicis,& eum inſequēdo in territorio alterius iudicis interfecit,debet fieri executio, & iuſtitia,ubi eſt factum homicidium.arg.l. ita uulneratus.in prin.ff.ad le.Aquil. & l.quoniam multa. ff.ad leg.Iul.de ui.& uide Bar.in d.l.libellorū.& Flo-
10 ria.in d.l.ait.ff.ad l.Aquil.* Tertiò facit,pone ſtatuto cauetur,quòd licitum ſit inuentum in poſſeſsione ſua damnum dantem percutere ſine pœna: pone ꝙ aggredior damnum mihi dantē in poſſeſsione mea,& ip̄m fugientem extra poſſeſsionem proſequor,& ipſum percutio extra poſſeſsionem meam: certè ipſum licitè percutio:quia initium fuit licitum.ita no.dicit Bar. in d.§.quod ait lex.

ADNOT. a ¶Extra plateam. *Adde tu & uide Bal.in cōſ.xcvj.in ij.uo. & prædictis adde Are.in c.ſi.de foro cōp. ubi ponit de ſagittante in uno territorio, & uulnerante exiſtente in alio territorio,quis erit iudex. & adde etiam, quòd dictum Bar.in d.l.libellorum.ſequitur d. Maria.ſozi.in c.poſtulaſti.extra de fo.cōpe.& adde etiam prædictis Abb.in c.j.de præſump.& Ioā.an.in c.j.de conſe.ec.uel alta. & do.Maria.in c.j.de rapto. & in c.qualiter & quando.el ij.art.xj.prin.q. vj.de accu.Strad.*

b ¶Quando initium. *Adde & uide Alex.de Imo.in conſil.xxiiij. in ij.uol.ubi ponit de eo qui fuit inuentus in domo,& uulneratus, & extra domū mortuus.* B.

AVG.Tu autem adde doc. maximè do.Ant.de but.in c.ſi.extrà, de foro compe.qui uidetur uelle, quòd ſi quis ſagittat in uno loco, & ipſe ſagittatus eſt in alio,ꝙ in utroque loco poteſt dici factum eſſe delictum: & ideo ſubdit ipſe, quòd ſi quis in uno territorio habet arcum in ma-

nu cum ſagitta, & ſagittat unum qui eſt in alio territorio alterius iudicis, ꝗ reſpectu loci ubi delicta ſunt facta ambo erunt iudices: ſubdit ſi utriq; concurrant, ille iudex obtinebit in cuius territorio ſagitta ꝑcutit, & ibi multa allegat. Et certè iſta materia ꝓpriè dependet à dictis Io.an. ubi format ſimiles quæſtiones in maleficiis in addi. ad Spe. in ti. de inquiſitione. in §. nunc tractemus. uerſi. ſuper hoc uide decretalē ſtatuimus. quę allegat Ia.bu. in q. ſua quæ incipit, ſtatuto ciuitatis. qui ponit qō. de eo q fuit captus in uno loco, & poſitus ſuper equū expoliatur in alio loco, ubi debeamus dicere delictum fuiſſe commiſſum. & uide doct. & Io.and. in c.j. de priui. li.vj. qui ponit q. de eo monacho monaſterij exempti, qui ſtans in loco exempto, percuſsit cum lapide exiſtentem extra locum exemptū. Et ibi dicit, ꝗ iſta q. fuit Egidii cremonenſis: & ibi uidetur concludere, quòd illud delictum in utroq; loco conſtat eſſe cōmiſſum, adeo, ꝗ uterque iudex poteſt inquirere. ar. l. ſi plures. ff. arbo. fur. cę. in fi. & idem uidetur uelle Fran. ſecundum eum in c. ſi. de foro compe. per c. illorū. extrà, de ſen. excō. & c. paſtoralis. extrà, de teſti. & adde Ioā.an. in reg. in obſcuris. de reg. iur. in mercu. ibi in prin. dum dicit primus immiſit in ſecundū gladium, lanceam uel ſagittam, dubitatur in quo loco quis ſortiatur forū. Et in terminis noſtris omninò uide pulchra uerba Bal. in l.j. C. ubi de cauſa poſ. agi oportet. quicquid ſit, lege oēs iſtos doct. plus mihi placet ſnīa Bart. quā poſuit in d.l. libellorū. dicat Saly. qcqd uelit in d.l. pe. C. de acc. & adde Bal. ī c.j. in §. furtū. de pa. iur. fir.

11 *Locus an confinari debeat quãdo quis mittit gentem ad terram alienam.*

ANGELVS.

11 *QVAERO quid ſi quis mittit gentem ad terram alienam, quis locus confinabitur. Bar. in dicta l. libellorum. uer. iuxta hoc quæro. dicit ſtatutum, quòd in delictis habentibus cauſam ſucceſsiuam, locus & tēpus perfecti delicti debet inſpici, & confinari. l. ſemper. ff. quod ui aut clam. Si uerò maleficium reſpicit totum commune ciuitatis: ut qa ipm̄ occupauit, ut ciuitatem Aſsiſii: tūc in inquiſitione contra occupantem non eſt neceſſe apponi confinia: ut l. de pupillo. §. qui nūciat. ff. de ope. nun. ita dicit Bar. in d.l. libellorum. in uer. quęro, uolo aliquem accuſare. & hoc no. Bar. in l. pe. C. de inſtit. ſub condi. factis. dic ut ibi: ſed hoc non eſt mirū, nam debes ſcire, ꝗ quando contractus, uel maleficium fit in loco notorio, non eſt opus, quòd confinetur: ut puta quando fit in palatio poteſtatis uel in eccleſia ſancti Petronii: tunc non eſt neceſſe, quòd ex confinibus uerificetur, quod clarum eſt. l.j. in fi. ff. de dot. præleg. ita dicit Barto. in l. demonſt. ff. de condit. & demonſt. & Barto. in l. ſi quis in fundi uocabulo. ff. de leg. j. & ſic not. quòd ſi in dictis locis non apponuntur confinia, non uitiabitur ꝓceſſus, & cōtractus: poſſunt tn̄ apponi, & appoſita nō uitiāt: ut l. quæ dubitatiōis. ff. de re. iur. quinimo fortius dico, ꝗ ſi cōfines apponuntur in loco notorio, & erret, non uitiatur inquiſitio. ar. no. in l. uinū. ff. ſi cer. pet. & l.j. §.j. ff. de rei uendi.

AVG. Item adde tu inquantum dictum eſt, quòd ſi maleficium fit in loco notorio [a], non eſt opus, quòd confinetur, ut puta in palatio huius ciuitatis: dic ꝗ hoc idem tenuerunt Moder. maximè Imo. Pau. de caſt. in d.l. ſi quis in fundi uocabulo. per l. cum ſeruo. §.j. ff. de contrahen. emp. & d.l.j. §.j. ff. de do. præleg. cum propter qualitatem expreſſam reddatur certus: & fuit ſententia Bar. in d.l. cū ſeruo. §.j. & Bal. in l. certum. ff. ſi cer. pe. & Ang. in l. hac conſultiſsima. C. qui teſt. fa. poſ. per id quod dixit ibi glo. de gallo preſſo qui fuit bidellus Accurſii. Sed adde quòd Gan. in ſuo tract. malefi. expreſsè tenet cōtrariū. & refert Ang. in l. hac conſultiſsima. ubi etiam dicit fortius ꝗ eius opi. in practica obſeruatur. ſed aduerte qa opi. Bart. & aliorū poteſt ſaluari per ea quæ not. Guil. de cug. & Bal. in l. comparationes. C. de fid. inſtrumen. circa iiij. col. ubi concludunt quòd licet in inſtrumentis debeat inſpici locus contractus celebrati, iuxta l. generali. C. de tabula. li.x. & l. optimam. & ibi doc. C. de contrahen. & commit. ſtip. tamē ſi ex inſpectione contractus apparet de loco, ubi conſueuit fieri talis contractus, non requiritur expreſsio loci: ut in actibus qui communiter fieri ſolent, puta in theſauraria. alle. l.j. C. de apoch. lib.x. ſed aduerte ſi quis uellet tenere opinio. Gan. faciliter poſſet reſpōderi ad doctrinam Guil. & Bal. in d.l. comparationes. quia illa doctrina eſt falſa: ut latè dixi poſt docto. in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de operis noui nūciatione.

ADNOT. a ¶ In loco notorio. *Adde & uide* Bald. *in conſi. liiij. in ij. uol. incip. caſus breuis & arduus.* Ber.

12 *Locus an ſit confinãdus in delictis quæ committuntur in negligendo.*

ANGELVS.

12 *ET prædicta procedunt in delictis quæ committuntur in facien. ſecus in delictis quæ committuntur in negligen. ut puta quia in ſyndicatu conuenitur poteſtas de negligētia, quis locus ſit confinandus. Reſpondeo, quia aut debebat aliquid facere in certo loco, ut cuſtodiā, uel ad certum locum denunciare maleficia: & tunc ille locus eſt cōfinādus: quia ibi fuerit commiſſa negligētia: ut l. deſertorem. §. qui ſtationis. ff. de re mili. Si uerò locus nō erat determinatus, tūc nō eſt aliquis locus apponendus: ita dicit Bart. in d.l. libellorū. in uer. ſed ꝗ in maleficiis. & idē tenet Sal. in l. pe. C. de acc. uer. q̄ro in caſibus in qbus omiſsio uel negligētia: ſed de aliis negatiuis, an locus & qs ſit cōfinādus; uide latius ꝑ Bal. & Sal. in l. actor. C. de proba. in ſi. dic ut ibi, ſufficit remiſsio. & Bar. in l. libellorū. in fi. princ. ff. de accuſa.

AVG. Tu in hac materia, adde q̄ dixit Bal. in l.j. C. de his qui. ut indig. in fi. j. colū. qui dicit, quod non entia non ſunt in aliquo loco circunſcripta. & idem dicit, quod in caſu l. fi. ff. de decre. ab ordi. fa. quia ibi erat maleficium negatiuum, quod non circūſcribebatur per locum aliquem determinatum, & idem dixit Bald. in l. presbyteri. C. de epiſco. & cle. quòd ubi locus omnino eſt incertus, tunc locus nō debet apponi in libello criminali. Et de materia principalis q̄ſtionis noſtræ adde Bal. Ang. & Imo. in l. ſi mora. ff. ſolu. matri. & Sali. in dicta l. actor. C. de probat. per Ioan.an. in addi. Specu. in titul. de accu. in iiij. parte circa prin. & uide Ro. omnino ibi in d.l. mora. & ibi dixi.

13 *Locus & tempus an poni debeant in lege Aquilia.*

ANGELVS.

13 * AN in l. Aquil. ſit locus & tempus inſerēdum. dic quòd non: ut no. Bar. in l. Neratius. ff. ad legem Aqui. per illum tex. nec etiā dānatus lege Aquil. uel me. cau. uel etiam interdicto unde ui, eſt infamis: ut no. glo. & Bar. in l. j. in prin. ff. de infami.

AVG. Tu adde quod Odo. in libellis ſuis dixit, quòd in l. Aquil. non eſt locus & tempus apponen. refert & ſequitur Bart. in l. prætor. in prin. ff. de iniur. & ratio eſt iſta: quia ubi actio ciuilis deſcendens ex delicto non infamat, ibi non habet locum ſolennitas legis libellorum. Iſta fuit ſentētia Bar. ubique in l. item exigit. ff. de dolo. & in d. l. Neratius. & in d. l. prætor. quæ concluſio an ſit uera uel falſa, ſuprà diſputaui & latiſsimè.

14 *Statutum duplicans pœnas an ualeat: & quomodo debeant duplicari.*

15 *Statuto dicente quòd in delictis commiſsis in eccleſia pœna dupletur ſi quis commiſit ſacrilegium, quod non poteſt niſi in eccleſia committi, an propter eccleſiam pœna duplabitur.*

16 *Qualitates quando ſunt poſt maleficium conſummatum, ut contra negantem maleficium, quomodo faciant pœnam duplicari.*

17 *Qualitas quæ ineſt à principio, ut puta in ſtatuto de nobili offendente, quomodo faciat pœnam duplicari.*

18 *Duplicatio pœnarum quando habeat locum, & quando non.*

19 *Statuto dicente, ſi quis percuſſerit aliquem in platea cum ſanguinis effuſione, amputetur ſibi manus: modo aliquis percuſſit alium pluribus percuſſionibus cum ſanguine, an plures manus debent amputari.*

20 *Statuto cauetur quòd portans bladum extra territorium, perdat animal: modo quis portauit bladum de nocte cum uno animali, in qua debet pœna duplicari, an teneatur ad duo animalia.*

21 *Statuto cauetur, quòd magnas condemnatur in quadruplum quàm popularis: magnas uulnerauit aliquem de nocte, ubi popularis pro qualitate noctis condemnaretur in duplum: quo modo condemnabitur ille magnas?*

22 *Statuta duplicantia pœnam propter locum, intelligi debent quando illud delictum poteſt fieri indifferenter in illo loco & in alio.*

23 *Pœna quando imponitur per reſpectū ad aliā, intelligitur cum omnibus qualitatibus illius pœnæ ad quā ſit relatio.*

24 *Statutum de pœnis duplicandis non habet locum in pœnis correlatiuis.*

25 *Statuta dicentia quòd de nocte pœna duplicetur, non habent locum in pœna abſciſsionis membri.*

26 *Statuta loquentia de pœnis duplicatiuis non habent locum in pœna manus uel pedis.*

27 *Statutum dicens pœnam duplicari pro delicto commiſſo in palatio intelligitur de delicto quod poteſt committi in palatio & extra.*

28 *Statutum de pœnis duplicandis an militet in tēpore: puta ſi pro uulnere debeat uulnerans ſtare in exilio per decem annos: an ſi fiat de nocte propter quam qualitatem pœna ſit duplicanda: ſtabit xx. annis.*

ANGELVS.

14 * ET ADVERTENDVM eſt ad inquiſitionem noſtram: quia in ea ponuntur aliqua, ex quibus ut plurimum per ſtatuta Italiæ communiter pœna duplicatur. Et quia iſta ſententia duplicationis pœnarum magis cadit hîc, quàm alibi: ideo aduertas: quia ſi ex ſtatuto pœna duplicatur de nocte, & etiam duplicatur propter locum: uidelicet in platea: & etiam duplicatur, quia in feſto natiuitatis domini commiſſum: uel in feſto omnium ſanctorum: uel in feſto ſancti Donati epiſcopi Aretini: an tribus uicibus in caſu noſtro duplicetur, & quoties duplicetur. Et primò eſt uidendum, an tale ſtatutum duplicans pœnas propter locum uel ſimilia ualeat. dic quòd ſic, in §. atrox. inſti. de iniur. & ibi hoc notaui. Secundò dicas, quòd iſtam, q. poſuit Bart. in l. aut facta. §. locus. ff. de pœn. & in l. Meuius. §. duobus. in fin. ff. de lega. ij. & in l. uulgaris. in princ. ff. de fur. & plenè in l. ſanctio legum. ff. de pœnis. & in l. fideicommiſſariis. §. decem. de leg. iij. ubi in effectu concludit, quòd inſpiciatur ſtatutum: nam aut propter iſtas qualitates pœnæ augentur, non tamen per nomina multiplicatiua, ut puta, in nocte puniatur in x. plus in platea in vj. plus in feſto Natiuitatis in v. plus quàm ſi alio tempore deliquiſſet: tūc omnes dictæ pœnæ poſſent habere locum: ut d. l. aut facta. aut per nomina multiplicatiua loquuntur: ut puta propter noctē pœnæ duplicentur: & tunc etiam ſi eſſent mille qualitates, non poſſent multiplicari ultra quadruplum: inſti. de actio. in §. omnes. Bal. autem in l. contra negantem. C. ad legem Aquili. dicit quòd primò duplicādum eſt ſimplum: quia duplum à ſimplo formatur: duplicatum autem ex qualitate temporis, non debet duplicari ex qualitate loci: unde dicit quòd ex duabus qualitatibus concurrētibus ad duplicādum, erit pœna tripli uel quadrupli: Verbi gratia, dicit ſtatutū quòd de percuſsionibus ſit pœna cētum librarū: aliud ſtatutū dicit, ꝙ pœna de nocte duplicetur: aliud quòd in platea de nocte, duplicetur: modo quidā percuſsit aliquē in platea de nocte, certè cōdemnabitur in ccc. libris nō in cccc. ſed ſi pœna huius qualitatis ſit ſimplex, duplicabitur pœna qualitatis. uer. g. dicit ſtatutum ꝙ popularis percutiēs puniatur in centū: magnas uerò percutiens puniatur in cētū quinquaginta: modò quidā magnas deliquit de nocte, certè duplicabitur cl. nā licet in eo attēdatur qualitas perſonæ: tamen cl. ſunt ſimplum quo ad eum: & hoc ſecundum Bald. probatur ex theorica. d. l. contra negantem. & l. cum exceptione. in §. quadruplatur. ff. quod me. cauſa. unde ſecundum iſtam doctrinam quæ mihi placet, procedamus in caſu noſtro. ponamus quòd pro uulnere eſſet pœna centum: tūc quia de nocte iſta centum duplicabuntur, etiam ſi eſſet ſtatutum per uerba multiplicatiua, & eſſent ducenta per plateam, etiam illud erit ſimplum, non autem tunc duplicatum propter noctem multiplicabitur: & ſic erunt trecenta: & quia in feſto Natiuitatis: & etiam ex ſtatuto duplicabitur illud ſimplum: & prior pœna originalis pro uulnere quæ erat centum: & ſic in totum in caſu noſtro erunt xl. Et ſic ex prædictis apparet, quòd ſit duplicatio propter locum, quod eſt uerum: quando in omni loco illud ſui natura eſt delictum: tunc propter locum

priuilegiatum augmẽtatur, quod poteſt: ſi autem delictum non poteſt pariter omni loco committi, ſed tantum in uno loco: tunc nunquam propter locum fit duplicatio: ut puta in delictis commiſsis in palatio

15 uel in eccleſia pœna dupletur. * Pone quòd quis commiſit ſacrilegium, quod non poſſet niſi in re eccleſiaſtica committi: an propter eccleſiam duplicabitur pœna? dic quòd non: ut d.l.diu.ff.ad legem Iul.pecu. quia duplicaretur illud quod aliàs eſſet ſimplandum, uel ut in l.hoc edictum. in fi.& ibi Bar.ff.de publi. ſed ſimplũ non reperitur aliàs: quia alibi quàm in eccleſia non poteſt cõmitti ſacrilegium: ergo nõ poteſt duplicari: ita dixit Bar.no.in l.aut facta.§.locus.ff. de pœ. ſed Bar.in l. ſanctio legum.ff. de pœ. ubi latè & ampliſsimè loquitur & ſingulariter tractat hanc materiam, dicit quòd aut qualitates ex quibus debet fieri duplicatio concurrũt eodem tempore: & ſic tempore delicti pariter & ſimul, & una nõ eſt anterior uel poſterior altera: ut puta percuſsiſti Titium in platea de nocte & in feſto omnium ſanctorum. aliquãdo qualitates aliquæ ſunt poſt delictum conſummatum: ut puta, dicit ſtatutum quòd cõtra negantem maleficium pœna duplicetur: aliquando qualitates inſunt à principio ante maleficiũ: ut puta dicit ſtatutũ ꝙ nobilis puniatur in duplũ eius in quod puniretur plebeius. Primo caſu quando qualitates concurrunt eo tempore: & ſic una nõ poteſt dici antiquior alia: & ſimplum tunc primum tãtummodo duplicabitur ſemel, ut ſuprà

16 dictum eſt. * Secundo caſu quando qualitates ſunt ex poſtfacto: & ſic poſt maleficium conſummatum ut contra negantem: & tunc duplicabitur cum omnibus dictis qualitatibus, & de nocte in platea, & in feſto omnium ſanctorũ. l. cum exceptione. §. quadruplabitur. ff. quod me. cau.

17 * Tertio caſu quando qualitas ineſt à principio: ut puta in ſtatuto de nobili offendente: & tũc tota pœna quę imponeretur habito reſpectu ad omnes illas qualitates, ſcilicet de nocte, & in platea &c. eſt ſimplum, & illud totum duplicabitur: & ſic poteſt aſcendere ad multũ. pro hoc allegat caſum in l.j.cum gl.ſi fami.fur.fe.di. & l.uerum.cũ ibi no.ff. de parri. quia intelligitur cum qualitatibus omnibus: ut l.à filio.§.pater.ff.de ali.&cib. leg. uide tamen multò latius per Bar. in d.l. ſanctio. quod perpetuo tene

18 mẽti. * Et prædicta de duplicatione pœnarum habent locum, quando eſt tale quid quod poteſt duplari: ut quãtitas, uel quæ conſiſtit in pondere, numero, uel menſura: ſecus ſi conſiſtat in ſpeciebus: ut puta quia amputetur ſibi manus ex certo delicto ſi commiſit de nocte, etiam ſi pœna deberet duplari, non tamen ſibi amputabuntur duæ manus, ſed tantùm unica: ita dicit Bar.in l.Lucius.§. impuberem.ff.de leg.ij.& in l.Meuius.§.duobus.in fin. & d.l.ſanctio legum. in fi. Idem in tempore quãdo tempus eſt ſpecificè deſignatũ, ſcilicet cum deſignatione principii & finis ipſius temporis. ita dicit Bal.Rap.& Imo.in l.ex facto.§.j.ff.de uulga.& pupil.& propter noctem tale tempus non duplicabitur: quia eſt deſignatũ ut ſpecies. Et prædicta procedũt quãdo aut pœna duplatur propter locũ, aut in loco unicum maleficium committitur





19 *Sed quid ſi ſtatutũ dicat, ſi quis percuſſerit aliquẽ in platea cum ſanguinis effuſione, amputetur ſibi manus. modo aliquis alium percuſsit pluribus percuſsionibus cũ ſanguine, ut eſt in caſu noſtro, an plures manus debeant amputari? diſtingue, aut ſtatutũ dicit, amputetur ſibi manus ſimpliciter & indiffinitè: nec dicit de dextra uel ſiniſtra: & tunc ambæ manus amputari poſſunt: ſicut enim genus generaliſsimũ quod eſt in quantitate multiplicatur: ita hoc genus ſubalternum recipit multiplicationẽ donec durat. l. in ratione. §. diligenter. ff. ad legem Fal. Si uerò dicat manus dextra, tunc ſi illa plura delicta præceſſerãt antequã aliqua fieret condẽnatio: tunc ſufficit amputari illã manum dextram pro omnibus percuſſionibus: ut l.uulgaris.ff.de fur. Si autem prius erat facta cõdemnatio & executio, pro uno delicto in manum dexterã, poſtea committeretur aliud delictum, poſſet iudex ne delicta remaneant impunita alterare pœnã in aliam manum ſiniſtrã: ut l.hos accuſare.§.omnibus.ff.de accu. ita no. dicit

20 Barto.in d.l. uulgaris. * Inducuntur prædicta ad q. ſtatuto cauetur, quòd portãs bladum extra territoriũ perdat animal: modo quidam portauit bladũ de nocte cum uno animali, in quo pœna debet duplicari. dic qđ iſte non tenetur ad duo animalia, cũ ſit ſpecies quę duplicari nõ poteſt: ut d. §.impuberẽ. ita dicit Bar.in d.§. duobus. Et eodẽ modo quãdo pœna non eſſet reiterabilis, nunquã duplatur: ut puta pœna mortis: ut no.gl.& Bar. in d.l.uulgaris. circa mediũ. quod eſt uerum, quando omnes pœnæ eſſent mortis. Si autẽ una eſſet pœna mortis, alia manus amputatio: tũc diſtingui debet: aut pœna mortis primò habuit locũ & executionem, & pœna manus ceſſat: aut primò locũ habuit pœna manus: & tunc pœna mortis locũ habere põt. in l.ij.§.fi.ff. de cuſt. reo. ſed Raph.in l.j.ff.nil.no.app.pẽ. uidetur in ſimili aliter dicere: dicens dubito an intentio d.l.j. nil no. allegatæ per Bar. fuerit quòd damnatus fuerit ex diuerſis criminibus ad pœnas incõpaſsibiles: quomodo enim iudex poteſt condemnare aliquem ad furcas & ad decapitationẽ: quia & hęc ſententia cõtinet incõpaſsibilitatẽ: nec enim in una ſententia, nec in diuerſis quis poteſt ad duplicem mortẽ cõdemnari: ſemel enim mortuus amplius mori non poteſt, ſicut nec teſtamentũ ſemel ruptũ amplius rumpi poteſt: ut l.nã & poſtea. §.j.ff. de iniuſto rup.teſta.& ſentẽtię eſſent illuſoriæ, ut l. ſi prætor. in prin.ff. de iud. unde ꝓpter hoc intelligit quòd in d.l.j. erat damnatus ex duabus cauſis concurrentibus ſimul iunctis ad unam mortem, ipſe appellat à ſententia, quatenus ea cõtinet ipſum tale delictum cõmiſiſſe, ab alio autem non appellat: unde ſicut in l. iij.ff. de appellat. qui contra unũ contra oẽs appellat: ita in d.l. uidebatur: quia ratione unius delicti appellauit, an ratione alterius uideatur appellaſſe: & in d. l.j. dicitur, quòd ſi de graui appellauerit, uidetur etiam de alio appellaſſe: aliàs ſecus: & appellatio erit tota nulla, alioquin cum grauius eſſet damnatus, non debet fieri executio: quia nulla eſt, propter indiuiduitatẽ: & hoc dicit uidetur fuiſſe de mente gl. propter iura per eam allegata: unde concludit ſibi placere

quòd ubi ambo delicta ſunt deciſa,
eadem ſententia debet ſuſpendi ma
ioris executio:quia dici non poteſt,
quòd fuerit præuentum:& tunc ſuſ-
pendi debet executio maioris : ſed
ubi in eadem ſentētia nō ſunt præci
ſa:quia alius uelit ex alio delicto ac-
cuſare:primum delictum debet prę-
cedere,iuxta no.in l.ſi quis ex mul-
tis.de noxa.& l.ſi uero.de pecu.ſed
tu dic ꝙ Bart.loquitur,quādo pœna
eſt unica mortis, alia membri mutila
tio.dictū uerò Rapha.loquitur quā-
do diuerſæ ſentētiæ ſiue pœnæ mor
tis inferūtur,& ſic diuerſis caſibus lo
quuntur : & ſic unuſquiſq; eorum in
caſu ſuo poteſt dicere uerum.

AVG. Tu autē in hac materia du-
plicationis pœnarū adde, ꝙ contra
cōmunem ſententiā fortiter obſtat
tex.in l.ſi cum exceptione.§.quadru
pletur.ff.quod me.cau.ubi habetur,
ꝙ quoties aliquid debet duplari uel
quadruplari, nō ſimplū debet dupla
ri,ſed duplū duplicabitur , uel qua-
druplabitur:& ideo rectè illū tex.pō
derat Bar.ibi dum dicit.iſte tex.facit
ad queſtionem: aliquis cōmiſit deli-
ctum in platea de nocte in feſto ſan-
cti Herculani, quę pœna debet dupla
ri:an duplicabitur ſecūdum ſimplū,
uel ſecundum duplū,uel quadruplū.
iſte text.facit ꝙ ſecundum duplum,
non ſecundum ſimplū.Inquantū di-
citur ibi quòd cū fructibus & omni
cauſa debet fieri duplicatio.dicit ta-
men Bar.ibi quòd hoc eſt falſum,&
in effectu in hac materia approbat
dicta per ipſum in d.l.ſi præſes.in fi.
Item adde, quòd contra iſtam cōmu
nem ſentētiā fortiter etiā obſtat tex.
in l.ſi cū exceptione.§.ſi quis.ff.ꝙ
me.cau.quē tex.ibi pōderauit Bal.ꝗ
dicit no.ꝙ licet probetur ꝙ nō ſolū
quadruplet́ res:ſed etiā acceſsiones,
Et ideo dicit hoc eſt argumentū,ꝙ ſi
de nocte debet pœna duplicari, ꝙ
nō ſolū duplicetur ſimplū:ſed etiam
pœna quæ in pœnā ponitur ratione
alicuius qualitatis . Sed dicit ꝙ do-
ctores tenent contrariū in cauſis cri
minalibus,qui dicūt ꝙ quicquid ad-
ditur ſimplo non uenit duplicandū:
& exēplificat.uerbi gratia,de uulne-
re eſt pœna centū:ſi committatur in
ſtrata duplatur pœna . Modo pone
ꝙ iſtæ ambæ qualitates concurrunt:
quia in ſtrata & de nocte condēnabi
tur iſte in trecentū:quia ratione cu-
iuslibet qualitatis duplatur centum:
non autē cōdēnabitur in quatuor cē
tum:quia iſta uerba debent ad ſim-
plū referri.nec obſtat iſte §.quia re-
ſpōdet Bal.ibi ꝙ imò ille text.facit
pro quæſtione:quia totū hoc habe-
batur pro ſimplo.Et ideo totum qua
druplatur : ſed in ratione propoſita
non eſt ita:quia illud qđ additur per
nomina multiplicatiua, nō pōt habe
21 re locū niſi in ſimplo.* Subdit poſtea
Bar.pone ſtatuto cauetur ꝙ magnas
condēnetur in quadruplū quàm po-
pularis. Modo magnas uulnerauit
aliquem de nocte, ubi popularis pro
qualitate noctis condemnaretur in
duplū,unus magnas condemnabitur
in quadruplū illius dupli : an in qua-
druplo ſimpli? uidetur ꝙ ſic: per ea
quæ dicta ſunt. Sed dic ꝙ uidetur:ꝗa
in ſimplo debet hîc accipi totum id
in quo cōdēnaretur popularis : quia
habetur reſpectus ad illā ſummā:&
ſic ratio multiplicatiua reſpectu per-
ſonæ non reſpectu ſimplicis facti:&
hoc uerius :unde dictus magnas ue-
niet in caſu præmiſſo ſic cōdēnādus.
&ita



& ita cōſuluit Ia.de bel.ſecūdū Bal.
ibi,& dicit ꝙ iſta eſt cōmunis practi
ca:quia ex termino ad quē fit rela-
tio,debemus iſtā multiplicationem
aſſumere.Et ita in iſtis quæſtionibus
decidit Ang.in d.§.ſi quis.qui facit
mentionem de doctrina Bal.fratris
ſui,& in omnibus approbat dicta ſua
allegans etiam Bar.in d.l.ſi præſes.
Et de materia uide pulchra uerba
Bal.poſt gl.in c.j.§.fi.de pace tenen.
Item adde quòd unam pulchram li-
mitationē ponit Bar.in hac materia
22 in conſi.ſuo cxciij.* qui dicit ꝙ iſta
ſtatuta duplicātia pœnas propter lo-
cum intelligi debent, quando illud
delictū poteſt fieri indifferenter in
illo loco, & in alio:ſecus ſi tale deli-
ctū non poſſet fieri , niſi in illo loco
tātùm:& ibi uide exemplū. Item ad-
de inquantum ſuprà deciſa eſt quæ-
ſtio de nobili offendente,ubi pœna
debet quadruplari,ꝙ contra illā de-
ciſionē eſt tex.in l.in' furti.ff.de furt.
quē text.in hac materia reperio pō-
deraſſe Bar.in l.j.§.cū plures.ff.ſi fa-
mi.fur.fe.di.quē tex.ibi in d.§.cū plu
res.iuncta gl.pōderauit etiā Bar.qui
23 dixit no.ex iſto text.iuncta glo.* ꝙ
quando pœna imponitur reſpectiuè
ad aliā,intelligitur cū omnibus qua-
litatibus illius pœnæ ad quā fit rela-
tio : & pro hoc dicit,hoc anno erat
quæſtio,dicit ſtatutū ꝙ nobilis pu-
niatur pœna quadrupli eius in quo
puniretur popularis. cōtingit quòd
nobilis delinquit de nocte, uel in
platea : quæritur utrū pœna debeat
quadruplari pœna ſimplicis malefi-
cii:an uerò pœna maleficii ſic quali-
ficati:& dicit ꝙ hoc ultimū uidetur
uerū:quia ad illa refertur cū omni-
bus qualitatibus ſuis : ſed dicit ꝙ in
contrariū facit d.l.in furti.in fi.tamē
in hac materia approbat Bart.dicta
per ipſum in hac materia in d.l.ſan-
24 ctio legum.ff.de pœn.* Item adde
& intellige prædicta non habere lo
cum in pœnis correlatiuis:& hęc fuit
aurea deciſio Bal.in l.athletas.in §.
calumniator.in fi.ff.de his qui no.in-
fa.quia ex illo tex.iuncta doctr.Guil.
ibi dicit ex hoc not.ꝙ licet magnas
debeat puniri in quadruplo quàm
popularis crimine ꝓbato cōtra eū:
& euenit ꝙ magnas fecit falſas ac-
cuſationes cōtra popularē,ita quòd
ueniet puniēdus pœna talionis , nō
punietur in quadruplo,ſed punietur
in ſimplo:ſicut debet puniri popula
ris crimine ꝓbato cōtra eū,& hoc fa
cit pœnę idētitas:unde dicit ibi Bal.
ꝙ ſtatuta loquētia de pœna quadru
pli debēt intelligi ubi pœna imponi
tur:nō habito reſpectu aliquo alio,
ſed ſimpliciter,nō autē in pœnis cor
relatiuis.qđ dicit eſſe notabile,& mē
25 ti tenēdum.* Item adde aliā limita-
tionem quam poſuit Bal.in l.cum in
furti.ff.de in lit.iuran.qui dicit,quòd
ſtatuta talia quæ dicunt,ꝙ pœna de
nocte ſit duplicāda,nō habēt locū in
pœna abſciſionis mēbri,puta manus
uel pedis: ꝗa dicit ꝙ in pœnis cor-
poralib9 una executio ſufficit:unde
dicitur ꝙ homini ſemel ſtatutū eſt
mori:& mors eſt ultimum terribiliū.
Sed aduerte ꝗa cōtra iſtā deciſionē
uidetur eſſe doctrina Bar.in l.uulga
ris.ff.de fur.Et'dictū eſt ſuprà ꝙ Bar.
uidet́ uelle ꝙ ſi ſtatutū non uenit ad
ſpeciē:ſed dicit ꝙ abſcindat́ manus,
& nō dicit plus dextra , q̃ ſiniſtra, ꝙ
ſicut multiplicatur quātitas in gene-
re generaliſsimo in iſtis pœnis:ita
multiplicabitur pœna in hoc gene-
re ſubalt

re ſubalterno. Sed ego nõ approbo
doctrinam Bart.ſed plus mihi placet
doctrina Bal.& ea ratione quam po
ſuit in l.j.C.de ſentẽ.quæ ſine certa
quantit.qui dixit,ꝙ ſi quis cõmiſerit
delictũ unũ cum mille qualitatibus,
& quælibet qualitas haberet de per
ſe pœnam, tamen inter pœnas non
poſſunt excedere quadruplũ, & hoc
in pœnis pecuniariis.quod eſt nota-
26 bile. * Poſtea ſubdit quòd ſtatuta lo
quentia de pœnis duplicatiuis non
habent locũ in pœna manus, uel pe-
dis: quia fiſcus in pœnis prætendit
cauſam lucratiuam.l. apud Celſum.
§.de autoris.ff.de exce.doli.ſed plu
res cauſæ lucratiuę non concurrunt.
Itẽ ſicut totus homo eſt ſpecies quę-
dam:ita quodlibet membrũ:& lex di
cit,ꝙ ſi teſtator duplicabit legatum,
non porrigitur ad ſpecies.ff.de leg.
ij.l.Lucius. §.impuberem.Ergo quia
non poteſt duplicare perſonalẽ pœ-
nam, imponet illam pœnam perſo-
nalem ſimplicem, & ultra hoc pœnã
pecuniariam arbitrio ſuo:quaſi pœ-
na perſonali nõ cadente. Alii dicunt
ꝙ ſi nõ poteſt amputari una manus,
amputabitur altera. Sed dixit Bal.qđ
dixi uerius,& humanius eſt:quia mu
tilatio ſecundæ manus eſt longè ma
ior pœna quàm prima: & ideo plus
eſſet quàm duplicatio, ſicut patet in
euulſione oculorũ:& ita hoc appro-
bo. Sed bene not. ꝙ talis condem-
nabitur in pecunia arbitrio iudicis.
Et uide Bal.in l. Lucius.§.impuberẽ.
27 ff.de leg.ij. * Item adde ꝙ ſtatutũ
loquens de pœnis duplicãdis, ſi de-
lictum factum eſt in palatio,opus eſt
quòd illud delictum quod fit in pa-
latio, ſit tale delictũ quod poteſt cõ-
mitti,& in palatio,& extra ad hoc,ut
pœna duplicet̃: quia poteſt eſſe de-
lictũ quod non poteſt cõmitti,niſi in
palatio. Et not.quia iſta fuit elegans
deciſio Bar.in quodam conſilio ſuo
in ordine cxciiij.qđ incipit, Tuder-
28 tinus.ibi uide. * Et an tale ſtatutum
de pœnis duplicãdis militet in tem-
pore:ſtatutũ dicit,ſi quis uulneraue-
rit,ſtet per x.annos extra ciuitatẽ. Et
alio ſtatuto cauetur,ꝙ pœnæ dupli-
cẽtur in delictis de nocte factis. Ad-
de Bar.in d.§.impuberem.& remit-
tit ſe ad dicta per ipſum in l.j.§.fi.ff.
ad Turp. An autẽ ſpecies poſsit du-
plicari, propter ſtatutũ qđ duplicat
pœnas,adde Bal.in c.j.§.ſi duo.de pa
ce tenenda. Et uide Bal.in l.j.in fi.C.
de ſent.quæ ſine certa quanti.& Bal.
in l.ſi cum exceptione.§.quatenus.ff.
quod met.cau. Et adde Moder.in d.
§.duobus.in l.Meuius.& in l.Lucius.
§.impuberẽ.ff.de leg.ij.& omnes di-
cunt quòd tale ſtatutũ non habet lo-
cum in pœniscorporalibus in ſpecie
quæ multiplicari non poſſunt:quod
not. Adde quæ dicam j̃.in gl.quæ in-
cip.quas ſi non ſoluerit intra x.dies
amputetur ſibi manus dextra.

29 *Inquiritur ſimpliciter de uulnere, & pendente iudicio ſequitur mors, quid faciet iudex.*

30 *Qualitas mortis, quando poßit addi proceßui formato de uulneribus.*

31 *Conſuetudine generali totius mundi eſt derogatum omnibus legibus punientibus homicidium nõ conſummatum.*

32 *Accuſauit Titius Seium quòd eũ uulnerauit: hac accuſatione pendente, & probato illo maleficio per teſtes mortuus eſt Titius ante ſententiam: an iudex poterit procedere ad condemnationem ſuper morte.*

ANGEL



ANGELVS.

29 * QVID ſi aliqua dictarũ quali-
tatũ omittatur?Et primò quæro ſim-
pliciter inquiritur de uulneribus, &
pendẽte iudicio ſequitur mors:quid
faciet iudex? Reſpõdeo:aut iudex in
ſua inquiſitione appoſuit illam clau
ſulã,& in bonã formã, ſcilicet, ſuper
quibus omnibus &c. & tunc etiã eo-
dem proceſſu morte ſecuta: poſtea
nõ, per modũ additionis:ut dicã in-
frà in gl.ſuper uerbo,quid,iudex ad-
didit &c. & probata morte in eodẽ
proceſſu poterit de morte puniri:ut
dicã infrà in gl.ſuper uerbo,(emer-
gentibus & cõnexis.) aut dicta clau-
ſula non eſt appoſita, uel ſi eam ap-
poſuit,nõ poſuit eã latè,ut decet: &
tunc aut loquimur de iure cõmuni:
aut ſecundũ ſtatuta. Primo caſu po-
teſt in eodẽ proceſſu de morte co-
gnoſci, & puniri:quia de iure cõmu-
ni ualuit accuſatio,& inquiſitio,ſi ſim
pliciter de uulneribus fuerit dictum,
licet de morte omiſſum fuerit: quia
lex Cornelia de ſicariis,non requirit
ꝙ percuſſus moriatur, ſed ſufficit
quòd animo occidendi percuſſerit:
ut l.ſi is qui cum telo.C.de ſicar. Vn-
de ſi dicta qualitas mortis poſtea in
proceſſu de ſimplici uulnere adda-
tur: nihil dicitur addi, ſed exprimi,
qđ tacitè inerat:ut l.iij.ff.de leg.j.ſed
ſecundũ formã ſtatutorũ quæ requi-
ritur,ꝙ aliquis uerè occiderit,neceſ-
ſe eſt,quòd fiat additio ad hoc,ut de
dicta morte ſecuta, poſsit fieri con-
demnatio;ita no.dicit Bar.in l.ſena-
tus.ff.de accuſ.uer.aduerte quia &c.
facit quod idem not.in l.prætor.§.j.
ff.de iniur.& in l.nunquam.plura.ff.
de priuar.delict. uerſic. quæro circa
hoc &c. Tu iudex,ſis tamẽ bene cau-
tus, ꝙ aliquãdo ex forma ſtatutorũ,
ut eſt Peruſii,maior pœna eſt de uul-
neribus,q̃ ſit de morte: ꝙ tunc quã-
do proceditur per inquiſitionem de
ſimplicibus uulneribus nõ facias di-
ctam additionẽ tuæ inquiſitioni de
morte:& idẽ quando proceditur per
accuſationẽ,quòd nõ patiaris accu-
ſatorem addere qualitatẽ de morte.
Et iſto caſu à principio debes pati,
quòd accuſet ſimpliciter de uulneri-
bus.ita elegãter dicit Bart.in d.l.nũ-
30 quã.& in d.uer. * Sed dubiũ inſur-
git,quãdo dicta qualitas poſsit addi
dicto primo proceſſui.Hãc quæſtio-
nẽ format Bar.in d.l.ſenatus.uer.ex-
tra glo.quæro.de qua dicã latè infrà
in gloſ.ſuper uerbo,qui iudex addi-
dit &c.concludit tamen Barto.in d.l.
ſenatus.in accuſatione formata ſim-
pliciter quòd uulneraſti Titium,ſed
in ea non eſt dictum de morte: ſed
quia uulnus erat tale quòd remane-
ret cicatrix:an propter mortem, uel
cicatricem omiſſam poſsit nouũ iu-
dicium inchoare. nam dicit quòd ſi
ſecunda accuſatio producitur ante
nomen receptum inter reos in pri-
ma: & tunc ſuper ſecunda audietur
omiſſa prima:ut l.ij.§.fi.ff.de adult.
Item ſi hoc fiat poſt nomen receptũ
inter reos: quia ſuper ſecunda tan-
quã grauiori procedetur:ut l.per mi
norem.ff.de iudi.ita dicã in inquiſi-
tione:quia iudex inquirens ſuccedit
in locum accuſatoris: ut l.ij.§.ſi pu-
blico.& ibi Bar.ff.de adult. Sed ad-
de quod no.Bart.in l.denunciaſſe.§.
quid tamẽ.ff.de adult.in fi.ſed latius
no.Sali.in l.qui de crimine.C.de ac-
cuſat.uer.iuxta prædicta quæro.ſi in
una &c. Adde etiam quod dicam in-
frà in glo.ſuper uerbo, (qui iudex
addidit

addidit &c.) circa princi.& in uerſi.
quid ſi in prima inquiſitione &c.ſed
ego memini aliàs practicaſſe, cùm
caſus de facto contingit ad tollendã
omnem dubietatem, quòd ego ab-
ſolui inquiſitũ ab obſeruatione iu-
dicii primi, de ſimplicibus uulneri-
bus, tantũmodo reſeruando mihi iu
dici, & curiæ ne maleficia remaneãt
impunita,ius iterũ inquirendi de di-
ctis uulneribus,& de morte ad uindi
ctam, & pœnam corporalẽ imponẽ-
dam:& mandabã circunduci dictum
proceſſum,& feci cum cauſæ cogni-
tione, uidelicet cũ mihi nouiter ue-
nit in notitiam,quòd talis ex talibus
uulneribus nunc mortuus eſt &c. fa-
cit c.paſtoralis.extrà de exceptio.&
poſtea formaui proceſſum de mor-
te.facit qđ no.gl.& Bart.in l.poſtquã
liti.C.de pact.in l.Titia.& ibi Bar.ff.
de accu.quod bene no.

AVGVST. Tu autẽ in hac ma-
a teria [a] adde,quòd Bar.in l.damni.§.
Sabini.ff.de dam.infe.in ij.col.teti-
git iſtã q.princi.& refert Richar.Ma-
lum.q diſputauit iſtã q.ſcilicet quan-
do agitur ex uulnere, an ſequi de-
beat condemnatio ex ipſo proceſſu
de homicidio.Et Richar. Malum.di-
cebat,ꝙ ſi dictũ fuit de uulnere mor
tali, & poteſt ſequi condemnatio de
homicidio, ſi uerò hoc nõ fuit dictũ,
& non poteſt ſequi cõdemnatio de
homicidio ex eodem proceſſu,per l.
ſi uulnerato. & in l.q occidit.ff.ad le.
Aquil.ſed ibi Bar.dicit,ꝙ iſta ſua di-
ſtinctio eſt uera de iure cõmuni:quia
non requiritur mors,ſed ſufficit ani
mus occidendi:idem ergo ſi accuſa-
tio, uel inquiſitio contineret illum
percuſsiſſe animo occidendi. Sed
hæc nõ procederent ſecundũ ſtatuta
quæ requirunt mortẽ: quia licet in-
quiſitio ſit facta de uulnere mortali,
non poteſt ſequi condẽnatio de oc-
ciſo: quia illa accuſatio nõ fuit pro-
poſita:ſecus ſi accuſator dixiſſet,qua-
re peto eum condemnari de morte.
& dic ut ibi latè per eum. Adde tamẽ
quòd hæc doctrina Bar.& d.Ang.hic
non uidetur uera de iure. Et hæc di-
ſtinctio nõ ualet, imò indiſtinctè de-
bemus dicere,ſiue loquamur de iure
cõmuni,ſiue municipali, non poteſt
ſequi cõdemnatio,etiã ſi dictũ eſt ꝙ
uulnus eſt mortale,imò falſa uidetur
concluſio ſua etiã in eo caſu: inquã-
tum concludit Bart.talem etiã poſſe
puniri non expectata morte:quia ut
habeat locũ pœna homicidii,ſufficit
uulnus fuiſſe illatũ animo occidẽdi,
31 per d.l.is qui cum telo. Adde* quòd
iſtud hodie nõ uidetur uerũ,nec ha-
bet locũ hodie: quia reperitur quæ-
dam mirabilis doctri.Spe.quam po-
ſuit in tit.de accuſa.§.j.quã refert &
ſequitur Bal.in l.iij.C.de ſer.fugit.&
Ang.in l.j.in fin.ff.quod quiſque iur.
quod de generali conſuetudine to-
tius mundi eſt derogatũ omnibus le
gibus punientibus homicidiũ non-
dum conſummatũ. Et ita dicit d.Ca-
tal.in tract.ſyndi.q.clxxxvij.quod cũ
iſta ſit generalis conſuetudo,nõ in-
diget probatione, & ideo uidetur
concludendũ de iure cõmuni, ſicut
de iure municipali cõcluditur in ca-
ſu ſtatuti.& ita in hoc paſſu conclu-
dit Ro.in d.l.damni.§.Sabini.in ij.
col.Adde etiã in hac materia quæ di
xit Gand.in tract.malefi.in q.illa,Po-
ne ſtatutum fore in ciuitate, ſi quis
dederit alicui alapam ſoluat centũ.
in uer.pone quòd Titius mortiferè
uulneratus accuſauit Seiũ, quòd eũ
uulne



32 uulnerauit. * Qui dicit,quòd ſi iſte
Titius accuſauit Seiũ quòd eũ uul-
nerauit, & hac accuſatione pendẽte,
& probato illo maleficio per teſtes
mortuus ſit ille Titius ante cõdem-
nationẽ & ſententiã,quòd iudex ſu-
per dicta accuſatione nõ poterit pro
cedere ad condẽnationẽ ſuper mor
te:quia iſtud eſt unum de generibus
abolitionis,quę ipſo facto à lege cõ-
ceditur abſque petitione à principe
facienda. Nam mortuo accuſatore,
ſicut mortuo accuſato perit omnis
inſtantia iudicii, & omnia acta:ut C.
ſi reus uel accu.mor.fue.l.j.§.fin.& l.
libellorũ.§.fin.ff.de accu.imò abſol-
uitur accuſatus ab obſeruatione iu-
dicii:dicit tamen ꝙ accuſatio poteſt
inſtitui ab alio intra xxx.dies, & etiã
ab hęredibus accuſatoris mortui, nõ
ut ab hæredib⁹, ſed ut ab aliis. d.l.li-
bellorũ.§.fi.& ibi concludit, quòd ſi
poſtea hæredes accuſant illũ malefa
ctorẽ ſecuta morte,quòd illa acta de
uulneribus facta cum uulnerato non
iuuant hæredes ſuper morte ſecuta.
Vnde non puto quòd iſta doctrina
Bart.poſsit militare aliquo modo in
accuſatore, qui accuſauit de uulne-
re, & ſequitur poſtea mors: quia de
morte in eodem proceſſu nõ poteſt
ſequi condẽnatio:dic ut ibi.Et de ma
teria uide Ang.omnino in d.l.ſena-
tus.diſcedens aliqualiter à doctrina
Barto.ibi, & adde Bal.in l.& ſi ſeue-
rior.C.de his qui no.infa.circa med.
qui Iaco.de But.conſuluit contrariũ.
Et ita refert Bal.qui dicit, quòd cõ-
tra doctrinam Bar.in d.l.ſenatus.re-
peritur quod in l.ancillæ.C. de furt.
in fi.Et uide Floria.in l.uulneratus.ff.
ad leg. Aquil.qui tenet contra Bart.
in aliquibus ſequẽdo doctrinã Spe.

ADNOT. a ¶In hac materia.
*Adde tu & uide Alexã.de Imo.in conſi.
xv.in j.uol.& ibi an per generalem con-
ſuetudinem ſit derogatum omnibus legi-
bus punientibus homicidium nondũ cõ-
ſummatum,& an cum quis eſt accuſatus
de uulnere, & an ſequatur mors, poſsit
ſequi condemnatio.uide etiam Bal.in cõ-
ſil.lxxxj.in v.uol.*

SVMMARIVM.

1 *Delicto commiſſo in loco religioſo, iu-
dex laicus & nõ clericus habet cogni-
tionem, & punitionem, etiam ſi eſſet
commiſſum in clericum.*

2 *Delicto commiſſo in eccleſia, uel eius
cœmiterio:iudex laicus non poteſt ex-
trahere malefactorem de loco religio-
ſo, ſed ipſe debet eum capere,& tra-
dere iudici ſeculari.*

IN ſcalis ſancti Petronii,cui ab
uno dicta eccleſia S. Petronii,
ab alio platea communi, & alia
latera & cõtra dictum Titium.
1 * Quamuis delictũ cõmiſſum ſit in
a loco religioſo, iudex tamẽ laicus [a],
& non clericus habet cognitionẽ, &
punitionẽ, etiã ſi eſſet cõmiſſum in
clericũ: ut l.ſi quis in hoc genus.C.
de epiſ.& cle.facit c.inter alia.de im-
mu.eccle.ita dicit Bart.in l.ſi cui.§.fi.
ff.de acc.& Sal.in authẽ.itẽ nulla cõ-
munitas.C.de epiſ.& cle.uer.quæro
delictũ cõmittitur &c.Et iſto caſu iſte
occidẽs poterit teneri de homicidio
& ſacrilegio:qa in loco ſacro homi-
nẽ interfecit:ut d.l.ſi quis in hoc ge-
nus.ita dicit Bart.ut refert Sali.in l.q
crimẽ.C.de accu.in uer.oppono ter
tiò &c.& dixit Barto.in l.ſenatus.in
prin.ff.de accu.etiam ſi eſſet tale de-
lictum, ex quo ut dixi incurreret du-
plicem pœnam,& una eſt ciuilis,alia
eccleſiaſtica:ut excommunicationis,
quamuis

quamuis à iudice fuerit abſolutus &
cõdemnatus , & pœnam ſoluerit,ta-
men poterit cõdemnari à iudice ec-
cleſiaſtico:ita dicit Iaco.But.& Bald.
in l.placet.in pe.q.C.de ſacroſanct.
2 eccle.Et aduertas* quòd ſi delictum
ſit cõmiſſum in eccleſia,uel eius cœ
miterio , iudex tamen laicus nõ po-
b teſt capere [b] malefactorem, & eum
de loco religioſo extrahere,ſed epi-
ſcopus debet eum capere,& tradere
iudici ſeculari:ut eſt tex.in authen.ſi
quis ei.C.de adult.ſecus autẽ ſi deli-
quit extra eccleſiã,&in eccleſia poſt-
ea fugit:quia per iudicem laicũ po-
teſt capi , & extrahi:ut in authen.de
manda.princ.§.ſed neq; homicidæ.
Et eſt ratio : quia quando deliquit in
eccleſia,nõ deliquit in territorio iu-
dicis ſecularis : ideo ipſum in eccle-
ſia capere non poteſt : ita dicit Cyn.
in auth.ſi quis ei.quod no.ad limita-
tionem eorum,quæ dixi ſ.in glo.ſu-
per uerbo , fama publica, ſcilicet in
materia capturæ.

ADNOT. a ¶ Laicus. *Adde in hoc,& uide ut pulchrè per Cal.in conſil. iij.in ti.de iud.& Pe.de Anc.cõſ.xv.Ber.*

b ¶ Capere malefactorẽ. *Adde aliquid circa hoc,& uide per Ro.in conſil. ccxxvij.& ccxxiij.Bern.*

AVGVST. Tu autẽ in hac ma-
teria adde , quod Cy. in l. præſenti.
C.de his qui ad ecc.confu. expreſsè
tenuit , quòd ſi delictum eſt factũ in
eccleſia,iudex ſecularis nullo modo
ſe intromittit, ſed iudex eccleſiaſtic⁹
eſt ille qui debet punire,tanquã deli
ctũ ſit cõmiſſum in ſua iuriſdictione.
Ita reperio d.Abb.ipſum allegaſſe in
c.ſi.extrà de immu.ec.& ibi d.Abb.re
fert doctrinã Bar.in d.l.ſi cui.quẽ iſte
doctor alleg.hic:ubi Bar.expreſsè te-
nuit cõtrariũ,per l.ſi quis in hoc ge-
nus.C. de Epiſ. & cler. & ibi hoc etiã
uoluit Bald. ponderans illum tex.ad
hoc. Sed dicit d. Abb. in d.c.ſi. quòd
opi. Bar.eſt uerior,& pro ſua opi.in-
duxit optimè illum text. in d.c.ſi. &
tandem d.Abb.remittit ſe ad no.per
ipſum in c.inter alia. extrà de immu.
eccl.Et certè do.Abb.ibi optimè di-
ſtinguit : uide omnino ipſum in d.c.
inter alia.Et in hac materia adde Sa
li.in d. auth. ſi quis ei. qui dãnat opi.
Pet.& Cyn. quòd etiam ſi de iure ci-
uili delictum eſt factum extra eccle-
ſiam uel in eccleſia,poteſtas ſecula-
ris nõ poteſt ipſum extrahere de ec-
cle. ſine licentia iudicis eccleſiaſtici,
per §.ſed neq;.in auth.de mãd. prin.
& ibi ponit, quid ſi iudex eccleſiaſti-
cus denegat tradere iudici ſeculari?
Hęc autem uera de iure ciuili,ſed de
iure canonico an procedant,ut con-
fugiens ad eccleſiam poſsit extrahi
inde,ſiue delictum eſt factũ in eccle-
ſia ſiue extra,& in quibus caſibus,ui-
de Inn.Io.And.But. & Abb.in d.c.in-
ter alia.& in d.c.ſi.extrà, de immu.ec
cle.& per Alber.in rubr. C.de his qui
ad ecc.confu.& omnino per Cyn.in
d.l.præſenti.qui ponit q.an & quan-
do aliquis ſit immunis, uel nõ, ex eo
ꝗ confugit ad eccleſiam, & an poſ-
ſit extrahi per iudicem ſecularem ſi-
ne licentia iudicis eccleſiaſtici.Et ui-
de omnino quæ dixi ſuprà in glo.in
uerbo , fama publica præcedente in
materia capturæ. & Ang.in d.auth.ſi
quis ei.C.de adul.uidetur tranſire cũ
opin.Petr. & Cyn.cum aliqua limita
tione:dic etiam ut ibi per eum.

3 *Priuilegium conceſſum eccleſiæ dicitur etiam eſſe conceſſum per xxx.paſſus in eius circuitu.*

ANG



ANGELVS.

3 *ET no.quòd priuilegiũ cõceſſum
eccleſiæ dicitur etiã eſſe conceſſum
per xxx.paſſus in eius circuitu.xvij.
q.iiij.quiſquis inuẽtus.& ſic factũ in
cõfinibus eccleſiæ dicitur eſſe factũ
in eccleſia, & ſic captus in ſcalis uel
oſtio ipſius eccleſiæ dicitur eſſe fa-
ctũ in eccleſia:ut ĩ l.præſenti.§.ſanè.
C.de his qui ad eccl.cõfu.& ibi Bar.

AVG. Tu in hac materia dic, ut
ibi dictũ fuit ſuprà proximè in uer-
bo,in ſcalis &c.& adde,quod in glo.
Io.An.in c.per exceptionẽ.de pri.li.
vj.in uerbo, exempto.ſuper glo.ibi,
& ibi Io.And.multa alle.

4 *Priuilegiatus ſiue exẽptus qui nõ tenetur corã poteſtate reſpondere ſi delinquat,an poſſit per poteſtatem puniri.*

ANGELVS.

4 *QVID autẽ ſi ſit perſona exem-
a pta[a] uel priuilegiata , ut quia coram
poteſtate nõ tenetur reſpondere,&
deliquit, an poſsit puniri per po-
teſtatem?no.Bar.in l.beneficiũ.ff.de
conſt.prin.ubi in effectu dicit ſecun
dum Pet.aut queritur de caſu in quo
ſpecialiter eſt exẽptus aut nõ.Primo
caſu propter delictũ uel cõtractũ nõ
poteſt conueniri: ut l.ij.poſt prin.C.
ubi de cri.agi opor. Secundo caſu,
aut quis conuenitur ratione publi-
carũ functionũ, & tunc exẽptio ſibi
nõ prodeſt:ut d.l.ij.in ſi.Si uerò alia
ratione cõueniatur, & tunc aut data
eſt exemptio loco & perſonæ, aut
perſonæ tãtũ. Primò caſu aut delin-
quit in territorio poteſtatis,& exem
ptio ei nõ prodeſt:ut in auth.qua in
prouincia.C.ubi de cri.agi opor. Si
uerò deliquit in loco exẽpto & ex-
tra iuriſdictionẽ poteſtatis, & tunc
corã poteſtate uel ex inquiſitiõe for
manda per poteſtatẽ nõ poteſt con-
ueniri:ut c.uolẽtes.de pri.li.vj.& ibi
no.Si uerò exẽptio ſiue priuilegiũ
ſit data perſonæ tantũ,& tunc aut eſt
data ratione dignitatis,aut prẹemi-
nentiæ, & tunc recurre ad l.ij.C.ubi
ſen.uel cla.& circa hoc diſtingue,ut
ibi:aut eſt data ratione publicæ uti-
litatis ut in militibus,& tunc aut lo-
quimur in ciuili aut in criminali.Pri
mo caſu nõ poteſt coram poteſtate
cõueniri:ut l.magiſteriũ.C.de iuriſ.
omn.iud. Secũdo caſu aut delictum
eſt cõmune & enorme, & tunc corã
poteſtate poteſt conueniri : ut in d.
auth.qua in prouincia. aut delictum
eſt ſingulare, ut uẽdere arma:& tũc
dic ut not.in l.pe.ff.de iuriſ.om.iud.

ADNOT. a ¶ Perſona exempta. *Adde tu & uide Fede.in cõſil.xxv. Card.conſi.cxij.in ſi.& Calde.in titu.de foro competen.conſil.iij.*

AVG. Tu autem in hac materia
adde not.uerbum Cyn.in auth. qua
in prouincia.qui dicit,quòd priuile
giũ exemptionis perditur,ſi exẽptus
aliquando graue ſcelus commiſit.&
adde Ioan.And.in c.j.de uerb.ſig.in
vj.in nouel.ponderantẽ ibi tex.ſing.
in hac materia exemptionis.& ſcias
quòd exẽptus dicitur eſſe ſub papa.
c.per exemptionem.de pri.lib.vj. Si
tamen exẽptus deliquit in loco po-
teſt conueniri ſub ordinario nõ ob-
ſtante priuilegio exẽptionis.c. j. de
pri.li.vj.probatur in l.j.C.ubi ſenat.
uel clar.ibi uide oẽs doc.ubi tex.di-
cit,quòd reatus omnẽ honorẽ exclu
dit,& idẽ ſi exemptus negotietur in
aliquo loco : ut in d.c.j. & Bal.in l.j.
C.in quibus cau.nulli fori præſc.&c.
Et de iſtis exẽptis,uide omnino Bal.
in aut.quas actiones.C.de ſacroſan.

z eccl.

eccleſ. Et ad prædicta optimè facit
text. in l.ſi quis in hoc genus. C. de
epiſ.& cle.qui probat, quòd delictū
cōmiſſum in territorio in loco ta-
men exēpto,iudex territorii nō po-
teſt punire:nam iſta iudicātur à pari,
delictū cōmitti extra territoriū, aut
intra territoriū in loco exempto.Et
ita diſputādo tenet Io.Cald.in c.Ro.
§.contrahētes.de fo.compe.in vj.Et
omnino in hac materia adde Pet.de
Anch.& Card.& Imo.in c.j.extra de
offi.or.in cle.j.& But. in c.fi.de cler.
peregr.&Bal.in c.fi.de capel.mona-
cho.ubi habetur, quādo ordinarius
habet iuriſdictionem in exemptos.

SVMMARIVM.

1 *Verbum iniurioſum ſiue in genere,ſi-
ue in ſpecie,quod dicatur.*
2 *Pluribus delictis in proceſſu cōtētis ſi
etiā contineantur uerba iniurioſa, an
proceſſus pcedat etiā ſuper illa uerba.*
3 *Verbum quodlibet iniurioſum præſu
mitur dictum animo iniuriandi, niſi
contrarium probetur.*
4 *Verbis iniurioſis ſi aliquis in iudicio
excipiat, an poſſit agi cōtra illum in-
iuriarum,ſi poſtea non probat.*

VErba iniurioſa & contu-
melioſa dicendo adultero.
1 *Vnde ſi ſtatuto cauetur, quòd de
quolibet uerbo iniurioſo puniatur,
hic eſſet primò uidēdū,an hoc ſit uer
2 bū iniurioſum,[a] & quot uerba ſunt.
Reſpondeo,quòd in caſu noſtro eſt
uerbū iniurioſum.Nam uerbū iniu-
rioſum dicitur ſiue in genere, ſiue
in ſpecie improperetur aliquod de-
lictum cōmiſſum:ut in caſu noſtro,
traditore &c.uide Bar.Bald.& alios
in l.iij.in princ.ff.de lib. & poſth.&
Bar.in l.turpia.ff.de leg.j. & in l.his
uerbis.§.j.ff.de hære.inſti.Secundò
dico,quòd omnia iſta, traditore tu
non poi pi ſcampare,ſunt unicū uer
bum tantū, & pro uno uerbo iniu-
rioſo debet tantum puniri. ita dicit
Bart.dando doctrinā in l.item apud
Labeonē.§.ſed quod adiicitur.ff.de
iniur.idem not.Bar. in l.ſi quādo.C.
de bon.uacan.lib.x. & idem Ang.in
l.ſi non cōuicii.C.de iniur.Et ibi di-
cit Cy.quòd libellus in uerbis iniu-
rioſis non procedit, niſi addatur,ꝙ
protulit talia uerba animo iniurian
di:nam poteſt eſſe quòd ſint prola-
ta à propinquis magiſtro uel maio-
ribus, quibus corrigendi gratia, li-
cet talia uerba proferre : ut l.j.C.de
emen.propinq. & de emend.ſeruo.
Ang.uerò ibi dicit, quòd ualet pro-
ceſſus,ſi non apponantur talia uer-
ba,uidelicet animo iniuriandi.arg.
l.fi.C.de ann.exce.Ego credo,quòd
ſi libellus accuſatorius formetur ſo
lūmodo de dictis uerbis, uidelicet,
quia dixit traditore,nulla eſt dubi-
tatio:& idem in inquirēte ſolum de
dictis uerbis:quia cum accuſator pe
tat eum puniri, & iudex dicat,quòd
intēdit cōtra eum procedere, & re-
pertū culpabilē punire, apparet de
eorū intētiōe,ꝙ intētat ꝙ dicta uer
ba ſunt prolata animo iniuriandi.fa
cit quod maximè no.per Cy.in l.nec
exemplū.C.de falſ.& in l.ſi quis in-
2 tentione ambigua.ff.de iud.*Quan
do autem in proceſſu plura alia de-
licta continentur, eſt magnum du-
bium,utrum de dictis uerbis,ut iniu
rioſus procedat.& etiā credo,quòd
ſic:quia unumquodque uerbum ap-
poſitum in inquiſitione debet intel
ligi appoſitum cum miniſterio.arg.
l.ſi quado.ff.de leg.j. & ſic quòd de
eis etiam puniatur.

ADNO.



ADNOT. a ¶Verbum iniu-
rioſum. *Adde quod dicatur uerbū in-
iurioſum, & an requiratur, quòd iniu-
riatus reuocauerit ad animū.& uide Io.
de Ana.in conſil.xliiij.& Bart.in conſil.
cviij.incip.in q.uertente. & ibi qualiter
intelligatur unū uerbum iniurioſum, &
per Rom. in cōſil.cxlvj. & ibi an iniuria
poſſit fieri per ſcripturā, & an qui obij-
cit alteri crimen, ſi non probat teneatur
actione iniuriarū. Pet.de Anch.in conſil.
cccxxvj.Oldr.in conſil.cliiij.& an poſſit
experiri diſcipulus in magiſtrū uerberan
tem actione iniuriarum, uide Bartol. in
cōſi.ciiij.& qualiter formetur libellus in
actione iniuriarū,uide Alex.in cōſi.ccxij.
& uide Ang.in cōſ.xcv. & cōſ.ccxxxvj.
& an iniuria facta fratri dicatur facta
ſorori,uide p Ale.in cōſ.xcvij.in j.uo.Ber.*
AVG. Tu autē adde in hac mate
ria,ꝙ Ang.in d.l.ſi non conuicii.ni-
hil dicit de hoc.Sed imò Ang.ibi di
cit,per l.iij.ff.de iniu.quòd non po-
teſt agi iniuriarū, niſi ille qui facit,
iniuriandi animo hoc fecit. Et ideo
ponit exemplū de aſtrologo, & de
ebrio,qui appellant aliquē furē cum
animo iniuriādi:ſi hoc nō faciūt di-
rectò,iniuriarū nō tenentur.Sed be-
ne uerū eſt,quòd Sal.in d.l.ſi nō cō-
uicii.dixit diſtinguēdo,ſecūdū doct.
quòd aut dictū uel factū allegatur,
quòd de ſe eſt iniurioſum,& tūc aut
perſona quæ allegatur cōmiſiſſe in-
iuriā,eſt perſona quæ facit præſum-
ptionē iniuriæ ceſſare: ut qa magi-
ſter pcuſsit diſcipulū:tūc debet dici,
quòd nō animo iniuriādi fecit. l.in-
iuriarū.§.j. Aut pſona cōtra quā ale
gatur,nō facit ceſſare præſumptionē
iniuriæ,& tūc non eſt neceſſe dici in
libello, quòd animo iniuriādi fece-
rit:qa ſufficit illud allegare,ex quo
cōcluſio ſequitur.ff.quæ in frau.cre.
l.oēs.§.Lucius. Si uerò dictū uel fa-
ctū eſt indifferēter ad utrūq;, opor-
tet dicere,quòd aīo iniuriādi hoc fe
cerit. Et ideo cū Veneti dicāt, quòd
fatui ſunt aſtrologi, & ſic alicui pōt
dici in bonū,alicui in malū,debet di
ci in libello,quòd dixerit animo in-
iuriādi.& dicit Sal.quòd hoc tenue-
rūt Pet.& Iac. de Rauen. adde tamē
quæ dixit Bal. in l.ſi nō cōuicii.C.de
iniu.dū ſummat illā legē,quæ dixit,
3 *quòd omne uerbū iniurioſum præ
ſumitur dictū animo iniuriandi,niſi
cōtrariū probetur. Et ſic cōcludo,ſi
uerbū eſt iniurioſum de ſe,nō opus
eſt, quòd illa uerba dicātur in libel-
lo:qa eo ipſo lex præſumit hoc:ut di
xit ibi Bal.in ſummario:pbatur autē
cōtrariū, quòd nō aīo iniuriādi hoc
dixit.ut dixit Bar.in l.ut ui.ff.de iuſt.
& iur.quādo à mēte capto uel cōiū-
cto eſt dictū uel à magiſtro,p glo.in
l.j.C.de ſica.cum ſi.nō dubito,quòd
quādo eſt uerbum indifferēs,qa pōt
eſſe iniurioſum, uel nō opus eſt, ꝙ
hoc dicatur in libello,quòd animo
iniuriādi hoc fecerit.Sed etiam hoc
nō ſufficeret,niſi etiā poſtea proba-
retur p libellantem,& hæc probatio
ſufficeret p cōiecturas:qa dolus hoc
modo probatur.l.dolū.C.de dolo.&
moueor ex elegāti doctr.Bar.quam
poſuit in cōſi.ſuo.ciij.inc.in q.uertē
te inter dominā N.& S.Qui dixit,ꝙ
quādo aliquod uerbū profertur in
aliquā pſonā,quòd uerbū pōt ſona-
re iniuriā uel nō.Et ſic eſt indifferēs
uerbū:uerba illius inquiſitiōis acci-
piēda ſunt in mitiorē partem.l.ſi de
interpretatione. ff. de pœn. Et uide
Ro.in cōſi.ſuo.xcvj.& ibi pulchrè &
latè ponit,quādo alicui dicitur uer-

bũ cõtumelioſum quod eſt uerũ, an poſsit agi iniuriarum. Et dicit Pe. de Anch. in cõſi. ſuo cccxxvij. quòd ſiue qs dicat uerbũ iniurioſum, quod eſt uerũ in iudiciũ ſiue extraiudiciũ, nõ tenet iniuriarũ. & uide Pet. de Anc. in cõſi. cccxxvj. q ponit ꝑpriè quando ſit & dicat fieri iniuria alicui. *Et
4 an contra illũ q per uiã exceptionis in iudicio dicit alicui uerba iniurioſa, poſsit agi iniuriarum qui poſtea nõ ꝓbauit? & dicit quòd ſic. Et uide Ang. in cõſil. ccxxxvij. q ponit de eo qui accuſauit notariũ de falſo & nõ probauit, an poſsit agi iniuriarũ: ibi multa alleg. de omnibus iſtis uide la tè per Old. in cõſi. ſuo l. & in conſi. ſuo ccc. per doct. in l. ſi non cõuicii. C. de iniur. per Bart. in l. eũ qui. ff. de iniu. per Bal. in l. apud Labeonẽ. §. ſi quis libellos. ff. de iniu. quando autẽ uerba denotant plures iniurias uel unã, ego infrà dicã in hac eadem gl.

5 *Statuto ſtante quòd de maleficio commiſſo de nocte ſit pœna dupli, an pro uerbo iniurioſo dicto de nocte ſit pœna duplicanda.*

ANGELVS.

5 *QVID autem ſi ſtatuto cauetur, quòd de maleficiis cõmiſsis de nocte ſit pœna dupli, an ſi dicatur maledictũ uel uerbũ iniurioſum de nocte ſit pœna duplicanda? Bar. in l. aut facta. in prin. ff. de pœn. dicit, quòd nõ: quia dictũ ſtatutũ eſt odioſum, & maledictũ propriè nõ eſt maleficiũ: igitur dicto ſtatuto non cõprehẽditur: quod tamẽ intellige ut dicam ĩ. ea. gl. uer. quid ſi ſtatuto dicatur &c.

AVG. Tu adde quòd dubito, ꝙ iſta doctr. Bar. & Ange. ſit falſa: quia Bal. in l. ignorãtiã. C. de cri. ſtel. uidetur ipſe aliter loqui. Et licet per uerbum fortè, loquatur, tamẽ eius impugnatio mihi placet. Præterea contra Bar. de directo eſt gl. inſti. de oblig. quæ ex quaſi deli. in uerbo, ſed non ui. ubi gl. uult, quòd maleficiũ nõ tãtũ cõmittatur re, ſed etiã uerbo. ad idẽ gl. in l. ex maleficiis. ĩ fi. ff. de act. & obli. Et de directo eſt tex. contra Bar. ubi maleficiũ dicitur etiã ſi uerbo cõmittatur, in auth. ut nõ luxu. cõtra nat. in tribus locis. Ad idẽ tex. in l. ſed ſi unius. §. quędã. ff. de iniu. niſi dicam⁹ quòd iſta nõ obſtãt: qa habẽt locũ quòd impropriè cõprehẽdãtur ſub uocabulo maleficii: ſecus ꝓpriè: & ita de mẽte Bar. ĩ d. l. aut facta. ſed doctr. Bal. ĩ d. l. ignorãtia. alio modo eſt fundata: uide ibi eũ. Et adde qđ reperio, ꝙ opi. Bald. cõtra Bar. tenet d. Catal. in materia ſynd. q. cxxvj.

6 *Statuto dicente quòd pro quolibet uerbo iniurioſo puniatur pœna decem, quomodo cognoſcemus quòd uerba iniurioſa ſint, ſi aliquis utitur uerbis iniurioſis contra aliquem.*

ANGELVS.

6 *ET bene aduertas in caſu noſtro, quæ uerba iniurioſa dicãtur ſi ſtatutũ dicit, quòd pro quolibet uerbo iniurioſo puniatur pœna decẽ: quia hic dixit, traditore falſario tu mai adulterato la mia dona, tu non poi ſcampare &c. Credo quòd ſint tria uerba tantũ: qa ſunt duæ orationes ſeparatę, traditore falſario, ſunt duo uerba cõtumelioſa, & illud uerbũ falſario qualificat: igitur nõ facit nouũ uerbum. tu me hai adulterato, eſt aliud, & illud quod ſequitur, tu nõ poi ſcãpare, nõ eſt uerbũ iniurioſum, ſed minatoriũ: ita dicit ibi Bart. unde ſi de pœnis minatoriis eſſet alia pœna, ꝓ iſtis minatoriis tenerẽt.

AVG. Tu autem adde quòd iſte doctor uoluit allegare Bar. in l. item apud Labeonẽ. in §. ſed quod adiicitur. ff. de iniu. ubi ponit iſtã materiã de ſtatuto puniẽte quodlibet uerbũ iniurioſum, quomodo cognoſcamus, an ſit unũ uerbũ iniurioſum uel plura. Ex cuius doctrina potes etiam prædicta limitare. & uide Alberi. de Roſa. in q. ſtatutorum. in ij. parte. q. xxxix. in c. viij. q. eſt, quòd ſi quis uno impetu dixit alicui multa uerba iniurioſa. & ibi per rationes bonas multũ cõcludenter manifeſtè probat, ꝙ ſit una iniuria, ſi quis uno impetu dixit plura uerba iniurioſa: ita dixit quod Dy. dicebat quòd pluries conſuluit & obtinuit, & iſtã partẽ per rationes & leges Dy. credo plus quàm ueriſsimã. & adde doctri. Barto. in l. nũquã plura. in fi. ff. de priua. delict.

7 *Statuto dicẽte ſi aliquis diffamauerit aliũ de aliquo maleficio punitur in tanta pœna, quando dicatur qs diffamare.*

ANGELVS.

7 *QVID autẽ ſi ſtatutum dicat, ſi aliquis diffamauerit aliũ de aliquo maleficio, puniatur in tanta pœna, quãdo dicatur diffamare? dic quòd dicitur diffamare de maleficio, quãdo prõnũciat aliquod uerbũ, quod uerbũ alterius importat in ſpecie: ut dicendo, quòd tale maleficiũ cõmiſit uel ſimilia: ita dicit Bar. & alii do. in l. turpia. in prin. ff. de leg. j. Quæro quãdo dicatur diffamari de maleficio, dic ꝙ nõ ſufficit, quòd in genere dicat ipſum eſſe impiũ & peſſimũ, ſed requiritur quòd deſcẽdat ad ſpeciem: uidelicet quòd homicidiũ commiſit uel tale furtũ, licet nõ ponat ea quæ habẽtur in l. libellorũ. ff. de accu. ita dicit Bart. & alii in d. l. turpia. Imo autẽ dicit, ꝙ cum ſtatutũ ſit ſtricti iuris, quòd nõ dicitur diffamaſſe, niſi apud bonos & graues propter hoc ſit infamatus: ſecus ſi dicẽti nõ crederetur: qa propter hoc nõ eſt diffamat⁹: uide per eum ibi.

AVG. Tu autem in hac materia adde, quòd mihi uidetur opi. Bar. uerior, & falſa opi. Imo. per tex. in l. itẽ apud Labeonem. §. ſi quis libello. ff. de iniur. ubi dicit, quòd quis debet diffamare aliquẽ per libellum diffamatoriũ cũ producit libellũ contra ipſum, nec requiritur quòd apud bonos & graues ſit diffamatus, & in dubio præſumitur, quòd animo iniuriãdi hoc fecerit: ut dicit ibi Ang. & doc. quia in hoc cõſideratur animus & nõ finis. & opi. Bar. uidetur approbare Bal. in l. diffamari. C. de inge. & man. Et pro hac opi. eſt bonus tex. in cle. j. in uer. diffamatur eccleſia. iũcta prima expoſitione gl. de offi. ord. & facit ratio text. in c. cũ in iuuentute. extrà de pur. can. dũ text. dicit, quod dictũ facile ſequitur multitudo. itẽ ſicut famoſus ſeu diffamatorius libellus dicitur ille qui cõtinet illud, qđ ſignificat in familiã alterius nõ habita diſtinctione, an illud trãſiuerit in opi. bonorũ & grauiũ uel nõ: ut l. j. C. de famo. lib. cum ſi. ita debet dici diffamator, q talia quomodolibet profert. & licet pro opi. Imo. uideatur tex. in c. qualiter & quãdo. extrà de accu. ubi tex. uidetur uelle, ꝙ ille diffamatus ſit apud bonos & graues. Et ad idẽ eſt tex. in l. ea quæ. C. qui. ex cau. infa. irro. & in c. pe. extrà de pur. ca. tamẽ iura illa nõ obſt. quia ibi agitur de ſumendo indicio ad procedẽdũ cõtrà diffamatũ crimine. Nam requiritur, ꝙ talis diffamatio

matio laboret apud graues & non ſuſpectos:ut eſt bonus tex.in l.item apud.§.ex his apparet.ff.de iniur.

8 *Minatoria uerba prolata,an inducant iuſtum metum accedendi ad prætorem ut ſibi caueat.*

ANGELVS.

8 *QVID ſi uerba minatoria protulerit,an inducant iuſtũ metũ,quòd poſsit accedere ad prætorẽ ut ſibi caueat: iuxta l.denũciamus.C.de his q ad ecc.confu.Et ibi uide doc.quibus caſibus quis poſsit implorare officiũ iudicis,ut ſibi caueatur:ut l.illicitas.§.ne potentiores.& ibi Guil.& Bart.ff.de offi.præſi.Et tũc eſt aduertẽdũ quę perſona,& cuiusqualitatis ſit ille qui minatur, ut no.gl.& doct.in l.metus.C.quòd met.cau.& in l.j.C.ſi quis impe.maled.& habetur ibi per Bar.in l.famoſi.ff.ad l.Iul.maie.gl.& ibi Bart.in l.met.cau.ff.ex quib.cau.mai.uidelicet, an ſolitus ſit mittere ſuas minas executiõi nécne.facit qd no.Bart.in ſimili in l.de pupillo.§.ſi qs ipſi prætori.ff.de oper.noui nũc.

a AVG. Tu autem[a] in hac materia adde no.in l.interpoſitas.C.de trãſactio.ſed aduerte:quia illæ deciſiones allegatæ per d.Ang.hic nõ probãt, de quo in q.princ.ſed in terminis q.noſtræ, uide omnino Bar.in l.hæc autẽ ſatiſdatio.ff.ſi cui pluſquã per l.Falci.& ideo faciunt ibi doc.& maximè Imo.ibi, quòd ille tex.probat, ꝙ nõ ſemper poſsit peti cautio de non offendẽdo ab illo,qui minatus eſt aliũ offendere,ſed demũ quãdo uerisimiliter poteſt iuſtè timeri: de quo per Guil.in d.§.ne potẽtiores.& alleg.Bart.in l.qui bona.§.ſi quis iuxta.ff.de dã.infec.ubi not.loquitur, an ſi quis primò percuſsit propter quod timet ab illo offendi, an tunc poſsit petere ab illo cautionem de non offendendo. & decidit quòd ſic,ſi uerisimiliter poteſt ſuſpicari de offenſa quod ſing.tene mẽti: & ego ibi dixi latè ultra doct.dic ut ibi cõcludo.Et ſubdit etiã Imol.in l.hæc autẽ ſtipulatio. ꝙ in caſu q.noſtræ etiã animaduertẽdũ eſt,an poſſit præſumi, quòd tunc uerisimiliter illę minæ ſint habituræ effectũ.pro quo alleg.l.j.C.ſi quis impe.maled.

ADNOT. a ¶Tu autem. *Adde ultra prædicta,& uide Petr.de Anch.in conſ.lj. Ber.*

9 *Verbum iniurioſum uel cõtumelioſum dictum cum proteſtatione, utputa tu mentiris per gulam ſaluo honore tuo: an faciat ſic dicentem teneri de uerbo iniurioſo.*

ANGELVS.

9 *QVID autẽ ſi dixit uerbũ iniurioſum uel contumelioſum cũ proteſtatione:ut quia dixit, tu mentiris per gulã ſaluo honore tuo, an teneatur de uerbo iniurioſo? Dyn. in l.ſi quis extraneus.in princ.ff.de acqui.hær.per illũ tex.dicit quòd ſic:ut ibi.quẽ ſequitur Bar.quod tamen debet intelligi uerũ, niſi faceret gratia ſui iuris uel hono.cõſeruãdi, uidelicet, quia ille ei aliquid primo improperabatur: quia tunc etiã de iure licitum eſt dicere tu mentiris : ut l.quæ omnia.& ibi Bar.ff.de procu.facit l.qui cũ maior.§.ſi libertus.ff.de ope.lib.multò igitur fortius licitũ eſt dicere alicui improperãti cũ proteſtatione,tu mentiris ſaluo honore tuo.

AVG. Tu autem in hac materia adde Alber.de Roſa.in ij.parte ſtatu.q.xlj.quæ inci. ſed quid ſi quis dicit,tu mentiris ſaluo honore tuo:ubi conc



concludit quòd tenetur iniuriarum, per l.ſi quis extraneus.& dicit quod ibi de hoc dixit.Ergo ſi eſſet uerum quòd mentiretur:tunc licitũ eſſet dicere illa uerba, per l.quæ omnia.ff.de procur.& ibi dixit.adde etiam in hac materia quæ in propriis terminis dicunt cano.maximè d.Ant.& d.Abb.in c.cũ te.extrà de æta.& quali.& Bar.in l.item apud.§.ſi quod adiicitur.ff.de iniur.Bal.& Ange.in l.fin.poſt Guil. de Cun. ff. quod quiſque iur. Etuide doct.in d.l.quæ omnia.ff.de procura.

10 *Prouocatus aliquo dicto uel facto iniurioſo ad irã,ſi tali ira durante aliquid iniurioſum dixerit contra prouocantem,non tenebitur iniuriarum.*

ANGELVS.

10 *QVID plura?ſi aliquo dicto uel facto tuo iniurioſo ego fui prouocatus ad irã, & propter irã iam mihi à te cõmotã, & durante dicta ira aliquid iniurioſum[a] dixero tibi, nõ teneor iniuriarũ.facit tex.in l.qui cum maior.§.accuſaſſe.ff.de bon.lib.ubi dicitur quòd prouocat' licitè poteſt ſe ulciſci. facit tex.in l.j.§.ſi cũ arieteſſ.ff.ſi quadrup.paupe.feciſ.dic.ita dicit Spe.in tit.de accu.§.j.uer.quid ſi uocauit latronẽ.prope fi.quod no.in practica:quia eſt utile ſcire.

ADNO. a ¶Iniurioſum. *Adde circa hoc Are.in conſi.xxxiiij.*

AVG. Adde iſtam doctrinã Spec. eſſe uerã per ea quæ habentur in l.j.C.unde ui.per gl.& per Bald.ibi in repe.quia licita eſt defenſio:ſi cũ armis eſt offenſio,debet eſſe cũ armis defenſio:ſi ſine armis eſt offenſio,& defenſio ſine armis : quinimò dixit Ang.per illũ text.in l.ſi adulteriũ cũ inceſtu.§.imperatores.ff.de adul.ꝙ ſi cum uerbis iniurioſis prouocaſti me,& ego nõ cũ aliis uerbis iniurioſis offendi te,ſed cũ gladio quod fortius eſt,debeo ſubueniri.Adde tamẽ quòd Bar.in illo conſi.ſuo ciij.dicit: quòd ſi cõſtabat,quòd uerba hinc inde erant iniurioſa:adeo quòd dicendũ eſt, quòd unus fuit prouocatus,teneatur:nihilominus Bar.nõ uidetur approbare prædicta,niſi dicamus, quòd non apparebat ibi quis fuerit prouocatus.

11 *Statuto cauetur quòd pro maleficiis cõmiſsis in palatio poteſtatis pœna duplicatur, pone quòd in palatio quis blaſphemauit deũ,an pœna duplicetur.*

ANGELVS.

11 *QVID ſi ſtatuto dicatur,quòd pro maleficiis factis in palatio poteſtatis pœna duplicetur?Pone quòd in palatio quis blaſphemauit Deum, an pœna duplicetur? Bal. in l.fi.C.ui bo.rap.refert Bart.[a] cõſuluiſſe quòd non:quia hoc fuit dictũ & factũ : ut ſuprà dixi in uer.quid autẽ ſi ſtatuto cauetur &c.ſtatuti uerba ſunt ſtrictè accipiẽda.ſed Bal.ibi dicit,quòd fortè nõ bene dixit, p l.atrocẽ.C.de iniur.nam ſtatutũ duplicat atrocitatem delicti,& in caſu noſtro reſultat maior atrocitas propter locũ, ergo habet locũ pœna ſtatuti : cogita.Sed pro Bal.allega gl.inſti.de obli.quæ ex quaſi deli.naſcũ.in princ.& quod ibi ſcripſi, & iſtud credo uerius.

a ¶Bart.conſuluiſſe. *Adde quòd dictum Bart.ſequitur Alex.in conſi.xij.in iij.uolumine.*

AVG. Tu autem in hac materia adde,quòd do.Ang.hic nõ bene loquitur,ſed peſsimè:quia nõ eſt uerũ quòd Bal.in l.fi.C.ui bo.rap.reprehendat Bart.quia Bald.in d.l.fi.nec alleg.

alleg.Bar.nec facit aliquã mentionẽ
de iſta queſtione quam tetigit hic d.
Ang.Sed allego Bal.in l.ignorantiã.
C.de cri.ſtel.qui reprehendit Bar.&
facit mentionẽ de q.noſtra:reliquit
tamen ſub dubio,& dicit cogitãdum
eſſe de ſua reprehenſione quã facit
contra Bart.& licet Bal.in d.l.igno-
rantiam.& do. Ang.hic nõ allegent
Bar.in aliquo loco,dic quòd nõ du-
bito quòd uoluerũt allegare Bart.in
l.aut facta.in princ.ff.de pœn.Quic-
quid ſit de opi.Bar.uidetur text.in l.
ſed ſi unius.§.quædam.ff.de iniur.
ubi probatur,quòd maleficium non
tantũ committitur re, ſed uerbo.Et
idẽ tex.cũ gl.in l.ex maleficiis.in fin.
prin.ff.de acti.& oblig.& hic potes
allegare omnia quæ dixi in addi.ſu-
prà in hac eadẽ gl.in uer.quid autẽ
ſi ſtatuto cauetur quòd de maleficiis
cõmiſsis de nocte.d.Catal.in mate-
ria ſyndicatus.q.cxxiij. tenet opin.
Bal.cõtra Bar.ſcilicet quòd blaſphe-
mans incidit in pœnam ſtatuti.

12 *Blaſphemans an dicatur dicere uer-
bum iniurioſum,ita quòd de uerbo in-
iurioſo poſsit puniri.*

12 *QVID autẽ ſi nõ dixit uerba
cõtumelioſa uel iniurioſa.ſed blaſ-
phemauit,an dicatur ꝓtuliſſe uerbũ
iniurioſum, ita quòd de uerbo iniu-
rioſo poſsit puniri? Bar.in l.itẽ apud
Labeonẽ.§.ſed quod adiicitur.in fi.
ff.de iniur.dicit quòd ſic: quia dici-
tur cõtra bonos mores ciuita.item
per illũ text.qui dicit ad infamiã uel
alicuius iniuriã &c.nã in eo quod di
cit ad infamiã,loquitur de eo qui di
cit malũ de præſenti uel præterito,
ſed in eo quod dicit ad iniuriam, lo
quitur in eo quod optat malum de
futuro propter iniuriã quã ei gerit.

AVG. Tu autem in hac materia
adde:quia cũ regulariter omnia de-
licta nõ ſunt niſi cũ iniuria alterius:
ut colligitur ex l.j.& ij.ff.de publ.iu.
& blaſphemari ſit delictũ:ut in aut.
ut non luxur.contra nat.in tribus lo
cis illius auth.ſequitur quòd ille qui
blaſphemauit, dicatur dixiſſe uerbũ
iniurioſum: & dicã etiã infrà in hac
eadem glo.in proxi.q.ubi autor ille
hic uidetur limitare prædicta,& ui-
de Abb.in c.j.de maledi.

13 *Blaſphemare & maledicere,an differãt.*

ANGELVS.

13 *QVAERO,an inter blaſphe-
mare & maledicere ſit differentia.
Reſpondet Bar.in d.§.ſed quod adii
citur.in pe.q.quòd prout iſta uerba
referuntur ad Deum & ſanctos eius,
omne maledictũ eſt blaſphemia:ut
no.de maled.c.j.& in paſsione ubi
audiuiſtis blaſphemiã &c. Et de hoc
etiam uide Ang.& Imo.in l.his uer-
bis.§.j.ff.de hær.inſt.Sed prout uer
ba referũtur in caſu, maledicere tali
quod malũ de preterito uel præſen-
a ti plaſphemare[a],eſt optare malũ de
futuro,ut ibi dicit.iſte eſt communis
uſus loquendi, qui debet attendi:ut
l.librorũ.§.quod tamen Caſsius.ff.
de leg.iij.& ſecundum Bar.apparet,
ꝙ illud quod dixi ſ.in uerſi.præced.
quòd blaſphemare eſt dicere uerbũ
iniurioſum,procedit de iure,ſecus nõ
haberet locum in ſtatutis ex quibus
uerba iniurioſa puniuntur,uel con-
tumelioſa noua pœna: quia ſtatuta
debẽt intelligi uerbis propriis,ſed
blaſphemare non eſt propriè dice-
re uerba iniurioſa uel cõtumelioſa:
ut dixi, igitur &c.

ADNOT. a ¶Blaſphemare.
*Adde tu an ille qui dicit, non le poteria
fare dio: dicatur blaſphemare.& quid
ſi ſtatim ſe corrigit:& dic ut per Alex.in
conſ.xv.in iij.uol.& per do.meum Soci.
in cõſ.cij.per totũ. ubi de Iudæo qui dixe
rat ei,nõ poteria fare dio chi io te laueſſe
cambiato.& an plaſphemans uno con-
textu plures blaſphemias debeat puniri
pro pluribus.uide Cæpo.in conſ.lxxviij.*



AVG. Tu autem in hac materia
adde quòd etiã uidetur,quòd omne
maledictũ etiã in aliũ quàm in Deũ
ſit blaſphemia.ita uidetur uelle Bar.
in l.j.in princ.C.ſi quis impe.male.
ubi Bar.ex illo tex.hoc no.licet poſt-
ea hoc arguat quo ad Deũ: pro qua
cõcluſione cõtra iſtã opi. Bart.alleg.
caſum in ca.ſi igitur Michael.xxiiij.
q.iij.ubi probatur quòd maledicere
eſt etiã blaſphemare:licet hæc uerba
referantur ad diabolũ.pro cõmuni
tamẽ opi.uidetur tex.in c.ſi.in uerſi.
blaſphemare.iuncta rubr.in c.j.ex-
trà de maled.In quo tamẽ dico ſer-
uari debet cõmunis uſus loquendi:
de omnibus iſtis latè ultra omnes
multũ eleganter poſuit d.Catald.in
tract.ſyndi.in q.clij.& cliij.

14 *Pœna quæ ſit contra blaſphemantes
Deum & ſanctos.*

15 *Statuto dicente quòd blaſphemans
Deum aut uirginẽ Mariã aut ſanctos
puniatur in centũ:quomodo punietur
blaſphemans ſemel bis aut ter:& quo
modo blaſphemans ex conſuetudine.*

ANGELVS.

14 *QVAERO quæ erit pœna cõ
tra iſtos ſacrilegos blaſphemantes
Deũ & ſanctos. dic quòd ſicut illi q
iurãt per humanitatẽ Chriſti, ut per
caput,pedes,manus &c.eſt pœna ca
pitalis, tãquã nomẽ Dei ſumpſerint
in uanũ:ut in auth.ut nõ luxur.cõtra
natu.per totum.multò magis debet
eſſe pœna capitalis blaſphemare
Deũ,& ſanctos eius,cũ optet malum
eis:ut dicit tex.ibi, uidelicet multò
magis,qui ipſum blaſphemat &c.&
ibi,& ultimis ſubire ſuppliciis &c.

AVG. Tu autem in hac materia
adde,quòd iſte doc. minus perfectè
eſt locut⁹ in iſto paſſu,& periculosè
decidit iſtam q.& licet inimicus ſim
blaſphematorũ Dei & uirginis Ma-
riæ & aliorũ ſanctorũ,tamẽ ſcribã in
iſto paſſu aliter quàm ſcripſerit iſte
doct.hic:& ueritatẽ ſcribã, & quan-
tũcũq; tex.in auth.ut nõ luxu.contra
natu.propriè loquatur in iurãte:tamẽ
ſcias,quòd uerè iſta iuramẽta ĩ Deũ
ſunt blaſphemia:ut eſt text.in c.ſi qs
per capillos.in prin.xxij.q.j.& Bald.
hoc dicit in l.ij.in fin.ff.de reb.cre.&
ſatis hoc apertè dicit ille tex.ĩ aut.ut
nõ luxu.cõtra natu. Sed aduerte:qa
imò uidetur,ꝙ nõ ſit amplius pœna
capitalis blaſphemare Deũ. Sed ad-
inuẽta eſt alia pœna iur.per tex.in c.
ſi.extrà de cler.male.ubi expreſsè di
citur, ꝙ ille qui blaſphemat Deũ, &
uirginẽ Mariã, & alios ſctõs, debet
ieiunare in pane,& aqua publicè,cũ
corrigia in collo, & debet adire ec-
cleſias.Et interdicitur ſibi ſepultura
& multa de qbus ibi. Sed reſponde,
ꝙ illa eſt pœna adinuẽta de iure ca
nonico,& eſt pœna ſpũalis: ut dicũt
Iac.de Bel.& Bar.in d.aut.ut nõ luxu.
cõtra natu. Et ideo dixit gl.in d.c.ſi.
de iure ci.ille qui blaſphemat Deũ
& ſanctos,ultimo ſupplicio dãnatur.
per tex.in d.auth.ut nõ luxu.contra
natu.Et ideo reperio glo.Io.dixiſſe
in c.ſi quis per capillos.xxij.q.j.quæ
etiã dicit, ꝙ de iure ci. blaſphemãs
debet decapitari,per tex.illius auth.
ut non luxur.&c. Sed aduertatis uos

& tencatis mẽti, quòd Pe.& Cy.uo-
luerũt, quòd ille text.in authẽ.ut nõ
luxu.procedat in blaſphemãte Deũ
ex cõſuetudine,& in cõtẽptũ.ita ſin
gu.dixit Bal.in d.l.ij.C.ad leg.Iul.ma
ieſt.& Bald.in l.ij.C.de reb.credi.in
fi.Vnde præfati doct.uoluerũt,quòd
ſi ſemel unus blaſphemauit non de-
bet decapitari,ſed opus eſſet quòd
ex conſuetudine hoc faceret:quin-
imo mirabilius dixit Bal.in d.l.ij.C.
de reb.cre.quòd de cõſuetudine nõ
obſeruatur hodie pœna illius auth.
ut nõ luxu.&c. Itẽ per ſtatuta etiam
prouiſum eſt.quæ oĩa ſing.no.circa
diſpoſitionẽ illius authẽ.ut nõ luxu.
contra natu.Et ideo dixit Cy.in l.ij.
C.de reb.cre.quòd ſi qs plaſphemat
Deũ bis,ꝑpter hoc nõ habebit locũ
tex.ut nõ luxu.cõtra natu.dic ut ibi
per eũ:& hæc oĩa not.Ex deciſione
15 tñ Cy.ibi colligo*.quòd ſi ſtatuto ca
uetur, ꝙ blaſphemãs Deũ aut uirgi
nẽ Mariã aut ſanctos,puniatur in cẽ
tũ:intelligitur in eo q ſemel bis uel a
ter blaſphemauit Deũ,ſed ſi ex cõ-
ſuetudine hoc faceret,forte decapi
taret.Põdera bene uerba Cy.ibi , &
ultra oẽs,latiſsimè uide illã materiã
ꝑ do.Catal.in tra.ſyn.q.clij.& cliij.

16 *Exceptio turpis ſi oponatur actori agenti ex cauſa ciuili , an reus poterit conueniri iniuriarum.*

ANGELVS.

16 *QVID ſi turpis exceptio ſit
oppoſita in actorem , qui ex aliqua
cauſa ciuili egit,an reus poſsit con-
ueniri iniuriarũ?& Io.And.in addi.
Spe.in tit.de accu.in fi.dicit,aut ex-
cipit animo nocẽdi & diffamãdi,&
hoc cõſtat,& tenetur iniuriarũ.ar.l.
ſi uerò pro cõdẽnato.§.j.cũ ibi not.
per Bar.& doc.ff.qui ſatiſ.cog.& fa
cit l.iij.C.de iniu.& l.ſi tibi.ff.de lib.
cau.aut excipit nõ calumnioſè,nec
animo nocẽdi,nec diffamãdi:& tũc
aut ꝓbauit ſuã exceptionẽ,& nõ te-
netur,aliàs ſecus : ut l.ij.C.de cal.qa
nõ ꝓbãdo ꝑſumitur ꝙ aĩo diffamã-
di dixerit.ita etiã dicit Sali.in l.ſi nõ
cõuicii.in fi.C.de iniur.qđ bene no.

AVGV.Tu autẽ in hac materia,
adde,quòd iſta ſentẽtia uidetur fal-
ſa,per ea quę tradit Sali.per illũ tex.
in l.de tutela.C.de in integ.reſt.qui
dixit,ꝙ ſi uni teſti deponẽti contra
me,dico tu dicis falſum,& ſic exci-
pio,ꝙ nihilominus nõ poteſt age-
re iniuriarũ:uide ipſum.

17 *Condemnatus de iniuria, dummodò non ſit leuiſsima,an infamet.*

ANGELVS.

17 *QVID ſi uerba iniurioſa uel
cõtumelioſa uel aliã iniuriã etiã uer
balẽ quis intulerit,& de tali iniuria,
dũmodo nõ ſit leuiſsima fuerit con
demnatus , an ſit infamis? dic quòd
ſic[a]:ut eſt tex.glo.& doct.in c.cũ te.
extrà de re iudic.Vnde quãdo aliqs
actione iniuriarũ cõuenitur,cautela
eſt quòd procu.cõpareat,quia pro-
curatore damnato,nec ipſe nec dñs
erit infamis : ut l.furti.§.qui alieno.
ff.de infa.uel ſoluat ut abſoluatur:ut
no.Bar.in l.infamẽ.ff.de publi.iudi.

ADNOT. a¶Quod ſic. *Adde Ro.conſi.ccvij.*

AVGV. Tu autẽ in hac mate-
ria adde,quòd Bal.& Sali.in l.decu-
riones.C.qui.ex cau.infa.irro.uide-
tur tenere, quòd actio iniuriarũ nõ
infamat,niſi iniuria ſit atrox.& ita
Ang.in l.infamẽ.ff.de pub.iud.tenet
& dicit quòd omnes doct.ita tenẽt,
licet Imo.ibi eũ aliter recitet.Spec.
etiã in tit.de reſti.in inte.§.uidẽdũ.
in fi.



in fin.uidetur tenere id quod tenet
glo.in d.c.cũ te.extrà de ſentẽ.& re
iudi.ut ſi iniuria eſt modica,nõ in-
famat, aliàs ſecus:ut ibi Abb.multũ
ponderat illã glo.& Imo.ibi allegat
ad hoc Spe.in loco ſ.allega.Sed cõ
trariam partẽ, quòd etiã ſi eſt modi
ca quòd infamet,tenet Bart.& Imo.
in d.l.infamẽ.& Inn.Io.An.& Imo.
& do.Anto.de but.in d.c.cum te.

18 *Iniuria uerbalis uel realis , quãdo dicatur atrocior.*

ANGELVS.

18 *ET iniuria uerbalis uel realis
dicitur atrocior reſpectu proferen-
tis,& reſpectu illius,cui dicitur,ut ſi
eſt doctor,uel reſpectu loci & tẽpo
ris,quãdo dicitur:ut ſi fieret in im-
peratoris cõſpectu:ut inſti.de iniu.
§.atrox.Et qualiter de iniuria for-
a metur libellus.[a]no.glo.& Bar.in l.
iniuriarũ.ff.de iniu.& ego dixi ſ.in
gl.in uerbo,necnõ ad querelã.in fi.

ADNOT. a¶Libellus. *Adde Ange.in conſi.cxlv.& Alexan.in conſil.ccix.in ij.uolu.*

AVGV. Tu adde quod ibi dixi
in d.glo.necnon ad querelam.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio producit ex ſe omnia ferè delicta.*
2 *Marito habẽti aliquem ſuſpectum de adulterio cum uxore ſua,quando liceat eum interficere.*
3 *Maritus qui inuenit eum quem habet ſuſpectum de adulterio cum ſua uxore,& cui fecit tres denunciationes in ſcriptis,loquentem cum ea,extra domum ſuam uel alienam , quid facere debeat.*
4 *Marito an indiſtinctè liceat in caſu authen.ſi quis ei.C.de adul.interficere quemlibet adulterũ etiã nobilem.*
5 *Marito non licet interficere adulterũ uilem repertum cũ uxore,ſi ipſe etiã eſt uilis.*
6 *Marito non licet neque patri occidere adulterum uirum repertum cum uxore,ſi uxor eſſet ignominioſa uel ducta contra legem.*
7 *Maritus uel pater licet occidãt adulterum uel adulteram deprehenſos in actu ueneris,tamen peccant.*

CHE hai adulterato la mia
dona. Hic bene cadit mate-
ria adulterii inceſtus & lenocinii.
*Et ex fornicatione omnia ferè de 1
licta proficiſcũtur:ut no.Sali.in rub.
C.de adul.hinc eſt quod propter cri
minis enormitatẽ nõ licet de adul-
a terio tranſigere[a] : ut l.tranſigere.&
quod ibi not.C.de tranſact.licet de
aliis criminibus quæ pœnã ſangui-
nis ingerũt ſic:ut ibi facit l.codicil.
§.matre.ff.de lega.ij.Et aduertas ꝙ
hic marit⁹ interfecit adulterũ:quod
ei nõ licet nec per ſe nec alteri man
dare etiã filiis , niſi adulter ſit uilis
perſona:aliàs impune homicidium
non committitur:ut l.Gracchus.de
adul.quia uilẽ licet interficere, licet
uxorẽ nõ interficiat, dummodo eã
ſine mora dimittat:ut l.marito.ff.de
adul. Aduertas tamẽ quòd de ſicar.
nõ tenetur propter iuſtũ dolorẽ:&
maximè ſi nocte fecerit,aliàs datur
in exilium:ut d.l.Gracchus.in fi.& l.
diuus.ff.de parri.& idẽ ſi interfecit
uxorẽ deprehẽſam in adulterio:qa
nõ licet impunè.Cũ ergo non liceat
interficere uxorẽ,maritus nõ lucra-
bitur dotẽ uel partẽ eius ex ſtatuto,
ꝙ uxore prædecedẽte in matrimo-
nio uir partẽ dotis lucretur:ut l.ſi ab
hoſtib⁹.§.j.& ibi Bar.ff.ſol.mat.Sed
ut dixi maritus humilis in opus me-
tali:

talli,aliàs, in inſulã relegatur : ut l.ſi
adulteriũ cũ inceſtu.§.imperatores.
ff.de adul. Multò minus licuit di-
cto marito in caſu noſtræ inquiſitio
nis: quia ut ex ea patet,ipſum inter-
fecit,nõ in actu ueneris inuentum,
ſed ex interuallo,igitur non licet:ut
d.l.marito. & l. quod ait lex. ff. de
adul.Et ſic regula eſt quòd nõ licet
marito impunè occidere adulterũ,
etiã uilẽ inuentũ in actu ueneris:li-
cet interficiens uilẽ leuius teneatur.
a Et qs dicatur[a] uilis adulter,uel non
uilis ſiue humilis, habetur in d.l.ma
rito.& in l.humilẽ.C.de inceſt.nup.
2 no.Sali.in d.l.Gracchus.hoc*tamen
eſt uerũ,niſi maritus illi quẽ habet
ſuſpectũ ter in ſcriptis denunciaue-
rit,& in pręſentia triũ teſtiũ fide di-
gnorũ,quod dimittat uiuere in pa-
ce ſuã uxorẽ, & cũ ea aliquid cõmu-
ne non habeat:& ſi poſt dictas de-
nunciationes factas diuerſis diebus
& horis.argu.l.iiij.ff.de pign.actio.
inuenerit cũ uxore ſua cõuenientẽ
in domo propria,uel uxoris,uel al-
terius,aut in popina,uel in ſuburba
nis,tunc ſine ullo periculo maritus
poteſt eum intetficere per ſeipſum.
3 *Sin autẽ alibi ipſum alloquentem
cũ uxore reperiret,cõuocatis tribus
teſtibus eum capiat,& iudici tradat,
qui iudex ſine aliqua inueſtigatio-
ne,uiſis dictis tribus denũciationi-
bus,& auditis dictis tribus teſtibus
qualiter ſpretis denunciationibus,
maritus reperit eũ loqui cũ uxore,
ſumet ultimũ ſuppliciũ.Si in eccle-
ſijs reperit loquẽtẽ,poteſt proteſta-
ri clericis,qui eũ ſub periculo cle-
ricorum cõſeruent epiſcopo,donec
epiſcopus eũ capi faciat & punien-
dũ tradat iudici ſeculari cõpetenti:
ut eſt tex.ſingu.in auth.ſi quis ei.C.
4 de adul. *Quærit Cy.an indiſtinctè
in caſu d.auth.ſi quis ei.liceat mari-
to interficere quẽlibet adulterũ etiã
nobilẽ.arguitur primò quòd ſic:qa
generaliter loquitur:igitur &c.ut l.
j.§.generaliter.ff. de leg.præſtan.&
hoc tenet gloſſ.in d.l.marito.Sed ꝙ
ſolũ loquatur in uili adultero,tenet
gloſ.in corpore,unde dicta authen.
ſumitur.Et hãc ultimam tenet Iac.&
Cy.cũ legũ correctio ſit euitãda:nã
ſi de iure antiquo etiã uilẽ in actu
ueneris inuentum nõ licet impunè
occidere:ut no.in d.l.Gracchus.er-
go multominus interficere nobilẽ
ex illis denunciationibus & ſuſpi-
cionibus:intelligitur ergo d.authẽ.
quòd permittat, ꝙ poſſit impunè
occidere adulterũ uilẽ,nõ autẽ no-
bilẽ,ſecundũ Iac.& Dy.ibi.ſed Sali.
in d.authẽ.per multas bonas ratio-
nes tenet primã partẽ:dic ut ibi per
eũ.Ego cũ caſus accideret,tenerem
opinionẽ Sali.quia ut ipſe dicit,illi
qui nõ ſunt uiles magis ſunt ſoliciti
ad coinquinanda aliena matrimo-
nia.Et ideo fuit neceſſaria prouiſio
dict.auth.ut à tali delicto arceatur.

ADNOTA. a ¶ Tranſigere.
*Adde & intellige quòd nõ licet tranſige-
re ut impediatur proceſſus, ſed bene po-
teſt haberi pax ut remittatur rancor
inter maritum & adulterũ.ita cõſuluit
Barto.in conſi.clxxv.& quid ſit adulte-
rium,uide Alex.in conſi.lxij.in iij.uol.&
an Iudæus habẽs rem cũ Chriſtiana di-
catur cõmittere adulteriũ,& quam pœ-
nam mercatur,uide Oldr.in cõſi.ulti.&
quãdo cõmittatur adulteriũ,& an ha-
bens rẽ cũ propria ſclaua dicatur cõmit-
tere adulteriũ.in cõſil.cxlviij.col.j.& ij.*
b ¶ Vilis. *Et quis dicatur uilis & hu-
milis,uide Cap.in conſi.xlij.Ber.*

AVGV. Tu autẽ in hac mate-
ria adde,ꝙ imò uidetur quòd con-
cluſio horũ doctorũ ſit falſa,inquã-
tũ uolũt quòd liceat marito occide
re propriã uxorem deprehẽſam in
acto ueneris cum adultero:quia de
directo eſt cõtra tex.xxxiij.q.ij.in §.
in hoc cap.& in capi.inter hęc.& in
6 cap.quicunq; propriã uxorẽ, eadẽ
cauſa & quæſtione : ubi expreſsè in
text.habetur ꝙ nõ licet marito oc-
cidere uxorẽ adulterã deprehẽſam
in actu ueneris:quinimo ille tex.ui-
detur uelle,ꝙ nõ licet, etiã ſi nõ eſt
in actu ueneris,ſed etiã ſi adulteriũ
cõmiſerit,niſi limitãdo prędicta:di-
camus quòd ſi mulier eſt uilis, tũc li
cet marito occidere ipſam adulte-
ram,aliàs nõ.Et hoc eſt quod uoluit
7 tex.& ibi gl.in l.j.§.fi.ff.ad l.Corne.
de ſica. Sed aduertas:quia nõ rece-
do ab opi.doc.& teneo quòd nullo
caſu mundi licet marito occidere
uxorẽ ſuã adulterã,per text.in l.nec
in ea.§.fi.ff.de adul.& uoluit glo.in
d.c.inter hæc. Nec obſt.ille tex.qui
dicit quòd iura patiũtur maritum
poſſe occidere uxorẽ ſuã,nõ autem
ius canonicũ:qa hoc nõ patitur,qa
gl.ibi dicit,ꝙ illud ius eſt ius Lom-
bardorũ,non autẽ eſt ius ciuile Ro-
manorũ.Nec obſt.tex.cũ gloſ.in d.l.
j.§.fi.qa illa glo.nõ tenetur à docto.
per prædicta.Nec obſt.text.in l.ſi qs
in graui.§.ſi maritus.ff.ad Silla.ubi
expreſsè uidetur tex.uelle, ꝙ mari
to licet impunè occidere uxorem
adulterã:qa reſpondetur ꝙ ille tex.
loquitur in caſu ſicut intellexit gl.in
5 d.l.nec in ea.§.fi. *Adde tñ limitã-
do prædicta inquãtũ doct.s.uolue-
rũt,quòd licet marito occidere adul
terum uilẽ deprehenſum cũ uxore
ſua:dicatis non habere locũ,ſi mari-
tus eſſet uilis perſona. Et ratio eſt:
qa ſicut uilis perſona nõ poteſt accu
ſare iure mariti.l.iij.ff.ad leg.Iul.de
adul.ita nec poterit occidere.Ita di-
cit tex.in l.marito.§.fi.ff.de adult.&
ibi expreſsè dixit Bart.& ibi doct.&
maximè Salice.in l.Gracchus.C.de
adul.*Itẽ limita prædicta nõ habe-
re locũ, ſi uxor eſſet ignominioſa
uel ducta cõtra l.quia tũc nõ liceret
ipſi marito occidere ipſum adulte-
rum uilẽ deprehẽſum cũ uxore,nec
etiã patri:ratio eſt,quia nõ poſſunt
accuſare iure mariti : ut l.ſi uxor.§.
planè.& §.ꝙ ſi ea.ff.de adulte.licet
glo.contrariũ dixerit in l.j.§.fi.ff.ad
munic.quod reprobat in d.l.marito.
§.fi.ff.de adulte.Et uide Salic.in d.l.
Gracchus. *Et tene menti quæ dixit
Imo.in l.qd ergo.§.ſi hæres.ff.de le.
j.quòd licet pater uel maritus occi-
dãt adulterũ uel adulterã deprehen
ſos in actu ueneris,tamẽ peccãt,per
c.admonere.& c.inter hæc.xxxiij.q.
ij.quæ cõcluſio an ſit uera,dic ut ibi
per doct.& per Abb.in c.ij.extra de
homic.& uide Angel.in l.marito.ff.
de adul.q tenet quòd per d.l.mari-
to.limitatur d.authẽ.ſi qs ei.Et ego
approbo iſtã partẽ per rationes ſuas.

8 *Patri licet impunè interficere adulte-
rum primo,ſi filiam reperiat in actu
ueneris.*
9 *Item ſi in præludijs adulterij puta in
oſculis & ſimilia.*
10 *Item quòd reperiat adulterũ in actu
ueneris in domo propria,uel generis.*
11 *Item quòd filiam & adulterum pa-
riter & ſimul occidat.*
12 *Item quòd filiam habeat in poteſtate.*
13 *Item patri licet,non autem matri fi-
liam*

*liam nec fratri ſororem, nec auo neptē*
*etiam quam habet in poteſtate.*
24 *Item quòd tempore homicidij, pater*
*habeat eam in poteſtate, licet tempo-*
*re matrimonij auus eā habeat in po-*
*teſtate.*
25 *Item quòd ſit nupta.*
26 *Item licet patri legitimo & naturali,*
*uel legitimo tantùm.*
27 *Item licet interficere adulterum exi-*
*ſtentem in magiſtratu.*
28 *Oſculās mulierem ſiue ſit clericus ſiue* a
*laicus, quando præſumatur actu ue-*
*nereo.*
29 *Patri quare non liceat interficere filiā*
*adulterantem in domo ipſius patris, in*
*qua non habitat.*
20 *Pater interficiens adulterum & non*
*filiam, tenetur l. Cor. de ſica.*
21 *Pater ſi occidat filiam uel adulterum*
*debet alterum etiam incontinēti occi-*
*dere.*
22 *Frater licet non poßit ſororē nec adul-*
*terum occidere, nec filius matrem nec*
*adulterum in adulterio, attamen fra-*
*ter poteſt interficere raptorem ſoro-*
*ris, & filius raptorem matris.*

ANGELVS.

8 * AN patri liceat impunè occide
re adulterū? dico quòd ſic: dū plura
ſimul copulatiuè cōcurrāt, aliàs autē
ſi ei aliquid deficit, non licet impu-
nè. Primò quòd filiā reperiat in actu
ueneris: qa poſt actū perfectū, quod
intelligitur poſtquàm ad alios actus
extraneos adulter & adultera di-
uerterūt. arg. not. in l. cōtinuus. ff. de
uer. obli. & in l. ſi duobus. in prin. ff.
duob. reis, ſibi nō licet. Et intelligi-
tur in actu ueneris, nō tantū ſi actua
liter ſit nudus cū nuda in actu car-
9 nali uenereo, * ſed etiā ſi eum repe-
riat in præludiis, ut ſolus cū ſola in
camera cū uerbis blandis, laſciuis,
uel cum baſijs, uel cū tactu mamilla
rum, quoniā iſta omnia ſunt adulte-
rii præludia: ut no. glo. & Bart. in l. j.
ff. de uar. & extraord. cri. & eſt gloſ.
no. & ibi Bart. in l. quod ait lex. ff. de
adul. & in l. capite quinto. & Salice.
in d. l. Gracchus. quòd uerū eſt in lai
co. ſi aūt reperiatur clericus oſculās
aliquam mulierem, nō præſumitur
animo uenereo, ſed ꝙ charitate &
bono zelo[a] oſculat⁹ fuerit: unde in
clerico nō pręſumitur adulterii præ
ludiū. ita dixit glo. in c. abſit. xj. q. iij.
quod eſt not. tamen ut alibi dixit gl.
in l. diuus. ff. ſi cui pluſquam. per l.
Falc. quòd à tali paupertatis prodeſ-
ſe libera nos domine: ita & à tali cha
ritate & dilectione, & bono zelo,
ꝙ uxores noſtræ à clericis oſculētur
10 libera nos domine. * Secūdò requi-
ritur etiam copulatiuè, quòd repe-
riat adulterum in actu ueneris in do
mo propria, uel in domo generis:
nam reperiēdo alibi non poſſet oc-
cidere: & intellige in domo propria
uel conducta, dummodo eam inha-
bitet: nam ſi pater uel gener haberet
plures domos, & in una in qua pater
uel gener nō habitet, reperiat filiam
adulterantē, nō poteſt impunè eam
occidere, ut l. nec in ea. & ibi glo. &
11 Bar. ff. de adul. * Tertiò requiritur
ꝙ filiā & adulterū pariter & ſimul
interficiat: & intelligas ꝙ filiā poſ-
ſit occidere, quamuis ſit prægnans:
ut no. Bart. in l. imperia. ij. ff. de ſtatu
ho. & etiam intelligo ſimul uel uno
impetu, uel uno ictu, uel prius filiam
& poſtea adulterum: ut l. nihil. ff. de
adul. uel pariter intelligitur, ꝙ & fi-
liā & adulterū, nō adulterū tātū in-
terficiat: ut l. patri. & ibi gl. ff. de adul.
Et be



Et bene no. ꝙ ſi adulterū interfice-
ret, filiā uerò ſolum uulneraret, eidē
nō licet impunè: niſi taliter uulnera-
ret ꝙ ueriſimile eſt ipſam mori de-
bere: qa ſi ei grauia uulnera intule-
rit, licet poſtea euadat, patri nō im-
putatur. inſpicias ſolum in patre in-
dignationem & ſeueritatem, quia ſi
iſtis etiā in filiam uſus fuit occidēdo
adulterum, licet filia uulnerata eua-
dat, nō tenetur pater: ut eſt caſus in
12 d. l. nihil. * Quartò requiritur quòd
filiam habeat in poteſtate, aliàs eam
emancipatā uel in aui poteſtate exi-
ſtentem, tunc patri non licet occide-
re: ut d. l. patri. & l. ſic euenit. ff. de a-
13 dul. * Quintò requiritur, ꝙ ſit pa-
tri, non autē matri filiam, nec fratri
ſororem, nec auo nepotem etiā quā
habet in poteſtate: ut d. l. patri. in ſi.
cū l. ſeq. ſed nec filio pmittitur occi-
dere adulterantē cum matre: ut d. l.
Gracch⁹. & ibi Cy. & Sal. licet gl. du-
bitauerit in d. l. qđ ait lex. talis enim
lex ut exorbitās à iure cōi & odioſa,
quia permittit homicidiū, & loquitur
tantū in patre. Ergo ad alios parētes
etiā qui habent in poteſtate, utputa
ad auum, non extēditur ut dictis iuri
bus. & Bar. in d. l. patri. facit l. ſi uerò.
14 §. de uiro. ff. ſol. mat. * Sextò requi-
ritur, quòd tempore homicidii pater b
habeat in poteſtate, licet tēpore ma
trimonii fuiſſet in aui poteſtate: ut
d. l. quod ait lex. uer. ergo ſufficit pa
15 tri &c. * Septimò requiritur, quòd
ſit nupta: nā ſi eſſet uidua, nō credo
quòd patri iſta permitterentur præ b
ceteris: quoniā ex adulterio cōmiſ-
ſo per filiā uiduam ipſe nō habet ius
præcipuū ut aliis extraneis præfera
tur in accuſando: ut eſt caſus in l. nec
in ea. ij. reſp. ff. de adult. ergo multò
minus ꝙ occidat habebit ius pręci-
puū: qa ſi denegatur principiū in ac-
cuſan. qđ eſt minus, ergo fortius nō
cōceditur occidere quod eſt maius.
Sed aliàs etiā marito nō conceditur,
16 ergo nec patri, in filia uidua. * Et ad-
uertas quòd nō ſit differentia inter
patrē legitimum & naturalem, uel
legitimū tantū, maximè hodie, quā-
do erat de deſcendētibus: ut d. l. nec
ea. in prin. & ibi glo. quæ omnia no.
ut ſcias articulare quæ neceſſaria
ſunt ad probandū pro euaſione pa-
trisfami. interficientis adulterum.
17 * Et adde quod ſuprà dixi, quòd pa-
tri licet interficere quemlibet adul-
terum, an eidē liceat interficere adul
terum qui ſit in magiſtratu. dic quòd
ſic: qa ſi expectaret, quòd magiſtratū
deponeret, iam amplius ei non lice
ret, quia pmittitur in actu uenereo:
ita dicit Bar. in d. l. quod ait lex. §. il-
lud. aliàs l. marito. §. illud. ff. de adul.
& dicitur interficere incontinenti,
& in domo ſua, uel generi, ſi inuen-
tos in actu uenereo ſit inſultat⁹, quā-
uis aufugiāt: & eos ſemper inſequa-
tur: & poſt plures horas in alio loco
interficiat: quia dicūtur interfecti in
actu uenereo & in domo patris, uel
generi: ut eſt text. in d. l. qđ ait lex.
§. quod ait. & ibi Bar. [b]

ADNOTA. a ¶ Et bono zelo.
*Adde tu qualiter ſit puniēdus clericus ſe*
*iactans de adulterio, ſi ſcandalum ſequa-*
*tur. uide Pau. de Caſ. in conſi. ccv. & cō-*
*ſi. cccxlv in primo impreßis.*
¶ Et ibi Bar. *Tu circa prædicta uide*
*Alex. in conſi. xxiiij. in ij. uol.*
AVGVS. Tu autem in hac mate
ria inquantum dictum eſt, quòd lai-
cus oſculans mulierem, præſumitur
quòd animo uenereo. Secus uidetur
in cler

in clerico:quia præſumitur quòd bo
18 no zelo oſculatus fuerit.* Addatis quòd credo, ꝙ doct.male loquātur, ita loquendo indiſtinctè:qa illa ſunt conſideranda ſecundũ circunſtantiā loci,temporis & perſonarum.tex.ad hoc nota.alle.in c.in omnibus.lxxxj. diſt.ubi papa dixit,quòd etiam ſi clericus nedũ oſculatur mulierē,ſed loquatur de ſecreto cũ muliere, in malum præſumitur,& ideo rectè glo.in d.c.abſit.dixit,quòd cũ ſola fabulatio clerici cũ muliere in malum interpretatur aliquādo,puta quādo in ſecreto fieret,multomagis dicerē in oſculo. Et ideo uide do.Abb.in c. quāto.extrà de præſum.in iiij.col.limitātē multũ no.in d.c.abſit.& limitantē prædicta. Idē dico in laico, ꝙ ſi laicus mulierē oſcularetur in publico,& multa alia concurrerent,ꝙ nō præſumerem quòd animo uenereo ita faciliter, niſi alia concurrerent,quia una pręſumptio tollit aliā: ut l.non eſt ueriſimile.ff.quod met. cau.Et ideo dicit Ange.in l.ſi hi qui. C.de adul.ſecundũ Ia.but.quod etiā ſi eſſet nudus cũ nuda & oſcularētur inuicē & amplecterētur:licet per iſta probetur adulterium:tamen ſi probat, quòd erant conſanguinei: illa præſumptio conſanguinitatis tollit aliam.quod no.idē Ang.in l.ij.§.fin.
19 ff.de adul.* Itē inquantũ dicitur,ꝙ ſi pater habet duas domos,& in una filia cōmittat adulterium in qua pater non habitat,quòd pater non poteſt occidere filiam ibi impunè.Et alleg.glo.& Bar.in d.l.nec in ea.Adde quòd errauit iſte doctor,quòd Bart. ibi nihil dicit de hoc,ſed uoluit allegare tex.in d.l.qđ ait lex.§.quare.ff. de adul.Et ratio reddit͛ ibi in tex.qa maior iniuria fit patri, quando tale delictum fit in domo propria ubi habitat,quàm in domo propria ubi nō habitat. Item adde quod Cyn.Bal.& Ang.in l.imper.ff.de ſta.homi.uoluit quòd pater filiam prægnantem occidere poteſt,quod non uidebatur uerum per illum text.ubi ſi mulier eſt damnata ad mortē quæ ſit prægnās, non poteſt fieri executio,ſed differtur uſq; quo partum fecerit: dic ut
20 ibi per eos.Item* adde,quòd ſi pater filiam interficeret, & non adulterum,tenetur l.Cor.de ſica.ut pulchrè declarat Azo in ſumma C.de adult. & eſt text. in d.l.nihil.ff.de adulte.
21 * Item adde,quòd ſi pater occidit filiam uel adulterũ,opus eſt quòd incontinēti adulterũ occidat. Et licet d.Ang.hic dixerit uno ictu & uno impetu:opus eſt quòd ambos occidat. Ego ſuprà addidi, ꝙ incontinenti hoc faciat,ut uno mortuo alterũ occidat incōtinēti:quia ſic dicetur uno ictu & uno impetu. Tamē intelligas ꝙ ſi pater occidat adulterũ,& interim filia fugiat:adeo ꝙ ſtatim mortuo adultero pater cœperit proſequi filiam ſuam:& horis interpoſitis ipſam inuenit & occidit: tamē uno impetu & ictu dicitur occidiſſe & ęquali:ita & tunc etiā pater non dicitur incidiſſe in leg.Cor.de ſica.quia illud incōtinēti dicitur fieri qđ fit ſtāte eadem ira.Iſte eſt caſus in l.quod ait.§.qđ ait.ff.de adult.& infrà hoc etiam dicit d.Ang.hic.Quinimò fortius dico,ꝙ ſi filia fugiſſet in quoddam caſtrũ,quòd fortaſſe fuiſſet mariti,& pater ſtaret per ſex menſes ad præparandum ſe continnè ut filiam occideret,quòd pater dicitur incontinenti feciſſe: & hoc per elegātem doctri-



doctrinam Vgutionis quam tradit j.diſ.§.ius naturale.de qua fecit magnum feſtũ Bald.in l.fi.C.de his qui à non.do.ubi habetur, quòd licet uim ui repellere incontinenti.l.j.C.unde ui.l.ut uim.ff.de iuſt.& iur. Tamen in continēti dicitur fieri:ſi alter qui expulit me,erat potens,& ego ad præparandum me ſteti per ſex mēſes, ut illum potentē expellerem. Nec huic cōcluſioni obſt.text.in d.§.qđ ait.in prin.ubi habetur, ꝙ ſi pater occidit adulterum una die,& alia die uult filiā occidere, & ita occidit, ꝙ pater incidit in l.Cor.de ſica.qa reſpōdeo, ꝙ illũ tex. debemus intelligere,quādo pater potuit occidere filiā, & noluit:quia illā iram depoſuit. ſecus in caſu noſtro:qa ſemper uoluit, & nunquā potuit. Itē in iiij.v. & vj.cōclu.d. Ang.inquantum dictũ eſt, ꝙ ſi pater nō habet filiā in poteſtate, uel filia ſit uidua, ꝙ pater nō poteſt adulterum
22 occidere.Idē* in fratre, ꝙ nec ſororē,uel adulterũ.Idem in filio, ꝙ nec adulterũ in matre.Limita ꝑdicta ꝓcedere in crimine ſolo adulterii: ſecus in crimine rapt⁹. Iſte eſt caſus ſingul.in l.j. C.de ra.uir.in §.j.& uoluit Cy.in l.Gracch⁹.C.de adult.Et ꝙ iſta facultas ſit data etiam illis qui non habent alios in poteſtate, ſi in flagrāti crimine inueniũt hos ſceleratos,ut impunè poſſint occidere,probat ille tex.dum dicit, ꝙ conſanguineis hoc eis permittit͛. Quinimò & tutoribus, & curatorib⁹.& gl.ibi extēdit etiā ad cognatos. Et clarum eſt, ꝙ ibi non
23 habent alios in poteſtate.* Item ultimò errauit d. Ang.hic inquātũ per text.in l.quod ait.in §.illud.dixit, ꝙ etiam patri licet occidere adulterũ exiſtentem in magiſtratu.Addatis,ꝙ ille §.non reperitur in d.l.qđ ait.ſed uoluit allegare text.in l.marito.§.illud.ff.de adult.

23 *Filia ſi ſit uilis, & pater honeſta perſona, aut pater uilis, & filia probatæ uitæ,patri non licet interficere adulterum.*

ANGELVS.

23 *E T prædicta procedunt,niſi filia eſſet uilis perſona: tūc patri licet honeſto, nō liceret interficere adulterum: facit l.ſi eam. C.de adult.nec etiā patri uili,licet filia ſit probatæ uitæ,etiam uilem adulterũ interficere licet:quia ei non conceditur accuſatio iure mariti:ita dicit Bar.in l.quod ait lex.§.illud.

AVG. Tu adde, quòd d.§.illud. non eſt in l. quod ait lex. ſed eſt in l. marito.§.illud.ff.de adult.ubi Barto. hoc dixit: & dixi ſuprà in addi.meis. in j.concluſione huius gloſſ.

24 *Pater mandans alteri,quòd filiam & adulterum interficiat: puta quia ipſe erat ſenex, an liceat facere tale mandatum.*

ANGELVS.

24 *QVID ſi pater mandat alteri, quòd filiam & adulterum inuētos in adulterio interficiat, an liceat: quia fortè pater eſt debilis,& ſenex uel infirmus?credo ꝙ ſic.ar.l.Gracchus. C.de adulte. nam ibi ideo non tenet mandatũ:quia maritus interficere nō poteſt:ſecus ergo ſi ſibi liceret. facit l.ita tamen.§.geſſiſſe.ff.de admi.tu. & iſto caſu credo, ꝙ nec pater nec ille cōmittens homicidium teneatur: quia ſi eſt delictũ impunibile quo ad mādātē,debet eſſe nō punibile, quo ad mandatarium.ar.l.adultero.§.j.& ibi Bart.ff.de adul.Aduertas tñ, ut j. dicā circa hæc ī uer.an marit⁹ poſſit.

AVG. Tu autẽ adde ea, quæ ego
dicã ibi in d. uerſ. an maritus. ſed pro
nunc cõſidero, ꝙ cũ in l. qđ ait lex. ff. b
de adul. lex ipſa ponderat, quòd ſi pa
ter durante eadẽ ita interficiat adul-
terũ, & adulterã, non incidit in ali-
quam pœnã, ꝙ mihi uidetur impoſ-
ſibile, ꝙ ſi pater alii mandaret quaſi
impoſsibile eſſet, ꝙ diſpoſitio illius
§. uerificari poſſet: quia pater credẽs
fortè, ꝙ ille mãdatarius adimpleuiſ-
ſet uoluntatem ſuam interficiẽdo fi-
liam ſuã ita ceſſaſſet, & ſic pater in-
cideret in l. Corn. de ſica. cogita ta-
men in uer. an maritus.

25 *Marito an liceat accuſare uxorem de adulterio, ut dotem perdat, & puniatur leg. Iul. de adult.*

26 *Mulier quando poßit accuſari criminaliter de adulterio per maritum, ad hoc ut ipſe dotem lucretur.*

27 *Vxor ſicut perdit dotem propter adulteriũ, ita perdit bona paraphernalia.*

ANGELVS.

25 *QVAERO quia uideo, quòd
a marito nõ liceat interficere [a], an li-
ceat de adulterio accuſare, ut ipſa ꝑ-
dat dotẽ, & etiã ut ipſa puniaẽ l. Iul.
de adulte. dic ꝙ ſic: ut l. j. & ibi gl. &
Cy. C. de adult. & not Bar. in l. rei iu-
dica. §. morũ. & ibi doct. ff. ſo. mat. nõ
autem contrà licet uxori accuſare ui
b rũ [b] de adulterio per eũ cõmiſſo in
aliquã ſolutã, uel cõiugatã, ut punia-
tur l. Iulia de adul. ut d. l. j. qđ not. qm̃
per uxorẽ fit iniuria uiro, nõ econtra
ut ibi habeẽ, qđ no. bene: & uide Cy.
& Sali. in d. l. j. q ponũt rationẽ: quia
per maritũ non põt uiolari torũ, põt
tamen mulier accuſare uirũ ciuiliter
ut ſeparetur torꝰ, & ut perdat dona
tionẽ propter nuptias: ut ibi dicunt
doct. per l. conſenſu. C. de repudiis.

ADNOT. a ¶Interficere. Adde
i hoc & uide Ale. in cõſ. lxxvj. in j. uo. B.
¶Virum. *Adde quòd contrariũ cõſu-
luit Ro. in conſi. clxxvij. ubi quòd ad hoc
ut condemnatio ſequi poßit, mulier debet
probare matrimonium: ſicut tenetur uir.
Bernar.*

AVG. Tu autẽ in hac materia ad
de, & dic ꝙ imò uideẽ, ꝙ etiã mulier
põt accuſare maritũ de adulterio ho
die ꝑ ius auth. ut eſt caſus in auth. de
nupt. §. ſi igitur ſecundum Theodo-
ſium. ibi, maritũ adulterio delinquẽ-
tẽ. Quinimò etiã de iure C. per text.
in l. cõſenſu. §. j. C. de repud. ibi, ſi qua
igitur mãdat ſuũ adulterũ. ubi mu-
lier accuſando maritũ facit ipm̃ per-
dere etiã donationes ꝓpter nuptias:
niſi ſaluando dicamus, ꝙ ibi agitur
ciuiliter, nõ autem criminaliter: ſed
certè eſt diuinare ad illa iura: & Sali.
hoc modo reſpõdet in d. l. j. ubi Sal.
ponit unũ caſum ſingu. qñ uxor põt
accuſare maritũ de adult. etiã crimi-
naliter: & hoc eſt quãdo uxor proſe-
quitur ſuam iniuriã, puta quia mari-
tus commiſit adulte. cum uxore filii
ipſius mulieris nati ex alio matrimo
nio: uel cum uxore fratris ipſius mu-
lieris. dic ut ibi per eũ. De hac mate-
ria uide etiã quæ ſcripſi in l. rei iudi.
§. morũ. ff. ſo. ma. poſt Mod. & Rom.
26 *Adde hic omnino d. Imo. in l. cum
mulier. ff. ſo. ma. in viij. col. qui ponit
materiã, quãdo mulier poteſt accuſa
ri criminaliter per maritũ de adulte
rio, ad hoc ut ipſe poſsit lucrari do-
tem. Et Pau. de ca. in cõſi. ſuo cxxvj. &
uidetur ſing. cõſi. Pet. de anch. in cõſ.
ſuo ccccix. q cõſuluit in caſu uno pe-
grino, ꝙ erat maritus qdã, q acriter
uerberauerat uxorẽ ſuã, & ipſa aufu-
git, & uenit Ferrariã: maritus habitãs
Bono



Bononię accuſauit ipſam de furto, &
adulterio, ut poneretur in banno, ad
hoc ut perderet dotẽ: cõſuluit ibi, ꝙ
ipſe maritus, tanquã inimicus nõ eſt
idoneus accuſator iſto caſu: & tale
bannũ nõ ꝓfecit, nec marito nec hæ
redibus mariti, ad hoc ut lucrenẽ do
tẽ. Et uide cõſiliũ Oldr. in conſil. ſuo
clxviij. ꝙ maritꝰ qui expulit uxorẽ de
domo ꝓpter adulteriũ, cũ adulteriũ
nõ ſit notoriũ, uel ſnĩa aliqua fuerit
lata, debet uxor ali à marito interim.
27 *Et ſcias, ꝙ ſicut ꝓpẽ adulteriũ uxor
perdit dotẽ: ita ꝑdit bona parapher-
nalia: gl. eſt ſin. in l. plerũq;. de dona.
inter uirũ & uxo. & allegat & ſequi-
tur Rom. in ſingularibus primi anni
ccxcv. quod incipit, propter adulte-
rium uxor perdit dotem &c.

28 *Socero an permittatur ſaltem uilem adulterum interficere, ut patri: uel ſal tem ſicut uir non tenetur de ſica. ſed leuius punitur, ita & ſocer.*

ANGELVS.

28 *NVNQVID ſocero ꝑmittiẽ
ſaltẽ uilẽ adulterũ interficere, ut pa-
tri, uel ſaltẽ ſicut uir nõ teneẽ de ſica.
ſed leuiꝰ puniẽ, ita & ſocer? & uideẽ,
ꝙ ſic: & fortius cũ loco parẽtis habea
tur: ut l. qa parẽtis. ff. ſol. mat. Cõtra-
riũ uideẽ, quoniã lex loquẽs in patre
nõ habet locũ in alio aſcẽdente, uel
collaterali: ut l. patri. ff. de adulte. ita
ergo lex loquẽs in uiro nõ extẽditur
ad ſocerum: ut l. ſi uerò. §. de uiro. ff.
ſolu. ma. quod no. qa uidi de facto. Et
prædicta ꝓcedũt ꝑterquã in raptori-
bꝰ monialiũ, & eorũ auxiliatoribꝰ qa
in flagrãti crimine inuẽti: nõ tantũ à
patribus monialiũ inuenti, ſed etiam
à conſanguineis, & à tutoribus, & à
curatoribus poterunt occidi: ut l. ra-
ptoribus. C. de epiſco. & cleri.

AVG. Tu adde, ꝙ mihi uideẽ ꝙ iſta
q̃ſtio nõ eſt dubia, cũ caſum legis ex-
ꝑſſum quodãmodo habeamꝰ in l. ſic
eueniet. ff. de adult. ubi auo, ꝙ fortiꝰ
eſt, nõ ꝑmittiẽ occidere adulterã nec
adulterũ: quia cũ hæc poteſtas occi-
dẽdi exorbitet à iure cõi, ut qs ꝓpria
autoritate ſibi ius dicat, & uindictam
faciat: ut no. Bar. ĩ d. l. ſic eueniet. ideo
nõ mirum, ſi nõ poſſumus extẽdere
ipſam legẽ, iuxta not. in l. omnes po-
puli. ff. de iuſti. & iur. & in c. canonum
ſtatuta. extrà, de cõſti. & in d. §. de ui
ro. & in le. cõmodiſsimè. ff. de libe. &
poſth. & maximè cùm ſocer uxorem
filii non habeat in poteſtate: ut not.
in d. l. patri. & in d. l. ſic eueniet.

29 *Marito ſciente uxorem adulteram, & non accuſante ſiue ignorãte: an liceat eius hæredi maximè propter dotẽ perdendam illam accuſare.*

30 *Si uir ipſe teneat cõcubinam, & mulier committat adulterium, non debet perdere dotes ſuas per adulterium.*

ANGELVS.

29 *QVID ſi maritus ſcit uxorem
a adulterã [a] & nõ accuſat: an liceat eiꝰ
hæredi maximè ꝓpter dotẽ perdẽdã
accuſare? dic ꝙ nõ, ſiue maritus ſciue
rit, & non ſit cõqueſtus, qa uidetur re
miſiſſe: imò uideẽ de lenocinio tene-
ri: ut l. ij. C. de adul. & l. ij. §. ij. ff. eo. ti.
ſiue etiã ignorauerit eius hæres, non
põt etiã ad finẽ, ut perdat dotẽ, cõtra
uxorẽ agere, uel excipere de adulte-
rio: ut l. rei iudicatæ. §. morũ. ff. ſolu.
ma. & ibi Bal. Ang. Raph. & Imo. nam
prout dicit ibi Bal. iſtud tẽdit ad uin-
dictam, ergo talis actio, licet maritus
ignorauerit ſibi cõpetere, nõ tranſit
ad eius hæredes: ut leg. cum emãcipa
tus. §. cum emancipati. & ibi gloſſ. ff.
de colla. Sed Salic. in l. fi. C. de adult.

tenet, quòd ſi uir ignorauerit, quòd
eius hæredes poſsint excipe de adul.
ut mulier petens dotem eam perdat.
Sed Bar.in l.pen.C.de adult. dicit, ꝙ
ita iniuriatur cõſanguineus de ſtu-
pro cõmiſſo in uidua: ſicut de adul-
terio commiſſo tempore mariti de-
functi. Et uide Cy.Bal. & Ang.in d.l.
fi.& uide quæ ſcripſi, in d.l.rei iudi-
catæ. §.j.

¶ *Allegatio in cauſa adulterii d. Alex.de Imo.de Tarta.*

a ¶ *Mulier quæ cõmiſit adulteriũ, & ma-
ritus non eſt conqueſtus de ea, hæredes nõ
poſſunt obiicere ei exceptio. adulterii ad
finẽ priuandi eã dote, quia uidetur ei re-
miſſum per maritũ. hoc uerũ, niſi mulier
cõmiſiſſet in arti.mortis mariti: quia non
uidetur ei remiſſum quo ad illũ, quòd cõ
miſit in arti.mortis. & ſic põt illud ꝑ hæ-
redes apponi ad hoc, ut perdat dotẽ. ut fir
mat Sal.in l.ſi.C.de adul. & no per glo.
in l.ſi.deicõ.C.de fideicõ. & ar.l.nõ eſt ſe-
rẽdũ.ff.de trãſac. & idẽ tenet Ro.in l.rei
iudi.§.j.ff ſo. ma.ubi pro hoc etiã allegat
l.j.cũ ibi no.per Bar.ff.de his qui.ut indi.
idem uidetur uoluiſſe Cy.in l.j.in fi. C.de
reuocan.dona.ubi dicit, ꝙ ſi dominus nõ
reuocauit feudũ cũ uaſall⁹ cõmiſiſſet ad-
uerſus eũ feloniã, quã ignorauit. idẽ ſi ſci
uit, & nõ habuit cõmoditatẽ reuocandi:
quia ſtatim mortuus fuit. poterit hæres eius
reuocare feu.alle.argu.l.utilitatẽ. & l.in
cõfirmãdo.ff.de confir.tut. idem etiam te-
nuit And.de Iſer. & Bald.in c.j.§.porrò,
quæ fuit prima cauſa benefi.amit.ubi idẽ
dicunt, ſi ſciuit, & non habuit cõmodita-
tem uindicandi morte præuẽtus. pro quo
Sal.in d.l.ſi.C.de adulter.allegat in arg.
bonum tex.in l.iij.C.de inoffici. teſta. &
idẽ etiã tenuit do. Abb.in præalleg.c.ſi.de
do.& quãdo eſt in arti.mortis ſemp præ-
ſumitur ignorare, ut dicunt præfati doct.
in locis ſuperius alleg. quoniam adulteriũ
in articu.mortis commiſſum, ac etiã quia
non habuit facultatem uindicandi, &
accuſandi.*

¶ Allegatio do.Alex.de Tarta. de Imola.

¶ Nota in uerſi. *Quid ſi maritus ſcit
uxorem adulterã &c. quòd mulieri poſ-
ſit per hæredes crimẽ adulterii opponi ad
finẽ priuandi eam dote, probatur expreſ-
sè per d.l.ex conſenſu. C.de repu.auth.ut
liceat matri & auiæ.§.quia uerò pluri-
mas.& in l.rei ~~uendicationis~~ §.& hære-
di.ff.ſol.matr.cum ſimi.* Nam hoc eſt ue-
rum, ꝙ hæredes poſſũt de hoc obiicere, ni-
ſi maritus mores mulieris adulteræ ap-
probaſſet ſeu cõqueſtus nõ eſſet: quia tũc
eſt ſecus. Sed ſi improbaſſet mores uxoris
adulteræ, aut conqueſtus eſſet dũ uiueret,
tunc etiã ad hæredes tranſit facultas ob-
iiciendi crimẽ adulterii ad finem priuan-
dæ mulieris iure dotis. ita uoluit Ioan.de
Imo.l.cum mulier.in viij.col.in uerſi.item
aduerte, quòd hoc procedit quando uir ui
uit & c.ff.ſol.mat.ubi dicit, ꝙ ſi maritus
reprobauit mores mulieris adulteræ, licet
cõtra eã in iudicio nõ egerit, hæredes poſ-
ſunt eidẽ mulieri opponere de adulterio
ad finem excludendi eam à dote. ita dicit
trãſire Ia.de bel.in præalleg. §.quia uerò
plurimas.& in auth.ut liceat ma.& ibi
hoc ponit Iac.de bel.in fi.ubi pro hoc al-
le.l.ſi uxor.in fi.ff.de adul. & in c.plerũ-
que.de do.inter ui.& uxo. hoc etiã uoluit
Ang.in l.rei iud. §.& hæredes.ff.ſol.ma.
ibi dũ dicit, nec ſub ſilẽtio ꝑtrãſiuit &c.
hoc clarius uoluit Pau.de caſt.in d.l.cum
mulier.ibi dum dicit, ꝙ ſi marit⁹ in uita.
idẽ uidet tenere Bart. ſummãdo illam l.
& l.rei iud.§.j.in j.cõtrario.et ī l. Luci⁹.
circa fi.dũ dicit, ꝙ ſi marit⁹ nõ fuit in ui-
ta de adulterio cõqueſt⁹, nõ pt hæres eius
de adulterio opponere, ꝑ d.l.rei iudic. hoc
aperti



tè uoluit Andr.de Iſer.in c.j.§.porro.quæ
fuit prima cauſa beneficii amit.dũ dixit,
ꝙ ſi uaſallus offendat dominũ, tamẽ do-
minus cũ in uita nõ inquietauit, nõ pote-
rit per eius hæredẽ feudo priuari, per l.ſi.
C.de reuo.do.& l.omnimodo.cũ gl.& l.
nõ tantũ.§.ſi mãcipatus.ff.de cõtrata.&
not.in c.imperialẽ.§.inſuper.de prohibi.
feu.alie.per Fed. Subdit tamẽ hoc eſſe ue
rũ, niſi dominus fuiſſet conqueſtus in ui-
ta de offenſa. allegat l.quæ à patre.

Eiuſdem allegatio.

¶ Mulier propter adulteriũ perdit do-
tẽ.l.ex cõſenſu.C.de repu.& auth.ut lic.
ma.& auiæ.§.quia uerò plurimas.c.ple
rũq;.de do.inter ui.& uxo. Tamen illud
uerũ eſt, ſi maritus accuſauerit eã crimi-
naliter de adul.& ſe ad pœnã taliõis in-
ſcribat.tex.eſt ſecũdũ intellectũ Barto.in
l.miles.§.ſocer.ff.de adul.& pro hoc etiã
alleg.Bar.in d. §.ſi uerò plurimas.& no.
per gl.in præalle.l.ex cõſenſu. Præterea di
co ꝙ nõ eſſet neceſſaria criminalis accuſa
tio, tamẽ ex quo maritus dũ uiueret, ſilẽ-
tio uſus eſt, nõ uidetur hæredes ad retinẽ-
dã dotẽ poſſe mulieri obiicere crimẽ adul
terii.l.rei iudi.§.& hæredi.ff.ſol.ma.&
ibi gl.& cõmuniter ſcribẽtes, & Specu.
in ti.de excep.in d.uer.itẽ quæritur ecce.
& in ti.de do.inter ui.& uxor. §.ij.uer.
quid ſi mulier.licet ibi clarè nõ firmat.et
no.Sal.in l.ſi.C.de adul.& ibi etiam per
Bal.& ad hoc l.ſi.& quod ibi not.C.de
reuo.do.& qđ legitur & no.in d.c.ſi.de
do.no.C.eo.l.ſi.in ſimili.C.de reuo.do.&
qđ no.gl.in l.omnimodo. in uer.ſi licebit.
C.de inof.teſt.quæ dicit no.ꝙ hæredes do
mini nõ poſſunt auferre feudũ uaſallo pro
pter feloniã cõmiſſam uerſus dominũ, ſi
dominus nihil dixit dum uixit.

¶ Reſpõſio cõtra prædictas alleg.d. Vgolini de Ariminio.

¶ Nõ ob.in cõtrariũ allegata, ſcilicet, ꝙ
neceſſe ſit, ut maritus lucretur dotẽ pro-
pter adulteriũ, ut uxorẽ accuſet de adul-
terio criãliter: ut hic Bar.in d.l.miles. §.
ſocer.per illũ tex.ſecũdũ intellectũ Bart.
quia reſpõdeo, ꝙ cõis opi.eſt in cõtrariũ, à
qua in iudicãdo nõ eſt recedẽdum, & de
hoc ꝙ nõ requiratur accuſatio eſt text.in
d.l.cũ mulier.ff.ſol.ma.& ibi hoc ſequi-
tur Bald.Io.de Imo.& Pau.de caſt. &
etiã tex.in l.Lucius.ibi etiã ſequitur Ro.
e.ti.& text.iũcta gl.in l.uiro. eod.titulo.
& eſt tex.clarus in præalleg.c. plerunq;.
& in l.ſi.cũ ibi no.C.de adul.& ita te-
net etiã Ia.bu.Pe.Cy.Bal.Sal.in authẽ.
ſed hodie.C.de adul.& Ia.de bel.in §.quia
uerò plurimas.in auth.ut li.ma.& auiæ.
Et ideo patet ꝙ illo intellectu Bar.ad d.
§.ſi ſocer.ſi poteſt procedere, eſt contra
prædicta iura: nec etiã probatur opi.ſua
in d.§.quia uerò plurimas. quia ubi non
negatur, quòd ſi maritus nõ accuſat cri-
minaliter, ſed aliàs per modũ exceptionis
opponatur de adulterio, ꝙ uxor dotẽ non
perdat.& ita etiã reſpondetur ad no.per
gl.in d.l.ex cõſenſu. confirmo prædicta ex
alio capite. nam nõ eſt dubiũ quòd ꝑ adul
teriũ dicitur illata iniuria marito.l.ſi ma
ritus ſit.§.lex uilis.ff.de adult.& l.miles.
§.ſocer.eo.tit.& ibi probatur, ꝙ nõ ſolũ
marito fit iniuria, ſed etiam omnibus de
agnatiõe mariti, ut probat tex.ibi in uer.
uindictæ domus.iuncta l.j.in prin.in uer.
domus.ſecũdũ expoſitionẽ Iac.de are. &
ibi Bar.ff.ad Silla.& l.cũ unus.in princ.
cũ gl.in uer.domũ.ff.de alimẽ.& cib.leg.
& eſt regulare, ꝙ iniuria facta uni cẽſe-
tur facta omnib⁹ de genere ſuo. l.lex Cor
ne.in princ. & ibi Bar.ff.de iniur.& l.j.
& ibi Bal.C.ſi qua prædi.po.l.cũ ſcim⁹.
& ibi Bar.C.de agri.& cẽſi.lib.xj.& l.
j.et ij.ff.de li.cã. ergo ſi filij mariti ex pro
pria ꝑſona eorũ petãt iuſtitiã miniſtrari
ſuper actiõe iniuriarũ aduerſus mulierẽ,

nõ poteſt negari, quin iudex debeat dictã iniuriã, quæ æſtimãda ſit p iuramẽtũ actoris accedẽte taxatione iudicis. l. ſed ſi unᵘ. §. ſeruus meus. & l. iniuriarum æſtimatio. cũ ibi no. per. Bar. ff. de iniuriis. & plenè per alios in l. ſi non conuicii. C. de iniuriis.

¶ Maritᵘ q nõ approbauit in uita ſua mores pudorẽ adulterii cõcernẽtes, etiã extra iudicialiter hæredes poſſunt cõtra mulierẽ repetẽtẽ dotẽ excludere propter adulteriũ cõmiſſum in uita mariti. allegãt Io. de imo. in l. cũ mulier. in vij. col. in uer. itẽ ad uerte quòd hoc procedit. & alios docto. & hãc ſentẽtiã eſſe cõmunẽ, licet Bar. ſentiat cõtrariũ in l. miles. §. ſocer. ff. de adul. & c. ibi, requiritur inſcriptionẽ & c. & ſic per uiã iudicii, ad quod reſpõdetur cũ omni reuerẽtia opi. Bar. potiᵘ eſſe cõmunẽ, quoniã cõfirmatur per tex. gl. & doc. plures maioris autoritatis: nã probari uidetur per tex. expreſſũ in auth. ut liceat matri & auiæ. §. quia uerò plurimas. ibi, ſi de adulterio maritus putauerit poſſe uxorẽ ſuã conuinci, oportet prius uirũ inſcribere & c. & gl. ibi ſuper uerbo, ſi de adulterio. expreſſè firmat ibi, quod eſt uerius approbãs quòd l. quamuis. C. de adul. corrigatur. & clarius gl. idẽ cõfirmat in l. conſenſu. §. uir quoq; in j. glo. & in glo. ſuper uer. ſibi hæredi. hãc ſentẽtiã ſequitur & firmat Spe. in tit. de do. inter uirũ & uxo. §. ſi. uerſic. quid ſi mulier agit. de excep. & d. uer. itẽ ſequitur ecce. cũ quo ibidem trãſit Io. And. in addi. etiã Io. And. omnino ſequitur opi Spe. remittẽs ſe ad eũ in c. plerũq;. de do. inter ui. & uxo. & ibi etiã But. idem ſequi uidetur, dicẽs teneas quòd non cõpetit exceptio, cum nõ lucretur maritus dotẽ, niſi accuſet de adulterio, & inſcribat & c. Idẽ expreſſè uoluit & cõſuluit Bal. in cõſ. incip. ſi uxor recedit. ibi dicit formalit. ſi uir diſſimulauit adulteriũ uxoris, & nec criminaliter nec ciuiliter egit, & nec iᵘ uindi. tẽtauit hæres mariti, nõ põt accuſare mores quos nõ accuſauit maritus. ff. ſo. ma. l. rei iud. §. & hæredi. & ibi p Dy. & ad hoc c. de rep. l. & cõſenſu. §. uir. et ibi gl. Et uerba mariti nõ in iudicio ſed extra iudiciũ nihil operãtur ad trãſmittẽdã actionẽ per naturã dotis nec ad ppetuãdã in ſucceſſores & c. & paulo poſt ſubdit, ſed cõtrariũ eſt: cũ enim uir diſſimulauit, & in iudicio cõqueſtᵘ nõ fuit hæres, audiri nõ debet. & uidetur approbaſſe patiẽdo labi tẽpus accuſandi de adul. & c. hãc etiã op. ſequutus eſt Ang. et in d. l. rei iud. §. & hære. ad fi. ibi ultimò ſcias, q ſicut licitũ eſt uiro propter adulteriũ retinere dotẽ, ſic & hæredi uiri: ſi modo uir expulit mulierẽ, alias ſecᵘ, & c. magis expreſſius firmat in auth. ut lice. matris & auiæ. §. quia uerò plurimas. licet liber meus uidetur intitulare Bar. ſed cõmuniter dicitur q Bar. nõ ſcripſit ſup auth. poſt oẽs prædictos. Raph. cu. prædictorũ cõfirmat ſentẽtiã, in d. l. cũ mulier. ff. ſo. ma. ſi igitur opi. Bar. roboratur p tex. gl. & illuſtres doc. quo colore põt dici cõtrariã opi. eſſe communẽ? præterea nec Io. de Imo. in prædicta l. cũ mulier. ut ſuprà alleg. nec Ia. de Bel. & alii cõtradicũt, licet dicãt, q ſi maritus nõ approbauit mores uxoris, ut eſt certũ q hæredes poſſũt oppon. de adul. nõ tamẽ dicũt extra iudiciũ. ideo intelligẽtur nõ approbauit, iuxta formã traditã in d. §. quia uerò plurimas. & glo. & aliorũ doc. ſuprà qui expreſſè dicũt de nõ approbatione in iudicio: ut ſuprà dictũ eſt. deinde ſi expreſſè dicerent, quòd ſufficiat quòd maritus eſt querelatus extra iudiciũ, tamẽ plures ſunt & magis digni tex. gl. & alii ſuprà numerati: ideo magis prãualere debet opi. Bar. & ſequa. nã quì pluribus & c. c. prudẽtiã. de offi. dele. et eſt expreſſũ xx. di. c. de qbus. & xxxiij. q. q. hoc ipſum. hæc ſunt alle. do. Vgolini de arimin.





AVG. Tu autem in hac materia adde quod Ro. in d. l. rei iudicatæ. §. morũ. tenet expreſsè quòd hæredes mariti poſſunt excipere de adulterio ad hoc ut mulier perdat dotẽ: per no. per gl. in l. fideicõmiſſum. C. de fideicom. & per tex. in l. j. cũ ibi no. per Bar. ff. de his quib. ut indig. facit l. in confirmando. & l. in utilitatem. ff. de confir. tuto. & quod eleganter decidit Cyn. in l. fi. C. de reuo. dona. & qđ pulchrè decidit Io. And. & alii canoniſtæ in c. fi. extrà de dona. ubi ſingu. limi. l. fi. C. de reuo. dona. procedere in donatore decedente, & ſciẽte donatarium fuiſſe ingratum: ſecus ſi donator ignorauerit: quia poterit eius hæres donationẽ reuocare. Sed his non obſt. teneo opi. Bal. quia illa allegata in contrariũ, nõ militãt, nec tolſunt rationem illam, per quã Bal. tenet ſuam opinionem: & hoc idẽ uoluit Bal. in l. cùm mulier. ff. ſolu. mat. in repe. in xv. oppo. & ſequitur ibi in vij. col. Io. de Imo. Limita tamẽ prædicta quãdo maritus uiuẽs poſt adulteriũ cõprobaſſet mores mulieris: uel eſſet dubiũ an approbaſſet: ſed ſi improbaſſet: tũc dicit Ia. de Belui. in auth. ut liceat matri & auiæ. in §. quia uerò plurimas. quòd heres eius poſſet opponere exceptionẽ adulterii: & idẽ tenet Imo. in d. l. cũ mulier. in vij. col. Itẽ etiã ſentit Ang. in d. §. morũ. dũ intelligit illũ tex. quãdo maritus ſub ſilentio tranſiuit. In hac materia Bar. in d. l. rei iudicatæ. allegat Spe. in duobus locis: & uide doc. in
30 d. l. fi. C. de adul. * Adde tamen Pau. de caſt. in cõſ. ſuo cxxvj. incip. In Chriſti nomine Amẽ. hæc mulier nõ debet excludi à petitione dotis. quę per bona iura cõſuluit: quòd ſi uir tenebat cõcubinas, & mulier cõmiſit adulteriũ, nõ debet perdere mulier dotes ſuas per adulteriũ. Idẽ ſi maritus ſciuit eã adulterã & eã carnaliter cognouit poſtea. Idẽ ſi uir nũquã eſt cõqueſtus: dic ut ibi per eũ in d. conſi. Item adde prædictum conſi. cxxix. incipiẽ. In Chriſti nomine Amen. reuocatur in dubiũ, qui diſputat, & terribiliter arguit, an ſit uera illa doctri. Bar. quã poſuit in l. pe. C. de adul. quòd ſi uidua cõmiſit ſtuprũ, an hæredes uiri poſſint excipere de ſtupro, ad hoc ut ipſa perdat dotem: & in fi. approbat d. Bart. in d. l. pe. Et adde d. Nellũ in tracta. bannitorũ in ſecundo tempore poſt bannũ perfectũ, in xxix. q.

31 *Inquiſitio an poſſit fieri de adulterio & lenocinio.*

ANGELVS.

31 *QVAERO an de adulterio poſſit per uiam inquiſitionis de iure procedi. dic quòd ſic tam de adulterio, quàm de lenocinio: ut l. ij. §. ſi publico. & ibi gl. & Bar. ff. de adulteriis.

AVG. Tu adde hìc ea quæ dixi ſ. in gl. hæc eſt quædã inquiſitio. in prin. ubi latè diſputatũ fuit in quibus caſibus & in qbus criminibus põt formari d. inquiſitio: dic ut ibi latè dixi.

32 *Marito agẽte cõtra uxorẽ de adulterio, an poſſit mulier excipere de lenocinio.*

ANGELVS.

32 *QVID ſi per maritũ agatur cõtra uxorẽ de adulterio, an ipſa poſſit excipere de lenocinio? reſpõdeo q aut agitur ad uindictam publicam: & ad pœnã corporalẽ imponendam: & tunc exceptio lenocinii eam non excuſat: nam talis exceptio ſolũ maritum aggrauat ut puniatur, non autem facit ut ſe liberet: ut d. §. ſi publico. de quo latè per glo. Bart. & Imo.

in l.is qui reus.ff.de publi.iudi.
AVGVST. Tu in hac materia
adde ea quæ dixit Pau. de Caſt. in d.
conſil.ſuprà allegato per me cxxvj.
qui dicit,quòd imò uidetur caſus cõ
tra iſtam concluſionem d. Ang.in l.
cũ mulier. ff.ſolu. mat. ubi ſi uir agit
contra mulierem , ut perdat dotem
propter adulteriũ cõmiſſum : mulier
excipit de lenocinio , excludit mari-
tũ : ſed dic quòd ibi agitur ciuiliter,
ſecus ſi ageretur criminaliter : dic
ut ibi per eum.

33 *Adulterii accuſationẽ qs facere poſsit.*
34 *Maritus & pater an præferantur in
accuſando, & an poſsunt accuſare de
adulterio : quia uxor eſt ignominioſa:
& matrimonium fuit contra leges
contractum.*

ANGELVS.

33 * QVIS poſsit de adulterio ac-
cuſare:dic cum crimen ſit publicum,
ut l. j.ff.de pub.iud.quòd quilibet ad
mittitur:ar. §. cõſequens.inſti.de ſu-
ſpe.tut. Sed aduerte ꝙ ſi extraneus
accuſat, & maritus & pater concur-
rat, quòd maritus præfertur omni-
bus , etiã ſi pater iam accuſationẽ &
ſubſcriptionẽ propoſuerit, & mari-
tus nõ fuerit in negligentia:ut l.ij.§.
fi.& glo. & ibi Bart.ff.de adul.in hoc
dic latius , ut not. Azo in ſumma de
adul.circa prin. uidelicet ꝙ maritus
in accuſatione adulterii pręfertur o-
mnibus, etiam patri mulieris:niſi pa-
ter doceat generũ infamẽ,aut arguat
eũ colludere cũ uxore magis q̃ ani-
mo accuſandi , aliàs præfertur mari-
tus,etiã ſi pater pręuenerit,& libellũ
porrexerit:marito tñ nõ negligẽte,
ut dictũ eſt:nec diſtinguit iuſtũ an in
iuſtũ fuerit mrimoniũ, ſiue fuit uxor
uilis & uulgaris,ſiue non:ut l.ſi uxor.
§.planè.ff.de adul. In tantũ ꝙ ſpon-
ſus admittitur ad accuſandũ de adul
terio in ſua ſpõſa cõmiſſo,& pfertur
aliis:quibus nec matrimoniũ quale-
cunq;,nec ſpem matrimonii uiolare
licet:ut ff.de adul.l.ſi uxor.§.diuus.&
in §.ſi minor. & tene menti,quòd in
ſponſo uel marito nõ attẽditur utrũ
ſit paterfa. uel filiusfa. quia etiã ſine
uolũtate patris ſui,quãdo eſt filiusfa.
de adulterio accuſare poteſt:ut l.in-
ter liberos.§.filiusfa. ff.de adul. Sed
bene attẽditur in marito ſit liber uel
ſeruus:quia ſeruus ob uiolatũ cõtu-
berniũ accuſare nõ põt.C. de adul.l.
ſerui.Sed nõ cõſideratur ſi ætas mariti
ſit minor, quia etiã minor cũ ſuo cu-
ratore admittitur ad accuſandũ pro
ſuo toro uiolato.ff.de adul.l.ſi mari-
tus.§.lex. Poſt maritũ admittitur pa-
ter mulieris iure mariti,id eſt,ut aliis
præferatur intra ſexaginta dies à die
cõmiſsi adulterii:ita dicit gl. in l. iu-
re mariti. C. de adul. & l.patri. §.j.ff.
de adul.ſed ille tex.dicit à die diuor-
tii:unde de iure quãdo incipiãt cur-
rere dicti lx.dies,plenè no.Sal.in d.l.
iure mariti. uer. quæro ſecundò &c.
qui lx. dies cedũt pariter marito, &
patri neutri ipſorũ accuſanti:ſi tamẽ
intra lx. dies maritus occupat accuſa
tionẽ:tamen reſiduũ quod de dicto
tẽpore reſtabat, cũ maritus cœpit ac
cuſare,nõ cedit patri, donec incœpit
accuſare poſſe:ut ff.de adul.l.ſi mari
tus. in prin. Sed hoc nõ procedit de
iure aut. quia etiã nõ facto diuortio
maritus põt accuſare de adulterio,
& tẽpora ſibi currũt & nõ patri,quia
demũ facto diuortio poteſt, & ſi ue-
niant pater & maritus ordine ſucceſ
ſiuo,nõ currũt tẽpora patri,niſi mari
to excluſo:ut no.Sal.in d.l.iure mari-
ti.facit



ti.facit l. nouo iure.C.de adul.Et be-
ne no.ꝙ illud quod ſuprà dixi,mari-
tũ omnibus præferri,etiã primò accu
ſantibus,uerũ eſt intra xl. dies.his au
tẽ finitis cõcurrentibus cũ marito &
nõ præueniẽtibus:tamẽ etiã maritus
tãquã idoneior præfertur : ut d.l.j.in
fi.& l.ij.& ibi gl. & Bart.ff.de adul. &
eodẽ modo poſt maritũ datur pręla-
tio patri:ut d.l.j.in fi.cũ l.ij.In quibus
autẽ maritus omnibus aliis præfera-
tur,not.gl.Bal.& latè Sali.in d.l. iure
mariti.in uer.quæro modò &c.Et te-
ne cordi,ꝙ prædicta procedũt,quan
do patri permittitur accuſare adulte
rũ:ſed de filio dicta iura nõ loquun-
tur.Tu autẽ dic idẽ ut tex.ſing.in l.ꝙ
ſi maritus.cũ glo.ff.qui & à quibus.&
no.Sal.in d.l.iure mariti.uerſ.quæro
dixi,quãdo pater &c.ſcias tamẽ ꝙ ho
die correctũ eſt,ꝙ ſiue cõſtãte matri
monio,ſiue poſtea, ſiue maritus, uel
pater,uel alii cõiũcti fuerint negligẽ
tes,uel nõ:tamẽ nũquã extranei ad-
mittũtur ad accuſandũ de adulterio
uxoris alienæ,licet ſit publicũ crimẽ:
ut no.gl.& ibi Bar.quãuis ſe non fir-
met,in l.miles. §. uolenti.ff. de adul.
Sed clarius Rich. malũ.Cy. & Sal.in l.
quãuis.la.ij.C.de adul.in uerſ.oppo-
no.cũ gl.iiij.cũ uer.ſequẽti.& ibi aſsi
gnãt rationẽ quare &c. Et quia dixi
de cõiunctis ꝙ admittuntur, dic ſiue
ſint ex latere cõiũcti mulieris, ſiue ui
ri:ut no.Sal.in d.l.quamuis.quod no.
AVG.Tu autẽ in hac materia ad
de,ꝙ in tantũ marito permiſſa eſt ac
cuſatio mulieris de adulterio,ꝙ imò
ſi extraneus accuſauerit mulierẽ de
adulterio, & mulier fuerit abſoluta:
& maritus uult iterũ ipſam mulierẽ
accuſare de adulterio : ꝙ poterit:ut
eſt text.in l.ſi maritus.§.fi.ff. de adul.
dũ tamen ipſe probet à principio,ꝙ
iuſta cauſa fuerit impeditus:quòd in
tra tẽpus legitimũ nõ potuit accuſa-
tionẽ inſtituere. Itẽ adde ꝙ Ang. in
l.quãuis.ff.de adul.& Ang.in l.ſi ma-
ritus.in prin.ff. de adul. uult ꝙ falſæ
ſint gl.quæ dicũt,quòd d.l.quãuis.nõ
corrigat iura antiqua : quia imò ho-
die extraneus nõ põt accuſare uxo-
rẽ alterius de adulterio:quia nõ licet
fœdare matrimonia aliena. Et ideo
dixit Ang.in d.l.ſi maritus. ꝙ ſi uxor
fuit repudiata à uiro,ex quo maritus
eã cõtemnit, nemo poterit eã accuſa
re de adulterio. Quæ autẽ perſonæ
poſſunt accuſare,ſancitum eſt in d.l.
quãuis. Itẽ inquãtũ dictũ eſt,ꝙ mari-
tus & pater pręferũtur in accuſando,
& poſſent accuſare mulierẽ de adul
34 terio:* limita niſi uxor fuerit igno-
minioſa,quia nõ poterũt hoc facere:
uel fuerit uxor:ſed matrimoniũ cõ-
tra leges fuerit factũ.ita uoluit Bart.
in l.marito.§.illud.ff.de adul.caſum
allegat in le.ſi uxor.§. planè.& §.ſed
in ea.ff.de adul.Et hoc intelligas quã
do iure mariti uellet accuſare : aliàs
ſecus:ut ibi habetur.& quando dica
catur accuſare iure mariti uel nõ : &
quæ priuilegia habeat,uide Cy. in l.
iure mariti.C.de adul.ibi uide doc.&
uide Bar.in d.l.marito.§.illud.qui di
cit ꝙ ſi maritus & pater ſunt infa-
mes,uiles, & ignominioſi,repellũtur
ab accuſando : hoc intelligo ſi iure
mariti,aliàs ſecus.Itẽ inquantũ Sal.in
d.l.ſi iure mariti.& d.Ang. hîc allega
uerũt illũ tex.pro ſingulari in l. ſed ſi
maritus. qui & à quibus. quòd pater
ita poteſt accuſare filiã adulterã,ſicut
adulterũ.& Sal.ibi dicit ꝙ ille tex.ali
bi nõ reperitur.& ita pertrãſit d.An-
ge. Aduertas ꝙ certè miror de iſtis

clariſsimis doc.q̃ luminaria iuris erãt & ignorauerũt tex.magiſtrales.nã il le tex.in d.l.ſed ſi maritus.nõ probat niſi cõ iũcta gl.ſed ego in indiuiduo allego caſum in terminis in l.is cuius.§.marito.ff.de adul.ubi expreſsè tex.hic dicit,ꝙ pater põt accuſare ſi liã adulterã intra lx.dies,& nemo alius extraneꝰ præfertur,ſicut in ipſo marito dicitur.Quinimò contra iſtã ſentẽtiã uidetur tex.in l.nec in ea.§.j.ff.de adul.ubi dicitur ꝙ pater in accuſando filiã adulteram præ ceteris nullũ ius pręcipuum habet.Vide ergo quomodo ille tex.in l.ſed ſi maritus.eſt ſing.cũ reperiamus multa iura de iſta materia loquentia.Sed reſponde ad tex.in d.l.nec in ea.quia loquitur in patre qui uult accuſare filiam uiduã,quæ cõmiſit ſtuprũ.& ita dixit ibi gl.aliàs ſecus.Et tene menti quod dixit Ro.in ſingu. primi anni, cclviij.quod incip.ſcis quod adulter. qui dixit quòd in eod.libel.adulter, & adultera non poſſunt accuſari.tamen ibi limitat.no.hoc.

35 Pater & maritus ſi intra lx.dies non probant accuſationem,an condemnentur de calumnia.

ANGELVS.

35 *QVAERO ſi pater & maritus intra lx.dies nõ probãt accuſationẽ, an cõdẽnentur de calũnia.dic quòd non, niſi ſint in euidenti calumnia. C.de adulte.l.quamuis. de quo tamen uide latè per gloſſ.& Salic.in l. abſolutione.C.de adulte.

AVG.Sed adde ꝙ contra iſtã deciſionem eſt text.in l.pater.& in l.is cuius.§.ſi.ff.de adul.ubi expreſsè dicitur,ꝙ ſi uir iure mariti accuſat, tenetur de calũnia:faciunt ea quæ habentur in l.auxilium.ff.de minori.& ideo uide gl.in d.§.ſi.& ibi Bart.expreſſè dicit, ꝙ ſi intra lx.dies accuſat,non tenetur de calumnia,ſi probat:ſecus ſi accuſat elapſis lx.diebus quia tenetur de calumnia:de euidẽti uerò calũnia tenetur.dicit ibi Bar. & ita intelligatur d.§.ſi.

36 Pater & maritus licet intra lx.dies negauerint ſe uelle accuſare de adulterio : tamen intra quatuor menſes utiles admittuntur iure extranei.

ANGELVS.

36 *SCIAS tamen quòd licet intra lx.dies negauerint ſe uelle accuſare de adulterio, tamen iure extranei admittuntur in iiij.menſes utiles:ut d.l.iure mariti.C.de adulte.& l.ij.§.hoc ſi maritus.& l.maritus.§.ſi negauerit.ff.eo.titu.

AVG. Tu adde ꝙ uera eſt iſta cõcluſio,ꝙ maritus duplici uia poteſt accuſare uxorem ſuã,& iure mariti, & iure extranei:ut eſt caſus in l.ij.in j.§.de adul.& in l.ſi uxor.in princ.& in §.ſed ſi ea.ff.eod.titu. Priuilegia autem quæ magis dantur in uno caſu quàm in alio, ſatis ſupradictum fuit. & in l.iure mariti.per Cy.& alios.C.de adul.

37 Maritus ſi intra lx.dies incœpit accuſare & non finiuit,& non proſequitur ultra,an conſiderato fine teneatur de præſumpta calumnia.

ANGELVS.

37 *QVAERO an ſi maritus incœpit accuſare intra lx. dies, & non finiuit, & non proſequatur ultra,& non probet an conſiderato fine teneatur de præſumpta calumnia.Sal. in d.l.iure mariti.in uerſic.quæro an maritus &c.dicit quòd non,tanquam principium ſit ſpectandum : ut ff.de bo.liber.l.qui cum maior.§.j.

AVG



AVGVST. Tu adde quòd mihi uidetur,quòd ſatis pulchrè dixit Barto.in l.ſi is cuius.§.iure mariti.ff. de adul.inquantum diffiniuit præſumptam & ueram calumniam:nam dicit quòd ſi maritus accuſet intra lx.dies,excuſatur à præſumpta calumnia : à uera uerò calumnia quis non excuſatur.

38 Pater,frater uel auunculus an admittantur etiam iure mariti.

ANGELVS.

38 *QVAERO an pater,frater,uel auunculus,admittantur etiã iure mariti:quia utile eſt iure mariti accuſare propter pręſumptam calumniam: & ut præferatur. Azo in ſumma de adult.in ij.colũ.dicit fortè quòd ſic, per l.quamuis.C.de adul.

AVG. Tu adde ꝙ dubito de iſta deciſione.Et primò ſcias ꝙ quando pater accuſat,propriè nõ dicitur accuſare iure mariti, ſed iure patris dicitur accuſare:ut eſt text.in l.marito. §.illud.ff.de adul.ibi, iure patris maritiue . Sed in hoc conſidera ꝙ imò iure patris etiam pater ſemper non poteſt accuſare,niſi concurrant certa quæ de iure cõcurrunt:ut eſt text. in l.nec in ea.§.in accuſatorem.ff.de adul.Si ergo pater non poteſt accuſare ſemper iure patris : quantominus & frater & alii coniuncti ſeparati?Et maximè reqritur quòd ille qui accuſat iure patris & mariti,habebat adulteram in poteſtate:ut eſt text.in l.is cuius.§.marito.ff.de adulte. Nec obſt.quòd maritus non habet uxorem in poteſtate : quia reſpondeo quòd imò eſt falſum hoc:quia pater habet filiã in poteſtate quo ad reuerentiam:ſed maritus habet uxorem filiamfamilias in poteſtate , quo ad opera & debitum carnis.ita eleganter tradidit Bart.in l.rei iudicatæ.§. ſocero.ff. ſol.matrimo.Et not.gloſ. inſtitu.ad Tertul.§.ij.& l.ſi uxorem. C.de condi.inſertis.

39 Extranei poſt quas perſonas admittantur accuſare in crimine adulterij.

ANGELVS.

39 *ET poſt has perſonas coniũctas extranei admittuntur, cum ſit crimẽ publicum:ut d.l.quãuis.& licet olim aliud eſſet: hodie etiam conſtante matrimonio poteſt fieri accuſatio: ut in authẽ.ut lic.mat.& auiæ.§.quia uerò plurimos.

AVGVSTI. Tu adde hic quæ ſuprà dixi in tribus proximis additionibus.

40 Capitula in adulterio quomodo formabuntur ut concludant.

ANGELVS.

40 *QVOMODO formabuntur capitula in adulterio , ut cõcludant: & ſic ut ſcias quę ꝓbationes ſunt neceſſarię:& ſic uideas modũ,& formã practicandi de adulterio:dic,ꝙ aut proceditur per accuſationem factã ab extraneo:& tunc ſufficit quòd capitulet, quod talis, ſcilicet Berta habebatur & reputabatur ut uxor Caii: ergo idem,quando per uiam inquiſitionis proceditur , quoniam iudex ſuccedit in locum patris extranei, non autem inquirit iure mariti : ut habetur maximè per Bartolum , in l.ij.§.ſi publico.ff.de adulte. Sin autẽ maritus iure mariti accuſat:& tunc non ſufficit ita capitulari , niſi capitulet quòd uerè ſit uxor , non autem capitulet quòd habebatur, & ut uxor reputabatur. Sed aduerte, quia etiã maritus quãdo ita capitularet,& probaret, ſufficit quò ad hoc, ut præſu

ut præſumatur uxor, & onus probã-
di in reũ transferatur: ut l.in uerbis.
ff.de ritu nup.unde ſi reus faceret ca
pitula ꝙ illa non poterat eſſe uxor,
non releuat ſe:ſed capitulare debet,
ꝙ Berta nõ habebat, nec reputabat
ut uxor: quo probato etiã abſolue-
tur. Et ſic ex his habes capitula pro
parte inquirentis, & pro parte accu-
ſatoris & rei: & ita eleganter dicit
Bart.per illum tex.in l.ſi uxor.§.ſed
in ea.ff.de adul. Adde qđ idem ipſe
no.in l. ſi uxori.§.qđ ſi in uxorẽ.ff.e.
quod bene not.quia non omnis ſcit
bene capitulare:& conſequenter mi
nus bene probare in adulterio: ex
parte uerò cõmittentis adulteriũ nõ
refert,an credat eam ueram uxorem
Titii,& ſciuerit, an eam in animo re
putauerit, & tenuerit pro uxore Ti-
tii, quia Titio iniuriam inferre uo-
lebat.ita dicit Bar.in l.de iure. §.fi.ff.
ad municip.quod not.

AVGVST. Tu autẽ in hac ma-
teria adde ꝙ Ange.in l.ſi uxor. §.pla
nè.ff.de adul.poſuit iſtam materiam,
& refert iſtã materiã aliter:nam Bar.
dicit ꝙ uir accuſans de adulterio, ut
uir,debet probare matrimonium ue
rum.quod probat eoipſo, ꝙ probat
ſe tractaſſe, & tenuiſſe illã in uxorẽ,
per d.l.in uerbis. Sed quando accu-
ſat ſimpliciter ſufficit probare ma-
trimoninm putatiuè: quod probat
probando tractatũ:& quod licet ad-
uerſarius probet,ꝙ illa uxor eſſe nõ
poteſt,nõ eximitur à pœna,niſi pro-
bet negatiuam, ſcilicet ꝙ non tra-
ctabat eã ut uxorẽ. Et ſubdit Ang.ꝙ
ſi inſpiciantur uerba Bart.ꝙ ſibiipſi
uidetur contrarius.Nam dicit primò
matrimoniũ uerè debere probari:&
deinde ſubdit ꝙ nõ ſufficit probare
reo, ꝙ iſta uxor eſſe nõ poteſt: unde
ſecundum Ange. dic ꝙ ubi maritus
accuſat ut maritus, matrimoniũ de-
bet probari uerè. Et ideo ſi aduerſa-
rius probet, ꝙ iſta uxor eſſe nõ po-
teſt, abſoluitur, quantuncunque ſi
tractaretur ut uxor:quia præſumptio
matrimonii inſurgẽs ex tractatu to-
litur per contrariã probationẽ ſui:
ꝙ iſta uxor eſſe non poteſt. Et certè
plus mihi placet iſta ſententia Ang.
Nec obſt.text.quẽ Bart.alleg.ſcilicet
tex.in d.§.ſed ſi in ea.quia ille tex.re
ctè intuenti nõ probat id qđ ipſe di
cit.& no.id quod dixit Bald.in l.no:
igno.C.qui accuſa.ꝙ efficacior eſt
ꝓbatio matrimonii, ꝙ uir tractabat
Bertã in alimẽtis, & ueſtibus precio-
ſis, quàm ꝙ uir nominaret Bertam
uxorẽ ſuam,quia parũ curamus,dicit
ipſe, de ſolo nomine:cũ ſæpenume-
rò iſta ſtant per fictionem:quod no.

41 *Capitula, ſeu probationes de adulter.*
*qualia eſſe debeant.*

ANGELVS.

41 *VISIS capitulis de uxore,cõ-
ſucceſsiuè quæramus, qualis debet
eſſe probatio de adulterio:& per cõ-
ſequens etiã illa capitula de actu ue-
nereo: quia poſt capitula ſequi de-
bet probatio. dic ꝙ adulteriũ nõ po-
a teſt probari directò [a], & quia ſi ui-
deres duos nudos in lecto, neſcires
directò quid uerè facerent:unde dic
ꝙ ex præſumptionibus probatur, ut
c.præterea.de teſti. & ca.tertio loco
extrà de prob.ut quia uidiſti eos nu-
dos in lecto: uel ꝙ uidiſti p ſciſſuras
oſtii eos ſolos in camera clauſa:& ſi
erãt iuuenes,& luxurioſi,& nihil ap-
rẽtela coniungebãtur, & alia ſimilia
probãdo, & deducẽdo:ita dicit Bart.
in l.ij.§.fi.ff.de adul. Item dico ꝙ ex
actibus uenereis probatur,& præam-
bulis:ut no.gl.& Bart.in l.j.ff.de uar.
& extraor.cri.& l.qđ ait lex.in princ.
& ibi Bar.ff.de adult.& l.cap.v.& ibi
Bar.ff.de adul.& ſuprà dixi.

ADNO.a ¶ Probari directò
*Adde tu & uide Rom.in conſi.cccclj.ubi*
*etiã, an ex eo quòd mulier uadit de nocte*
*ad domũ amaſij præſumatur adultera.* B.

AVGVST. Tu autẽ in hac ma
teria adde ea quæ dicit Bar.in l.ij.ff.
de fur.in prin.ꝙ aut ꝓbatur adulte-
riũ,ſi in domo alicuius pulchre puel
læ eſt aliquis inuẽtus.de qua doctri-
na ego dubito in iſtis præiudicialib⁹,
ꝙ iſte dicatͬ manifeſtus adulter,quia
poterit eſſe, ꝙ ex alia cauſa iuerit in
domũ illius mulieris:uel qa erat fri-
gidus,& nõ potuit fornicari. Sed ui-
de do.Abb.in c.ꝓterea.extrà de teſti.
approbantẽ illã doctrinã Bar.in d.l.ij.
ſed ipſe uult ꝙ uir,& mulier in late-
bris domus reperiãtur.Aduertas quia
reperio d.Abb.in c.tertio loco.extrà
de prob.in vj.col.facientẽ mentionẽ
de hac doctrina Bar.in d.l.ij.& dicit
ꝙ illa doctrina Bar.eſt falſa:quia ad
probandũ adulteriũ non eſt uerũ, ꝙ
ſufficiat probari,ꝙ aliquis fuerit in-
uentus in domo unius pulchræ mu-
lieris: qa poterit eſſe ꝙ ille ingreſ-
ſus ſit illã domũ,& tñ ignorauerit ibi
mulierẽ habitare.Et ideo dicit ꝙ illa
doctrina Bar.in d.l.ij.debet intelligi
quãdo aliquis in latebris domus fue
rit inuentus:& erat in actu præambu
lo ueneris:puta quia ſe oſculabãtur:
& uide Bal.in l.neque natales.C.de
proba.q dicit,ꝙ ſi mulier admittit ui
ros paſsim de nocte, & de die in do
mo,præſumitͬ meretrix.Et ideo ſcho
laris qui ingreditur in ſimilẽ domũ
nõ eſt præſumendũ ꝙ dicat pater no
42 ſter. * Tenementi quæ dixit Ang.
in l.ſi qui adulterii.C.de adul.& in l.
ij. §.ſi ſic.ff.de adul.ꝙ adulteriũ di-
rectò probari nõ poteſt uerè: ſed ex
præſumptionibus, ut ſuprà dictũ eſt:
dicit tamẽ ꝙ illa præſumptio exclu-
ditur per aliã præſumptionẽ,puta ra-
tione cõſanguinitatis. Subdit tamen
ꝙ licet ratione cõſanguinitatis ſen-
tentia abſolutoria fuerit lata contra
adulterũ, tamẽ ſi uerè poſtea proba-
retur adulteriũ, poteſt iterũ procedi
cõtra adulterũ nõ obſt.illa ſententia
abſolutoria. tex.alleg.in l.ſi qui adul
terii.C.de adul.ita dicit Ang.in d.§.
ſi ſic. Et omnino uide quæ dixi ſuprà
in hac eadẽ glo.in uer.quid in patre.
in addit.ubi examinaui, an prædicta
militent in clerico oſculante, uel al-
loquẽte mulierẽ. An autẽ criminali-
ter ex iſtis præſumptionibus liceat
criminaliter,& ad mortẽ condẽnare
aliquẽ:uide d.Abb.multa allegantẽ
in c.quanto.extrà de præſum.& me-
43 lius in c.afferte.eo.ti. * Adde tamẽ,
ꝙ licet p iſtas præſumptiones pro-
baretur adulteriũ:tamẽ uidereretur ꝙ
mitius debeat puniri,p doctrinã Bal.
in l.ſi quis nõ dicã rapere.C.de epiſ.
& cle.in illa ſua diſtin.quãdo diſtin-
guit qualiter unus puniatur, quãdo
fuit inuentus cum una muliere ia-
cente in terrã:uel quãdo fuit inuẽtus
oſculari mulierẽ, & alleg.gl.in l.j.ff.
de uar.& extraor.cri.qui dicit quòd
mitius puniͬ:& illa fuit doctrina Iac.
de are.& Guil.de cu.ibi:niſi dicamus
ꝙ ibi cõſtabat ꝙ illi ad ulteriora nõ
proceſſerant:cogita & uide quæ latè
dixi in gl.fama publica præcedente.
in uer.quæro, an unum indicium,uel
plura requirãtur.in illa addi.magna
mea,ubi examino iſtam materiam.



Pœn

44 *Pœna adulterij quæ ſit.*

45 *Adulterij pœna licet in uiro ſit capitis iudex tamẽ illã ex cauſa minuere põt.*

46 *Muliere committente fornicationem cum ſacerdote, iudex eccleſiaſticus nõ laicus cognoſcet, quia effecta eſt fori eccleſiaſtici.*

ANGELVS.

44 b * QVAERO quæ ſit pœna adulterij [b], quia facta probatione, & liquidatione adulterii, ſequitur pœnę impoſitio.arg.l.j.§.j.ff.ad Turpil.dic ꝙ maſculo eſt pœna mortis naturalis: ut l.quãuis.la ij.C.de adult.& ibi uide latè per Sali.In fœmina autẽ eſt pœna, de qua in authẽ.ſed hodie.C. de adult.quia clauditur in monaſterio, & alia patitur, de quibus ibi. De iure autẽ canonico ſentẽtia lata cõtra fœminã adulterã, licet emendata fuerit, ſi maritus nõ uult ipſam recipere, tradi debet in monaſterium in perpetuũ ad pœnitentiã peragendã: ut c.gaudemus.de conuer. coniuga. Et prædicta intellige quãdo eſt ſimplex adulteriũ. Si autẽ eſſet adulteriũ cũ inceſtu, uel cũ nefario coitu: tũc etiã in fœmina eſt pœna capitis, & ſic punitur fœmina, ut maſculus: ut eſt text.in d.l.ſi adulterium cum inceſtu.in prin.ff.de adul.& ibi gloſ.& Bar.nec hochodie corrigitur p auth. poſitã in l.quãuis.C.de adul.ita dicit Bar.ĩ d.l.ſi adulteriũ.qđ no. De iure uero canonico ſi marit⁹ uult, eſt pœna adulterii, ut habetur, & not.in ca. gaudemus.extrà de conuer.coniug.

ADNOT. a ¶ Pœna adulterii. *Vltra ea quæ ponit hic Auguſt. & uide Fulg.in conſil.cliij. & Fede.de ſenis.in conſi.lxij.ubi ſi mulier fuerit fornicata cũ uno ſacerdote, iudex eccleſiaſticus, & nõ laicus cognoſcet. & adde quòd licet cum muliere nupta inhoneſtè uiuẽte committatur adulterium, tamen committens nõ punitur, ſed ipſa mulier.ita Pau.de Caſt. conſil.cccvij.*

AVGVST. Tu autẽ in hac materia adde, ꝙ Ioan.Fab.inſti.de pub. iud.poſt gl.ibi latius loquitur, & cõſiderat in hac materia quatuor iura. primũ ius diuinũ quo adulter, & adultera occidũtur: ut Deuteronomii xxj. c.& xxxiij.q.v.c.hæc imago.cũ c.ſeq. Itẽ ſecundũ ius digeſt.quo iure uidetur ꝙ nõ eſſet certa pœna ſtatuta.Itẽ nõ uidetur ꝙ eſſet capitalis: ut not. glo.in l.qui cũ uno.ff.de re milit.§. adulterio.& de his qui not.infa.l.cũ miles.Itẽ de iure C.fuit ſtatuta pœna capitis, tã in maſculo, quàm in fœmina: ut l.quãuis.C.de adult. Itẽ de iure auth.eſt ordinatũ, & ſtatutũ, ꝙ in muliere mutatur pœna, ut non ſit pœna capitis, ſed alia pœna: de quibus in d. authen.ſed hodie.Solũ eſt pœna capitis in maſculo committẽte adulteriũ: & iſta eſt cõmunis ſentẽtia.Et ita tenet gloſ.& omnes doc.& maximè Ant.de but. Abb.& Imo.in c.tuæ.extra de procu.ubi Imo.dicit, ꝙ ita legiſtæ cõmuniter tenent.Et de materia uide Ro.in ſingul.ſuis, ſecũdi anni ſing.cxlvj.qđ incip.nos ſumus in materia adulterii. qui dicit ꝙ hodie ſunt ſtatutæ tres pœnæ. Et ibi ponit quis erit iudex.Adde d.Bar.in l.inter liberas.§.j.poſt gl.ff.de adul.& Bart. in l.ſi quis iudiciũ.poſt gl.ff.de quęſt. & Sali.in l.caſtitati.& in l.eũ q duas. C.de adul.& Ang.in auth.ut nulli iudi.§.adulterã.& Iac.de bel.in l.raptores.C.de epiſ.& cle.& §.neceſsitatẽ. in auth.ut nulli iudi.col.ix.& gl.in c. de benedicto.xxxij.q.j. & Barto.in l. Claudius.ff.de his quib.ut indig.ex quibus



quib⁹ dictis poſſumus colligere unã pulchrã limitationẽ, * ꝙ licet in uiro ſit pœna capitis, tamẽ ex cauſa iudex poteſt minuere illã pœnã: per l. quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui no.infa.& uide Pau.de Caſt.cõſi. ſuo ccciij.ponentẽ, an ſi mulier nupta, q̃ uiuit inhoneſtè, ſi adulteriũ cõmittit: an ipſa, & maſculus adulter debeãt capitaliter puniri: & ibi alle. Ang.no.loquentẽ.Adde Fed.de ſen. in cõſi.clxij.qđ incipit, mulier accuſata.qui dicit ꝙ mulier quæ cõmiſit adulteriũ credẽs maritũ mortuũ, nõ debet puniri de adulterio, ſed de ſimplici fornicatiõe. * Itẽ dicit ibi, ꝙ ſi una mulier fecit fornicationẽ cũ uno ſacerdote, iudex eccleſiaſticus, nõ ſecularis puniet ipſam, quia effecta eſt de foro eccleſiaſtico: & ibi dicit, ꝙ ſi mulier reſpondẽdo inquiſitioni dicit ſe cõmiſiſſe adulterium, uel inceſtũ, & in ueritate non ſit: nõ debet puniri de adulterio, uel inceſtu: quia fortè erat fornicatio, ibi uide: & dixit do.Abb.in cõſi.ſuo iiij.ꝙ quædã mulier quę fuit ui coacta facere adulteriũ, cũ quodã officiali, cũ dolosè non cõmiſerit crimẽ adulterii, nõ incidit in pœnã, nec perdit dotẽ, nec alimẽta: & tene mẽti qđ dixit gl. in ca.tuæ.extrà de procur.ꝙ mulierẽ dãnatã de adulterio, põt uir ſecũ reconciliare, & ipſam retinere.& ita dicendũ eſt ecõtra in uiro reſpectu mulieris: eſt tex.in d.authen.ſed hodie. quinimò fortius dico, ꝙ etiã inuita muliere dãnata de adulterio, poteſt maritus ipſam retinere penes ſe: eſt gl.no.in c.ex literis.extrà de diuort. quã approbãt ibi doct.maximè Abb. licet d.Ant.de but.cũ aliquali diſtinctione ipſam approbet, & ita illã gl. intelligit do.Anto.ſed hodie de iure canonico clericus cõmittens adulterium in monaſteriũ detruditur, & laicus excommunicatur, per tex.in c. ſi quis clericus.lxxxj.diſt.ita dicit Io. Fab.inſtit.de publi.iudi.§.ij.

47 *Fornicationẽ cõmittẽtes, an euitẽt pœnas, ſi dicãt ſe cõtraxiſſe matrimoniũ.*

ANGELVS.

47 a * AN autẽ poſtea dicti tales cõmittentes fornicationẽ euitare poſſint pœnas, ſi dicant, & cõfiteantur [a] ſe contraxiſſe matrimonium.no.per Bald.in uſib.feud.in tit.de pa.iur.fir. dic ut ibi per eum.& dicam j.eo.uer. pone quòd eſt iuuenis.

ADNOT. a ¶ Confiteantur. *Adde & uide do.Alex.in cõſi.j.in iij.uol.*

AVGVST. Tu adde, & dic ut dicam ibi in d.uer.pone ꝙ iuuenis.

48 *Cõcubina alicuius ſi cognoſcatur carnaliter à Titio, an Titius puniatur, et quomodo.*

ANGELVS.

48 a * QVID ſi concubina [a] alterius carnaliter cognoſcitur? dic ꝙ aut talis cõcubina perdidit nomẽ matronæ, & honeſtæ mulieris: & tunc talis coitus eſt impunit⁹: aut nomẽ matronæ, & honeſtæ mulieris retinet, ut quia liberta ſtat cum ſuo patrono: & tunc talis coitus eſt punibilis: ut eſt tex.& ibi glo.& Bar.in l.ſi uxor.circa prin.ff.de adul.Et prædicta procedũt ſi eſt libera mulier quę paſſa ſit adulteriũ, ſin autẽ ſerua ſit, habet locũ iniuriarũ actio, & de ſeruo corrupto.l. Aquil.ff.de adul.l.miles.§.pe,& l.pe. Et ſi uis ſcire quis coitus ſit permiſſus, & etiã quis damnatus, uide Bart, glo.& ll.quas allegat in l.ſi adulterium cum inceſtu in prin.uer.oppo, d.l.qui contra.ff.de adul.

ADNOT.

ADNOT. a ¶ Concubina.
*Adde quæ propriè dicatur cõcubina Pau. de Caſt.in conſi.ccccl xvj.& do.Lud.ſardum in tract.legi.*

AVGVT. Tu in hac materia
adde& dic,ꝙ cũ hodie de iure cano
nico nullus concubinatus ſit licitus:
ut uoluit Io.And.ſequẽdo opi.Hoſt.
in c.lator.extra qui fil.ſint leg.tex.in
ca.nemo.xxxij.q.iiij. Quinimo ſecũ-
dum Hoſt.etiã hodie de iure nouiſs.
uidetur dicendũ,ꝙ leges dãnant illũ
coitũ cõcubinatus illicitũ:quia leges
nouæ dãnant fornicationẽ, & omne
peccatũ:ut in auth.de lenonibus.co.
ij.& ſcen.mulieres &c.col.v.& ut nõ
lux.cõtra na.col.vj.unde & dicit im-
perator, caſtitatis ſumus amatores:
ut in authẽ.quib.mod.na.col.vj.§.il-
lud.& l.ſi qua illuſtris.C.de Orſi.& in
talibus potiſsimè ubi de peccato a-
gitur,leges ſequũtur canones,in au-
then.quomo.opor.epiſco.col.j.& de
ec.titu.col.ix.tenẽt per has rationes:
& Io.And.& Hoſt.hodie indiſtinctè
ſaltẽ de iure cano.ꝙ omnis cõcubi-
natus eſt illicitus. Si ergo omnis cõ-
cubinatus eſt illicitus:ita poteſt impu
nè haberi acceſſus ad omnẽ concu-
binã,ſicut poteſt haberi ad illam quæ
uulgariter meretricat̃,ad quã impu-
nè ſine dubio habet̃ acceſſus,ꝑ text.
in l.ſi uxor.§.planè.ff. de adulte. & l.
quæ adulterũ.C.de adul.& ideo dice
bat Ang.in d.l.ſi uxor.in prin.Not.tu
ſcholaris qui quotidie habes acceſ-
ſum ad cõcubinas Bono.quę nõ ſunt
ſclauæ:ſed fantolaſtræ: unde de tali
acceſſu nõ debes puniri, cõſiderato
ꝙ talis cõcubinat⁹ eſt reprobatus de
iure ciuili, & fortius de iure cano.ẽt
ſi ſit libera Bonon.cõſiderato, ꝙ de
iure p̃dicto omnis cõcubinatus im-
probat⁹ eſt:niſi dicas,ꝙ ex quo om-
nis fornicatio eſt ꝓhibita iure cano-
nico, etiã talis acceſſus debet puniri
in terris eccleſiæ in qb⁹ habet tẽpo-
ralẽ iuriſdictionẽ: & ſic iura canoni-
ca ſunt ſpiritualia:ut no.Io.an.in c.ij.
extrà,de reg.iur.in vj. Sed tu uide o-
mnino Bart.in l.j. ff.de cõcu. optimè
ſaluantẽ,in quo cõcubinatus de iure
canonico eſt approbat⁹ uel reproba
tus,ſed uide tex.cũ gl.in c.cõcubina.
xxxiiij.diſt.qui uidetur uelle, ꝙ de iu
re canonico quãdoq; cõcubinat⁹ ſit
ꝑmiſſus:& xxxiij.diſt.in ſumma. uide
omnino Abb.in c.cũ ſit generale.ex-
trà de fo. cõpe. diſputantẽ,an hodie
de iure ciuili cõcubinatus ſit prohi-
bitus:uide Matth.in ſing. ſuis ſingu-
lari cj.qui ponit materiam,de qua in
j.q.hîc tracta.dicit tamẽ ibi in fi.quòd
ſi filius habet rem cum concubina
patris, eſt iuſta cauſa exhæredandi
eum.ibi allegat bona iura.

49 *Mulier accuſata de adulterio quas defenſiones facere poteſt.*

50 *Maritus approbans mores mulieris: an uideatur approbare futuros.*

ANGELVS.

49 *QVAERO quas defenſiones
poteſt facere accuſatus uel accuſata
de adulterio.dic quòd plures facere
ꝑmittitur. Primò ſi dicat ꝙ iure ma-
riti poſt lx. dies accuſare nõ põt,uel
ſi dicat ꝙ plures accuſatores de adul
terio habere nõ poteſt,licet ſecus ſit
in crimine inceſtus:ut l. ſi maritus.§.
pe.& l.uim paſſam.§.duos.ff.de adul.
Itẽ opponi põt exceptio perẽptoria:
ut ſi dicat trãſactũ eſt quinquenniũ,
quia quinquennio accuſatio adulte
rii tollit̃:ut l. ſi maritus. §.p̃ſcriptio-
ne.ff.de adul.quod tamẽ intellige:ut
no.gl.& latè Sal.in l.adul.C.de adul.





& etiã in l.querela.C.de fal. Secũdò
ſi dicatur maritum deſtitiſſe:ut ff.de
adul.l.j.§.j.& l.abſolutiõe.uel ſi mu-
lier dicat adulterũ eſſe abſolutũ: qa
ampli⁹ in æternũ accuſari nõ poteſt:
ut l.denũciaſſe.§.j.& quod not.gl.&
Bar.ff.de adul. Et ſic cõdẽnatoria fa
cta de adulterio non nocet mulieri:
ſed abſolutoria facta de adulterio
prodeſt mulieri:ut d.§.ſi.Ratio autẽ
eſt,quia in abſoluen.ſumus prõptio-
res:ut l.Arriani.ff.de act.& obl.Ter-
tiò, ſi uir dicatur fuiſſe autor malo-
rũ morũ: iudex enim inquirere de-
bet,an maritus pudicè uiuẽs mulieri
quoq; colendi bonos mores autor
fuerit: aliâs periniquũ eſt ab uxore
alios mores exigere,quos ipſe mari-
tus nõ habet:ut ff.de adul.l.ſi uxor.§.
ſi iudex. Quartò opponitur ꝙ ma-
ritus eius mores approbauit,ut ſi eã
propter adulteriũ de domo expulit,
poſtea uerò eam reaſſumpſit: ut l.ſi
uxor.§.ſi.ff.de adul.Et cõſequẽter di
citur approbaſſe mores uxoris non
tantũ præteritos,ſed etiã futuros:ut
uult.gl.in l.caſtitati.C.de adul. & ibi
Sali.in pe.q.qui remittit ad not.per
ipſum in d.l.quoniã Alexãdrũ. Vlti-
mò quòd maritus fuit leno:ut l.qũ.
& l.ita.C.de adul. & dicit̃ leno mul-
tis modis:ut ibi plenè per Sal.quod
eſt uerũ,ſi opponat antequã nomen
ſuũ recipiatur inter reos, poſtea aũt
uir nõ repellitur:mulier tamẽ obii-
ciẽs uiro eũ aggrauat:ſed ſe nõ libe
rat,ut d.§.ſi publico.& quod ibi per
gl.& Bar.de quo tamẽ latè per Imo.
& Bar.in l.is qui reus.ff.de pub.iud.

AVG. Tu autem in hac materia
adde,& dic quò ad iiij.& v.& vj.de-
fenſionem tex.in l.quæſitũ.§.ſi.ff.de
adul.per quẽ text.colligitur, ꝙ licet
maritus deſiſtat ab accuſatione ante
cõdẽnationẽ,ꝙ non põt amplius eã
accuſare, qñ in ueritate cognoſce-
bat mulierẽ fortè nõ culpabilẽ:& di
cit gl.ibi ꝙ licet deſiſtat,nõ tñ crimi
ne lenocinii punitur:intelligas hoc
uerũ,qñ non erat dãnata de adulte-
rio:qa ſi erat damnata de adulterio.
ipſa mulier uel marit⁹ in uerũ eã co
gnoſcebat culpabilẽ, & mulierẽ re-
ducat,punit̃ ipſe maritus pœna leno
cinii,ꝑ tex.in l.ſine metu.C.de adul.
Aduertas tñ ꝙ hodie per tex.in aut.
ſed nouo iure. & ĩ corpore,unde ſu
mit̃.licet marito ſine pœna etiã mu-
lierẽ dãnatã de adulterio reducere
ad domũ eius:uide do.in l.caſtitati.
maximè Ia.de Are.Cy.& Ang.qui di
cunt,ꝙ cum hodie maritus pœna le
nocinii puniretur,ſi reduceret mu-
lierẽ ad domũ ſuam,quando mulier
meliorẽ uitã nollet facere, ſed uel-
let eſſe meretrix,quicquid dicat in
d.l.ſine metu.& uide Salice.in locis
50 præalleg.* Sed aduertas inquantum
do.Ang.hic poſt Salic.in d.l.quoniã
Alexand.uidentur tenere,quòd ma
ritus approbans mores mulieris nõ
modo præteritos,ſed etiam futuros
uidetur approbare. Addatis,ꝙ imò
credo, quòd futuros nõ uidetur ap-
probare,nec etiã poſſet, & hoc pro
bo per tex.cõiuncta gl.c.quẽadmo-
dum.extrà de iureiur.ibi tutius ergo
in hoc caſu uidetur, ut propter iu-
riſiurãdi religionẽ uir accuſare de-
ſiſtat uxorẽ ad diuortiũ celebrãdũ.
ubi fortius dicitur, ꝙ ſi maritus ex-
preſsè per pactũ etiã cum iuramẽto
promittat non accuſare mulierẽ de
adulterio futuro:& ſic uideatur ap-
probare mores mulieris, ꝙ hoc pa-
ctũ inquantũ uenit cõtra publicã uti-

litatẽ,ꝙ dolus de futuro remittatur, quòd hoc fieri nõ põt,per tex. in l.ſi vnus.§.paciſci.& §.illud.ff.de pac.& ideo dicit do.Abb.hic,tex.coniuncta gl.probat,quòd non ualet pactũ,per quod maritus promittat mulieri nõ accuſare ipſam de adulterio futuro, inquantũ hoc pacti uenit cõtra utilitatem publicã:& ſic maritus poſſet ipſam accuſare pacto non obſtante, & etiã iuramẽto non obſtãte:ut uult ille text. bene ualeret illud pactũ & iuramentũ inquantũ cõtineret utilitatẽ priuatã ipſius mariti:ut uoluit ille tex.cõiuncta gl. & ſic uoluerunt Hoſt.Io.And.& Innoc.ibi:& ideo ſi rectè põderatur ille tex. in d.c.quẽadmodũ.cõiuncta glo.& d.doct.ibi. & d.Ant.de Butr.& Imo.Sed melius per Abb.ibi, ubi multũ elegantiſſimè loquitur,habemus maximã limitationẽ in hac materia.& ita reperio clariſſimũ patrẽ meũ in allegatione ſua xlviij. multũ extollentem dicta d.Abb. ibi ad limitationẽ dictorum Sali.in loco præallegato:& ita dicit obtinuiſſe de facto:quæ omnia no.

51 *Stuprum quando dicatur committi.*

ANGELVS.

51 *QVAERO quando dicatur cõmitti ſtuprũ.dic ꝙ cõmittitur ſiue cum maſculis,ſiue cum fœminis uiduis uel uirginibus ſolutis:ſiue una fœmina cũ alia:ſiue mulier ſit agens & puer patiens,& per conſequens ſemper etiã quando cõtra naturam coitus cõmittatur,dũmodo in quas cõmittitur ſint perſonæ liberæ:non autem ſeruæ : ut l.inter liberas.ff.de adul.inſti.de publ.iudi.§.itẽ lex Iuli. de adult.& dummodo etiam nõ ſint meretrices : ut l.ſtuprum. primo reſponſo.& §.j.ff.de adulte.

AVG. Tu adde in hac materia, quòd ille text.in d.l.inter liberas.& ille §.inſti.de pub.iud.nõ probat ea quæ dicit d.Ang.hic. Quinimò ille tex.inſti.de pub.iud.uidetur ꝓbare, ꝙ nõ ſit ſtuprũ,quãdo cum maſculo cõmittitur coitus.Sed iſta concluſio probatur de directo in l.ſtuprũ.§.j. ff.de adul.ubi iuriſcon.hoc expreſsè dicit,& bonus tex.in l.quæ domũ.ff. de adul.Quando uerò fœmina cum maſculo & fœmina agit,ut maſculꝰ, quòd ſit ſtuprũ, uide in l.fœdiſſima. C.de adult.& text.cũ gl.xxxij.q.iiij.c. nemo. ubi gl. ponit quid eſt ſtuprũ. & dicit quòd iſta procedunt de iure ciuili. Alio modo capitur ſtuprũ,de iure canon.ut xxxvj.q.j.§.j.ubi propriè dicitur quid eſt ſtuprũ.ſed uide gl.ibi.aliquãdo capitur ſtuprum pro adulterio, & aliquãdo econtra.uide doct.in locis ſ.alleg. & glo.in d.§.j.

52 *Stuprum committens cum ſerua quomodo teneatur domino, & quando ſtupri accuſatio fieri poſſit.*

ANGELVS.

52 *QVI autem cum ſerua ſtuprum cõmiſerit,tenetur domino ſerui corrupti iniuriarũ.l.Aquil. ut d.l. inter liberas. & põt extra ordinẽ puniri. ut ibi.& l.fi.ff.de offic.præſi.ita dicit gl.& Sal.in l.ſerui.in prin.C.de adul. Item accuſatio de ſtupro põt intra quinquẽniũ inſtitui:ſi tamẽ ſtuprum per uim committitur in maſculo uel fœmina ſine tẽporis præfinitione, accuſatio põt inſtitui ſemper.ff.de adul.l.marito.§.quinquẽniũ. & §.fi.

AVG. Tu adde doct.in l.ſerui. C.de adul.& in d.l.fi.ff.de offi.præſi.

53 *Pœna ſtupri quæ ſit.*

54 *Sodomia qua pœna de iure canonico puniatur.*

Stupro



55 *Stupro ꝙ non ſit pœna capitis quando nõ interuenit uis,quomodo intelligitur.*

56 *Stupro qũo dicatur mulier cõſentire.*

57 *Raptor an per ſubſequẽs matrimoniũ ducẽdo in uxorẽ raptam euitet mortẽ.*

ANGELVS.

53 *QVAERO, quæ ſit pœna ſtupri.dic quòd cũ maſculis, & ſic ſodomiticũ[a], eſt pœna gladii,& ſic decapitari debet:ut d.§.item lex Iulia. & l.cum uir.C.de adul.& in auth.ut nõ luxu.contra naturã.§.j. Item quãdo fœmina cum fœmina ſtuprũ cõmittit,quia gladio materiali punitur:ut l.fœdiſſimam.& ibi gl.& Salic.C.de adul.Itẽ quãdo mulier eſt agẽs cum maſculis, quia eadẽ eſt ratio. Itẽ eſt pœna gladii,quãdo per uim[b] ſtuprũ cõmittitur:ut d.l.fœdiſſimã.cũ ſimi. Sin autẽ ſine ui cõmittatur in fœminis, tunc ſi inferentes ſunt honeſtæ perſonæ, pœna eſt dimidiæ partis bonorũ publicatio:humiliores coërcionis corporis & relegationis:ut d. §.item lex Iulia.Et eadẽ pœna eſt in muliere patiẽte ſtuprũ:quòd eſt uerũ quãdo uirgo, quæ eſt uiri potens corrumpitur:ſi autẽ nondum ſit uiri potẽs tunc corruptores humiliores damnãtur in metallum,honeſtiores in inſulã releganturut eſt tex.in l.ſi quis aliquid.§.qui nondũ.ff. de pœ. nec hoc eſt hodie correctum,ut no. gl.& Bar.l.ſi adulteriũ cum inceſtu. in princip.ff.de adulter.de quo tamen an ſit in muliere correctum,uide Salice.in l. eum qui duas.& in l. ſi mulier. C. de adulte.& no.glo.in d.l.inter liberas. quando uerò tutor ſtuprauit eã cuius fuit tutor,deportatur, & omnia eius bona publicantur:ut le.j.C.ſi quis eã cu.fu.tu.cor. Et mulier quæ maritũ nõ habet,ſecũdum Salic.ibi,quæ ſeruo proprio ſe occultè immiſcuerit, capitis pœna punietur:ſeruus uerò igne cremabitur:ut l.j.C.de mulie.quæ ſer.propri. ſe imm.qđ no.cõtra iſtas maledictas mulieres & maximè uiduas luxurioſas, quæ ſeruis uel famulãtibus propriis ſe immiſcẽt,ut merito decapitari debeãt:ut no.gl.fi. in d.§.itẽ lex Iul.Et prædicta procedunt etiã ſi patiẽs coitũ cõſentiat:ſi autẽ diſſentiret tunc habet locũ l.j.C.de rap.uir. quia acriter punitur uim in adulterio uel ſtupro inferẽs & ſocius,& particeps,tam in pſona quàm in bonis, ut ibi.Et ea mulier quæ paſſa eſt uiolẽtiã nõ punitur,imò aliquãdo præmiatur:ut hæc oĩa habentur per tex. Cy.Bal.& Sali.in d.l.j.C.de rap.uir.

ADNOT. a ¶Sodomiticum. *Adde tu & uide And.Barb.in conſi.lxij. inc.ſcribitur Heſter.& uide in conſi.do. Anaſtaſii plati.quod eſt in conſi.Barb.*

¶ADDITIO. *Adde notabiliter d. Vitalinum in ſuo opere maleſic.in rubri. de raptoribus,&c.*

b ¶Quando per uim. *Adde tamen ꝙ ſi tale crimen cõmittat minor xxv. annorũ , debet mitius puniri.ita Raph.Cu. in cõſi.xcv.ubi etiã dicit,quòd iuuenis rapiẽs mulierẽ in uia publica,& ducẽs eam ſeorſum à uia cauſa cognoſcẽdi, non dicitur cõmittere raptũ.& dicit Pau.de Ca. in conſ.cccvij.ꝙ rapiens mulierẽ ſolutam inhoneſtè uiuentẽ etiam per uim non incidit in pœnã raptus.& uide Alex.in cõſ. j.in iij.uolu. quæ ſit pœna rapientis monialem,uide Ioan.de Anch.in conſ.j.Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia de multiplici modo peccãdi contra naturã, ut dixit tex.in c.adulterii malũ.xxxij.q.vij.& glo.uide in c.oẽs cauſationes.ca cauſa.& q.quæ uide-

 tur

tur enumerare in iſto delicto illum,
qui propriis manibus ſe corrumpit:
non credo tamẽ, quòd ſimili pœna
puniatur:& uide tex.in cap.flagitia.
xxxij.q.vij. qui ꝓpriè appellat ipſos
ſodomitas.& ibi eſt bona gl.quæ di
cit,ꝙ iſti qui peccant contra naturã,
aliter, puniũtur de iure ciuili aliter
de iure cano. nam de iure ciuili eſt
pœna gladii:ſed de iure cano.nõ.di
cit tamen illa glo.quòd hoc crimen
tẽpeſtates & peſtilentias inducit per
tex.in auth.ut non lux.cõtra naturã.
Et ſubdit quòd qui puerũ corrumpit
ad ſtuprũ morte puniatur,per tex.de
pœ.di.j.in c.ſolicitatores.§.qui pue
54 ro.*Quæ autẽ ſit pœna de iure can.
contra laicos cõmittentes delictum
cõtra naturã, & ſic cõtra ſodomitas
eſt text. in c.clerici.extrà de exceſsi.
prælatorũ. qui dicit quòd laici de-
bent excõmunicari,clerici uerò de-
ponuntur à beneficiis & in monaſte
riũ detruduntur,& in tantũ hoc cri-
men eſt exoſum de iure cano. quòd
propter enormitatem delicti pœna
extenditur ad nõ peccantes,ut dicit
do.Ant.de But.in d.c.clerici,per gl.
ibi.& eccleſia habet iuriſdictionem
in laicos propter hoc crimẽ, ut mul
tũ elegáter dixit d.Abb.in d c.cleri-
ci.quicquid dixerit ibi d.Ant.de Bu.
quia deciſio Abb.eſt uerior,ꝑ ea quę
habẽtur in c.cum ſit generale. extrà
de fo.cõpe.& per doctri.Innoc.in c.
quod ſuper his.extrà de uoto. Item
in hac materia adde ea quæ ſ.dicta
ſunt in ſtupro,ut illud delictum pu-
niatur eo modo,& ead.l. quæ dicta
ſunt, habẽt locum de iure ciuili:ſed
de iure cano. aliter punitur,quia aut
eam quã ſtuprauit accipiat in uxorẽ
aut dotet, aut alio modo caſtigetur:
ſecundũ diſtinctionẽ tamen de qua
per tex.& doc.in c.j.& ij.extrà de ſtu
pris,& adulterio.& uide Matheſ.in
not.ſuis dictis not.cẽteſimo, qui di-
cit quòd non eſt pœna capitalis,qui
ſtuprat uiduã uel uirginẽ honeſtè ui
uẽtẽ, niſi ſit uilis & infamis de iure,
uel de facto:qa tunc relegabitur uel
fuſtigabitur. Nec obſt.d.l.j.quia ibi
55 interuenit aliqua uis,ibi uide.*Item
adde, ꝙ licet ſemper allegetur ꝙ
nõ ſit pena capitis uel gladii in ſtu-
pro, quãdo uis nõ interuenit in mu
liere uolẽte.hoc uerũ,quãdo præceſ-
ſit uolũtas mulieris,& ſic eſt ſimplex
uolũtas,& maſculus fecit ſtuprũ ſine
aliqua uiolẽtia.ita loqui.tex.inſti.de
publ.iud.§.ſed ea.l.ſecus ſi præceſsit
uoluntas uiri, & ſic maſculi, quia in
ſtupro eſt pœna capitis,& ſic mortis
per tex.in l.j.§.fin.ff. de uariis,& ex-
traor.cri.ita limitabat iſtã materiam
Bal.in l.raptores.C.de epiſc. & cler.
& eſt notabilis limitatio. Sed aduer
te quia Bar.in d.l.j.§.fi.allegãdo Iac.
de Aret.intelligebat illũ tex.in d.§.
fi.ꝙ ibi uis aliqua interuenit:& cer
tè eſt una diuinatio in practica, ta-
mẽ non recederem ab opi.Bart.ſed
melius declarãdo prędicta ultra do.
56 dico,* ꝙ ubi mulier cõſenſit ſtupro
a iſtis quæſt. uide Bart. in conſilio[a] ſuo incipiente, Ioannes. Bal. in l. qui depoſitum. ff. depoſi. Bald. in l. ij. C. de fide inſtrumen. Bal. in l. iubemus. §. ſanè, C. de ſacroſanct. eccleſi. per Iaco. de Bel. in auth. de tabellio. in princ. in vij. q. per Imol. in l. infamẽ. ff. de publi. iudi. & uide Paul. de Ca. in conſ. ccvj. qui ponit etiam, an uilitas & infamia notarii uitiet inſtrumentum. & de materia per Paul. de Caſt. conſi. ſuo ccij.

ADNOT. a ¶Conſilio ſuo. *Adde quod eſt numero clxxiij. & conſil. Pau. de Caſt. eſt numero ccix.*

*19 Teſtis accipiẽs pecuniam, ut dicat teſtimoniũ etiam uerum, an incidat in falſum.*

*20 Teſti dare palàm pecuniam, ut ueri dicat an liceat, & etiam in iudice.*

ANGELVS.

19 *QVAERO aliquis accepit pecuniam, ut dicat teſtimonium etiã

a uerum[a], an incidat in falſum. dic q̃ ſic: ut eſt tex. & ibi Bar. in l. j. in prin. ff. de fal. quod not. contra dantes, & recipientes pecunias pro ferendo teſtimonio.

ADNOT. a ¶Etiam uerum. *Adde quòd teſtis tacens uerum, punitur de falſo. Cæp. in conſi. lxj. col. ij.*

AVG. Tu autem in hac mate adde dicta Bar. in l. presbyteri. C. de epiſ. & cleri. & etiam uide ibi Mo. Adde tamen unam mirabilem li

20 tationem, *quòd ſi do pecuniã teſti palam, ut dicat ueritatem, poſsũ

a hoc facere idem in iudice.[a] Mirabile dictum Bal. per bonas rationes in c. ſi. extrà de app. hæc not. nedũ incognita do. Ange. hic, ſed etiã legiſtis, & ita limito etiam Barto. in l. diuus. ff. de re iu. qui idem dixit, & Spec. in tit. de teſte. §. j. uerſi. quid ſi teſtes. licet Inn. teneat cõtrarium in c. licet. extrà de prob. & intellige hoc uerũ ſi pars ſpõte offerat pecuniã teſti, ſecundũ Iac. de Bel. in auth. ut iudi. ſine quoquo ſuffr. §. j. & uide Bald. in d. l. presbyteri. dicẽtem, q̃ qui celat ueritatẽ, tenetur pœna falſi, & iſtam concluſionem credo uerìſsimã, per tex. in auth. de fide inſtru. in prin.

ADNO. a ¶Iudice. *Adde iudex poſsit accipere pecuniam prop-*

*tione alicuius qui uerè ſit culpabilis, & puniendus ab inimicis illius. uide Pau. de Ca. in cõſ. xvij. in ſecundo impreſsis. Ber.*

*21 Teſtis dicens falſum cuius dictum non ualet, an incidat in falſum.*

ANGELVS.

21 *QVAERO, teſtis dicit falſum, ſed eius dictũ non ualet, an incidat in falſum. dicit Bar. quòd ſi ſuum dictum non ualuit, quia nõ iurauit, punitur de falſo: ut notat Bartol. in l. ſi quis obrepſerit. ff. de fal. in uer. iuxta hoc quæro, aliàs ſecus. dic ut ibi per eum, de quo tamen uide Bal. in l. j. C. de ſepul. uio. Sed Sali. ibi in fi. dicit latius, dic ut ibi per eum.

AVG. Tu autem in hac materia adde illas deciſiones hic, quas ſuprà dixi in iſta gl. in illa quæſt. (an producens inſtrumẽtum falſum nullum puniatur pœna falſi.) & ultra ſuprà à

a dicta adde[a] Gandi. in tractatu maleſi. ſub rubr. de falſariis. qui latè tractat iſtam quæſtionem. & ibi dicit Gandi. quòd communis concluſio docto. eſt, quòd teſtis non puniatur pœna falſi: ſed bene punitur crimine ſtellionatus, hoc eſt pecuniariter, dicit ipſe: & dicit Alber. de Roſa. in ij. parte ſtatutorum. q. cxlv. ubi multa allegat pro & contra, & multos doct. allegat, quòd communiter uidit teneri, q̃ teſtis nõ punitur pœna falſi, ſed pœna extraordinaria. Idem dicit in tabellione cõficiente inſtrumentũ falſum, aliàs nullum. & Ioan. And. in regula, non eſt ſine culpa, in mercurialibus. extrà de regul. iuris. Bald. in l. data opera. in xij. col. C. qui accuſare. qui allegat gl. in c. ne quis arbitretur. xxij. q. ij. Bal. in l. presbyteri. C. de epiſc. & cleri. dum dicit, q̃ ſaltem punitur crimine ſtellionatus. Bal. in l. iuriſiuran. C. de teſti. in fi. & in rubri. ſi de inueſti. feu. controuer. fue. in fi. & Bal. in l. fi. C. ſi ex fal. inſtr.

ADNOT. a ¶Adde Gandi. *Adde tu ultra prædicta Fulg. in conſ. xcj. in fi. & quod dixit Alex. de notario conficiente inſtrumentum nullum, in conſil. lxx. in j. uol. Ber.*

*22 Statuto cauetur quòd inducens falſos teſtes incidat in falſum, an inducens unum teſtem tantum incidat in falſum & in pœnam ſtatuti.*

ANGELVS.

22 *QVAERO ut plurimum ſtatuto cauetur, quòd inducens falſos teſtes incidit in falſum, ſi unicum teſtem tantum induxerit, an incidet in falſum & in pœnam ſtatuti: & dic quòd ſic. ut not. Bal. in l. ij. §. ſi unus. per illũ tex. ff. ui bo. rap. quod eſt no.

AVG. Tu adde[a] Bal. in l. j. ff. de procur. Bal. in l. Gallus. §. j. ff. de lib. & poſthu. & quod ipſe not. in l. iubemus. §. pe. C. ad Treb. & omnino uide Bal. in l. j. C. de condi. inſe. adde Bar. in l. iij. §. j. ff. de ne. geſt. & Alb. de Roſ. in ij. parte ſtatutorũ. q. xxvj. & Gandi. in tractatu maleſi. in rub. de falſariis & falſitatibus. Fe. de An. in c. j. de litis conteſt. Pet. de Anc. in c. relatũ. extrà de teſt. el. ij. Bald. in l. diuus. §. diuus. ff. de peti. hære. gl. & Do. de ſancto Gemi. in c. pe. de reſti. ſpo. in vj. faciunt no. per ipſum in c. quamuis. de præb. in vj. Imo. in cle. ij. de reſcri. facit gl. in c. ſi cõpromiſſarius. de elect. in vj. Ange. in l. j. §. j. ff. de dolo. & in d. l. iij. ff. de neg. geſt.

ADNOT. a ¶Tu adde. *Vltra hic addita uide Fely. in c. humanum genus. j. diſt. & ibi quando pluralitas reſoluatur in ſingularitatẽ. & adde Card. in conſ. cix. Bal. in conſ. x. in v. uol. & an*

*ſtatutum loquens in ſingulari, uerificetur in plurali uel econtrà. uide Pau. de Ca. in conſi. clxij. in nouiter impreſſis. Ber.*

23 *Teſtis dicens unum in iudicio & aliud extra iudicium, an incidat in falſum.*

ANGELVS.

23 *AN teſtis qui dicit unum in iudi
cio, & aliud dixerit extra iudiciũ, in-
cidat in falſum. Bar. in l. eos. in prin.
ff. de fal. tenet quòd ſic, per d. l. eos.
ij. reſponſo. Contrariũ autẽ not. gl.
fi. in c. cauſam quæ. de teſt. & Spec. &
Io. And. in ti. de teſte. §. j. uerſ. quòd ſi
idẽ teſtis. & uer. ſequẽ. Bal. in l. iuriſ-
iurã. & in l. fi. C. de teſti. & eſt tex. cõ-
tra Bar. & ibi Bald. in c. j. §. j. quid ſit
inueſti. & not. Flo. in l. qui falſa. ff. de
teſtib. & iſtud communiter tenetur.
quia primũ dictũ extra iudiciũ cum
non fuerit præſtitũ cũ iuramẽto, nõ
ualuit: ſed ſtandũ eſt ſecũdo dicto in
iudicio facto cum iuramento.

AVG. Tu autem in hac materia
adde, quòd ſententiã Bart. tenet do.
Ant. de But. in c. cum in tua. extrà de
teſti. & eſt text. quẽ ibi ponderat do.
Cardi. ad hoc in c. per tuas. in princ.
extrà de probat. & do. Abb. in c. in-
quiſitioni. §. iij. extrà de accuſatio. &
Pet. de Anch. in cle. iij. in fin. de teſti.
a Sed contrariã [a] partẽ tenet Ange. in
in conſi. ſuo clxxxix. & Ang. in l. qui-
dam tabularum. ff. de fur. & Ro. in l.
qui bona. §. ſi quis ſtipulatus. ff. de
dam. infect. & Imo. in d. c. cũ cauſam.
& Ang. in d. l. eos. & Bal. & do. Abb.
in d. c. per tuas. ita conſuluit Bald. in
quodam cõſi. ſuo, quod incipit, licet
acceſſores poſ. Bar. & Bal. in l. nullũ.
in princ. C. de teſti. Bal. in c. j. §. cùm
autẽ. in fin. de cõtrouerſia inueſti. &
Bal. in c. j. §. notandũ. de notis feudo
rũ. iſtã partẽ credo uerã, non obſt. c.
per tuas. quia do. Abb. ibi optimè re-
ſpondet: & uide Abb. in cõſ. ſuo liij.

ADNOT. a ¶ Sed contrariã.
*Adde quod Ang. in conſ. ccxxiij. quòd li-
cet debeat ſtari dicto ſecũdo cũ iuramento,
quòd tamen ei non tanta fides eſt adhi-
benda, quantũ ſi contrariũ non dixiſſet
extra iudiciũ. & ita ſaluat dictũ Bart.
in caſu ſuo, ſcilicet in quo dictũ teſtis ex
tra iudiciũ ſit aliquod propter ſubiectam
materiã: & quòd ſtetur ſecundo dicto iu-
diciali, firmat Alex. in conſi. lxxiij. in iij.
col. in j. uol. ubi dicit hanc eſſe magis com
munem opi. & Franc. de Aret. in cõſ. xiij.
tamen dicit non decidere: quia dubiũ. &
opi. proximè relatã firmat Rom. in conſi.
ccccclv. & Bal. cõſ. clxv. in v. uol. limitatã
mẽ cõmunẽ concluſionẽ procedere, niſi cũ
primo dicto teſtis cõcurrerẽt aliæ cõiectu
ræ. Ita Abb. in conſil. lij. allegat Ant. de
But. in c. cum in tua. de teſti. Et Inn. in c.
præterea. de teſti. cogen. & quòd quando
præſumptio eſt pro primo, quòd ei ſtetur,
& non ſecundo, tenet Ro. in allegat. cõſ.
ccccclv. per c. per tuas. ſuprà allegatum &
aliquid etiã uide per Cæp. in cõſ. lxj. in j.
& per Tindarum in ſuo eleganti tracta.
de teſtib. uariantibus. & Socin. in conſil.
ccliij. colum. j. circa princ.*

24 *Teſtis dicens falſum corã arbitro uel arbitratore, an poſſit puniri de falſo & per quem.*

25 *Iudex ex ſuo officio poteſt punire, quãdo in actu iudiciario ſit aliquod delictum coram iudice, uel à parte, uel à notario, uel à teſte, uel ab aduocato.*

ANGELVS.

24 *QVAERO, teſtis dixit falſum
corã iudice arbitro uel arbitratore,
an poſſit puniri de falſo, & per quẽ.
uide Ange. in l. ſi uacantia. C. de bo.
uacan. lib. x. in uerſi. ſed tunc quæro,
licèt poſſit iudex contra teſtẽ & cæ-
uerſi. ſeq. & conclude, quòd ſi iudex
habet imperium, poteſt ordinariam
pœnam imponere uel extraordina-
riam: ut no. gl. in l. nullũ. C. de teſti.
ſi nõ habet imperium poteſt extra-
ordinarian tantum imponere, niſi
conſulto pncipe: quia tunc etiam
ordinariã imponet: ut l. pen. ff. de fal.
niſi ſit clercus teſtis. quia tunc licet,
gl. in d. l. nullum. uelit quòd etiã per
iudicem laici poſſit puniri: tamen
ibi doct. dicũt contrà, per auth. ſta-
tuimus. C. de piſ. & cler. & c. ſi dili-
genti. de for. compet. Si autem co-
ram arbitro uel arbitratore falſum
deponat per eos puniri non poteſt,
quia non habent imperium, ſed per
iudicem competentem: ut l. fi. C. de
teſti. ibi, aduerſus eos, reſeruato. &c.
coniuncta gl. ita dicit Ange. in d. l.
uacantia. in ſicu. ſed tunc dubitatur
compromiſſum &c.

AVG. Tu autem in hac materia
adde, quæ de hac materia dicetur
etiam j. ſequenti charta, in illa queſt.
quæ incip. quero an quilibet iudex
de falſo commiſſo coram ſe poſſit
puniri. uide omnino Pet. de Anc.
a in conſilio [a] clxxij. & uide quæ di-
xit Bart. in l. diuus. ff. de falſ. la ij.
qui dic. quòd ibi uidetur eſſe text.
contra. l. nullum. C. de teſti. nam
uidetur probari in d. l. nullum. quòd
omnis iudex coram quo talis falſitas
eſt facta poteſt punire teſtes illos.
Sed tamen in d. l. diuus. uidetur uelle
quòd hic demum ille ſolus poteſt
punire qui habet facultatẽ & auto-
ritatẽ puniẽdi, aliàs debet remittere
ad maiorem iudicẽ: & dicit Bar. iſtã
partẽ eſſe uerã, per tex. in auth. de
teſtib. in ij. col. & ſic Bart. uidetur
ſibi contrarius his quæ dixit, in d. l.
nullum. Adde tamen in hac materia
& uide dicta Salic. in d. l. nullum. ubi
multùm eleganter loquitur. & dixit
Barto. in l. ſi quis obrepſerit. in fi. ff.
25 de fal. *quòd quando in actu iudi-
ciario ſit aliquod delictum corã iu-
dice, uel à parte uel à notario, uel à
teſte, uel ab aduocato: tunc iudex ex
ſuo officio poterit punire: ut l. athle-
tas. §. j. ff. de his qui not. infa. & per
alia iura quæ ipſe ibi allegat. Adde
tamen dicta canoniſtarũ in hac ma-
teria, & unam gl. in c. illi. v. q. v. & in
terminis Anto. de But. in c. uerum. in
viij. col. extrà de foro compe. & Bal.
in l. ſi lis. C. de falſis. & quid in cleri-
co deponente falſum coram laico.
& per Inno. & doct. in c. ij. extrà de
falſariis. & per Inno. in c. dilectus fi-
lius. extrà de pœnis. & ibi per doct.
& latè ponit Ang. ubi uidetur ſalua
re Bart. à contrarietate, in l. quoties.
in fi. C. de iudi. ubi multũ eleganter
loquitur, qui uidetur uelle quòd ſal
tem extraordinariè poterit ſemper
puniri ille teſtis falſarius, qui falſum
depoſuit corã illo iudice, qui aliâs
punire nõ poteſt criminaliter. & ita
uoluit Franciſ. de ramponibus, in l.
iij. C. de condi. ob turpem cauſ. &
hæc omnino bene nota, quia ſæpe
in practica ueniunt.

ADNOT. a ¶ Conſilio ſuo.
*Adde Ioan. And. in addi. Spec. in titu. de compet. iudi. adi. ubi ponit de Cremonẽſe examinato ad inſtãtiã poteſtatis per me, ſi dicit falſum, à quo debeat puniri. Ber.*

26 *Producens falſos teſtes, an poſſit unà cum eis eodem libello accuſari, & condemnari eodem iudicio.*

ANGELVS.

26 *QVAERO an producens fal
ſos teſtes poſſit unà cum eis eodem

libello accuſari & condẽnari eodẽ
iudicio:dic quòd ſic.ut l.j.& ibi Cy.
C.ſi reus uel accu.mor.fue.& eſt ca-
ſus.& ibi Bart.hoc dicit in l.nihil.ff.
de adulte.Scias tamen quòd ſenten-
tia lata de falſo contra producẽtem
falſos teſtes, non nocet teſtibus: &
econtra lata contra teſtes nõ præiu-
a dicat producenti[a]:ut l. Lucius.& ibi
Bar.Bal.& Ang.ff.de infami.& not.
Cy.& doc.in l.j.C.qui accu.nõ poſ.
& facit l.j.& quod ibi no.gl.& Salic.
C.de fal.unũ etiam ſcias,quòd ſi quis
teſtes ſubornauerit, ut falſum dicãt,
licet poſtea eorũ atteſtationibus nõ
utatur:tamen pœnã falſi non euita-
bit:ut colligitur ex l.ſi falſos.C.de
fal.& hoc not.ibi Sali.in fi.

ADNO. a ¶Producenti. *Adde Alex.in l.ſæpe.de re iudi.& Bal.in conſi. xxxv.in v.uol.& in conſ.lxxxix.in fi.in iij.uol.*

AVG. Item adde quæ dixit Bar,
in l.hos accuſare.§.j.ff.de accuſa.&
ibi latiſsimè ultra omnes uide Ang.
an in eodẽ libello pars & teſtes poſ
ſint accuſari.& doc.in d.l.j.C.ſi reus
uel accu.mor.fue.Adde tamen quod
Ang.in l.Lucius.ff.de his qui no.in-
fa.dicit quòd ſi teſtes ſciunt proceſ-
ſum de falſo agitari cũ parte,tũc illa
ſententia nocet teſtibus.uide de ma
teria Moder.in l.ſępe.ff.de re iudic.
& Bar.in l.ij.§.ſi publico.ff.de adult.
in ul.col.& doc.maximè Ant.de But.
in c.ij.extrà de ordi.cogni.aliquid
in c.ij.extrà de confeſsis.per do.An.
de Bu.Bar.in l.ſi.ueteris.C.de fi.inſt.
Bal.in l.ij.C.de eden.qui allegat In-
no.Spe.in hac materia.

27 *Plures teſtes dicentes uaria & adinuicem diſcrepantes,an ſint reducendi ad concordiam,ne incidant in falſum.*

28 *Limitatio Pau.de Caſtr.l.ij.ff.ne quis eum qui in ius.pro concordia teſtium uariantium.*

ANGELVS.

27 *QVID ſi ſunt plures teſtes di-
centes uaria & adinuicẽ diſcrepan-
tes,an ſint reducendi ac cõcordiam
ne incidant in falſum?dc quòd ſic:
ſed nõ ut probent:ut c.cũ tu.de teſti.
& not.Bar.in l.in inſulã.§.fructus.ff.
ſolu.mat. & ibi Imol.& Bar.in l.ij.§.
pe.ff.ſi cert.pe.& Bart.in l.ſi finita.§.
ſi ante.ff.de dam.infec.& Ange.in l.
qui ſententiã.C.de pœ.Flor.in l.de
ætate.ff.de prob.Imo.in l.inter par
tes.ff.de re iudi.& per eundẽ latè in
l.inter ſtipulantẽ. §.j.ff.de uerb.ob.
& Bar.in l.Labeo.§.qui ſi teſtis.ff.
de ſupel.leg.quod intelge uerũ in
pluribus teſtibus eiuſdẽ partis:ſi au-
tem ſunt teſtes uarii diuerſarũ par-
tium ſtatu dignioribus pluribus
numero:ut l.ob carmẽ.§.ff.de teſti.
& ibi gl.& Flo.Et prædii proce-
dunt,quando plures teſtes eiuſdem
partis ſunt inter ſe uarii.ſi autem
unus & idẽ teſtis ſibiipſi contra-
rius uel uarius:tũc non habent locũ
prædicta:imò ut falſarius punitur.ita
ſingulariter dicit Barto.in l.eos.
quod no.Itẽ aduertas ꝙ teſtes cũ di
cto partis nunquã reducuntur ad cõ
cordiã:ut in c.cũ contingat.ibi In-
no.de offic.deleg.& no.Bald.l.j.
ff.ſi cer.pet.Et aduertas:quia prædi-
cta ſunt uera in ſe,ſecundũ ea quæ di
xit Bart.in l.ſi quis intentio ambi-
gua.ff. de iudi.ubi dicit hoc uerũ,
rũ,niſi pars dicat,ego intelligo & in
telligo dictum meum, prout dicunt
teſtes.quod ſingulariter no.

AVG. Tu autem in hac erit
adde do.Ant.& Abb. in d.c.cum tu
qui



qui ponũt quando unus teſtis con-
tradicit ſibiipſi.& per Iaco.de Bu.in
l.optimã.C.de contrahen.& cõmit-
ten.ſtip.& Iac.de Bu.in l.cũ de ætate.
ff.de pro.& Iacob.de But.in l.ſed ſi
poſſeſſori.§.itẽ ſi iurauero.ff.de iu-
reiur.& Bar.in l.j.in prin.ff.de ope.
no.nuncia.& Bar.in l.j.in fi.C.de uſu
fru.& Spe.de notorio crimine.§.fa-
ma.in fi.& gl.& do.Ant.de Bu.in c.
in noſtra.extrà de teſti.& contra ea
quæ dixit Bart.in d.l.eos.in hac ma-
teria contrarium uidetur tenere.ff.
de minoribus.in l.de ætate.qui ui-
detur tenere quòd unus & idẽ teſtis
reducitur ad concordiã,etiã ut pro-
bet,qui ſaluat teſtẽ deponentẽ Caiũ
maiorem ex aſpectu: interrogatus
quid eſt aſpectus, neſciuit reſponde
re.& idem Bal.in l.data opera.C.qui
accuſ.in xvj.colu. Nec aliter uidetur
ſentire Spe.in d.§.fama.Et ita uolue
runt quidã Moder.in d.c.cũ tu.& idẽ
Bal.in l.ſi defenſor.ff.de interroga.
actio.facit quod uoluit Imo.in l.qui
bona.§.ſi quis ſtipulatus.ff.de dam.
infec.Si unus teſtis contradicit alte-
ri,reducũtur ad concordiam ut per-
iuriũ euitent:non autẽ ut probent,ſe
cundũ Spec.& Io.An.in tit.de teſte.
§.iam de interrogatoriis.uer.i addi.
incipiente,hinc autẽ.& ſecundũ do.
Ant.de Bu.& Abb.in d.c.cum tu.ſed
quod imò etiã ut probent,tenet Bar.
in l.Gallus.§.ille caſus.ff.de liber.&
poſthu.& Imo.in d.l.inter ſtipulan-
tem.§.j.& Bar.in l.in inſulã.§.j.ff.ſo
lu.matri.ſed cõcorda opi.ſecundum
do.Abb.in d.c.cum tu.diſtinguendo
utrũ reducẽdo ad concordiã teſtes,
remaneant ſingulares,uel nõ.Quan
do autẽ plures cõtradicũt pluribus,
& ſunt inæquales, glo.uidetur uelle
quòd fiat concordia, etiã ut probẽt,
non tantũ ut & euitent periuriũ,ut
ſentit gl.iiij.q.iij.§.ſi teſtes.& glo.in
c.in noſtra.extrà de teſtib.& ibi do.
An.de Bu.& Abb.in d.c.cũ tu.& Imo.
in d.l.inter ſtipulantem.§.j. dicens
ꝙ fortè in practica ſeruaretur iſta
opin.propter autoritatẽ gl.& Inno.
in c.cũ contingit.extrà de offic.dele
ga.& idẽ Imol. in d.c.cũ tu.qui dicũt
ꝙ fit concordia,ut euitent periuriũ,
non ut probent:quia ſtatur pluribus
& dignioribus,ſecundũ gl.in d.c.cũ
contingat.& ibi Imol.in iij. colũ.&
Bar.in d.l.j.ff.ſi cer.pet.& Bar.in d.§.
ille caſus.& Bal.in j.conſtit.C.§.qui-
bus.& Bal.in d.l.in inſulam.& Paul.
de Caſt.in d.l.ij.& Flo.in d.l.cum de
ætate. Quando autem ſunt plures
teſtes & æquales & diſcordant, poſ-
ſunt reduci ad concordiã, ut probẽt
ſecundũ do.Ang.in l.in ambigua.ff.
de legi.& Bald.in rubr.C.ſi ex falſis
inſtrumentis.in ul.col.ſentit gl.in d.
c.in noſtra.& do.Anto.de But.in c.
ex literis.in ult.colum.extrà de ſpon
ſa.& Bal.& Imo.in d.c.cũ tu.& idem
Abbas ibi,& Bart.in l.in exercendis
in prima combinatione. C. de fide
inſtrumen.& Bart.in d.l.ij.§.penul.
& in d.l.Labeonẽ. & i d.§.ille caſus.
& Barto.in d.l.in inſulam.ſed quòd
tamen concordentur, ut probẽt, te-
net Barto.in l.j.in fi.C.de uſufruc.&
Bal.in auth. qui ſemel.in iiij.colum.
de probatio.& Florian. poſt Iac.de
Butri.in d.l.cum ætate. Secus dicens
de iure canonico cum Bartol.in d.l.
inter ſtipulantem.& Iacob.Butr.in l.
ſed ſi poſſeſſori.§.ſed ſi iurauero.ff.
de iureiu.& Ro.in l.ſi finita.§.ſi autẽ
plures.ff.de dam.infect.primã partẽ
credo de iure ueriorẽ, & procedit.

quãdo teſtes producũtur ab eadem a
parte ſiue ab utraq;, & uariẽt teſtes
unius partis ſiue alterius : ita indi-
ſtinctè uult gloſſ.in d.c.in noſtra.&
ibi Abb.& glo.in d.§.ſi teſtes.iiij.q.
iij.& Imo.in d.c.cũ tu.& in d.§.j.li- b
cet Ant.de But.teneat cõtrariũ in d.
c.cũ tu.licet ergo fiat iſta concordia
inter teſtes unius partis,nõ tamẽ fit
inter dicta teſtiũ & cõfeſsionẽ par-
tis:ut uoluit Abb.in c.cũ Ioãnes.ex-
trà de fide inſtru.in ulti.notabili.&
Imo.& Abb.in d.c.cũ tu.Pau.de Ca.
poſt Bart.in d.l.ij.§.pe.Inno.in c.cũ
cõtingat.de offi.deleg.Flo.in d.l.cũ
28 de ætate.Bal.in d.j.conſtit.C. *Ad-
de tamẽ hic unã pulchram limitatio
nem Paul.de Ca.in l.ij.ff.ne quis eũ
qui in ius uoc.eſt ui exi.qui alleg.
Bart.in quibuſdã lecturis latè ibi.& b
idẽ uidetur tenere Bal.poſt Cy.in l.
cũ falſam.in fi.C.de iur.& fact.igno.
Salic.in l.cũ precum.C.de libe.cau.
& hæc bene nota, quia ſingularia
ſunt,& bene collecta. Adde hic o-
mnino quæ dixi in d.l.inter ſtipulã-
tem.poſt Mod.ibi latiſsimè uide-
bis materiã.de hac materia per Pet.
de Ancha.in conſil.ſuo ccclxxxvj.&
ccclxxxix.& per Bar.in conſi.ſuo cxj.
incip.accuſatio fuit inſtituta.in fi.&
uide Rom.in ſingularibus ſecundi
anni xlviij. quod incipit,ſi teſtes.
qui ad cõcordãdum teſtes ut falſum
euitent,dicit unũ notabile exẽplũ.

29 *Aurifex qui facit aurum uel argentũ de minori liga quàm ſit ſtatutum uel ordinatum in ſua ciuitate,an incidat in falſum.*

30 *Expendens falſam monetam an teneatur crimine falſi.*

ANGELVS.

29 *QVAERO an aurifex qui fa-
cit aurũ uel argẽtum de minori[a] li-
ga quàm ſit ſtatutũ,uel ordinatũ in
ſua ciuitate, incidat in falſum.dic
quòd ſic.ita dicit Bar.in l.lege Cor-
30 nelia.ff.de fal. *Quæro an ille qui
expendit falſam monetã[b],teneatur
crimine falſi.Barto.in d.l.lege.dic
quòd aut expẽdit nũmos plumbeos
uel ſtagneos,& incidit in falſum:
d.l.lege.aliàs ſi aliter moneta fit fal-
ſa,nõ incidit in falſum,ſed extraor-
dinariè punitur:ut l.ſacculari.circa
prin.de extraordi.cri.

ADNOT. a¶ Minori liga. *Vide Old.in cõſi.lxxiiij.& ibi quòd ille qui facit de ſtagno argentũ,& de are auri, non peccat:nec debet puniri:& a obligans ſcienter æs pro auro,teneatur de falſo.*

¶ Monetam falſam. *Adde quæ dicatur moneta falſa per Bal.in conſil.xxxiiij.in v.uol. Et qualiter intelligatur ſtatutum puniens falſificantẽ monetam,& qualiter intelligatur,& de qua moneta, & quæ ſit pœna,& an cõprehendat uiliſsimã:ut ſunt bagatini.uide per Alex. Imo.in conſi.ciiij.in j.uol.& Capolla in conſil.lxxviij.& ibi an maiori pœna puniatur falſificans monetã aureã quàm alterius materiei.& de falſificante monetam uide Cu.in conſi.cxxxviij.Ber.*

AVGV. Tu autẽ in hac mate-
ria adde,quòd licet expẽdẽs falſam
monetã,incidat in illã pœnã,de qua
ſuprà:tamen adde ꝙ ille expendens
illã monetã falſam excuſaretur,ſi do-
cet à quo habuit:nec eſt neceſſe ſe-
cundũ Iaco.But.quòd doceat ſe ha-
buiſſe à Titio uel Seio:ſed ſufficit
quòd doceat ſe ab alio habuiſſe per
teſtes qui hoc uiderint:licet nõ no-
minet per quẽ.ita multũ ſingulari-
ter dixit Iac.de But.in l.maiorem.C.
adleg.



ad leg.Iul.de falſis.quam cõcluſionẽ
multũ ſingulariter limitat Ange.ibi,
ſi perſona eſt honeſta & bonæ famæ,
aliàs nõ.Nã de facili quidã ignotus
poſſet ſubmitti,& tẽpore ſubmiſſio
nis teſtes adhiberi:& pro hoc allega
caſum in l.inciuilem.C.de furtis.

31 *Vendens ſcienter eandem rem duobus, an incidat in falſum.*

ANGELVS.

31 *QVAERO,an uendẽs ſcien-
ter eandẽ rẽ duobus,incidat in fal-
ſum,dic quòd ſicut l.qui duobus.ff.
de falſis.quod Bar.ibi intelligit ſtri-
ctè,quando in diuerſis contractibus
eandẽ rẽ duobus donat,uel alio ti-
tulo quàm titulo per uẽditionẽ alie
nat:quia nõ pœna falſi,ſed crimine
ſtellionatus tenetur:ut l.iij.ff.de cri.
ſtellio.quod eſt uerũ,ſecundũ Bart.
ibi,ſi dixit uerum:aliàs ſi interroga
tus dixerit ſe non donaſſe uel non
obligaſſe alicui parti prius,& mẽti-
tur,tũc incidit in pœnã falſi,propter
mẽdaciũ:ut l.ſi à debitore.ff.de fal.
& ideo Bar.ibi dicit aduertẽdum,ꝙ
ſi in inſtrumento appoſita ſunt illa
uerba,ꝙ de dicta re nemini ius de-
dit ꝙ præiudiciũ fieri poſſit,tunc ſi
alteri etiã donauerit uel alio titulo
quàm uẽditionis ius ceſſerit,tenetur
pœna falſi:ut d.l.ſi à debitore.quod no.

AVGV. Tu autẽ in hac mate-
ria inquantũ tractatur hic,de eo qui
uẽdidit rẽ duobus,an incidat in cri-
men falſi:primò limita non habere
locũ in eo qui uendit in caſu l.à di-
uo pio.§.ſed ſi emptor.ff.de re iud.
& ita not.ibi Mod.ſcilicet de iudice
uendẽte rẽ in executione ſententiæ:
quia ſi primus emptor qui offert pre-
ciũ nõ ſoluit illud preciũ,poteſt iu-
dex ſine pœna falſi uendere illã rẽ 32
duobus,ſcilicet alteri ſecũdo ſoluẽ-
ti preciũ:& hoc ut finis ſit executio
ni rei iudicatæ:& quia iudex nõ po-
teſt uendere habita fide de precio.
Et ideo dicebãt Odof.& Bald.in re-
portatis antiquis in l.uẽditor ex hę-
reditate.ff.de hære.uel ac.uen.l.qui
duobus.ff.de fal.non militat in illo
qui uẽdidit ſecũdo loco,quãdo pri-
mus emptor emit,non habita fide
de precio,nec offerendo preciũ:&
ita uoluit Bal.in c.ſi facta.ſub rub.ſi
de feu.fue.contro.inter do.& agna.
& in l.quoties.C.de rei uendi. Item
limitarẽ prædicta,niſi ille qui uẽdit
rem ſecũdo emptori,nõ tradidiſſet
actualiter rẽ uenditã,per doctrinam
Bal.in c.j.§.aut ſi liuellario.qui.mo.
feu.amit.& Bal.in c.j.§.ſi.quæ ſit pri.
cau.benefi.amit.& in c.imperialem.
de prohib.feu.alie.per Fede.qui di
cit quòd l.qui duobus.de fal.nõ ha-
bet locum in pignorãte rem duo-
bus.& idẽ Bart.in l.ſi quis in pignore.
§ j.ff.de pigno.actio.& hæc nor.

32 *Aſcribens ſibi in teſtamento in ſcriptis uel nuncupatiuo,incidit quaſi in falſum.*

33 *Hæres ſcribens totũ teſtamentũ manu ſua,& ſe hæredem inſtituens,& poſtea dans notario qui id legit coram teſtatore & teſtibus,& fuit rogatus,an incidat hæres in illã pœnã.*

34 *Notarius quando non poßit notarius eſſe in facto proprio.*

35 *Notarius licet non poßit notarius eſſe in cauſa propria:tamen ſi teſtes adhibiti in inſtrumento affirmarent totum contentum in inſtrumento.iſto caſu probarent omnia quæ in tali inſtrumento continẽtur.*

ANGELVS.

*QVI ſibi in teſtamẽto in ſcri-
ptis

ptis uel nuncupatiuo aſcribit, inci-
a dit quaſi in falſum[a]: ut l.j.§.& illa
quoq;.ff.de fal.& ibi Bart.quod au-
tem dixi de teſtamẽto nuncupatiuo
qualiter debeat intelligi, uide Salic.
in l.j.C.de his qui ſibi aſcri.etiam ſi
ſit filius qui ſibi aſcribat, dũmodo in
teſtamento patris ſibi plus aſcribat
quàm eſſet portio quam habiturus
eſſet ab inteſtato:ut no.Bar.in l.j.§.
j.ff.de fal.& not.gl.& Sali.in filio &
patrono, in l.quaquam.C.de his qui
ſibi in teſta.aſcri.ſiue ſit pater qui
etiam aſcribat pro filio in poteſtate
etiã hodie in aduentitiis:ut no.Bar
in l.impuberẽ.§.j.ff.de fal.ſecus au-
tem ſi ſcriberet inſtrumẽtũ uel in te
ſtamento alicui pro filio emãcipa-
to, uel ecõtra filius emancipatus pro
patre, quia ualet inſtrumẽtũ, nec in-
cidit in falſum:ut eſt tex.& ibi Bart.
in l.ſi pater.& in l.filius.in princi.ff.
de fal.in prin.Et maritus poteſt aſcri
bere in alteriꝰ teſtamẽto uxori ſuæ,
& ualet: ut l. ea lege. §.maritus.&
ibi Bar.& no.Salic.in l.quæ in teſta-
mento.C.de his qui ſibi aſcribi.ſed
filius poteſt eſſe rogatus de inſtru-
mẽto in utilitatẽ matris, & aſcribẽs
matri nõ incidit in falſum:ut eſt tex.
& ibi Bartol.in l.ſi pater.ff.de fal.
33 * Quid autẽ ſi hæres ſcribat totum
teſtamentũ manu ſua, & ſe hæredẽ
inſtituat, & poſtea dedit notario
qui eũ legit corã teſtatore & teſti-
bus, & fuit rogatus, an incidat hæ-
res in illã pœnam.Sali.in l.j.in fin.ff.
de his qui ſibi aſcri.dicit quòd non:
quia hęredis ſcriptura non probat,
ſed conficienda à tabellione.

ADNOT. a ¶ In quaſi falſum.
*Adde tu & uide Fran.de Areti.in conſi.
lxxxviij.ubi pulchre, & an notarius poſ
ſit de proprio cõtractu inſtrumentũ face
re, uide Bal.in cõſi.xliij.in j.uol.& intel-
lige quod dicitur hoc nõ habere locum in
eo qui ſibi aliqd aſcribit cauſa mercedis,
uel alia cauſa quàm eſt expreſſa in l.ſi
de his qui ſibi aſcribunt.ita cõſuluit Cu.
in conſi.lxxviij.ubi etiã tenet quòd aſcri
bens in teſtamento nuncupatiuo, nõ po
titur pœnas aſcribentis in teſtamentis
ſcriptis: & an prædicta habeant locum
in clerico ſibi aſcribente: uide Bar.in
conſi.lxiij.* Ber.

AVGV. Tu autẽ in hac mate-
ria per prædicta uide, ꝙ do.Ange.
attingat illã difficultatẽ, quòd filius
poteſt eſſe rogatus de cõtractu fa-
cto in utilitatem patris: & ecõtrà, ꝙ
pater poteſt cõficere inſtrumentum
in utilitatẽ filii: & an quis ultimò po
teſt cõficere inſtrumentũ in utilita-
tem ſuam, dum attingit illã difficul-
tatẽ, quid ſi quis ſcripſit teſtamen-
tũ manu propria &c.De prima quę-
ſtione an pater poteſt eſſe rogatus
de actu qui tendebat in utilitatẽ fi-
lii uel ecõtra:adde ultra dicta Bar.
in l.ſi filius.ff.de fal.qđ uoluit Bal.
in l.inſtrumẽta.C.de proba.in cõſi.
incip.filiusfa.notarius & presbyter,
per Spe.& Io. An.in ti.de inſtru.edi.
§.inſtrumentũ.uerſi.quid ergo.per
Barto.in l.quod dicimus.ff.de aucto.
tut.in §.ſi pater.& Imo.in c.ex lite-
ris.extrà de trãſac.qui aliqualiter im
pugnat dicta Bar.in d.l.ſi pater.quę
allegat do.Ange.hic, & eũ ſequi Ia.
Moder.uidẽtur approbare in l.ſcien
dũ.in prin.poſt Ro.ff.de uer.oblig.
uide Sali.in l.quæ teſtamenta.C.de
his qui ſibi aſcri.& do.Anto.in c.j.
per eo.el.ij.in fi.extra de teſti.& in
aliqualiter per Abb.& per Flore.in
l.teſtis idoneus.ff.de teſtib.per
Ange.



Ange.in l.quòd adhibitus.C.de his
qui ſibi aſcri.& in materia iſta uide
latiſsimè ultra doct.per Ange.in l.j.
C.de his qui ſibi aſcri.& etiã ꝑ præ-
dicta uidetur, ꝙ quis in cauſa ubi
cõſequitur cõmodũ, poteſt eſſe no-
tarius.Et de materia adde Ange.in
d.l.j.& latiſsimè ultra doc.ſcripſi in
d.l.ſciendũ.in repeti.mea.ff.de uer.
34 obli. * Tene tamẽ menti ſingulare
uerbũ, quòd licet iura dicãt, ꝙ in fa-
cto proprio notarius nõ poteſt eſſe
notarius:hoc uerum, quando nota-
rius immediatè tractat de ſui com-
modo à principio confectionis in-
ſtrumẽti:quia tunc in cauſa propria
nõ poteſt inſtrumẽtum cõficere:ſe-
cus ſi mediatè:puta quia fuit roga-
tus de quadã donatione facta Ti-
tio, & ſucceſsit Titio:quia tunc po-
terit releuari tale inſtrumentũ:hoc
uoluit ſingulariter Dy.per illũ text.
in l.de eo.§.illud cõſtat.ff.de fal.&
35 ibi Bar.* Scias tamẽ unum mirabile
uerbum, quòd licet in cauſa propria
quis non poſsit eſſe notarius:& ta-
men illud inſtrumẽtũ non facit fidẽ
ſi inſtrumẽtum eſt factũ: tamẽ ſi illi
teſtes adhibiti in tali inſtrumẽto di-
cerent & affirmarẽt totum id quod
dicit inſtrumentum:tamen iſto caſu
probarẽt omnia quæ in tali inſtru-
mento cõtinẽtur.in hoc multa poſ-
ſunt allegari:ſed expreſsius hæc col
liguntur ex notabili doctrina Sali.
in l.j.C.de his qui ſibi aſcri.in teſta.
in fi.adde tamẽ unum notabile uer-
bũ, ꝙ licet aſcribẽs ſibi in teſtamẽ-
to incidat in pœnã legis Corneliæ:
tamen ad iſtã pœnã euitandã eſt in-
ductũ remediũ:ut ipſe aſcribens re-
pudiet legatũ, & quòd probet, quòd
propter iuris ciuilis ignorantiã hoc
fe-
fecit, quod ius iuſtè potuit ignora-
re.Iſta ſunt uerba doct.maximè Sa-
lice.in l.ſenatus.circa med.C.de his
qui ſibi aſcri.in teſta.Et tene menti
quod Odoffre.tenuit iſtã ſentẽtiã, ꝙ
cũ in teſtamẽto nuncupatiuo princi
paliter facto corã teſtibus, nõ militat
illud edictũ de his qui ſibi aſcribũt
in teſtamẽto:quia ceſſat præſumptio
fraudis propter teſtes, quod non eſt
ita in teſtamẽto in ſcriptis:& hoc uo
luit Spe.in tit.de inſtru.edi.§.inſtru
mento.uerſic.quid ergo ſi teſtator.
quod limitat Dy.ut dixit Sali.in d.l.
j.C.de his quæ ſibi aſcri.& uide Sali.
in d.l.j.qui dicit, quòd ad excuſan-
dum illũ qui aſcripſit ſibi in teſta-
mento, duo teſtes ſufficiũt qui erant
præſentes, quãdo teſtator ſibi lega-
uit: ſecus ad petitionem legatarii:
quia ſeptem teſtes requireretur: &
hoc bene nota. Reliqua uide per
Azo.in ſumma.C.de his q ſibi aſcri.

36 *Quilibet iudex an poſsit de falſo corã ſe commiſſo punire.*

ANGELVS.

36 * QVAERO an quilibet iudex
poſsit de falſo corã ſe cõmiſſo pu-
a nire[a].uidetur ꝙ ſicut l.nullũ.C.de
teſti.& pro hoc eſt gloſ.ordi.in l.ſi
lis.C.de fal.ſed Bart.in l.diuus.la ij.
in fin.ff.de fal.tenet contrariũ.quòd
imò ille iudex poteſt de tali falſita-
te punire, qui aliàs habet poteſtatẽ
de tali falſitate puniẽdi & cognoſcẽ
di:aliàs debet ad maiorẽ remitte-
re iudicẽ, allega.in auth.de teſti.ij.
colũ.& c.penul.& antepe.de pœ.per
Inno.ſed Bal.in d.l.ſi lis.nititur cõ-
cordare opi.licet de Bart.non faciat
mentionem.de quo etiã not.Ange.
in l.ſi uacantia.C.de bo.uac.ſed cõ-
muniter ſunt ſtatuta, quòd talia de-
licta

liĉta per iudicē maleficiorū punian
tur:ubi autem nō eſſet ſtatutum,ab
opi.Bar.in practica nō recedas:quia
gloſſ.loquitur qñ incidēter quæſtio
facti euenit & nō fuit principaliter.

ADNOTA. a ¶Punire. *Adde & dic ut per Petr.de Anchara.in conſil. clxxvj. & ibi uide ſpecialia in crimine falſi.*

AVGV. Tu autē in hac materia
adde Angel.in l.quoties.C.de indi.
qui latiſsimè loquitur in iſta mate-
ria, & facit mentionē in hac mate-
ria,quomodo Bart.reperitur cōtra-
rius:& tamē ibi uidetur ſaluare Bar.
à cōtrarietate:& ibi concludit quòd
ſaltē extraordinariè poterit ille iu-
dex punire teſtē falſum deponentē,
licet aliàs ille iudex criminaliter nō
poſsit procedere.Et in hac materia
omnino uide additiones,quas feci
ſ.in hac eadē glo.in uer.ſubſequen
ter quærit hîc do.Angel.teſtis dixit
falſum corā iudice uel arbitratore,
an poterit puniri de falſo, & per
quē:& ibi poſui materiā,quid ſi cle-
ricus coram iudice eccleſiaſtico uel
ſeculari,& ſic nō ſuo iudice falſum
depoſuit,an poterit puniri de fal-
ſo,dic ut ibi dixi:& hęc nota.& uide
Spec,in tit.de teſte.§.j.uer.quid de-
arbi.& uer,ſeq.& ſequē.& Sali,in l.
ſi quis decurio.C.de falſis.

37 *Inquiſitio uel accuſatio de falſo non exigit de neceſsitate locum uel tēpus commiſſæ falſitatis:& an locus iuramenti uel depoſitionis debeat poni in accuſatione teſtis,qui falſum depoſuit.*

ANGELVS.

37 *E T tene mēū tu iudex inquirēs
de falſo, ꝙ etiā in accuſatione non
eſt neceſſe quòd apponas locū uel
a tempus cōmiſſæ falſitatis[a],licet re-
gulariter in delictis debeant appo-
ni:ut eſt glo.ordi.inſti.de publi.iud.
circa princi.& not.Bald.in c.j.circa
prin.qui.mod.feu.amit.ſed in teſte
qui iurauit in uno loco, & in alio
falſum depoſuit,quis locus pone-
tur in accuſatione?ſecundū Bart.in
l.dāni.§.Sabini.ff.de dam.infe.quia
depoſitio trahitur ad iuramentum,
uidetur quòd locus iuramēti debeat
apponi.& uide Bal.C.de ſacroſanc.
eccle.in l.ij.

ADNOT. a ¶Falſitatis. *Adde tu quod Bal.in conſi.liiii.in iij.uol uoluit cōtrarium:& dicit Alex.in conſi.lxxvij. in j.uol.quòd in occultis iudex debet eſſe pronior ad torturam.* Ber.

AVGVST. Tu in hac materia
in accuſatione falſi,uel inquiſitiōe,
an ſit neceſſe quòd locus appona-
tur:adde quòd illa gl.inſtit.de pub.
iud.non uidetur dicere id ad quod
allegatur:de qua glo.dixi ſuprà,hæc
eſt quædā inquiſitio.in uer.illo ubi
tractatur quæ ſint neceſſaria ꝑ ſub-
ſtantia inquiſitionis. Et adde in illa
cōditione an locus iuramēti uel de-
poſitionis teſtiū debeat poni in libel
lo falſitatis.aliqui allegant Bar.teti-
giſſe iſtam quæſtionē in l.j.ff.de bo,
poſ.ex teſta.mili.quam allegat etiā
Ro.in l.damni.§.Sabini.ff.de dam.
infect.qui dicit quòd hoc reperitur
in quibuſdā lecturis Bar.& pondera
quod Bal.in d.l.ij.clarè in hac mate
ria nō uidetur aliquid affirmare.

38 *Falſi cognitio quinque modis fieri poteſt.*

39 *Falſi cognitio per multas & diuerſas uias fieri poteſt.*

ANGELVS.

38 *E T de falſo poteſt cognoſci
pluribus modis:ut eſt glo.& ibi do.
in l.ſi ex falſis.C.de tranſac.& no.ple
nè Imo.in l.diuus.de reg.iu.uer.extra
gl.&c.& ibi uide latè per eum:& etiā
eſt glo.& ibi Sali.in l.querela.C.de
fal.in qbus dicitur quòd quinq; mo
dis.Vno modo per accuſationem,ut
d.l.querela. Secundo per actionem
in factū:ut l.damus.eo.ti.Tertio per
modū exceptionis. Quarto per mo
dum replicationis:ut no.gl.in l.ſi ex
falſis.& in d.l.querela.Quinto offi-
cio iudicis:ut l.ſciant.C.de proba.&
l.nullum.C.de teſti.

39 AVG.* Tu autem in hac materia
adde text.& ibi doct.in c.lator.extrà
de re iud.& uide Spec.in tit.de ſent.
§.fin.uer.in ſumma nota,quòd ſentē
tia lata per falſos teſtes. qui dicit ꝙ
de falſitate procedi poteſt per mul-
tas & diuerſas uias, inter quas enu-
merat quòd etiam per querelam fal
ſi:per d.l.querelam.& per actionem
in factum allegat.Item uel ſecūdum
canones per iudicis officium quan-
do eccleſia eſt læſa,per d.c.lator.ex-
trà de re iud.Item prætextu falſi per a
in integrum reſtitutionem:per d.l.di
uus.ff.de re iudi.& ibi uide Spec.in
dicto uerſicu.

40 *Cognitionem falſi fieri per modū exceptionis, an ſit uerum ſimpliciter & ſemper.*

ANGELVS.

40 * SED unum nota in eo quod di
xi,quia etiam per modum exceptio
nis[c] & replicationis poteſt cogno-
ſci de falſo,utrum illud ſit uerū ſim-
pliciter & ſemper,an ſit opus primò
impetrare reſtitutionem in integrū.
not.Cyn.& Vltramon.in d.l.quere-
la.& ibi latè Salice.& no.Barto.An-
ge.& Imo in l.diuus.ff.de regulis iu
ris.ut ibi.

ADNOTA. a ¶Exceptionis. *Adde tu an crimen obiectum per modum exceptionis poſsit puniri: uide Oldra.in conſi.lxxviij.* Ber.

AVG. Tu autem in hac materia
adde glo.ſingularem in l.qui agna-
tis.ff.de inof.teſt.latè per Ioan.an.&
docto.in c.cum uenerabilis.extrà de
except.& in c.licet cauſam.extrà de
proba.Bal.& Ia.bu.in l.ſub prætextu.
C.de tranſac.& in l.ſi ex falſis.C.eo.
tit.& in l.fi.C.ſi ex fal.inſtrumen.Sed
Moder.latè poſuerunt iſtam mate-
riam dictæ l.diuus.ff.de re iudic.ubi
multa allegant:quia diuerſę opinio-
nes fuerūt in iſto paſſu,ut ibi uidere
poteſtis.

41 *Querela falſi uſque ad quantum tempus duret.*

ANGELVS.

41 * QVAERO uſq, ad quantum
tēpus duret querela falſi. dic quòd
uſque ad xx.annos pōt de falſo co-
gnoſci:ut d.l.querela.& qđ ibi not.
gloſſ.& doct.

AVG. In hac materia [a] adde Spe.
multum eleganter loquentem in ti.
de ſenten.in §.fi.in uer. nota quòd
ſecundum canones.& per canoni-
ſtas.in c.licet cauſam.extrà de prob.

ADNOT. a ¶In hac materia. *Adde tu & uide Alexā.in d.l.ſi falſos.in apo.C.de fal.& no.ꝙ ſublato iure querelandi eſt etiam ſublatum ius inquirendi.ita Pet.de anc.in conſi.cxc.* Ber.

42 *Falſum an ita committat ille qui utitur falſo inſtrumento:ſicut ille qui fabricauit uel dictauit.*

43 *Falſum an incidat in teſtibus,ſi quis non uult uti illis.*

44 *Falſum an incidat Titius qui me cum utebatur uno inſtrumento cum proteſtatione, quòd non uult eo*

*uti*

*uti ſi apparebit falſum:ego dixi quòd erat falſum,& aßignaui cauſas falſitatis: poſtea quaſi in fine cauſæ uult deſiſtere.*

ANGELVS.

42 *ET ſcias ꝙ ita cõiter committit falſum,q utiť falſo inſtrumẽto,ſicut ille q fabricauerit,uel dictauerit,uel fieri fecerit:ut l.ſi falſos.C.de fal.ſed differẽtia eſt,quia ille fuit autor falſitatis abſtinẽdo, poſtea ab uſu non excuſatur: quia falſitas fuit cõmiſſa
a in eius fabricatione.Sed utens[a] ſimpliciter falſo inſtrumento,& poſtea abſtinẽs,releuatur ab ea pœna:ut d.l. ſi falſos.& ibi glo.& doc.& Sali.ubi etiam glo.& doct.& Sal.ponunt qua pœna puniatur utens falſo inſtrumẽto uel reſcripto:& quàm primum utitur illis uerbis, uidelicet quòd non uult uti ſtatim:tale inſtrumẽtũ caret uiribus & effectu:ut C.de fi.inſtr.l.ſi aduerſarius.Sed cautela eſt ſecundũ Bar.in d.l.diu⁹.ff.de fal.quòd ad inſtãtiã partis ſtatuatur terminus producenti,an uelit uti dicto inſtrumento:& ita in teſtib⁹ & atteſtationibus. arg.l.mãcipiorum.ff.de optio.leg.& l.Titia.ff.de acc.in quo termino debet reſpondere clarè & apertè, ubi
43 per Bal.& Sali.in d.l.ſi falſos.*Sed diligenter aduertas:quia in teſtibus ſi non uult uti, nõ incidit in falſum, niſi poſuerit aliqd falſum,ſuper quo petiit teſtes examinari:teneť eo ipſo ꝙ teſtes ſuper dictis capitulis ꝓduxerit,licet poſtea non uelit uti dictis atteſtationibus, tamẽ incidit in falſum.ita uult ſubtiliter intelligendo Bar.in l.ſi falſus.C.de fal.qđ eſt not.
44 dignũ.*Sed pone,Titius utebatur mecũ uno inſtrumẽto cum proteſtatione,quòd nõ uult eo uti,ſi apparebit falſum:ego idem dixi quòd erat falſum,& aſsignaui cauſas falſitatis: poſtea quaſi in fine cauſæ uult deſiſtere,an excuſetur de falſo.hãc quæſtionẽ format Gãd.in ſuo opere maleſi.ti.de falſa.& falſi. & cõcludit ꝙ falſitatis pœnã non euitat:quia certioratus & ſtatim nõ deſiſtens nõ ruit dolo:ut ff.de lib.exhi.l.iij.§.fi. Secus ſi probetur inſtrumẽtũ ſuſpectũ tantũ,nõ autem falſum, niſi producens dicto inſtrumento fidẽ aſtringat:ut C.de proba.l.iubemus.

ADNOT. a ¶ Sed utens ſimpliciter. *Adde tu quòd utens inſtrumento debiti iam ſoluti ſiue per ſe,ſiue per alium tenetur cri.ſtellio.ita* Ro.in conſi.cv. *& quòd utens falſo inſtrumento cũ proteſtatione nõ teneatur falſi,tenet Alex.in conſi.lxxxix.in iij.uolu.& uide Rap.Ca. conſi.cxxxv.& Fulg.conſi.clxxvii.Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia adde quòd doc.Moder.maximè d. Ant.in c.imputari.extrà de fid.in circa fin.de uerbo ad uerbum,recitat uerba Bar.quę poſuit in hac materia in d.l.diuus.ff.de fal.& in omnib⁹ ꝓbat & ſeqtur Bar.ſed adde quòd contra iſta faciunt originalia uerba Gui.de ſuz.in auth.ſi quis in aliquo. C.de eden.ubi dicit Ioan.an.in ad ditio.Specu.in tit.de inſtrumen.ed. §.uidendum reſtat.circa princi.uer. quid ſi uelis.& ibi Spe.hoc etiam uoluit ubi dicit,quòd producẽs inſtrumentum quod dicitur falſum,debet dicere,ego talis fateor tale inſtrumentum ſcriptũ etiã manu talis notarii & dico tale inſtrumentũ,uerum eſſe, ſed ſi apparebit eſſe falſum,tunc nolo eo uſus eſſe:& perinde uolo ac ſi eo uſus non fuiſſem:& dicunt quòd iuuabit eũ talis proteſtatio.& ſi



aduerſarius, certifica me an uelis eo uti,nõ tenetur aliter certificare. Adde,ꝙ idẽ uult Bal.in l.ſi aduerſarius. C.de fide inſtr.licèt cõtrariũ tenuerit Lapus alleg.cix.quæ incip.quæro pone. Et aduerte,quia licèt Bart. in d.l. diuus.dicat, ꝙ ſaltẽ debeat dari pro
a ducenti[a] terminus ad deliberandum an uelit eo uti,uel nõ. Aduerte quia Salice.in l.ſi falſos.dicit,ꝙ hoc dictũ Bart.nõ ꝓcederet, niſi doceretur,ꝙ de falſitate foret inſtruct⁹,uel inſtrui noluit cum potuit. Et ſcias quod do. Anto.de but.dicit in d.c.imputari.ꝙ idem in teſtibus:dicit limitando prædicta, ꝙ iſta non procederẽt,qñ ille qui utitur falſis teſtibus, uel inſtrumẽto falſo procuraſſet ipſe illam falſitatem faciendã.allegat Bar.ita dixiſſe in d.l.diuus.Adde tamẽ in hac materia dicta Bal.in l.fi. C.ſi ex fal.inſtr. & Gand.in tracta.maleficio.ſub rubr. de falſa.in quæſtione, an producens falſos teſtes cui denunciatur.

ADNOT. a ¶ Producenti. *Adde & uide* Bal.*in conſil.lxviij.in v.uolu. ubi ſi interrogatus reſpõdeat, ꝙ uult uti in paßibus, & punctis pro eo faciẽtibus, & non aliter,quòd debet intelligi, ꝙ nihil reſpondit.Ber.*

45 *Inſtrumentum falſum in uno capitulo,an in totum uitietur.*

ANGELVS.

45 *PONE,ꝙ unũ inſtrumentũ habet plura capitula, & in uno reperitur falſum,in cęteris uerũ, an in totũ uitietur.& credo,ꝙ nõ:quia tot ſunt inſtrumenta quot capitula:ut l.ẽt.§.j. & ibi gl.& doct.ff.de mino.& l.ſcire debem⁹.in prin.& ibi Bar.de uer.ob.

AVG.Tu adde dicta doct. maximè Bal.& Paul.de caſtr.in l.ſi ex fal-
a ſis[a].C.de tranſa.gl. & doct.in l.ij.C. de uete.iu.enuc. Inn.in c.fraternitatis.extrà,de hæret. & ibi per doct.gl. iuncto tex.in l.ij.C.de fal.gl.ix.diſtin. in c.ſi ad ſacras.Io.an.in c.eccle.el ij. extrà,de elect.Tancre.de corneto in opere ſuo,rub.viij.q.x. Vide omnino Sali.in d.l.ſi ex falſis.Bal.& Imol.in l. j.§.ſi quis ſimpliciter.poſt Ang.ff.de uer.obli. & ibi per Moder.uide doc. in c.quanto.de his quæ fiunt à præla. ſine conſe.ca.Oldra.in conſil.xxxvj. Gandi.in tract.maleficio.ſub rub.de falſariis. & Spec.in tit.de inſtru.edi. §.inſtrumentũ.uerſi. quid ſi aliquid. limita per Archid.in c.ſi papa. de priuil.in vj.& Inn.in c.cum in iure.extrà de offic.deleg. limita ſecundũ Iaco. Butr. & Bal.in l.iubemus. C.de teſta. in fi.& Bal.elegãter in l.quãuis. C.de fideicõ.liber.per Bal.in l.nec exemplum.C.de fal. & in l.fin.de conuen. fiſci debi.lib.x. & in l.fi.C.de edic.di. in iiij.oppo. Moder.latè ponũt in d. l.ſi ex falſis.& quid in teſte,dic ut ibi.

ADNOT. a ¶ Si ex falſis. *Adde quod* Bal.*in conſi.xcvij.incip.in quodam inſtrumento,& ibi an ſi inſtrumentũ cõtineat plura capitula ſeparata,& in uno eſt falſum ratione loci,uel in tota ſubſtãtia ipſius,an uitietur.& uide* Pau.*de ca. in conſi.ccv.in nouis.& quòd inſtrumentũ cõtinens plura capitula in uno falſum, ſit in omnibus falſum,cũ ex parte notarii cauſetur falſitas.uide do.* Alex.*in conſilio xliij.in iiij.uol.qui alleg.text.in c.ad ſcripturas.lx.diſt.& idem uoluit* Bald.*in allegato cõſilio,quid autẽ in teſte.uide Oldra.cõſi.xxxvij.ubi quòd ſi eſt circa ſubſtantialia,in totum corruit, ex quo iuramẽtum eſt unicum.Si uerò ſit falſitas circa extrinſeca, ſolum uitiatur falſum, & non uerum:& ibi ponit an princeps poſſit facere,quòd ſtetur dicto teſtis deponẽtis*

*partim uerè,& partim falsè. Et qualiter tale reſcriptum intelligi debeat.* Ber.

46 *Tabellio ſcripſit inſtrumentum ſuper re illicita extra caſus à iure permiſſos, an incidat in pœnam falſi.*

ANGELVS.

46 * QVAERO tabellio ſcripſit inſtrumentum ſuper re illicita extra a caſus à iure permiſſos,an incidat in pœnam falſi.no.Bar.in l.j.C.de pœn. bo,ſubla.lib.x.dic ut ibi per eum.

AVG. Adde quòd cum illa deciſione Bar.ibi tranſeunt omnes doct. ibi ego aliter non me extendo: quia opinio Bar.approbatur ab omnibus ibi, in iſta materia. Adde Bald.in l.ſi poſt.C.de iuris & facti ignoran.

47 *Tabellio in inſtrumento dicit, & hoc pro centum, quod precium totum dedit,& numerauit &c.& teſtes in inſtrumento deſcripti dicunt, quòd non eſt uerum, quòd numerauit: ſed quòd uenditor tātum confeſſus fuit habuiſſe: an inſtrumentum dicatur falſum, ita ꝙ tabellio dicatur falſarius.*

ANGELVS.

47 * QVAERO tabellio in inſtrumento dicit: & hoc pro precio centum, quod precium centum dedit & numerauit &c. & teſtes in inſtrumento deſcripti dicunt,quod non eſt uerum,quòd numerauit, ſed quòd uenditor tantummodò fuit confeſſus habuiſſe,an inſtrumentum dicatur falſum, ita quòd tabellio ſit falſarius: dic quòd non: quia illa uerba habuit & recepit, poſſunt uerificari ex actu ficto:uidelicet per dictam confeſſionem,de qua teſtes deponunt: ita dicit per illum tex. Bart.in l.prædia.ff. de acquiren. poſſeſsione. quod no. quia ſemel habui de facto Bononiæ. a

AVG. Tu autem in hac materia adde ꝙ iſta quæſtio ſæpe accidit de facto:& uide,quòd Barto.in hac materia uidetur ſibi cōtrarius: nam cōtrarium uidetur dixiſſe in l.ſingularia.ff.ſi cer. pet. & contra Bart.in dicta l.prædia. expreſsè tenuit Ange. ſcilicet,ibi in dicta l.prædia. a quęcit audacter teneas contrarium, per glo.in l.ſi ex cautione. C.de non nu. pecu.ubi glo.decidit, quòd notarius nunquam debet apponere hæc uerba, niſi uideat uerè pecuniam actualiter interueniſſe in præſentia ſui,& teſtium: & idem uidetur tenere glo. in l.ſi ex precio.C.ſi cert.peta. Et reſpondet ad illum text. in d.l.prædia. quia loquitur in ſcriptura priuata. Et omnino in hac materia adde dom. Anto.de butr.& ibi omnino Moder. qui multùm eleganter loquuntur in c.ſi cautio.extrà,de fide inſtru.& Ro. reducit omnes ad concordiam in d. l.prędia.& in d.c.ſi cautio.& Mod. ī d.l.p̄dia. maximè Ro.multa alleg.

ADNOT. a ¶In d l.prædia.& *de tu ꝙ Moder. in d.l.prædia.* communiter *tenent cōtra Bar.& de hoc* uide *per Alex.in conſi.xxxv.in j.uolu.&* Bal. *in conſil.xxviij.in ij. uolu. qui* examinat *dicta Bar.in d.l.prædia.& in* l.ſingularia*.ff.ſi cert.pet.& uide Pau.* de Caſt.in *conſi.cxij.in ij.impreſſis.* Ber.

43 *Statuto cauetur, quòd* falſans in*ſtrumenta puniatur pœna manus:* ali*quis falſificauit acta,an incidat in* ſta*tutum.*

ANGELVS.

48 * QVID ſi ſtatuto dicatur, quòd falſificans inſtrumēta incidat in pœnam manus,&aliquis falſificauit acta an incidat in ſtatutum? dic ꝙ ſic: a & not. Barto.in l.fraudem. §.neque. de iis



de iure fiſc. & ſic appellatione inſtrumentorum continentur acta etiam in materia pœnali, quod not. Et aduertas, quòd ſicut ille qui committit falſitatem circa acta perdit cauſam: ita & qui committit falſitatē in cauſa:ita dicit Barto. in d.l.in fraudem. §.quoties.

ADNOT. a ¶Quod ſic. *Adde Bald.in conſi.cxxviij.in ij.uolu. Et an appellatione actorum ueniat ſententia, uide Bald. quod ſic,in conſil. cccxxxviij.in j. uolu.& an acta poſſint per teſtes probari,uide per Paul.de Caſt.in conſi.xj.in j. impreſſis. Petr.de Anch.conſil. cclxxxvij. & omnes concludunt, ꝙ ſic. & an inſtrumentorum appellatione ueniant acta, uide Paul.de Caſtr.in conſi.ccxlvj.& conſil.ccccxxvij.in ij.impreſſis.* Ber.

AVGVST. Tu in hac materia, adde quòd gloſ.in l.prima.§.editiones.ff.de eden.uidetur ſentire, quòd appellatione inſtrumentorum non continentur acta. Et ideo Barto.rectè ibi ponderauit in hac materia illam gloſſ.ad hoc:quia Barto.ibi dicit,illa gloſſ. ponit ibi tāquam ſeparata acta & inſtrumenta, ergo ſunt diuerſa. Sed Bartol.in fi. approbat dicta per ipſum in hac materia, in dicto §.neque.in ulti. quæſtio. Adde quòd hîc caderent bene not. per Barto. in l.ſi quis obrepſerit.ff.de fal.& per Bald. in l.fina. C.de pœn.iud.qui malè iudi. Adde text.contra Bartol.in capit. cùm olim. de reſcript. ubi dicitur, quòd falſificans literas abſolutionis perdit cauſam:& ibi uide Imo.Et adde gloſſ.in cap.uenerabilis. de religio.domi.& Bald.in l.teſtamenta.C. de teſtib. Adde quod contra Bar. tenet Iaco.de Aret. ut refert Gandi.in tracta.malefic.ſub rubri.de falſariis.

in uerſicu. ſed pone ſtatuto cauetur in ciuitate Paduæ. & approbat Alberi.de Roſa.in ſecunda parte ſtatuto,quæſt.xxxvj.ibi.Gandi.dicit,quòd licet appellatione inſtrumentorum ueniant acta: tamen ſtatutum puniēs facientem falſum inſtrumentum,nō comprehendit notarium falſificantem acta: & ideo pœna falſi de iure communi debet puniri. Subdit tamen Gandin. quòd cùm hodie deportatio, quæ eſt pœna falſi, non ſit in uſu,quòd bene faciet poteſtas punire notarium falſantem acta pœna ſtatuti. Et aduerte quia dicit Gandi. bene faciet poteſtas: ſed non cogit poteſtatem ad hoc: quinimo audiui aliâs à quodā doctore, & uidi quòd aliàs Bald.conſuluit contra Barto.& dicit ibi Bald.quòd Bartol.non ponderauit dictum §.neque.pro hac ſententia bene faciunt dicta Pet. de ancha.in cap.peruenit.de teſtib. & Salicet.in l.prima. ff.de fide inſtrumē. qui uolunt, quòd ſtatuta punientia producentem falſum inſtrumētum, non comprehendant producentem falſos teſtes, licet teſtes ueniant appellatione inſtrumentorum. Et ſic bene not. quæ ſit pœna falſi,cum hodie deportatio non ſit in uſu: dicit Gandi.ibi,ſi eſt ſtatutū, ſerua illud: quòd ſtatutum puniat delictum, quod cum deportatione puniebatur: ſin autem non eſt ſtatutum,pœna erit arbitraria. Et ita uidetur eſſe de mente Imo. in l.ſecunda.ff.de public.iud. Quinimo dicit Gandi. quòd in notario eſt pœna manus de iure Lombardorū: & ita dicit,quòd hodie non obſeruamus:ſed Roma.in ſingu. primi anni ccclxij.quod incip.pone,quòd notarius ſcribat falſum inſtrumētum. qui

dicit,quòd eſt pœna ignis,ſi notarius ſcribat falſum inſtrumentum immunitatis:eſt etiam pœna manus, ſi ſcribat inſtrumentum ſimulatũ: & ibi bona iura allegat,ibi uide: ſed Rom.in ſing.ſecundi anni xlvj.incip. ſcis, ꝙ relegati. dicit ꝙ in locum deportatiõis hodie ſucceſsit decapitatio:ſed ſua concluſio eſt falſa per prædicta: licet Ang.in l.iij.§.legis.ff.ad legem Corn.de ſica.uidetur innuere, quod dixit Roma.ſuprà.

49 *Aduocatus recipiens ſalarium ab una parte, uel cui pars reuelauit ſecreta ſuæ cauſæ,& ille patrocinium promiſit,ſi reuelat iura,uel ſecreta partis alteri parti,incidit in falſum.*

ANGELVS.

49 *SIS etiam cautus tu aduocate, quòd ſi tu recipis ſalarium ab una parte,uel etiã pars ipſa reuelauit iam ſecreta ſuæ cauſæ,& tu poſtea promiſiſti patrocinium,ſi tu alteri parti reuelas iura alterius partis,& ſua ſecreta,incidis [a] in falſum.l.pen.ff.de poſt, & no.Bar.in l.ij.ff.de præuari.

ADNOT. a ¶Incidis. *Adde tu & uide Roma.in conſi. ccclxxxiiij.Bern.*

AVG. Tu autẽ in hac materia omnino adde Fulg.in rub. C.de proc. qui quærit ibi,an titulus ff. de præua. habet locum in procura. Et adde ea quæ dixit ſuprà do. Ang. & ego addidi in additio. meis in hac eadem gl.in uerſi.quæro ſi aduocatus, procurator, uel ſolicitator unius cauſæ. dic ut ibi ſcripſi.

50 *Teſtis uacillans an ut falſarius puniri poſsit.*

ANGELVS.

50 *QVID ſi teſtis uadit uacillãdo, an ut falſarius poſsit puniri?dic quòd a ſic [a] ;ut eſt gl.j.q.iiij.in c.teſtimoniũ, & eſt tex.iiij.q.iiij.ca.qui falſo.facit l. qui falſa.ff.de teſti.& ibi Flor. unum tamẽ tene menti in iſta materia,ꝙ licèt accuſator ſuam intentionẽ nõ probet,tamen reus nõ debet abſolui, iuxta l.qui accuſare.C.de edẽ.niſi reus b ſuam purget innocentiã [b] :ut eſt tex. in l.ubi.C.de fal.Et idem in pluribus caſibus in l.fallaciter.C.de abol.A uertas tamen,ꝙ talis purgatio innocentiæ ſufficit per iuramẽtum.ita dicit Petr.& Cynus in dicta.l.ubi,quod nota.

ADNOT. a ¶Quod ſic. *Adde circa hoc,& dic ut per Alex.in conſi.* ... *in iiij.uol.& ibi quid ſi teſtis dicat,quòd ea quæ primò dixit ſunt falſa.Ber.*

b ¶Innocentiam. *Adde tu pro hoc,quod no.Roma.in conſi.cccli.ubi uolt,quod ... ſatus de crimine qui obtinuit ſententias abſolutorias,eò quia nõ probatur, debet tamẽ ſe purgationi ſubiicere,quia remanſit ſuſpectus.allegat caſum in ... bus.xj.q.iiij. & uide in dictis conſil. ... ſunt ſufficientia ad inducendam purgationem.Ber.*

AVG.Tu autẽ in hac materia ... quantum dictum eſt,ꝙ in accuſatione falſi ſi actor non probauit intentionem ſuam, tamen opus eſt,quod reus purget innocentiã. Adde,quod hoc eſt uerum, ubi ipſe actor aliquid probaſſet : puta licèt non plenè ... ſemiplenè:tamen aliquid uerisimile probaſſet cõtra reum accuſatum de falſo : quia tunc reus ſaltem debet purgare id quod aliqualiter eſt probatum contra ipſum. Si autem nihil fuiſſet penitus probatum contra ipſum accuſatum, non eſt neceſſe, quod ipſe reus ſe purget;ſententia eſt ... & Ang.& Sal.poſt doct.in d.l.ubi ... autẽ fiat hodie de iure canonico pur-



gatio per ſacramentũ,uidẽda eſſent no.in rub.& in nigro.extra de pur. cano.ſecundũ Ang.& Sal.in d.l.ubi.

51 *Notarius qui in actu aliquo de quo eſt eſt rogatus non adhibuit debitam ſolennitatem,an incidat in falſum.*

ANGELVS.

51 *AN autẽ notarius qui in actu aliquo de quo eſt rogatus,nõ adhibuit a debitã ſolẽnitatẽ [a] incidat in falſum? & uidetur præſumptione iuris & de iure ꝙ ſic:ut eſt tex.cũ gl.notab.in l. iubemus.C.de teſta.Sed Bar.in l.ſi librarius.ff.de re.iur.& in uer.ſed contra hoc facit.dicit quòd eſt ſpeciale in teſtamẽtis quòd nõ adhibẽs ſolennitates debitas incidat in falſum.& hunc intellectũ ſequitur Bal.& Imo. in l.quoties.ff.de hære.inſti.& ſic in contrarium eſt ius cõmune.uel dicit Bar.in d.l.ſi librarius.ꝙ in d.l.iubemus.non fuit ſolennitas ſeruata nec ſcripta,tũc notari9 falſari9 eſt.aliquãdo in actu ſeruabit ſolẽnitatem, ſed poſtea eã nõ ſcripſit: & tũc de falſo nõ punitur,ſed errorẽ ſuũ corrigere poterit,iuxta ea quæ habẽtur in d.l. ſi librarius.qđ no. Quãdo autẽ notarius errauit in aliquo de ſubſtantia ipſi9 inſtrumẽti,an & quomodo poſſit corrigere & emendare,uide latè per Dyn.& Bart.in d.l.ſi librarius.& no.Cy.in l.imperatores.ff.de ſta.ho. & Bal.C.de no.co.confir.in ſi.& Barto.Bal.& Ang.in d.l.imperatores.

ADNO. a ¶Solennitatẽ. *Adde tu Ioã.de ana.in conſi.xxxiij.quòd notarius omittens aliquod neceſſarium ad ualiditatem inſtrumenti præſumitur falſarius,adeo quòd nõ poteſt probari in contrariũ.allegat quæ habentur in l.actuarius.C.de actua.lib.xij. & in l.iubemus. hic allega.& quando notarius plus uel minus ſcribit,præſumatur falſarius uel potius pro errore,uide Raph.Cu.in conſi.cxxxv.adde tamen quòd notarius præſumitur rogatus apponere clauſulas conſuetas:ut latè tenet Alex.in conſi.lxxxix. in ij.uolu.& ibi etiam uide quando & quomodo notarius poſsit errorem ſuum corrigere,de quo etiam per eundẽ in cõſi. xxvij.& in cõſi.cv.in ij.uol.per Bal.in cõſi.cxxvij.in v.uol.& per Ang.in cõſi.ccxcj.& adde ꝙ licet notarius etiã rogatus nõ debeat cõſicere inſtrumentum de actu inutili:tamen ſi confecit,cogitur illud in publicam formã redigere:ita dicit Ang.in conſi. cclxxiiij.& an inſtrumẽtũ reddatur ſuſpectũ ex eo quòd notarius ſolitus eſt errare in ſuis inſtrumẽtis uel facere inſtrumenta diſcordãtia.uide Paul. de ca.in cõſi.xix.& de princi.q.uide Barba.in cõſi.xxxvij.inci.præclarè ſcribitur in libro Iudicũ. Et ultra prædicta an in notariis præſumatur potius error quàm falſitas:uide dominũ meum Soci.in cõſil. xciiij.col.ij.& ibi quando poſsit corrigere errorem ſuum.*

AVG. Tu autem in hac materia de notario omittente ſolennitatem debitã,an ſit falſarius, materia eſt lata: adde ꝙ ita cõmittiť falſum omittẽdo ſcribere uerũ, ſicut exprimẽdo falſum,ꝑ tex.in c.j.extrà,de cri falſ.& in l.presbyter. C.de epiſc.& cle. Adde Bar.in l.ſi poſt.C.de iu. & fac.ign. qui dixit,ꝙ teſtamentũ nõ ſolẽne habetur pro falſo quantũ ad puniendũ tabellionem,nõ quo ad alias & quia hoc nõ reperiť iure cautũ,adde Bal. in l.ſi ueritas.C.de fideiuſ.& Bal.in l. ſi.C.de edi.di. Adria.in uer. ſextò oppono. & Petr.de Anch.in conſil.ſuo cclxxviij.inci. In Chriſti nomine tria principaliter &c. Et ibi dicit Petr.de Anch. quòd ſi notarius omittat ſcribere

bere inſtrumētū ſecundū ordinē cō-
ſuetū,nō per hoc eſt ſuſpectus de fal
ſo. Nec obſt.d.l. iubemus. quia dicit
quòd loquitur de ſolēnitate ſubſtā-
tiali omiſſa. Adde Bar.per illū tex.in
l.nulli.C.de nu.& actu. lib.xij. Adde
Bal.in l.iubemus.§.ſanè.C. de ſacro.
ſanc.ecc.aliquid per Bal.in rub.C.de
fide inſtru.in x. col. & in l. ſuper chi-
rographis.C.ſi cer.pet. cōmunis ſen-
tentia doct. maximè Mod. in l.iube-
mus.C.de teſta. dicūt poſt Sali.ꝙ niſi
in caſibus à iure expreſsis notarius
ſolēnitatē omittēs nō punitur de fal
ſo,aliàs ſic,& optimè.uide Mode.col
ligētes omnia in d.l.iubemus. Adde
quæ dixi.ſ.in hac ead. gl. in prin. in
addi. quam feci ad dicta Bart. in d.l.
quoties.

SVMMARIVM.

1 *Incendiarius qualiter puniatur.*
2 *Incendium dolo commiſſum qualiter puniatur.*
3 *Statuto dicente ſi quis incenderit domum,an comprehendatur capana.*
4 *Incendium lata culpa cōmiſſum qualiter puniatur.*
5 *Incendium leui culpa commiſſum qualiter puniatur.*
6 *Incendium negligentia commiſſum ſiue leuiſſima culpa qualiter puniatur.*
7 *Statutum puniens comburentem domum,an comprehendat capanam.*
8 *Statuto dicente ſi quis combuſſerit domum,puniatur in tanta pœna,an contineatur comburens paruam domum.*

1 INCENDIARIO. * Qualiter
autem incendiarius puniatur not.
Bar.in l.iiij.ff.de offi.præfe.uigi. Cy.
in l.data opera.C.qui acc.non poſ.&
ibi latius Bal. & Sal. & hoc quando
criminaliter agitur & punitur. Qua-
liter autem incendiarius ciuiliter te-
neatur. no. Sali.in l.quæ fortuitis.C.
de pig.act.& in l. ſi uēdita. de peri.&
cōmo. rei uē. qui Bal.in effectu dicit
aduertendū eſſe,quòd cōmittitur in
cendiū dolo malo quandoq;:quan-
doq; lata culpa,quādoq; leuiter,quan-
doq; cōmittitur in ciuitate uel in
oppida:quādoq; cōmittitur in ui.
2 * Quò ad primū, quando cōmittitur
dolo & in ciuitate uel oppido,& de-
linquens ſiue incendiarius ſit uilis
perſona, & quòd domus ſit actualiter
ter accenſa,uel aliud ædificium,uel
aceruū frūmēti poſitū iuxta domum:
quia quòd ſit iuxta ædificium in ipſo
ædificio factū dicitur,& quòd incen-
diū ſit magnū:& ſic omnibus his co-
pulatiuè concurrētibus, tūc incendia-
rius debet igne cōburi: ut ... 
gl.in l.qui ædes.ff. de incen.rui.nau.
Et eſt ratio quare igne cōburatur,quia
incēdiū in ciuitate uel oppido mor-
tē ignis multis præparat: & ideo in-
cendiarius mortē quā aliis præpara-
uit recipiat.argu.ff. de extraor.c.
ſaccularii in ratione ſui.ſi aūt omnia
prædicta quatuor cōcurrunt,& incen-
diarius ſit in aliquo gradu conſtitu-
tus,tūc nō cōcremabitur, ſed decapi-
tabitur,ut eſt tex.in l.capitaliū,§.cō
nunquā.ff.de pœn.uel dic ſecundum
Bal.in d.l.data opera. quòd iudex ar-
bitrabitur an eum decapitet,an fur-
cis ſuſpendat,an igne concremari fa-
ciat attenta delicti qualitate & per-
ſonarū ſtatu.argumen. not. in l.quid
ergo.§. pœna grauior.ff. de infa.Si
uerò incendiū fiat extra mœnia ciui-
tatis uel caſtrorū , & tunc aut incen-
dium eſt magnum & dolo malo fa-
ctum, & tunc etiam eſt pœna mortis
niſi delinquentis perſona ſit in ...
dignitatis uel ſtatus gradu,quia ...



ta deberet ei cōcedi ex benigna diſ-
penſatione : quia tūc debet deporta
ri:ut l.ſi.ff.de incen.rui.nauf. Et præ-
dicta procedunt quando dolo ſcien
ter & appenſatè incendiū immiſſum
eſt:& ſemper præſumitur dolus,ſi ini
micitia præceſſerit inter immittentē
ignē & illū cui immittitur:ut eſt text.
no.in l.capitalium.§. qui ob inimici-
3 tias.ff.de pœn.* Quid ſi ſtatutum di-
cat,ſi quis incēderit ædes uel domū,
an cōprehendatur qui incenderit ca
panam ad uſum hominis ? dic quòd
nō:ut not.Bal.de fra. de no. beneſic.
inueſt.c.ij.pro quo facit tex.in l.ſena
tus.§.maritus.ff.de leg.j. & quod no.
Bar.in l.cætera.§.hoc ſenatus.eo. tit.
4 * Secundo caſu prin.quando incen-
dium cōmittitur lata culpa:& tunc ſe
cundū Iaco.pro magno incēdio im-
ponitur pœna corporalis, tamen mi
tior quàm pro dolo : ut l. ſi fortuito.
ff.de incen. rui.nau. & ſecundū eum
ſpeciale eſt.nā pœna mortis uel qua-
ſi motis naturalis , ut cum membrū
truncatur regulariter nō imponitur
niſi pro dolo:fallit ſecundū eundem
niſi in incēdiario, quod uerū intelli-
gitur in uili perſona.Sed Bal. in l.da
ta opra. dicit quòd fortè d.l.ſi for-
tuito non cogit nos dicere de pœna
mort: ſiue mēbri mutilatione : &
ideo intelligēda de alia pœna cor-
poral uel pecuniaria grauiſsima.
ar.l.j., diuus.ff. de ſica. ut iura iuri-
bus concordētur : nā ſi lata culpa nō
infam: ut not.inſti. de ſuſpe. tu. §.
ſuſpectis. ergo multominus inducit
pœnam mortis uel mutilationis mē-
bri, quæ iudicio meo iſta æquiparā-
tur:ut e tex.in auć.de colla. §.& hoc
prohibeus.Intelligit tamen Bal. ꝙ
ſemper pro incēdiariū etiā lata cul-
pa tātū dānū debeat etiā ex eadē in-
ſtantia inquiſitionis uel accuſationis
reſarciri:quia ciuilis & criminalis ue
niunt eadē l. ideo nō ſunt neceſſarii
duo proceſſus:ut l.qui ædes.ff.de in-
5 cen.rui.nauf.* Tertio caſu prin.quā-
do incendiū ſit leui culpa tantū,dicit
Cy.in l.data opera. ꝙ iſto caſu nulla
pœna criminaliter punitur:ſed bene
punietur in dāni emēdatione tātū:ſi
tamē dānū emēdare non pōt, luit in
corpus:ut d.l. qui ædes. unde ex leui
culpa nō oritur duplex uia agēdi:ui-
delicet ciuiliter & criminaliter : ſed
una tantū, ſcilicet ciuilis : & idē not.
Cy.in l.ſi quis nō dicam rapere.C.de
epiſ.& cle. Ex quo ſequit̃ ꝙ pro leui
culpa nō pōt ꝓcedi per inquiſitionē:
quia reſpu.nō reputatur offenſa,nec
eius intereſt:quia iudex inquirere nō
poteſt ad priuatorū cōmodū : ut no.
per Inn.in c. ad noſtrā.de iureiur. Et
ex hoc multæ inquiſitiones poſſent
impugnari:quia ſi cōſtat,& dolū,& la
tā culpā abeſſe, ſecūdū Cy. accuſatio
uel inquiſitio formari nō poteſt.pro
quo facit l.j.in fi.ff.de arbi.&l.igitur.
§.fi.ff.de libe.cauſ.Sed Bal. in d.l. da
ta opera.in uer.nūc de tertio quādo
incendiū &c.dicit ꝙ cōtra Cy. uide-
tur caſus in d.l.ſi fortuito. ubi punit̃
criminaliter ex culpa dolo proxima,
iſta eſt lata culpa.Item punitur culpa
ꝓxima latæ culpę,iſta eſt leuis culpa:
ita dicit tex.in d.l.ſi fortuito. Nō ob-
ſtat.d.l.q ædes.qa loquit̃ ibi de culpa
leuiſsima:dicit enim ſi nō caſu:unde
ibi loquitur de culpa quæ eſt proxi-
ma caſui fortuito. ſ. de culpa leuiſsi
ma q̃ nō punit̃ criminaliter:uel dicit
Bal.aut leuis culpa eſt ī faciēdo & pu
nit̃ criminaliter:aut negligēdo,& nō
punit̃ criminaliter:nā eſt grauior cul

pa facere quàm omittere:ut ff.de uſu fru.l.ſi eius.§.de præteritis. ſed Bart. uult ꝙ etiã ex leui culpa quis puniatur criminaliter.alleg.l. reſpiciendũ. §.delinquunt.ff.de pœ. ſed ſecundũ Bal.in d.l.data opera.ibi loquitur de lata culpa,cũ quis delinquit propter ebrietatẽ:nam lata culpa eſt propter ebrietatẽ delinquere:& ſic nõ loquitur ibi de leui culpa:unde dicit ꝙ d. §.nihil facit ad hoc.alleg.l.omne delictũ.§.pe. ff. de re mili. nimia ergo ebrietas delictũ attenuat: nõ autẽ in totũ tollit:ſed parua ebrietas delictũ nõ minuit:& allegat exẽplũ in diuina ſcriptura qñ filiȩ Loth eum uino inebriauerũt. & tex. ibi nõ dicit culpa &c.ſed dicit impetu.id eſt,nõ appẽſatè & deliberatè, ſed ſubito motu:nã iſtud eſt minus delictũ q̃ ſi eſſet appẽſatè cõmiſſum : unde dicunt ꝙ §.delinquũt.loquitur in tribus caſibus,ſcilicet in dolo præmeditato, & maiori in dolo nõ præmediato, & in minori:&in caſu fortuito:& ſic nulla culpa:& ſic nõ facit pro Bar.ſed dicit ꝙ ꝓ Bar. facit d. l. ſi fortuito. ſed ꝓ Cy.alleg. ubi lex loquitur in pœna, figit pedẽ in dolo & lata culpa:ut l.j. §.nõ aũt.&ibi Bar. ff. ſi qs teſta. lib. eſſe.iuſ. fue.Sed põt reſpõderi ſecũdũ Bal.ibi,ꝙ edictũ prætoris ibi reqrit dolũ:& ideo culpa dolo remota uel leuis culpa nõ cõtinetur:ſed ubi lex ſimpliciter punit factũ nec facit doli mentionẽ,tũc punitur culpa,niſi ſit leuiſsima,quȩ criminaliter nõ punitur. & dicit ꝙ hoc eſt uerũ,ꝙ leuis culpa punitur pœna pecuniaria nõ autẽ capitali:ut l.in lege.ff.de ſica. quia nulla culpa leuis,eſt crimẽ capitale:&ſic in effectu tenet opinio.Bar.ꝙ etiã ex leui culpa poſsit inquiri & damnari: licet nõ corporaliter ſed pœna pecuniaria.quod not.& idẽ dixi ſ.in gl.ſuper uer.ſciẽter doloſè&c.in uer.aduertas tamẽ ꝙ Bar.&c.Ex quo poteſt inferri ad incendiariũ,ꝙ ipſe ex culpa etiã leui põt per iudicẽ criminaliter dãnari ad pœnã pecuniariã applicãdã fiſco,& ad emendã dãnũ paſſi.

6 * Quarto caſu quãdo incendium eſt immiſſum negligẽtia,ſiue culpa etiã leuiſsima, tũc iſto caſu non loquitur Cyn.nec Bald.in d.l. data opea.Sed ego uidi unũ cõſi.Sal.quod incip.Saluatoris nomine inuocato ad quæſtionẽ propoſitã &c. uult ꝙ quis teneatur ex leuiſsima culpa non ad aliquã pœnã,ſed tantũmodo ad dãni emendationẽ.alleg.l.capitalium.§.qui ob inimicitias. ibi, ex negligẽtia cuiuſ &c.ff.de pœ.& ſic punit negligentiã, ergo leuiſsimã culpã.pro hoc text. l. iij.§.j.& quod ibi no.ff. de offi.præfe.uigi. & in l.ſi uẽdita. ff. de peri. & commo.rei uend.ibi,ſi ſeruorũ negligẽtia &c.& ibi, eam negligentiã.

AVGVST. Tu autẽ in hac materia adde de pœna incẽdiarii,de tex.in l.j.ff.ad le.Cor. de ſica.in ſi. uoluit quòd etiam pœna leg.Cor.de ſicar. teneatur,quæ eſt pœna capi. ille qui dolo malo fecit incend,ſicut tenetur etiã pœna ignis:ut idem tex.in l.qui ȩdes.ff.de incẽ.rui.nau.& ideo gl.in d.l. qui ædes. dicit tenere leg.Cor.de ſicar.Bar. tamen ibi in d. l.qui ædes. & ibi Ang. approbant in hac materia dicta Cyn.quæ ponit in hac materia in d.l. data oper licet Bar.in l.iij.ff.de offi.præfe.uigi.uideatur approbare Dy.Iac.de Areto hac materia. Adde tamen in hac materia gl.in c. cùm deuotiſsimam.xvij.q.iiij. uer.incendiũ.quæ dicit quòd alia ſit

pœ-

pœna iuris canonici:quia incendiarius eſt ipſo iure excõmunicatus,nec prius abſoluitur quàm ſatisfaciat & iuret quòd nunquã amplius talia faciet:hoc probatur in c.ſi quis mẽbrorũ.xxiij.q.viij.c.ſi quis mẽbrũ.& ſi talis incẽdiarius fuerit denũciatus excõmunicatus,nemo põt ipſum abſoluere niſi papa : ut in c. tua. extrà de ſen.exc.dicit tamẽ illa gl.quòd ſecũdũ leges puniũtur ꝑ l.capitaliũ.§.nõnunquã.ff. de pœ.ubi dicitur quòd ſi qs intra oppidũ uel propter inimicitias uel prædȩ cauſa cõbuſſerit,igne cremetur:ſed ſi uillã cõbuſſerit leuius punitur, per l. qui ædes.ff. de incen. rui.nau.& ſubdit illa gl.quòd nõ reperitur quòd incẽdiarius ſit ipſo iure excõmunicatus,niſi ſit incẽdiarius eccleſiæ:de qua q.ultra illã gl.in hac ultima cõcluſione,uide Io.And.in c. cõqueſtus.extrà de for. cõpe. ulti.gl. & per Anto.de But. & Abb. in c. tua nos.extrà de ſen.excõ.& not.in c.cõqueſti.eo.titu.Et de materia iſta latè per Hoſt.in ſum.in ti.de rap.ſub rub. de incẽdiariis.§. & qua pœna.quẽ allegat Io. And.in d.c.tua nos.ubi Hoſt. latè diſtinguit:& uide no.in d.c. in literis.extrà de rapto.Et adde gl. xxiij. q.ſi.c.peſsimã.in gl.quæ incip. damno. quæ dicit quòd pœna canonica incendiariorum practicatur in c.ſi quis domum. extrà de iniur. & dam. dat. Et pondera gl. in dicto c.ſi quis peſsimam. quæ diſputat an epiſcopi uel archiepiſcopi poſsint conſulere de interficiendo incẽdiarios. Et breuiter illa gl.dicit quòd iuxta legis tenorẽ incendiarii uariè plectuntur,ſi ſunt incendiarii ſpontanei, uel cum nouiſsimo infortunio notãtur uel deportãtur, uel alio modo fortè puniuntur : poſtea gl.ibi uidetur diſtinguere,aut eſt nobilis uel ignobilis:quia ſi nobilis, capite nõ punitur: ſi ignobilis, ſupponitur beſtiis bonis proſcriptis : & hoc quando dolo incendiũ fuit factum:aliàs ſufficit damna reſtituere:ut l.qui ædes. ff. de incen.rui.nau. Adde quæ dixit do.Anto.de But.in c. tua nos. extrà de ſen. excõ.in j.col. qui dicit quòd tex. in l. capitaliũ.§.nõnunquã.ff.de pœ. uult quòd incẽdiarii capite puniũtur.debet intelligi ille tex.ſecundum doct. quãdo incẽdiarii ſunt doloſi:ſed quãdo ſunt in culpa,puniuntur ciuiliter, id eſt tenẽtur leg.Aquil.& in d.c.tua nos.ibi doct. diſputãt an incendiarii eccleſiarũ uel aliorũ locorũ ſint ipſo iure excõmunicati, & quis põt ipſos abſoluere,& an papa uel legatus uel epiſcopus põt ipſos abſoluere. uide ibi omnino do.Abb.Itẽ in hac materia adde gl.in l.ſi mora. ff.ſolu.matr. quæ induci põt, quòd licet leuiſsima culpa ueniat, in leg. Aquil.l. in lege Aqui.ff.ad l.Aqui.tamẽ hoc uerum,ſi eſt in faciendo:ſecus ſi negligendo: pro qua concluſione uide tex.aureũ ſecundũ doc. in l.ſi auus.§. de præteritis.uer.deniq;.ff.de uſufru.&Bar. ibi dicit quòd ille text. gl. totũ tit.ff. ad leg. Aqui. &Ro. allegat illũ text. pro ſingulari,in l.diuus.ff. ad Silla.& Imo.in l.fluminum.§. quanquam. ff. de dam. infect. & no.Bar. & alii in l. qui bona.§.cùm inter.ff.de dam.infec.licet Ro.in d.l.mora. & in l. cùm quis.ff.de dolo. limitent illum tex.& ideo dato quòd per prædicta poſsimus inferre ad materiã noſtrã,quòd ſi aliquis cõduxit domũ quæ incendio ſit combuſta,ut ipſe cõductor nõ teneatur in dubio. Nã licet dicatur in-

cendium præſumi ortũ culpa inhabitantium.l.ſi uendita.in princi.ff.de peri.& commo.rei uen.l.nam ſalutē.§.cognoſcit.uer.& quia plerunq;.ff. de offic.præfec.uigi.tamen in dubio illa culpa præſumitur leuiſsima.gl. eſt ualde notabilis.in §.præterea.inſti.quib.mo.re contrahi.oblig.gl.in uer.unde furtum.quam pro ſingulari allegat Salic.in l.quæ fortuitis.in ult.colũ.uer.unum tamen ſingulariter eſt notandum.C.de pig.act.cum ergo cõductor nõ teneatur de leuiſſima,ſed de leui.l.ſi ut certo.§.nunc uidendũ.ff.cõmo.cum ibi plenè no. & inſt.loca.§.pe.ideo nõ uidetur teneri de incẽdio,niſi expreſsè appareat de dolo ſuo,uel lata culpa, uel leui.& ſi obiiciat̃ ꝙ talis culpa licet pręſumatur leuiſsima, tamẽ põt puniri lege Aqui.d.l.in lege. poteſt reſpõderi ꝙ & culpa leuiſsima incendii pręſumit̃ in nõ faciẽdo:ut ſentit gl.in d.§.pręterea.& uidetur tex.in l. qui ædes.in uer.negligãt.ff.de incẽ. rui.& nau.qui tex.intelligitur de leuiſsima:ut no.Bal.in d.l.data opera. in prin.iiij.col.C.qui acc.nõ poſ.Cũ ergo ſit leuiſsima culpa in nõ faciẽdo,nõ uenit in leg.Aqui.p ſ.dicta,& hæc tene mẽti:& hæc adde ad ea q̃ ſuperius dicta ſunt. Adde tamẽ quæ dicã nũc j.in proxi.addi.mea,in ſeq. q.ubi examinabo iſtũ paſſum etiam qñ cõductor tenetur de incẽdio: & uide Pe.de anch.in cõſi.ſuo cccxlix.

7 * Itẽ adde inquantũ dictũ eſt ꝙ ſi ſtatutũ punit cõburentẽ domũ , nõ cõprehendit illum qui comburit capanã.& ad hoc adde unã glo.inſtitu.de re.diui.in §.cũ in ſuo.in uer.appellatione.Addatis tamẽ ꝙ cõtra iſtã deciſionem in terminis alle.Ang.in l.j. ff.de tig.iniun.q dicit ꝙ appellatione domus uenit capana,etiam in ſtatutis:& ideo ipſe infert ꝙ ſtatutũ in domibus habet locum in capanis,& ideo dicit,ꝙ ſicut domus cõſtru... de alieno tigno non põt deſtrui; nec capana conſtructa de alieno tigno.Nec ob.illa gl.in d.§.ſi quis ſuo.quia Ang.ibi reſpõdet.Sed aduerte quia pro prima cõcluſione faciũt ea quæ dicũt doct.in l.cæteri.§. Marcellus.ff.de leg.j.qui dicũt,ꝙ ſi ſtatuto cauetur ſi quis domũ comburit,puniatur tanta pœna.

8 * Tamen ſi quis comburit unã paruã domun... nõ incidit in illã pœnam ſtatuti:pro qua concluſione faciũt quæ dicũt canoniſtæ in Emili,ꝙ licet res eccleſiæ non poſsint alienari ſine ſolemnitate,de qua in auth.ſi quis po... C.de ſacroſan.ecc.& in c.ſine exceptione.xij.q.ij.tamẽ fallit in re parua ſeu minima,in cuius alienati... nõ eſt neceſſaria tanta ſolennitas... eſt text.ualde not.in c.terrulas... ij.& poſſet etiam pro hac parte... gari id quod dixit Bal. in l.ſi pr... C.de ædil. edic. ubi dicit,ſtat... niens inferentẽ uulnus nõ ... ſibi locũ in faciẽte uulnuſculum... l.qui clauum.§.ſi.ff.de euic.Adde ... men ut dixi,cõtra iſtam deciſione... uidetur deciſio Ang.in d.l.j.ff.de ... iniun.& in terminis allego Bal... §. de executoribus. ff. nau. cau. ... per illũ tex.in uer. lintearijs.cum ... qui dixit,quòd ſtante ſtatuto ſi ... comburit domum,incidat in tan... pœnam,habebit locum etiã in eo... comburit domum paruam. Nec ... quod dicitur ꝙ ſolẽnitas alien... nis in re eccleſiaſtica nõ militat ... parua alienata:qa de directo ... contrariũ tex.in c.caſellas uel mãcipiola.xij.q.ij.nã caſa reperitur in iure.l. ſi areæ uſusfruct⁹.ff.de uſufr.ibi,me poſſe caſam ædificare.nã caſella eſt diminutiuũ caſæ:ergo diſpoſitio in domo militat in domuncula.de qua tamẽ materia an illa ſolẽnitas eccleſiæ in alienãdo requiratur in re parua uel minima ultra ſ.alle.uide per Io.an.in reg.q tacet.in mercu.Et no. Ang.in authẽ.de alie.& emphy.& §. hoc etiã.in fi.& per gl.in c.ut ſuper. extrà.de reb.ecc.nõ alie.& ibi Anto. de bu.& Imo.per Pe.de anc.in cõſi. cxvj.& Io.an.in addi.Spec.in rub.de reb.ecc.nõ alie.in fi.& Fed.de ſen.in conſi.lj.tex.& Abb.in c.cõtinebatur. *de his quæ fiunt à pręla.ſi.cõſen.cap.* Si quis tamẽ uellet tenere cõtrariã partẽ,quæ fortè eſt uerior,cũ loquamur in pœnalibus,poſſumus reſpõdere ad illũ tex.in l.j.ff.nau.cau.ſtab. ſuper quo Bal.ſe fundat , qa ibi quò ad terminos illius edicti utroq; caſu erat eadem ratio:ſecus in q.noſtra. uide quę latè dixi in d.§.Marcellus.

9 *Incendium quando caſu fortuito incœpit in una domo & uicinas cõbuſſit, an dominus primæ domus teneatur alijs ad emendationem.*

10 *Incendium cuius cauſa fuit paterfamilias quomodo puniatur.*

11 *Incẽdium cuius cauſa fuit habitator, non tamen dominus neque paterfamilias,quomodo puniatur.*

12 *Incendium quando dubitatur à quo fuerit immiſſum quomodo puniatur.*

13 *Incendij culpã apud ſe non fuiſſe,quomodo probabitur per inhabitantes domum,ubi ignis fuit.*

14 *Statuto dicẽte quòd damnum datum per incẽdium debeat emendari,quomodo emendabitur.*



ANGELVS.

9 * CVIVS rei gratia,quoniam ut plurimùm incendium committitur ex negligentia nõ cuſtodientis [a] bene ignem , & ſic ignis incipit in una domo & alias uicinas comburit,an dominus domus in qua incendium habuit exordium teneatur ad emendationem domorum uicini.Sal.in d. conſi.& in d.l.quæ fortuitis.C.de pigno.actio.ſic dicit,aut incendium fit caſu fortuito , & dicitur factum caſu fortuito , quãdo eſt factum taliter ꝙ præuideri nõ potuit:& ſic culpæ nõ aſcribitur:ut d.l.quæ fortuitis . Et ſic ut dicatur factũ caſu fortuito,oportet quòd ſit factũ à latronibus uel ab hoſtibus:ut ff.pro ſoc.l.cũ duobus.§. damna . uel etiam ſubita uis uentorũ ignẽ longius produxit:ut ſit ſæpe quãdo quis incendiũ mittit in ſtipulas pro ſeminãdo : & ille q ignẽ impoſuit, omnia quę oportuit obſeruauit, ne ignis longius procederet:ita ꝙ culpa ei imputari nõ poteſt: ut ff. ad leg. Aquil.l.qui occidit. §.in hac. tũc etiã iſto caſu fortuito caſui aſcribitur. Et iſto caſu quando incendiũ fit caſu fortuito, omni reſpectu eſt impunibile:nec etiã ad aliquam emẽdationẽ tenetur ille, in cuius domo incendium habuit exordiũ:& ſic determinatus eſt quartus caſus , ſuprà poſitus,uidelicet,quãdo incendium caſu commiſſum eſt.facit l.pen.ff.de incen.rui.nau. & hoc uult Cy.& Iac. de Are.in d.l.data opera.in fi.ubi autem prædicta ceſſarent,caſui fortuito nõ aſcribetur:licet quandoq; dominus rei,ſiue domus in qua incẽdiũ habuit exordiũ,non teneatur ad e-

10 mendationem damnũ paſsis.* Unde pro huius rei declaratione Salic. in dicto

in dicto conſi.& in d.l.quæ fortuitis. facit tria membra: nam quandoque conſtat quòd paterfamil. dominus domus fuit cauſa incendii:quandoque conſtat ꝙ aliquis habitator non dominus, uel paterfa.quãdoq; dubitatur, ſiue ignoratur quis fuerit cauſa dicti incendii. Primo caſu non eſt dubium, & ipſe in cuius domo incẽdium habuit initiũ, tenetur de dãno ex incendio alteri dato:ut ff.ad leg. Aquil.l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſi fornicarius.& §.ſi furnũ. An autẽ ille qui eſt tertius in ordine,poſsit propria authoritate medias ædes uicini decidere pro ſuarũ tuitione? & dic ꝙ ſic: ut l.ſi quis fumo.§.j.& ibi Flor.ff. ad le.Aquil.& l.ij.§.qđ ait prętor.ff.de incen.rui.nau.qđ intelligas uerũ, ſi illa domus media omnino erat cõbuſtura,aliàs deſtruens tenetur:ut eſt tex.in l.ſi alius.§.eſt autẽ & alia.ff.ꝙ ui aut clã.ibi, æque perituris ædibus.

11 * Secũdo caſu diſtinguit,aut ille alius eſt de familia inhabitantis, tũc quædã gl.uidetur tenere ꝙ dominus teneatur:ut not.gloſ.in l.ne quid.ff.de incẽ.rui.nau.in prin.per tex.inſtit.de oblig.quæ ex quaſi deli.na.§.fin.ſed illa glo.reprobatur ibi per Bar.quia dominus domus, tunc de facto familiæ tenetur,ſi familia deliquit officio ſeu miniſterio,in cuius opera utitur dominus: ut ff.de pub.l.j.§.familiæ. pro hoc uidetur caſus in d.l.ſi uẽdita.ff.de peri.& cõmo.rei uend.nã ibi de ſeruorũ negligẽtia dominus non tenetur,ſi debitã diligentiã adhibuit: ſed ille ſeruus, uel familiaris tenet': unde dominus dãdo ſeruũ pro noxa liberat':ut d.l.ſi uẽdita.uel ſi ille familiaris erat homo liber, eo ipſo ꝙ dominus,uel paterfa.eum denũciet, & exhibet damnũ paſſo, liberatus eſt: ut no.Bar.in ſimili, in l.j.§.quod nouiſsimè.ff.de pub.& Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.in prin.ff.de offi.pro. con.& leg.& uide tex.Bar.& Flor. in l.ſi ſeruus ſeruũ.§.Proculus.ff.ad le. Aquil.quod no.quia ſemel uidi de facto. Si uerò fuerit prorſus extraneus, qui ignẽ immiſit:quia nõ de familia, nec de habitantibus in dicta domo, tunc uidetur ꝙ dominus domus ad emendã nõ teneatur:quia culpę ſuæ non poteſt aſcribi. facit ff.loca.l.qui

12 inſulã.§.ſi. * Tertio caſu principali, quando dubitatur à quo ignis fuerit immiſſus,& tũc uidetur præſumptione iuris præſumi immiſſus ab habitantibus, & eorũ culpa factũ incendium fuiſſe, ſiue fuerit unus, ſiue plures: ut d.l.iij.§.j.ff.de offi.præfe.uigi.& ibi doct.adeo ꝙ ſi nullus inhabitet, illa præſumptio ceſſat:aliquo autẽ inhabitante,pręſumptio eſt de aliquo ex habitãte:ſed nõ de certa perſona eis, ſed de incerta, & indeterminata ex illis:ut probatur in d.l.ſi uendita. ueruntamẽ, niſi doceatur à qua perſona inhabitantium hoc proceſſerit, culpa patrifa.aſcribitur:cuius imperio cęteri obediũt, quaſi minorẽ diligentiam iuris præſumptione adhibuerit quàm debuerit:hoc probatur in d.l.ſi uẽdita.quã pondera ibi circa prin.uidelicet ibi,reſpõdet &c.quæ facit generalẽ regulã præſump.ſi incendiũ, ſine culpa patrisfa.fieri nõ põt:poſtea ab illa regulari,& generali pręſumptione recedit in caſu certo.ſ.ſi cõſtat quis fecerit: & ſic cõtra ꝙ paterfa.omnẽ diligentiã requiſitam adhibuit, ita ꝙ culpæ eius nihil poſſit imputari. Aduertendũ tamẽ ad intellectũ d.l.iij.§.plerunq;. quia per illud uerbũ,plerunq;, datur intelligi regula in contrariũ: quòd regulariter non præſumitur negligẽtia, ſiue culpa inhabitantis, niſi probetur ꝙ circa ignẽ erat ſolitus uerſari,& uerſatus fuit:ita dicit tex.in d.l.ſi uendita.aliàs autẽ agens cõtra habitantẽ, niſi deducat, & probet negligentiã ſolitã:& etiã tempore incendii adhibitã,non poteſt de igne cõdemnari habitator.quod no.ſingu.Et pro hoc facit ꝙ culpæ patriſfa.incendiũ ortũ in domo aſcribatur.C.de peri.tu.l.ſi res pupillares.& ff.loc.l.qui inſulã.§.colonus.& d.l.capitalium.§.qui ob inimicitias.unde cùm incendiũ dicatur oriri apud patrẽfa.illius domus, tunc eius negligentia dicitur ortũ.Et eſt ratio,quia ad ipſum principaliter diligẽtia,& cuſtodia domus,& eorũ, quæ in domo ſunt, ſpectat:& ſi alteri diligentiã,& cuſtodiã dimiſit,in culpa fuit, ſi minus diligenti commiſit: ideo de incẽdio proueniẽte ex eius negligentia teneretur: ut l.ſi ſeruus ſeruũ.§.ſi fornicarius.ff.ad le.Aquil. & l.uideamus.in prin.ff.loca.& inſti.de obli.quæ ex quaſi deli.§.pe. Non obſt.ꝙ quilibet præſumatur bonus, & diligens:ut l.cùm quidã.ff.de leg.ij.quia uerũ eſt quadã præſumptione generali,cui derogatur per quãdam præſumptionẽ iuris:ut c.generi per ſpeciẽ.de reg.iur.in vj.præſumptio enim ſpecialis ꝙ minus diligẽs fuerit in cuſtodiẽdo ignẽ, colligitur ex incendio orto in ipſius domo:ut d.l.iij.§.j.nam ibi dictio plerunq;,facit regulã in præſumptione:ut ff.de iure do.l.plerunq;.& ideo paterfa.tenetur uicinis ad emendã dãni:ut d.l.ſi ſeruus ſeruũ.§.qui inſulã.& §.ſi furnũ,& d.l.capitaliũ.§.qui ob inimicitias.uide Bar.in l.j.in princ.ff.ad leg. Rhod.de iact.nõ autẽ ad aliquã pœnam applicandã fiſco tenetur,ut ſ.dixi.quæ omnia no. Et ꝙ dominus domus,in qua incœpit incendiũ teneatur, & eius culpa factũ præſumatur, determinat etiã Ang.in ſuo cõſil.qđ incip.in quæſtione propoſita dubiũ faciunt mihi plura.& ibi allegat pro caſu l. imperatores.ff.de offi.præfe. uigi.ubi dominis domorũ indicitur à lege ſub intimatione pœnæ,ut ſint ſoliciti, & attenti, ne in eorũ domibus incendia cõmittantur:qui igitur nõ fuit ſolicitus,& attentus, nedum quòd reus ſit culpæ,ſed tranſgreſſor legis: quapropter meretur mori: ut in c.ij.de maio.& obed.& in dubio præſumitur in culpa, & negligentia, cùm incendia ut plurimũ culpa accidant:ut d.l.iij.& d.l.ſi uendita.

ADNOT. a ¶Non cuſtodictis. *Adde an ignis præſumatur proceſsiſſe culpa inhabitantium,& teneantur ad emendam dammorũ.& uide Io.de Ana. in conſi.lxxj.& Ludo.bolog.in addit.& uide Bal.in conſi.xiij.in j.uol.& in cõſil. ccclxxij.incip.quidã magiſter Grammaticæ.& cõſ.cxx.in v.uol.* Pet.de Anc.cõſ. cccxlix.Cæpol.conſi.lxx.*& Ange.conſil. cxcvij.& Alex.de Imol.in cõſi.l.in j.uol. ubi plenè quando ſunt plures habitantes in domo:& ignis incœpit à parte inferiori.& uide etiam Ro.in conſil.cccc.ubi ſi erant duo habitãtes eandem domum,& ignis exortus ſit,& neſcitur à quo, quòd propter incertitudinem uterque erit abſoluendus. Ber.*

AVGVST. Tu aũt in hac materia adde, ꝙ Bal.in l.ſi res. C.de peri. tut.dicit ꝙ ignis ſemper ueniet culpa inhabitantium,per l.iij.ff.de offi. pręfe.uigi.& certè hęc eſt periculoſa deciſio

deciſio, ꝙ ignis ſemper dicatur eueniſſe culpa inhabitantiũ. Sed doct. in l. ſi uendita. ff. de peric. & com. rei uẽ. maximè Fulg. nõ dicunt affirmatiuè, ꝙ culpa inhabitãtiũ ſemper ueniat: ſed dicit ꝙ in dubio præſumitur, ꝙ culpa inhabitantiũ eueniat: & ideo ibi quærit, an in dubio præſumatur, ꝙ culpa patrisfa. hoc euenerit: nam poteſt eſſe, ꝙ culpa tertii, uel alterius ibi inhabitãtis, uel fulgure: dicit tamen ꝙ hoc debet probari, & per quosibi uide: & ideo Ang. in l. ſi quis ex argẽtariis. §. pen. ff. de eden. dicit multũ eleganter, ꝙ ſunt aliqui caſus, qui nõ ſolent euenire, niſi cũ culpa, & exẽplificat in caſu ignis. Nã dicit ꝙ ille talis, q cõburit aliquid, ſi uult dicere ꝙ nõ culpa ſua hoc euenerit, debet illud probare: quia præſumptio culpæ degenerat, cõtra ipſum p l. creditor. C. de pig. act. cũ ſi. & ſic uolunt præfati doct. quòd iſta eſt præſumptio, quòd culpa inhabitantium ignis euenerit, contra quam præſumptionem admittitur probatio in contrariũ. Et ſcias quòd Bald. multum eleganter docet in l. ſi creditor. C. de pig. act. quomodo probat̃ culpã abeſſe in igne: & quomodo inhabitantes in domo probabunt ignem fuiſſe ſine culpa ipſorum. Nam dicit maximè probando ortũ, & principiũ ignis, ſcilicet unde ignis habuit principiũ: puta ab hoſtiũ incurſu. idẽ dicerẽ ſi ignis habuit ortũ in loco nõ cõſueto cõmuniter: quia non potuit imputari, ꝙ nõ adhibuerint inhabitantes curã diligentẽ in igne cuſtodiendo, ne ignis euagaret: & hoc eſt qd' uoluit dicere Bal. in propriis terminis in l. j. C. depoſi. per ea quæ habẽtur in l. ſi ſeruus ſeruũ. §. ſi fornicarius. ff. ad leg. Aquil. & ideo Bal. ibi uoluit, ꝙ ſi ignis eſt in loco ꝙ de raro cõtingentibus ibi ſolet eſſe, tunc enumerat̃ caſui fortuito, qa eſt caſus inſolitus, & ideo nõ enumeratur culpę: ut ff. pro ſoc. l. cũ duobus. §. dãna & l. fiſtulas. §. q frumẽta. ff. de cõtra. empt. Et ideo ſi uis defendere illũ, q cõbuſsit domũ in qua inhabitat: uideas probare ꝙ ignis habuit principiũ in loco, ubi de facili ibi ignis nõ debebat adeſſe: qa hoc modo probatur culpa inhabitantiũ nõ affuiſſe: & ita nõ fuerũt in negligẽtia, ꝙ ignis nõ euagaret: & certè iſta fuit ſententia Bal. in d. l. j. C. depo. dicit tñ Bal. in l. ſi creditor. C. de pig. act. unũ periculoſum uerbũ, ꝙ ſi nõ apparet, ꝙ incendiũ habuerit culpã à famulis hoſpitis, uel à forẽſibus ibi inhabitantibus, uel ab ipſomet hoſpite, ꝙ tunc ſentẽtia nõ poteſt ferri cõtra reũ, quã res ſit dubia, per l. ſi uerò, §. qui ex media. ubi tex. no. ff. de his qui uel effud. & dicit ꝙ de facto fuit

13 mel Bononię in hoſpitio leonis, & adde quæ dixit in hac materia Sali. in l. in iudicio. C. loca. ubi ipſe etiã ibi quæſiuit multũ elegãter ad accuſandũ illos q inhabitãt domũ, ubi ignis fuit, quomodo probabũt ſe nõ fuiſſe in culpa, imò diligentẽ diligẽtiã adhibuiſſe: & ideo ibi quęrit, locauit Titio domũ: regacinꝰ eius tenuit minus diligẽter lucernã in ſtabulo, propter qd' domus eſt cõbuſta, quæritur an Titius teneatur ex locato. Et aduertas antequã ulterius procedã ad deciſionẽ Sali. ꝙ iſtã quæſtionẽ etiã tetigi ſ. in proxi. addi. mea in hac eadem gl. dũ diſputaui, an cõductor teneatur de culpa leui, uel leuiſsima: & ideo adde etiã hîc ea quæ ibi dixi. Reuer-

tendo



tẽdo ergo ad dicta Sali. in d. l. in iudicio. dicit Salic. ꝙ in hac quæſtione uidetur prius inueſtigandũ, an ex facto, uel culpa huius regacini: & tenet ꝙ ſic, per ea, quæ dixit in d. l. quę fortuitis. Secundò, an Titius tenẽdo talẽ regacinũ, uel ei cõmittendo tale officiũ fuerit in culpa leui, an ſolũ leuiſsima, quia ſi in leui, uidetur teneri. arg. eorũ quæ ſ. dicta ſunt: & pro hoc accedit l. uideamus. §. ſi. l. ſeq. ff. loca. & l. ex cõducto. §. ſi. eo. ti. Poſtea quærit ibi Sali. in d. l. in iudicio. quid ſi ipſe cõductor domus minus diligẽter ignẽ tenuit, uel lucernã: dicit, ꝙ ſi iſta minor diligẽtia, cadit in leuiſſimã culpã: quia ſolũ diligentiſsimus prouidiſſet, & tunc nõ teneatur: aut cadit in leuẽ culpã, quia non tantum diligentiſsimus, ſed etiã quilibet diligens prouidiſſet, & tunc teneatur, ut hic: dicit tamẽ ꝙ in dubio glo. ſingulariter eſt notãda. inſti. quib. mo. re cõtrahi. obli. §. præterea. dicit ꝙ culpa quæ pręſumitur incendiũ precesſiſſe, iudicanda eſt leuiſsima: quæ gl. menti eſt tenẽda. de qua glo. latiſsimè per Salic. in l. ſi uendita. in fi. ff. de peri. & cõmo. rei uen. & ibi latè examinat quid de cõductore cuius domus eſt cõbuſta, quãdo teneatur, ibi uide: & ibi ponit ꝙ ex his habemus, quid ſi habitatio gratis eſt conceſſa, ut tunc recipiens teneatur de leuiſſima culpa in minus cuſtodiẽdo diligenter adhibita. l. ſi ut certo. §. nunc uidendũ. ff. cõmo. & quia hæc etiã pẽdet ab illa concluſione, an aliquo caſu leuiſsima culpa ueniat in actione locati: adde quę dixit Sali. in l. ſi nulla. C. de pig. act. & in d. l. in iudicio. Et an in actione locati ueniat leuiſsima culpa, uide Salic. in l. qd' Nerua. poſt doct. ff. depoſi. Et in hac materia adde quę dixit Sali. in l. ſi uendita. ff. de peri. & cõmo. rei uen. qui etiã multa ibi dixit, ſcilicet ꝙ nõ eſt culpa tenere ignẽ in domo, ſcilicet, qa eſt unũ de elemẽtis: ſed tenere ignẽ magnũ, & immoderatũ eſt culpa, & etiã uagantẽ: & dicit ꝙ dicitur immoderatũ habere tribus modis, re, loco, & tẽpore: re ex nimia quantitate lignorũ ſuper igne poſitorũ, per quod ignis fuit nimis exceſsiuus: ita ꝙ nimis in altũ flammã extendat. Itẽ culpa eſt in loco, quãdo in loco incongruo ignẽ tenet, & periculoſo propter tolerantias, uel ꝓpter ſeipſum: puta ſi ignis fiat in taxello, & ibi nulla ſit rola. Itẽ tẽpore, quia flante uento ignẽ immiſit, ſeu accenſit in loco aperto, & ibi ponit quãdo aliquis non tenet ignẽ uelatũ, uel coopertũ: & ibi etiã ponit quãdo famulus, uel fœmina in coquina faciunt minus diligẽter in cuſtodiendo ignẽ in coquina: uel ſi fuerũt diligẽtes, aliter familiaris nõ deputatus ad coquinã diſcooperuit ignẽ: & poſtea non bene cooperuit ignẽ, an paterfamilias teneatur: & quid ſi hoſpes receptus in domo poſuit cãdelam, uel alius in loco periculoſo, quis tenetur ad iſtud damnũ, & an paterfamilias teneatur de facto familiaris, uel alterius. ibi uide eleganter, & an conductor teneatur: & quid de eo qui domũ incenſam conducebat: & quid ſi incendiũ ab intrà, uel extrà habuit ortũ: & quid ſi unus inhabitat in domo, uel plures: & quid ſi agitur l. Aquilia. Item quid ſi mandato magiſtratus, uel alterius propter alias ædes liberãdas aliæ domus proſternũtur, quis tenetur ad illud dãnum: ibi uide Sali. in d. l. ſi uendita. Et

in hac

in hac materia incẽdii,uide pulchrã
limitationem Ro.in conſi.ſuo ccccj.
Et in hac materia incẽdii,adde Albe.
de Roſ.in ij.parte ſtatu.q.lxxvij.q po
14 nit,ſtatuto cauetur *,ꝙ damnũ datũ
per incendium debeat emendari:do
mus alicuius eſt combuſta, ipſe petit
emendationẽ,nũquid teneatur pro-
bare ignẽ immiſſum : dicit quòd ſic:
licèt non teneatur probare neceſſa-
rio certã perſonã,quæ immiſerit:per
l.j.§.ſi ſcribi.ff.ad Sill. & ibi Albe.de
Roſ. & ibi quærit quid ſi unus deſtru
xit domũ ſuã,propter quod aliæ do-
mus ſunt ſaluatæ:an illi quorũ dom⁹
ſunt ſaluatę,teneantur emendare.re
mittit ad not.per ipſm in l.j.ff.ad leg.
Rho.de iac. & ibi etiã ponit,ſi ignis
eſt in domo mea,& aliæ domus ſunt
cõbuſtę,an tenear emẽdare illud dã-
num.& in ij.parte ſtatuto.q.lxxviij.q̃-
rit,ſi incendium oriatur caſu fortui-
to,putà per fulgur,an cõmune tenea
tur emendare illud damnum : & cõ-
cludit,quòd nõ:& ita Paduæ fuit de-
terminatũ propter quoddã incendiũ
fulguris in mõtagnana:& ij.parte ſta
tuto.q.xc.dicit multa allegãdo,quòd
ſi ſtatuto cauetur,ꝙ cõmune debeat
emendare damnũ,propter ignẽ,qui
ignis clã impoſitus fuit,& in una do-
mo ignis clam impoſitus eſt,& uiuẽ-
torũ multæ aliæ domus poſtea con-
buſtæ ſunt, ꝙ illud incendiũ ſecutũ
ex primo incendio dicitur clandeſti-
num incendium:unde commune te-
netur. & ibi etiam ponit per ſtatutũ,
ꝙ omnes debent currere ad ignem
extinguendũ:turba ſuperuenit,& de
ſtruxit plures domos,ne ignis lõgius
euagaretur , quis teneatur emẽdare
hoc damnũ,an uicinia,uel ciuitas.Et
de hoc quis teneatur emendare hoc
damnum domorũ deſtructarum,ui-
de Ange.in conſi.ſuo cxcvj.quod in-
cip.incendium ortum in domo Ti-
tii Fabri.& ibi uide cuius culpa. Ad.
de Alber.de Roſ.in ij. parte ſtatuto
quæſt.xc.& xcj.Et uide pulchrũ cõ.
Pet.de Ancha.in conſi.ſuo cccxlix.
excuſationem conductoris , ut non
teneatur de incendio domus condu
ctæ : & dixit Rom.in ſingula.prim
anni , ſingul.xxvij.quod incip.ſi quis
permiſerit.qui dicit , quòd ſi quis fe
cit pactum,ꝙ non uult teneri de in-
cendio , tenetur ſi ſua culpa fit,ſiue
per eius familiam.

*15 Statuto dicente quòd uilla teneatur cuſtodire territoriũ ſuum ſi ignis fuit miſſus,& ignoratur à quo de die uel de nocte,an uilla teneatur ad emendã.*

ANGELVS.

15 *SINAVTEM ſtatuto caue-
tur quòd uilla teneatur cuſtodire ter-
ritorium ſuum,&ignis fuit immiſſus,
ignoratur autem à quo de die uel de
nocte, an uilla teneatur ad emend.
uide quæ dixi ſ.in gl.ſuper uerbo fa
ma publica &c.uer.xij.circa prædictũ
quæritur &c.cum uerſic.ſeq.

AVGVST. Hic aliud non ad-
do,quia latè ſcripſi in dicta gl.fama
publica præcedente. Et omnino tu
adde ea quæ dixi ſuprà in iſta eadẽ
glo.ſ.in additio. proxi. Pro nunc ista
ſufficiant. Sequitur alia glo.quæ est
bona gl.

SVMMARIVM.

1. *Ludens cum falſis taxillis, punitur pœna falſi.*
2. *Ludus in quo luditur pecunia uel alia res,quomodo ſit prohibitus.*
3. *Clericis quomodo licet ludere ad ſcachos.*
4. *Clericis & laicis quãdo ſit licitũ lude-*
*re in iſtis ludis qui cõſiſtũt in ingenio.*



METIDORE de mali da-
di, tu non poi ſcampare.
io tene pagaro ,& ipſum Ti-
1 tium. *Not.quòd dicitur quòd iſte
intromittebat & ludebat cum taxil-
lis falſis, nam ludens cũ falſis taxil-
lis punitur pœna falſi.ar.l.arbitrio.
§.de eo autẽ.& quod ibi no.ff.de do
lo.& etiã tenetur de furto:quia non
efficitur dominus pecuniæ quã ui-
cit.arg.l.falſus.in princ.ff.de fur.uel
ſaltem extra ordinẽ punitur, & pecu
niam reſtituet:quia turpitudo eſt ſo
lius uincentis:ita dicit Bal.in rub.C.
de condi.ob turp.cau.quia tenetur
crimine ſtellionatus cum certũ cri-
minis nomẽ nõ ſit.facit l.ij.ff.de cri.
ſtel.Et ſi uelles hoc probare,uel etiã
quòd fama ſit quòd luſerit,& uicerit
tibi cũ taxillis falſificatis, potes pro-
bare etiã per homines barros & ſi-
milis conditionis & uitæ:quia in ta
li ludo non conuerſantur homines
bonæ famæ:unde quãuis fama præ-
a dicta[a] habeat exordium à perſonis
infamibus & malis, iſto tamen caſu
ualet:ita dicit Salic.in l.ea quidẽ.C.
qui accu.in materia famæ.in uer.ad
quintã quæſtionẽ.unde & à quibus
&c. Et pro hoc optimè facit quod
not.Inno.in c.cũ I.& A.de re iudic.
in ſi.ubi uoluit quòd in cauſa inqui
ſitionis etiã criminoſi recipiantur,
cũ inquiſitio non fiat niſi cõtra cri-
minoſos:extrà de accuſ.c.qualiter &
2 quando. *Secundò aduertas quòd
omnis ludus in quo luditur pecunia
uel alia res,eſt prohibitus,ut j.dicã:
& non tantũ ludus azardi,ſed etiam
alearũ eſt prohibitus,etiã ſi cũ taxil-
lis iuſtis & idoneis ludatur:ut eſt tex.
in auth.alearũ uſus. & ibi not.C.de
relig.& ſump.fu.& in auth.interdi-
cimus.C.de epiſ.& cler.& in corpo-
re unde ſumitur.in auth.de ſan.epiſ.
§.interdicimus. ſic enim ludus in
quo perditur pecunia , & uerſatur
fortuna, ut in taxillis ſiue fortuna &
induſtria, ut in aleis & chartis, eſt
prohibitus:ut no.gl.in l.j.ff.de alea.
& in l.ſi filiofamilias.§.j.ff.qua.re.ac.
non da.Ipſe nanque ludus prohibi-
tus eſt eo maximè:quia in ludis blaſ
phematur Deus, & eius ſancti:ut d.
auth.alearũ uſus. Et prædicta proce
dunt quando eſt talis ludus in quo
uerſatur fortuna & ingeniũ,ſiue ho
minis induſtria,ut in ludo alearũ:ut
dixi.Si autẽ eſſet ludus in quo uerſa
tur tantũmodo ingeniũ ſiue homi-
nis induſtria, ut in ludo ſcachorum:
tunc gl.in d.auth.interdicimus.uult
quòd non tantũ laicis, ſed etiã cleri
cis talis ludus non ſit prohibitus:&
idẽ uoluit gl.in c.quoniam.de ui.&
ho.cle.ubi uult, quòd nõ tantũ laici
ſed etiã clerici poſsint ludere ad ſca
chos.Sed Iac.de Aret.in l.ſi quis cũ
ſciret.ff.de uſucap.pro emp.& Petr.
& Cy.in d.auth.interdicimus.dicũt
quòd laicus poteſt ludere ad ludum
ſcachorũ,non autẽ clericus:quoniã
ludus in clericis maximè uetitus eſt,
ne uacent à diuinis officiis.Sed ma-
gis uacarẽt à diuinis officiis propter
ludũ ſcachorũ,quia lõgius tẽpus re-
quirit quàm alius ludus ; igitur di-
ctus ludus etiã clericis eſt prohibi-
tus:ſed etiã bene nota,quia etiã iſto
caſu quo dixi quòd laici poſſunt lu-
dere ad ſcachos,uel alios ludos in
quibus ſimpliciter uerſatur hominis
ingeniũ, & ſic ad ludũ licitũ.aduer-
tas. & tene menti quòd laici tamen
ludere non poſſunt,niſi paruã quan

titatem pecuniæ:utputa,niſi unũ ſo-
lidũ etiam ſi ludẽtes eſſent milites,
doctores, ſiue diuites,ne ex tali lu-
do permiſſo grauẽ caſum ſuſtineãt:
quia poſſent iſto ludo omnia lude-
re:iſte eſt caſus in d.aut.alearũ uſus.
uerſic.ſed nemini permittimus &c.
Aduertas quia ego intelligo ibi unũ
ſolidũ,ſecundũ quod ll.appellãt.ui-
delicet quorũ lxxij.faciunt unã librã
auri:ut l.ij.C.de ſuſce. & arc.li.xj.nõ
tamẽ ruditer intelligo,ut pro omni
uice, & ludo poſsit ludi unus ſoli-
dus : ſed pro tota illa die qua duo
adinuicẽ ludũt, nõ fctõ aliquo inter
uallo:quoniã pro toto dicto tẽpore
dicitur unus ludus,& non plures:ut
not.Bar. in l.inficiãdo.§.ſi infans.ff.
de fur. aliàs autẽ ſi pro ſingula uice
poſſet ludi unus ſolid',poſset ſequi
ꝙ grauẽ caſum ſentiret.cõtra caſum
d.auth.facit l.nõ dubiũ. cum ibi no.
per gl.& do.C.de leg.cogita tamen.

ADNO. a ¶Fama prædicta. *Adde tu,& uide Ro. in cõſi.ccclxxj. ubi fama põt habere initiũ à maliuolis, quæ eſt ſufficiẽs ad purgationẽ inducẽdã,dũmodo apud graues uiros ſit diuulgata.* Ber.

AVG. Tu autem in hac materia
adde quantũ ad primã concluſionẽ,
quòd ille qui ludit cum falſis taxil-
lis,teneatur indiſtinctè pecuniã re-
ſtituere:quia iſta eſt uera concluſio.
tenet Io.An. & alii, maximè Imo.in
c.clerici.extrà de ui.& ho.cle. & ſan
ctus Th.ij.ij.q.xxxij.& Piſanella in li
tera l,in uerbo,ludus,in uer.utrũ qui
fraudulenter ludit. & multa allegat
Imol. in d.cap.clerici. Sed quia do.
Ang.hic allegando Bal.in rub.C.de
cõdi.ob tur.cau. dicit,quòd tenetur
etiam furti : ego credo,quòd dire-
ctò furti nõ tenetur tanquã latro,ut
poſsit furca ſuſpendi, ſed teneatur
ſaltẽ in hoc,ut extra ordinem poſsit
puniri aliqua pœna:& ideo Bald.in
d.rubr.dixit:uel extraordinariè po-
teſt puniri. Iſtam partẽ credo uerã,
ſicut faciũt iſti barri, qui dant alicui
æs affirmãdo hoc eſſe aurum: nam
hoc nõ eſt furtũ propriè:ſed contra
tales poteſt agi tanquã contra dolo
ſos:ut eſt caſus in l. ſi id quod aurũ
& ibi dixi.ff.de uerb.obl. idẽ quãdo
iſti barri ſuppignorãt æs pro auro:
a nam tenẽtur crimine ſtellionatus:[a]
ut eſt caſus in l.j.§.fi.cũ gl.ff.de pig.
act.ergo nõ eſt furtũ:quia aliàs non
eſſet crimen ſtellionatus.l.pe.ff.de
cri.ſtel.Nec mirũ quia in furto nul-
lo modo adeſſe poteſt animus,&
cõſenſus domini rei ſubtractæ:quia
furtũ fit inuito domino.l.j.ff.de fur.
Sed in iſtis barramentis aliqualiter
ineſt animus,& conſenſus illius qui
decipitur ſiue ludẽdo,ſiue pignorã-
do.l.j.ff.de pigno.act.Et ita aliàs re-
ſpõdi ſemel, cùm fuiſſem de iſto ca-
ſu interrogatus ab illuſtriſ.duce Fer-
rariæ. Et ideo nõ mirum ſi Bal.in d.
rubri.per diſiunctiuã,uel,locutus eſt
dum dixit:uel extraordinariè puni-
tur ille,qui cũ falſis taxillis uicit.Itẽ
inquantũ dictũ eſt, an clericis licitũ
eſt ludere ad ſcachos:adde quòd Io.
And.in c.clerici.ultra ſ.alleg.tenuit,
ꝙ ſic.& etiã ibi ſequuntur doct.ma-
ximè Abb.& Imol. & ibi Abb.dicit,
quòd cõiter doc.tenẽt iſtã partẽ:pro
qua cõcluſione allego gl. affirmãtem
hoc,in §.interdicimus.in aut.de ſan.
epiſ.& illa gl.nõ loquitur per uerbi
fortè:ut fecit gl.in d.auth.interdici-
mus.C.de epi.& cle.Idẽ uoluit Inno.
in c.lator.extrà de ho.& Archi.in c.
epi.xxxv.diſt.& Odoff.in d.auth.in-
terdic





terdicimus.ut refert ibi Alb.de Roſ.
& ibi Alb.dicit, ꝙ Mar.Syl.tenebat
3 cõtrarium.* Ego nõ recederẽ à cõi
opi.ꝙ imò clerici poſsint ludere ad
ſcachos:& ita dicit Fulg.in auth.in-
terdicimus.C.de epiſ.& cler.& dicit
quòd aliqui allegãt unã gl.in cõtra-
riũ in c.clerici. & in c.quoniã.de ui.
& ho.cle.& quòd nũquã inuenit illã
gl.nec in hoc debemus tenere opi.
Vltramon.Pet.Cyn.Iacob.de Are.&
aliorũ.Limita tamẽ prædicta,niſi cle
ricus luderet ad ſcachos cauſa aua-
ritiæ & cupiditatis.Ita dicit Arch.ſe-
cundũ Lau.in d.c.epis.xxxv.di.ſequi
tur Imo.in d.c.clerici.in ix.colũ. qui
dicit, quòd etiã iſto caſu laicis non
eſſet permiſſus in foro cõſciẽtiæ:di
cit tamẽ quòd ex quo ludus eſt in ſe
permiſſus, nõ tenetur reſtituere ui-
cto, nec diſtribuere inter pauperes
Chriſti. ſed uidetur iſto caſu, ꝙ de-
beat agere pœnitẽtiã de cupiditate,
& auaritia ſua.Sed Abb.ibi eſt in cõ
traria opi. ꝙ ſaltẽ pauperibus ſit id,
quod uincitur,erogandũ,cum cauſa
cupiditatis,& auaritiæ ludunt.Et o-
mnino adde d.Io.de Imo.in l.ſi quis
4 cum ſciret.ff.de uerb.obli. *optimè
loquẽtẽ quãdo clericis & laicis ſit li
citũ ludere in iſtis ludis, qui conſi-
ſtũt in ingenio : & ibi etiã ponit an
ſit reſtituẽdũ: & quid in foro cõſciẽ-
tiæ, quando luditur cauſa auaritiæ,
uel cupiditatis in iſtis caſib',& qua-
re ludus ad aleas ſit prohibitus:ui-
de Old.in cõſi. ſuo lxxviij.q allegat
Arc.in c.eps.xxxv.di. Itẽ adde,quòd
Abb.in d.c.clerici.in pe.col.dicit,ꝙ
licet ſit permiſſum ludere, & ad ſca
b chos,[b] & ad alios ludos,qui cõſiſtũt
in ingenio : tamẽ nõ licet ludere in
maxima quãtitate, iuxta d.aut. alea-
rũ uſus.uoluit dicere,ꝙ licet ludere
uſq; ad unũ aureũ:ut dicit do.Ant.&
ſi ultra aureũ uincitur,opus eſt reſti
tuere uicto.Sed Imol.in d.c. clerici.
dicit unũ periculoſum uerbũ in vj.
col. ꝙ licet nõ liceat de iure poſiti-
uo ludere, niſi uſq; ad unũ aureum
in iſtis ludis permiſsis in ingenio:
tamẽ de conſuetudine uidetur dero
gatũ illi legi:pro qua cõcluſione fa
cit quod dixit Bal.in d.l.alearũ uſus.
qui dixit etiã quòd uidetur deroga
tũ illi legi per cõſuetudinẽ.& Sal.in
d.l.alearũ uſus.allegãdo ſanctũ Th.
& Ray.an autem ludus tabularũ ſeu
azardi ſit prohibitus quò ad hoc,ut
ludens teneatur reſtituere, id quod
uicit. dicam j.in hac ea.gl.dum tra-
ctabo materiam, quando ludens,&
uincens tenetur reſtituere id quod
uincit.Et de iſta materia adde doct.
in c.inter dilectos.extrà de exceſsi-
bus præla.maximè Moder.& Ange.
in l.fi.§.j.ff.quarum rer.actio nõ da-
tur. dicit ludũ ſcachorũ permiſſum
eſſe, & an prædicta militent in foro
contentioſo,uel in foro poli,dic re-
miſsiuè,ut j.dicam in ultima addi.

ADNOT. a ¶Stellionatus. *Adde tu & uide Oldr.in cõſil.lxxiiij.& de hac materia,uide pleuè, per d.Parid. de Neapol.in ſuo tracta.de Ludo.& per Barb.in conſil.incipi.ſcribitur, ni fallor. quod eſt nu.vij.in j.uol.* Ber.

b ¶Ad ſcachos. *Adde cùm ludus non eſt prohibitus, & clericus nõ ſtat in fraudibus,an ludens incurrat irregularitatẽ. uide Cald.in tit.de accu.conſi.vij.* Ber.

*5 Domus in qua luditur debet publicari.*
*6 Ludum tenẽs quàm acriter puniatur.*
*7 Ludens non ſolum punitur, ſed etiam particeps, & ideo ſi ſtatuto imponatur pœna ludenti, comprehenditur*

*etiam particeps ſeu ſocius.*
8 *Ludũ tenẽs, quãdo poſsit impunè offẽdi.*
9 *Ludere quomodo quis dicatur cõpelli.*
10 *Vidua & pupillus, an puniatur pœna, quòd domus eorum publicatur, ſi in illis ludatur.*
11 *Statutum puniẽs ludentem, an puniat participem.*

ANGELVS.

5 *ET uiſo quòd ludus eſt prohibitus, uideamus quas pœnas patitur ludens. Et primò ſciẽdũ eſt, quòd illa domus in qua luditur, debet publicari: ut d. auth. alearũ uſus. ibi, domibus eorũ publicatis, quòd fortè debet intelligi, niſi illa domus fuiſſet cuiuſdã pupilli, uel uiduæ. arg. l. j. C. de fal. mone. & ibi hoc in ſimili uult Cy. & idẽ in omi domo miſerabilis pſonæ. ar. no. per Cy. in l. j. C. quãdo imp. inter pup. & uid. Et idẽ ſi dominus domus licet ſit maior, ignoret, quòd ibi ludatur: quia nõ publicatur. argu. no. per Sali. in l. j. C. de fal.
6 mo. in fi. *Secũdò ſciendũ eſt, & bene not. quòd ille qui retinet ludum, acrius punitur: quoniã ſi percutiatur & uerberetur, talis iniuria nõ eſt
a puniẽda, [a] nec ex tali iniuria naſcitur actio quandocunq;, & ubicunq; ſibi facta fuerit, & ſic ſiue tempore quo luditur, ſiue alio tẽpore, ſiue in loco in quo luditur, & ipſe ludũ retinet, ſiue alio tẽpore, ut ſentit Bart. & eſt text. in l. j. in princi. & §. j. ff. de ale. ibi, ubicũq; & quandocunq; &c. Quod ego intelligo pcedere, quãdo alibi percutiatur, quàm in ludo: dũmodo occaſione ludi fuerit percuſſus, aliàs iniuſtum uidetur, quòd ſemper & omni tẽpore, & omni loco impunè poſsit offendi, quin ſaltẽ iudex ex officio ſuo poſsit percutiẽtẽ punire, ſaltẽ ad uindictã publicã uindicãdã: ut l. nõ ſolũ. §. quẽquã. ff. de iniur. & ibi Bar. Sed ſi occaſione ludi fuerit pcuſſus ubicũq;, tũc pcutio eſt impunita, quod eſt ſingulare. Itẽ patitur alias pœnas: qa ſi de domo in qua luditur, tẽpore quo ludi fuerit aliqd furto ſubtractũ, ſiue à luſoribus, ſiue à quocũq; alio, non habet retinẽs ludũ actionẽ, nõ tantùm pœnalẽ furti, ſed nec ad rei perſecutionẽ: ut eſt tex. no. in d. l. j. §. j. ibi, impunè fit. & in §. ait prætor. ff. de alea. põt etiam mulctari arbitrio iudicis: quoniã retinẽs ludũ cauſa eſt multorũ malorũ, ſcilicet blaſphemię, furtorũ, depauperationũ & homicidii: ut dicta auth. alearũ. & docet experiẽtia. Et põt etiã poni in carcere & cõpedibus: ut eſt tex. in l. j. §. fin. de alea. Nec obſt. ille tex. qui dicit cõpulit ludere &c. & ſic uidetur cõtra illũ tantũ qui cõpulit: quia ego generaliter intelligo: & quis ſatis dicitur cõpellere eo ipſo, quod ſtat cum altari parato: hoc eſt parat & præſtat domũ, & taxillos, & ſcamnũ ad ludẽdũ, & lumina: tũc etiã ex ſuaſionibus & iſtis illecebris, & aliis dicitur cõpellere iuuenes ad ludẽdum: qui iuueniles calores refrenare non poſſunt: ut l. fi. §. filius autẽ. C. de bo. quæ lib. ſicut dicim[9] in materia Macedoniani: ut l. j. & iij. & per totũ. ff. ad Macedon. & ita acriter intelligo materiã, ut homines abſtineãt à tali morbo: quoniam alio modo, niſi ut dixi, nõ cõpelluntur homines ludere inuiti, ergo aliàs dicta lex effectũ non haberet, quod nõ eſt dicẽdũ: ut l. ſi prætor. in prin. ff. de iud. & d. l. j. §. fi. ff. de aleato. & poteſt intelligi in omnibus aliis qui ſuaſionibus, blanditiis, & malitiis, inducunt homines ad ludendum, tunc iſti tales dicuntur cõpellere, quia niſi fuiſſent iſti, non tantũ per iuuenes maximè luderetur, quãtũ luditur: ſicut dicimus de lenonibus qui niſi eſſent, adulterium nõ ita ſæpius cõmitteretur: ut l. ij. §. ij. ff. de adul. tunc æquiſsimum eſſe arbitror, quòd tales perſuaſores tãti mali poſſunt mulctari, & in
7 uinculis poni, quod not. *Tertiò aduertas: quia non tantũ ludens punietur, ut infrà dicã: ſed & ipſius ludi particeps, licet ipſe non ludat: ut eſt tex. in d. aut. interdicimus. Et ſic ſi ſtatuto imponitur certa pœna ludẽti, cõprehendetur etiam à tali pœna particeps, ſiue ſocius in ludo: ut quãdo unus ludit pro ſe, & quodã ſocio ſuo. ita dicit Guil. de Cu. & Bal. in d. auth. interdicimus. Nam particeps in ludo dicitur facere fraudẽ legi, & ſtatuto, qui ludit per interpoſitã perſonam, ideo tenetur. argu. not. in l. nõ dubium. C. de leg. & l. pupillus. §. per interpoſitam. ff. de autho. tut.

ADNO. a ¶Non eſt punienda. *Adde quòd hoc non uidetur procedere in eo qui locitat barathariam: quia tunc facit iure permittente: ideo pœnam non meretur. l. Gracchus. C. de adul.* Ber.

AVG. Item inquantũ tractatur in iſta materia: hic tractatur quas pœnas patitur ludens &c. ſi attenderemus ad malũ quod facit ipſe ludẽs, multas deberet pati pœnas ipſe ludens. Nam reperio quòd Arch. in c. epiſcopus. xxxv. di. ponit multa mala perpetrari per ipſos luſores. Et hoc dicit Hoſti. in ſumma ſua in tit. de exceſ. præla. uerſ. clericis uerò. Et idẽ uoluit Hoſt. in c. inter dilectos. extrà de exceſ. præl. in lect. ubi dixit, nec cũ taxillis ludẽdo crimina fiũt. Diuinis ſpretis, uſura, rapina, ſcãdala, uel nugę, blaſphemia, ſiue faciẽdi furti doctrina, uiolentia, crimina falſi: & mortis cauſa, deceptio, pditióq; tẽporis. adde deſideriũ, corruptióq; iunctis prædictis adulatio, uitáque turpis. & ideo ludus appellatur crimẽ: ut eſt tex. in proœ. digeſt. §. illud uerò. & ibi Bar. qui dixit, ꝙ ſi ſtatuto cauetur, quòd bãnitus ppter crimẽ poſsit impunè occidi, ꝙ ſi quis occiditur qui fuerit bãnitus ppter ludũ, poterit impunè occidi: & uide tex. in d. c. inter dilectos. & legitur etiã in ſacra ſcriptura, quòd maxima pœna afficiũtur ludẽtes. Nam Cyrillus ſcribit inter miracula Hieronymi, ꝙ fuerũt tres qui in tyro ludebãt, & in cõtẽptũ Hieronymi finẽ ludo nõ imponentes terræ hiatu abſorptos. Itẽ refert Cyrillus aliũ ludentẽ fulmine illicò percuſſum fuiſſe. Item & refert alium, qui delectabatur ludo Ruffum nomine damnatũ fuiſſe. Itẽ adde quòd & lex ciuilis afficit ipm aliis pœnis. Nã lex præſumit ipſum ludentem dilapidatorem bonorum ſuorum, & ita lex præſumit ipſum uti malè ſubſtantia ſua. ita dixit Bal. in auth. quod locum. C. de col. in fi. quod bene not. ad materiam l. ubi adhuc. C. de iur. do. cũ ſi. Item adde quòd ualeret ſtatutũ in pœnã illius qui tenet ludũ in domo ſua, quòd domus ubi luditur combureretur: ita præſupponit Bal. in l. cũ proponas. C. de nau. fœn. Et dicit ibi Bal. quòd iſto caſu ſupellectilia, quæ ſunt in domo nõ deberẽt cõburi. Limita tñ niſi eſſent inſtrumẽta & ſupellectilia apta ad ludũ, ut ſcãnũ ſuper quo luditur & ſimilia. ita dicit Bal. in d. l.

8 cũ proponas.quod not. *Item adde
quod in quantũ dictũ eſt ſuprà, quòd
ille qui eſt aleator, & tenet barata-
riã ſiue ludũ in domo, quòd incidit
in illas pœnas, de quibus ſuprà, ſcili-
cet, quia poteſt uerberari & iniuria-
ri & furari: intelligo de illo qui cau
ſa emolumenti & lucri tenet ludũ in
domo. Iſta eſt gl.no.in l.j.in prin.ff.
de alea.in una gl.paruula ibi. Secus
ergo eſſet, quãdo unus nobilis non
cauſa emolumenti teneret ludum
in domo, ſed cauſa recreationis, ſi-
cut fit in domibus aliquorũ nobiliũ,
& aliorũ, in quibus non cadit præ-
ſumptio, quòd cauſa emolumenti &
lucri principaliter faciant. Et iſtam
ſentẽtiã affirmauit Azo in rub.C.de
reli.& ſump.fune.in fi.ſcilicet, quòd
cauſa emolumẽti opus eſt, ꝙ alea-
tor teneat ludũ in domo, ad hoc ut
incidat in illas pœnas. & ibi Azo di
cit quòd illa regula quæ dicit, quòd
aleator poteſt ubicunque iniuriari:
hoc uerũ dicit, quãdo cauſa ludi in-
iuriaretur: ut quia dedit malos da-
dos uel malũ uitiũ: aliàs nõ põt in-
9 iuriari: quia iniurians teneretur.*Itẽ
adde quòd in quantũ do.Ang.hic di
cit, quòd ille qui cõpellit aliũ ad lu-
dẽdũ, incidit in pœnã, de qua ſuprà,
& ſatis dicitur cõpellere, quãdo uer-
bis ſolis etiã inuitat aliquẽ ad luden
dũ, & ita allicit tenendo etiã ludũ in
domo. Addatis quòd pro hac cõclu
ſione uidetur text.in l.j.C.de rapt.
uirg.ubi cũ uerbis blandis dicitur
quis etiã facere raptũ, qui fit cũ uio-
lentia aliqua. ſed certè teneo con-
trariũ. Et hanc doctrinã non teneo
tanquã nimis rigoroſam: quia tex.in
d.l.j.ff.de aleat.uidetur cõprehẽde-
re uim: maximè text.in d.l.ſolent.in
prin.ff.de alea. Vnde cum illę leges
ſint pœnales, nõ debẽt extẽdi in re-
gula, odia.de reg.iur. Nec obſt.tex.
in l.j.C.de rap.uirg.quia ibi eſt ſpe-
ciale odio raptoris, ſicut alia ſu-
ſpecialia ibi: unde non deberem
extendere unũ caſum ad aliũ. Itẽ i
10 quãtũ *dictũ eſt, quòd pupillus &
dua nõ cõprehendũtur, ut ſi ludan
in domo ipſorũ, nõ incidunt in illa
pœnas, de quibus ſ. per l.j.C.de ſa
mon. Addatis ꝙ hoc falſum eſt, ſi in-
tellexerimus in pupillo qui eſt do
capax & proximus pubertati, per ea
quæ tradidi in l.j.ff.de uerb.obl.
per l.impuberẽ.ff.de fur.per c.j.
trà de deli.puer.l.pupillus.ff.de re
iur. Præterea tex.in d.l.j.ſuper q
fundat, loquitur in impube
quod uidit ignorat, & ſic lo
in infante. Quinimò nec etiã
excuſaretur, niſi & ipſa eſſet ig
rãs: ſecus ſi ſciẽs: ut habetur in
Præterea in uidua nulla eſt ſpe
litas: quia nõ cõnumeratur inte
ſerabiles perſonas, niſi quãdo e
pauper, uel ei denegaretur iuſti
ut no.cano.poſt Io.An.in c.ex te
re.de foro cõm. Alia autẽ pœna
citur ludẽs: quia ſi clericus eſt &
dat, deponẽdus eſt, niſi deſiſtat
ricũ.xlv.di.c.epiſ.xxxv.di.habet
c.clerici.de uit.& ho.cler. Quinim
nõ debet ad ordinẽ promoueri qu
ludis tẽporibus deſeruit.xxxiii.di.c.
11 maritũ. *Itẽ ultimò dicit d.Ang.hic
quòd ſi ſtatutũ punit ludẽtem, punit
etiã participẽ, id eſt, qui facit luder
per aliũ. alleg.Bald.& Guil.de Cu
ubi ſ. Aduertas tu & adde quòd Ba
& Gui.de Cun.amplius loquitur
licet quòd ſtatutũ tale punit nõ
participes, ſed etiã inſpectores



uidẽt ludere illos qui ludũt ad ludũ
prohibitũ. Sed addatis quòd Alber.
de Roſa.in auc.interdicimus. C. de
epiſ.& cler.facit mẽtionẽ quomodo
Vber.de Bobio expreſsè tenebat cõ
trariũ, quòd imò tale ſtatutũ nõ cõ-
prehẽdit participẽ nec inſpectorẽ:
& ita affirmauit Alb.de Roſa.in d.
auc.interdicimus.& idẽ dixit in ij.
parte ſtatu.q.cxv.quæ inci.quid ſi ſta
tuto cauetur, quòd ludentes ad ta-
xillos puniantur in decẽ: qui dicit, ꝙ
imò tex.in d.auc.interdicim⁹.uult cõ
trariũ: quia ibi inſpectores ponũtur
diuerſi à luſoribus. Et idẽ dicit in eo
qui iurauit nõ ludere: quia ſi ſuper-
ſit ludo, nõ eſt periurus: quia ſtatuta
ſunt pœnalia & ſtricti iuris: ideo ad
perſonas nõ ludẽtes nõ extẽdũtur,
per l.ſi ita ſtipulatus.§.Chryſogo-
nus.ff.de uerb.ob. Sed aduerte: quia
Raph.Fulg.in d.auth.interdicimus.
miratur de iſta controuerſia, inter
Vber.de Bobio, & Guil.de Cu.qui
uidẽtur cõtrariari in una eadẽq; ſci-
entia. Et certè mirãdum eſt quòd in
una eademq; lege doc.ſint uarii, &
ſint diuerſæ opinionis, & in una ea-
demq; lege unus ſumat argumentũ
ꝙ ſic: alter ſumat argumẽtũ ꝙ nõ, &
ideo ſcientia noſtra eſt pericoloſa,
difficilis & mirabilis, & ideo tot ca-
pita tot ſententiæ. Et mihi placet doc.
qui delectantur habere diuerſos li-
bros, & doc.in ſtudio. & ideo dicit
Fulgo.quòd uidit de facto hoc eſſe
uerũ, quòd ille qui dat pecuniã alte
ri ut ludat, eſt periurus: ſicut ſi ipſe
luderet: quia particeps. & hoc mo-
do uera eſt ſentẽtia Guil.de Cun. Se
cus in inſpectore qui uidit ludere:
quia in hoc uidetur uerior ſentẽtia
Vber.de Bob.& iſti ſententiæ inhæ
reo tanquam æquiori.

12 *Contractus celebrati inter ludentes lu
do prohibito omnes ſunt nulli, nec uen
dens tenetur de euictione.*
13 *Ludo prohibito uincens, an dicatur ha
bere titulo lucratiuo.*
14 *Ludens ludo prohibito, an teneatur ſa
tiſfacere mutuantibus ſibi in ludo.*
15 *Ludenti ſi tertius mutuet pecuniam,
an repetere poſſit.*
16 *Ludens mutuans colluſori, ſi poſtea ex
interuallo ille qui pecuniã mutuo ac-
cepit promittat per ſtipulationem il-
lam pecuniam reſtituturum, poterit
pecuniam mutuatam repetere.*

ANGELVS.

12 *QVARTO aduertas, ꝙ omnis
contractus celebratus inter ludẽtes
adinuicẽ non tenet: unde ſi ego lu-
dens tecũ in ludo uendo ueſtẽ, talis
cõtractus nõ ualet: ut not. Bar.in l.ſi
quis cum ſciret.in fin.ff.de uſuc. pro
emp. nec uendẽs in ludo tenetur de
euictione: ut eſt tex.in l.ſi filiofa.§.j.
13 ff.quar.rer.act.non da.* Quæro an
uincens in ludo prohibito & illicito
dicatur habere titulũ lucratiuũ: & ui
detur quòd nõ: ut l.ſi pater.C.de in-
offi.teſta.in cõtrariũ eſt uerum: quia
quicquid habetur ex maleficio, dici-
tur ex titulo lucratiuo: ut ff.de dol.
exce.l.apud Celſum.§.de autore.&
ideo filii poſſunt reuocare uſq; ad
eorũ legitimã, quòd pater eorũ in lu
do predicto perdidit: ſecus ſi fuiſſet
ludus licitus: ut l.in executione.§.ſi.
ff.de uerb.ob.ita dicit Bal.in l.j.in fi.
C.ſi quid in frau.patr.quod tene mẽ
14 ti.* Quintò ſciendũ eſt, quòd ſi lu-
dẽs mecũ mutuet mihi pecuniam ut
luderẽ ſecũ, uel ille qui tenet ludum
aliquã quãtitatẽ pecuniæ mutuaue-
rit luſoribus, quòd tale mutuũ repe-

ti non poteſt:ut eſt glo.ord.in l.j.in
prin.& in l.fi.in gl.ſuper uerbo,acci
pit pecuniã.ff.de alea. ſecus autẽ ſi
ab alio:ut eſt gl.in dicto uer.accipit
pecuniã &c.quod fortè uerũ eſt,quã
do talis qui mutuat ignorat, an ille
ludere uelit uel nõ:nã ſi mutuũ ſit il
li quẽ ſcio uelle ludere,& luſit poſt-
ea,& pecuniã perdidit,licet ego nõ
ludã ſecũ,uidetur quòd ego repete-
re nõ poſsim:ut l.uerũ.§.pe.ff.de mi
no.nec dicas, quòd ibi loquatur in
minore:ut etiã loquitur l.ſi uerò nõ
remunerãdi. §. adoleſcens.ff.mãda.
quoniã reſpõdeo, quòd d.l.uerũ.§.
pe.loquitur etiã in minore, qui mi-
nor eſt priuilegiatus,& mutuat mi-
nori priuilegiato.& tamẽ licet ibi
ſint in pari priuilegio,potior eſt cõ
ditio illius qui pecuniã perdidit:fa
cit quod no.Bar.in d.l.ſi quis cũ ſci-
ret.Et prædicta procedũt,quãdo lu-
ditur in ludis ut ſuprà prohibitis. Si
autẽ ludatur in ludo in quo uirtus
oſtenditur,ut in ſaltando & in cur-
rẽdo,& qui longius proiecerit unũ
iaculum & ſimilia : tunc talis ludus
eſt permiſſus:& pecunia quæ perdi-
tur,uel aliud,uincenti acquiritur:ut
no.gl.in l.in executione. §.fi.& ibi
doc.ff.de uer.obl.& eſt tex.in l.ij.iij.
& pe.ff.de aleat.

A V G. Itẽ adde quòd uerum eſt,
quòd cõtractus factus cũ luſore nõ
ualet nec tenet, & nec tenetur de
euictione.Adde & dic,quòd hoc ue
rũ,ſiue loquamur de ludo prohibito
ſiue permiſſo:ut poteſt colligi ex di
ctis gl.& Bar.Sed melius per Ang.in
d.l.fi.§.j.ff.quar.rer.actio non da. Et
pondera quod Ange.ibi uult, quòd
nec uẽdẽs teneatur actione ex ẽpto
ad reſtitutionẽ precii illi emptori
colluſori à quo res eſt euicta:quia
dicit ꝙ ille qui perdit preciũ,nõ eſt
factus locupletior,ſcilicet ipſe uen-
ditor.uoluit ergo Ang.ibi ſecus eſſe
ſi uendens non perdidiſſet preci
quia licet de euictiõe nõ teneretur
tamẽ ad reſtitutionẽ precii, per l.e.
empt.Et iſtã partẽ credo uerã,& u
de aliquid per Imol.in d.l.ſi quis c
ſciret.& per doct.in l.ſi cũ dotẽ
ff.ſol.matri.& ibi dixi, & per can
in d.c.clerici. Adde tamen, quòd ſi
rectè ponderẽtur uerba Bar.& gl.
d.l.fi.§.j.in fin.ff.quarũ rer.actio n
datur.nõ uidẽtur uelle, quòd in lu
do permiſſo prædicta procedant
quia poteſt agi de euictione, ex
contractus tenet.nec mirũ:quia
ludo permiſſo poſſum uincere
res proprias, quare non poter
uẽdere rem tuã. Nec obſt.quòd
tra unũ aureũ nõ licet ludere et
ludo permiſſo:quia hodie per co
ſuetudinẽ eſt abrogatũ illi aut.a
rũ uſus.in hoc ut dixi ſuprà, in
ma additio.mea, in iſta glo.dis
ctaui materiã ſcachorũ,an liceat
dere ultra unum aureũ, cogita
15 nũc.*Itẽ adde in illa materia,an
tuãs ludẽti poſsit repetere quicq
dixerit do. Ange.ſuprà:quòd ſi n
tertius qui nõ ludit,mutuat pecu
ludẽti,quòd datur repetitio.iſta e
ſententia Azo.in ſumma de relig.&
ſump.fune.& Abb.in d.c.clerici.&
affirmat Sali.in d.aut.alearũ uſus.&
eſt ſentẽtia Imo.in c.clerici.extra de
uit.& honeſta cleri.& dicit Io.And
ibi hoc uoluiſſe, & idem affirmat
Imo. in l.ſi quis cũ ſciret.ff.de uſu
pro emp.dic imò regulariter, quod
mutuatur in ludo repetitur.Fallit
quatuor caſibus.Primus,niſi mu



ſit colluſor. Secundus niſi ſit alea-
tor.Tertius ſi mutuatur minori lu-
denti. Quartus ſi ſibi bonis eſt in-
terdictum. & dicit quòd iſta opinio
obſeruatur in practica.& hoc teneo
quicquid dixerit Ioan.And.in rubri.
extrà de obli.& ſolu.in addi.Spec.in
prin.qui diſtinguebat ſecũdũ quod
dixit d.Ang.hic,an mutuans ſciebat
illũ ludere,uel non. Primo caſu nõ
datur repetitio.Secũdo ſic, quæ do
ctrina confunditur per doctrinam
Bar.in d.l.ſi quis cum ſciret.quia lu-
dẽs poſsibile eſt, quòd uincat. Sed
adde unã mirabilẽ limitationem in
16 hac materia,*quia ſi pecunia mutua
retur,etiã in caſu in quo non datur
repetitio:putà,quia inter colluſores
pecunia eſt mutuata,tamen ſi poſt-
ea ex interuallo ille qui accipit pe-
cuniã mutuò,promittat per ſtipula-
tionẽ ſe illam pecuniã reſtituturum,
uel accipit præceptũ in confeſſum
coram iudice,poteſt tunc illa pecu-
nia repeti.mirabilis eſt deciſio Alb.
galeo.in l.ſolent.§.j.ff.de aleat.quã
reaſſumit,& magnificat, & ſequitur
Io.And.in addi. Spec.per bonã ra-
tionem in dicta rub.de obl.& ſolu.
Adde etiã quod Imol.in d.c.clerici.
dũ tractat iſtã materiã,uidetur de-
cidere, an etiã prædicta habeant lo
cum inter colluſores in ludo per-
miſſo inuicẽ pecuniã mutuantes, &
maximè ut infrà dicetur. Hodie de
conſuetudine uidetur derogatũ illi
aut.alearũ uſus.& hodie de conſue
tudine pecunia non reſtituitur quæ
perditur in ludo reprobato,per di-
ctã aut.alearũ uſus.& in fine iſtarũ
concluſionũ dicit,quòd licet de cõ-
ſuetudine hodie in omni ludo pe-
cunia deperdita nõ reſtituatur,& ſic
uidetur quòd licitũ ſit hodie lude-
re indiſtinctè:tamẽ in practica ſerua
tur illa opinio, ut mutuans poſsit re
petere.Sed fallit in illis quatuor ca
ſibus, & ſic ſentit quòd in ludo etiã
permiſſo etiã per conſuetudinẽ mu
tuans colluſori nõ poteſt repetere.
Sed aduerte,ut ſuprà dixi, ſi hodie
cõtractus factus inter colluſores in
ludo licito ualeret : idem deberet
poſſe dici mutuũ tenere, & daretur
repetitio.cogita.

17 *Ludere etiam in ludis uetitis, licitum eſt aliquid ueſcendi cauſa.*

A N G E L V S.

17 *E T tene mẽti, quia etiã in ludis
uetitis, ut in taxillis pmiſſum eſt, ut
aliqd ludat̃ ueſcẽdi cã:utputa, quan
do ſcholares inter ſe cã ſolatii ludũt
ad aleas unũ hœdum,uel unum par
caponum:ut eſt tex.in l.fi.ff.de alea.

A V G. Tu adde quod Flo.dicit,
ꝙ d.l.quòd in cõuiuio.non habet lo
cũ in clericis:quia non licet clericis
facere cõuiuia,quia debẽt quotidie
clerici eſurire:ut not.in c.à crapula.
extrà de uit. & honeſta.cleric.c.non
oportet.xliiij.diſt.Sed aduerte:quia
ille tex.loquitur etiam in laicis,niſi
dicamus, quòd ſi fiunt propter luxu
riã uel laſciuiã,non ualeret tam lai-
cis quàm clericis : & hoc tene quò
ad forũ cõſcientiæ,ſed iure fori be-
ne ualeret,& teneret cõtra Flo. tam
in laicis quàm in clericis,& ſi lude-
rent propter laſciuiã,tenerentur fa-
cere pœnitentiã.argu.not.per Ioan.
de Imo.in d.c.clerici. & per ea quæ
ſuprà dixi : & uide omnino Abb.in
iſta materia ad ueritatẽ permiſſorũ:
qui notan.loquitur in d.c.clerici.in
pe.col.melius per d.Ant.de Butr.in
c.inter dilectos.extrà de exceſ.præl.

*13 Ludētiū pœna ludo prohibito quæ ſit.*
*19 Ludēs ludo prohibito ſi nolit repete-*
*re, uel negligēs ſit, qui poßint repetere.*
*20 Ludens, uincēs & perdens poteſt pu-*
*niri arbitrio iudicis de hoc inquirētis.*
*21 Statuto concedente arbitrium officia-*
*li contra ludentes ad ludum azardi,*
*an poterit officialis omnia bona ludē-*
*tium confiſcare.*
*22 Ludens ludo permißo & uincens, an*
*poßit ab eo repeti in foro contentioſo.*
*23 Ludens ludo reprobato & uincens, an*
*debeat reſtituere.*

ANGELVS.

18 *QVAERO, quæ ſit pœna lu-
dentiū ad ludos ꝓhibitos. dic quod
illud quod uicerūt, cogūtur reſtitue
re, & cōtra tales ludētes & uincētes,
poteſt agi ad reſtitutionē eiꝰ quod
uicerūt, & cū bonis nō tātū falſis ta-
xillis uſq; ad quinquaginta annos:
ut eſt text. in d. auth. alearū uſus. ibi,
ſed ſolutum reddatur &c. & ibi non
obſt. niſi quinquaginta annorū &c.
Secūdò quòd ſi uicerūt, & de uictis
fidē habuerūt, tūc de tali ludo actio
nem nō cōſequētur, nec uincēti cō-
tra uictū dabitur actio: ut d. authen.
ibi, nulla ſequatur cōdēnatio. Et eſt
aduertendū quòd ſi filius uel ſeruus
in tali ludo uicerit, nō tantū ipſi ad
reſtitutionē rei uictæ tenentur, ſed
etiā eorū pater uel dominus pecu-
liotenus teneretur: ut eſt text. in d. l.
19 ſi. ff. de alea. *Et not. quòd ſi ille qui
perdidit in ludo uetito, non uellet
repetere, uel negligēs eſſet ad repe
petendū quod perdidit, tamen epi-
ſcopus loci uel fiſci procu. poteſt re
petere: & quando ignoratur cui ui-
ctum ſit, expendetur in piā cauſam,
uel in opus publicū quod aufertur
uincenti in ludo: ut d. authen. ibi, in
opus publicū cōuertatur &c. quādo
autē ſcitur cui uictū eſt, illi uictore
ſtituetur: ut ibi habetur, & ibi re
Bal. an autē quod in ludo perdi
poſsit repeti: uide quod no. gl. &
Ant. de But. in c. pe. de uit. & ho
20 ri. *Vltimò ſcias, quòd ille qui
cit, & ille q luſit, poteſt arbitrio
dicis inquirētis de hoc puniri, ſe
dum perſonarū & delicti qualita
ſiue in publico, ſiue in priuato lu
tur, nec licitum eſt ludere in ſpeci
nec in genere: ut eſt tex. in d. authe
alearū uſus. ibi, neq; in publicis
ibi, neq; in ſpecie neq; in genere
ibi, puniri &c. & talis inquiſitio
non ludatur nec blaſphemetur, po
teſt fieri per epiſcopū loci & iudice
ſecularē: ut in d. authē. ibi, epiſcopi
21 locorū &c. *Tene tamē menti quod
ſi per ſtatutū concedatur arbitriū
officiali cōtra ludētes ad ludum
di, non poterit uirtute talis
omnia bona ludētiū cōfiſcare
arbitriū intelligitur ſecundū
tatē eius cui cōceditur: ut l. plen
æquitii. ff. de uſu & habita. ſuppl
& qualitatē delictorū: ita dicit Bal.
in l. j. C. ne ſine iuſſ. prin. not. quia
plurimum per ſtatuta datur arbitri
officialibus contra ludentes.

AVGV. Tu autē in hac mate
ria adde: quia hîc intendo tradi
materiā, quādo id quod perditur
ludo poſsit repeti, & in omnibus
ſibus, & materia eſt ampliſsima
quid in ludo permiſſo, & quid
prohibito, & quid in foro cōtentio
ſo, & quid in foro poli, & conſcien
tiæ: & quia doct. inculcāt caſus: qui
caſum quē debent ponere in foro
poli, & cōſciētiæ, ponunt in foro cō
tentioſo & econtrà: ideo hic latius

me



me extendā quàm doct. ſcripſerint.
Et primò ſcias: quia materia eſt am-
pliſsima. & primò tāgitur iſta mate-
ria per gl. in l. ſi. ff. de alea. & per gl.
in c. clerici. extrà de uit. & hone. cle.
& ibi per Ioan. And. Io. Cal. Anto. de
Butri. per Abb. & latius per Imo. &
per Bal. in rubri. C. de condi. ob tur.
cau. & per Imo. latiſsimè in l. ſi quis
cum ſciret. ff. de uſucap. pro empto.
& per Innoc. Ioā. And. Anto. de But.
& alios in cap. quia pleriq;. extrà de
immu. eccle. & per gl. in c. j. xxxv. diſ.
& ibi latiſsimè per Domini. de ſan-
cto Gemi. qui notanter loquitur: &
per Bal. in rub. ff. de aleat. & per Bal.
in quodā conſilio ſuo, de quo ipſe-
met Bal. facit mētionē in d. authen.
alearū uſus. per Hoſti. in ſumma ſua
de exceſ. prǽla. §. unico. uer. clericus.
ſeu ſub. §. clericus autē. & per eundē
Hoſtien. in ſumma de pœn. §. j. & ibi
per beatū Tho. in ſecūda ſecūdæ. q.
xxxij. & per Mod. in c. inter dilectos.
extrà de exceſ. præla. Sali. in d. auth.
alearū uſus. & ſanctus Bernardinus
ponit materiam in ſuo opuſculo de
reſtitutione & uſuris: & per Piſanel-
lā in litera I, in uerbo, ludus. & per
Ray. in ſumma, in ſecunda parte, in
fin. quē etiā recitat Sali. in d. authen.
alearum uſus. & Mod. in d. c. clerici.
& Mod. in aliquibus tractatibus de
ludo. Sed aduerte: quia nō reperio
aliquē poſuiſſe materiā, niſi Imo. in
d. c. clerici. & in d. l. ſi quis cū ſciret.
22 *Et ideo primò quæro, an id quod
uincitur in ludo ꝑmiſſo in foro cō-
tentioſo poſsit repeti. Et habetur in
d. authē. alearū uſus. quòd nō: qa lu-
dus eſt permiſſus. & no. Inn. & Abb.
in d. c. clerici. Tene tamen menti, ꝙ
ſi luderetur in maxima quātitate in
ludo permiſſo, poſſet peti reſtitu-
tio: ut ſuprà dixi in a ia materia ſca-
chorū, ſed hoc eſt derogatū per cō-
ſuetudinē, ut ibi dixi: quia etiam in
maxima quātitate poſſet ludi, & ſic
nō ueniret reſtitutio in foro cōten
tioſo. Limito tamē prædicta, niſi lu-
deretur cū falſis taxillis uel cum illo
qui nō habet adminiſtrationē rerū
ſuarum: quia filius famil. uel mona-
chus: quia tunc ex parte ludētis qui
nō habet legitimā perſonā luſoris,
quia filiusfamil. uel quia doloſè cū
falſis taxillis ludit, non eſt bonus lu
dus, daretur reſtitutio, per dicta per
Bal. in rub. C. de cōdict. ob turp. cau.
& per dicta doct. in d. c. clerici. ſi er-
go in foro cōtentioſo iſta uenirent
reſtituēda: multomagis in foro con
ſciētiæ: quia iſte qui uicit, uicit lege
nō permittente. Si autē iſta ceſſaret,
& quis uinceret in ludo permiſſo
cauſa auaritię, uel blaſphemaret lu-
dendo, an id ueniat in reſtitutione,
non reperio quod de iure poſitiuo
iſte talis debeat reſtituere iſta: ſed
in foro cōſcientiæ, an iſta ueniāt in
reſtitutione, uide quod dixi ſuprà in
materia ſcachorū in additio. meis.
quia Imo. uult quòd nō debet reſti-
tui, ſed ſufficit agere pœnitentiā de
auaritia uel blaſphemia. Sed Abb.
dicit, quòd pauperibus eſt erogādū.
Sed opi. Abba. tutior eſt per ea quæ
dixit Ant. de But. in d. c. quia pleriq;.
& quia dixi hîc cū falſis taxillis, &
ſic ludus nō eſſet permiſſus. loquor
ego quādo cōſuetudo faceret ludū
taxillorum permiſſum. idē dico ſi lu
deretur cum falſis chartis, uel ſocius
intelligeret ſecū alio ſocio in luden
do, tūc ubi fit fraus in ludo permiſ-
ſo, ſemper uenit reſtitutio de iure

conten

cōtentioſo, & de iure poli per præ-
23 dicta.* Si autē ludus eſt reprobatus
ut taxillorū & alearū, an uincēs de-
beat reſtituere. Omnes docto. indi-
ſtinctè uidētur approbare gl. in l. fi.
ff. de aleat. quod ſic, ſcilicet quod id
debet reſtitui. Sed aduerte: qa Imo.
in d. c. clerici. & in d. l. ſi quis cū ſci-
ret. dicit quòd hodie eſt abrogatum
per cōſuetudinē illi legi, quia quod
perditur nō reſtituitur: allegat ſan-
ctū Tho. ita uoluiſſe, & d. Car. & do.
Pet. & Ioā. Cal. & Io. And. in d. c. cle-
rici. & idē uidetur uelle Sali. in d. au
thē. alearū uſus. Limito tñ prędicta,
niſi ille q uinceret, uinceret filiūfa-
mil. uel monachū, uel minorem, uel
ſimiles perſonas cum taxillis falſis,
per ea quæ dixit Sali. in d. l. alearum
uſus. & per Imol. in locis præallega-
tis. An autē in foro cōſcientiæ præ-
dicta militēt: uide longā diſtinctio-
nem Imo. in d. ca. clerici. qui omnes
allegat, & in d. l. ſi quis cū ſciret. li-
cet, Car. & Ioā. Cal. & Sali. & Inn. in
locis ſ. allega. multa dicant & diuer
ſa: dicit tamen Cal. in d. c. clerici. in
additio. ſuis, quòd ſi quis ignarus lu
di luderet cū illo qui eſſet magnus
magiſter aleæ & ludi & taxillorum,
tunc indiſtinctè ille uincens tenetur
reſtituere, ex quo uidetur dolo uer-
ſatus ludendo cū illo ignaro. quam
ſententiā credo militare de iure po
li, non cōtentioſo in loco ubi ludus
per cōſuetudinem eſſet permiſſus.
adde etiā q etiā id quod uincitur in
ludo reprobato nō uenit in reſtitu-
tione, ubi ille q uincit erat in maxi-
ma neceſsitate, & ratio eſt: qa tēpo-
re neceſsitatis poſſum furari alium.
cap. ſi quis pro neceſsitate. de furt.
Hæc eſt ſententia Richar. in iiij. diſt.
xv. articu. v. q. iiij. hæc tamē intelligo
in foro cōſcientiæ, ſed in foro con-
tentioſo ſi ludus eſſet reprobatus,
etiā cōtra exiſtentē in maxima ne-
ceſsitate, daretur repetitio, per di-
cta authen. alearum uſus.

*24 Stante ſtatuto quòd ludens ad aza-*
*dum, puniatur tanta pœna, ſi aliquis*
*luſit cum pluribus & pluries uno die*
*uicit & perdidit, an dicatur unus lu-*
*dus uel plures, & ſic an dicatur unum*
*delictum uel plura.*

*25 Ludens, ut ſuprà in uer. præced. quan-*
*do dicatur committere unum delictum*
*uel plura.*

ANGELVS.

24 * QVAERO ſi ſtatuto cauetur
quòd ludēs ad azardū puniatur tan-
ta pœna: modo aliquis luſit cū plu-
a ribus [a] & pluries uno die uicit &
perdidit, an dicatur unus ludus uel
plures, & ſic an dicatur unū delictū
uel plura: qm̄ ſi ſunt plures, pluri-
ribus pœnis afficietur iuxta not.
l. nunquàm plura. ff. de pri. delict.
in caſu noſtro dic, quòd unus tantū
ludus dicitur, & ſic una pœna pu-
bitur: quoniā licet ſit hora quòd ui-
cerit, poterit poſtea alia hora per-
dere: & multa accidere poterunt:
perdere & uincere poterit, arg. l.
laqueū. ff. de acquir. rer. domi. ca
dicitur unus ludus tantū quouſque
ipſæ partes nō habuerunt eum pro
perfecto & abſoluto: ut l. cōtractus.
C. de fide inſtru. & quod ibi no. &
aliò ſe & ad diuerſa loca ludentes
cōtulerint: ut l. cōtinuus. in princ.
uer. obl. & ita ſingulariter dicit Bal.
in d. l. inficiando. §. infans. ff. de fur.
in uerſi. pro huius declaratione &c.

ADNOT. a ¶ Cum pluribus.
*Adde & uide do. Alexan. in apoſt. ad l.*
*inficiando. §. infans. ff. de fur. & do. Ma-*
*ria. Soci. in conſil. xxxiij. colum. iiij. uerſi.*
*inſuper etiam.*



AVGV. Tu autem in hac mate-
ria adde quòd uera eſt iſta conclu-
ſio, quòd ille qui ludit ad azardū to
to uno die, & plures uicit, & ludit, &
perdit etiam quòd punitur pro uno
25 delicto: limita hoc uerum,* niſi per-
didiſſet illam pecuniā quam primò
extraxit, & poſtea ſecundò extraxit
aliā: quia dicitur alius ludus, & tunc
bis deberet puniri tanquàm in duo-
bus ludis luſiſſet. Iſta eſt aurea ſen-
tentia Bar. in l. Pomponius in nego-
tiis. ff. de nego. geſt. quam ſequitur
ibi Bald. Itē limita ſecundò quòd eſt
unus ludus, quādo omnes colluſo-
res nunquàm receſsiſſent. Nam ſi
unus ex colluſoribus receſsiſſet, &
poſtea reuerteretur licet ſtatim, tūc
diceretur alius ludus, & bis ludens
deberet puniri. Ita limitat Ange. iſtā
materiam in d. §. infans. qui tertiò
limitat iſtā materiam ibi, niſi ſtatu-
tum puniret inuentum ludere: quia
ſi millies fuerit inuentus, tūc pluries
debet puniri: & hæc bene nota.

*26 Ludus quis ſit permiſſus.*

*27 Statuto prohibente ludere ſimplici-*
*ter, licet ille ludus non ſit propriè tur-*
*pis, tamen quia reprobatus uincens,*
*tenetur uicto & uia fori & uia*
*poli.*

ANGELVS.

26 * IN iſta tamē materia ludi, ego
poſtea uidi Bal. in rubri. C. de con-
dictio. ob turp. cau. in uer. uenio ad
ſecundū quod de ludo &c. Et dicit
quòd alius eſt honoris luſor & lau-
dis amator, & iſte ludus eſt permiſ-
ſus: ut ff. ad legē Aquil. l. qua actio-
ne. §. ſi quis in colluctatione. Alius
eſt luſor alieni fraudator, & iſte lu-
dus non eſt licitus: unde ille qui lu-
dit cū monacho qui nō habet pro-
prium, uel cū filiofamil. qui luſit pa
tri pecuniam, uel cum inſtitore qui
luſit domino pecuniā ſcienter, non
ſolū nihil lucratur, ſed furti tenetur.
argu. l. ſi ſeruus cuiuſdā. ff. de condi.
indebi. Idem dico ſi luſit cum falſis
taxillis: quia furti tenetur nec effici-
tur dominus pecuniæ. argu. l. falſus.
in princi. ff. de furtis. uel ſaltem ex-
tra ordinē punietur & reſtituet pe-
cuniā: quia turpitudo eſt ſolius uin-
centis. Alius eſt luſor naturę recrea-
tor, & iſte ludus eſt permiſſus: ut in
dicta authen. alearum uſus. Alius eſt
fortunæ tentator, ſeu perſcrutator,
ut accidit in taxillorū ludo, uel ubi
fortuna cum aliquali induſtria com
miſcetur: quē ludū quidam dicūt ex
accidenti contra bonos mores non
per ſe, ſed quaſi ex eo multa mala
oriantur, blaſphemiæ, furta, & ſimi-
lia, ut uidemus: unde uidetur quòd
iſte ludus ſit turpis ratione cōſequē
tiæ & accidentiū ſibi. Alii dicunt, q
ſi luditur bona fide in parua quāti-
tate ſiue magna, ludus eſt permiſ-
ſus, & quòd par periculi cauſa: quia
uterq; pariter ſubiacet fortunæ, fa-
cit hunc ludū eſſe permiſſum: ſimi-
lis ratio habetur in l. ſi pater puellæ.
C. de inoffic. teſta. unde qui bona fi-
de ludit in foro cōſcientiæ, non te-
netur ad reſtitutionem, nec confeſ-
ſores faciunt de hoc cōſcientiam:
quod non eſt uerū: ut ſuprà dictum
eſt, & patet in dicta authē. licet Bal.
non dicat, ſed ſanctus Thomas di-
cit, quòd ubi de cōſuetudine eſt li-
citus, ut eſt in ciuitate mea Aretii in
feſto natiuitatis, tunc ſi quis uicerit,

non

non arctatur ad reſtitutionẽ,nec in
foro ciuili,nec in pœnitẽtiali.Idem
dicit Io.And.in c.clerici.de uita &
honeſta.cler.in nouel.& uide Salic.
in dicta authen.alearũ uſus.qui re-
7 citat uerba Ioan.And.* Si ergo non
permitteretur,ſed loci ſtatutũ ueta-
ret ludere ſimpliciter,uel etiam pu
niret ludentes,licet iſte ludus nõ ſit
propriè turpis,tamen quia reproba
tus eſt uincens uicto tenetur & uia
fori & uia poli:ut dicta authen.Et ſi
neſciret cui uicerit, debet erogare
in pauperes:ut extrà de Iude.c.cum
ſit.& ita dicit ibi Bald.& hoc ibi ſe-
quitur. Ego autem latius ſuprà di-
xi:unde dic,ut ſuprà dictũ eſt,quod
uerius puto.Ad unũ aduertas,ſi ſta-
tuto dicatur,quicunq; fuerit inuen-
tus ludere , uel ad ludum azardi &
ſimilia,an intelligatur inuentus &
captus per familiam,uel ſimpliciter
inuentus:dic ut dicam infrà in gloſ.
ſuper uerbo, dictus Andreas ar-
matus &c.

A V G V. Tu autem in hac mate-
ria adde inquantũ ſuprà tactũ eſt,an
hodie alearum uſus ſit permiſſus,&
quo ad forũ iudiciale,& quo ad fo-
rum poli,quòd nemo eſt qui latius
tangat iſtũ paſſum,niſi Ioan.And.in
d.c.clerici.extrà de uit.& hone.cle.
qui dicit,quòd dicta authẽ.alearum
uſus.hodie & per cõſuetudinẽ non
obſeruatur:& iſta cõſuetudo excu-
ſat ludentẽ,ut nõ teneatur uincens
quo ad forũ iudiciale ad reſtitutio-
nem,& iſta cõſuetudo poteſt iuuari:
quia ſicut uincens in ludo qui con-
ſiſtit in ingenio,ut in ludo ſcachorũ
uincens nõ tenetur ad reſtitutionẽ,
ita & in iſto ludo qui partim conſi-
ſtit & in ingenio & in fortuna:quia
ratione miſturæ multa permittun-
tur,quæ aliàs nõ pmitterẽtur,per c.
ſacris.extrà de ſepul.Dicit tamẽ q
prædicta nõ militarẽt in eo qui uic-
ceret filiofamil.uel inſtitori,uel a-
nacho,uel illi cui bonis eſſet inter-
dictum,uel aliàs adminiſtratio ẽẽ
interdicta : unde cõcludit,ſecũdu
Hoſt.in ſumma de exceſ.præl.ſub
j.uer.cleric⁹.quòd uincẽs nullomo
do teneatur ad reſtitutionẽ:dũmo
do nec cũ falſis taxillis,nec p fraud
ludatur,& ceſſant blaſphemię,& ru
pia,quę euenire ſolent in ludo.& di
cit,ꝙ nec cõfeſſores faciũt conſci
tiam.quæ cõcluſio,an ſit uera,uide
per Car.& d.Abb.& latius per Imo.
ibi,in d.c.clerici .quam opin.in hac
materia ego approbo, & credo q
nemo in hac materia latius lo
ſit & meli⁹ quàm Imo.in d.c.cler.
& in d.l.ſi quis cũ ſciret. Sed ubi
locutus eſt in d.c.clerici.quia ...
facio differentiã inter ludum ...
& ludum azardi.An autẽ id q
ditur in parua ſiue in magna qua
tate ueniat in reſtitutione:uide q
dixi ſuprà in proxi.addi.& an ...
uincitur in feſtis natiuitatis ueniat in
reſtitutionẽ:adde Car.in d.c.cleric
de cuius opi.facit mentionem d.
de Imo.in d.c.clerici . Item adde
licet Bal.in rub.C.de condic.ob tu.
cau. neſciuerit allegare deciſionẽ
beati Tho.in hac materia:tamẽ ...
allegauit ipſum in d.authẽ.alea
uſus.& eius uerba de uerbo ad uer-
bum poſuit & bene fecit,quia do
noſtri canoni.& legiſtę in hac ma
ria uario modo referũt & intellig
uerba beati doct.& uerba ſua refer
Io.Cal.& Imo.in d.c.clerici.& Pa-
nella declarat in litera I,in uerb.
dus.



dus.dic ut ibi per eos.Sed nullo pa-
cto in omnibus iſtis nõ recedatis ab
opinione Imo . in d.c. clerici. quic-
quid dixerit Anto.de but.in d.c.cle-
rici.& in c.quia pleriq;.extra de im-
mu.eccle.& hæc ſufficiant pro nunc
in iſta materia.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria illata alicui capiendo per ue-
ſtimenta , an dicatur iniuria perſo-
nalis.*

a PER pãnos ſiue [a] caputiũ ca-
piẽdo dictum ſtochum quẽ
habebat ad latus euaginauit &
1 ipſum . * An talis dicatur iniuria
perſonalis & illata in corpus,Barto.
poſuit in pluribus locis,ſcilicet in l.
ſed eſt.per illum tex.ff.de iniur.& in
l.j.§.hoc autem edictũ.ff.de ope.no.
nuncia.& ibi Imo.in l.licitatio.§.qđ
illicitè.ff.de pub.& Floria.in l.ſi ſer-
uus ſeruũ.§.rupiſſe.ff.ad leg . Aqui.
& l.j.§.hęc autem uerba.ff.de his qui
deie.uel effu.& uide Bal.in l.ad te-
ſtium.§.ſi.ff.de teſta.& in dictis locis
Bar.concludit, quod dicitur iniuria
perſonalis & illata in corpus,& ma
ximè quando eſt odium rationabile.
Guil.de cu.& Bal.in l.ſi qua per calũ
niam.C.de epiſ.& cler.faciunt diffe-
b rentiam,an dicatur offenſa [b] perſo
nalis uel offenſa in perſonam : quia
ſcindere ueſtes dicitur offenſa per-
ſonalis,nõ autem in perſonam:quia
offenſa in perſonã dicitur, quoties
perſona tangitur , uel quod affixum
cohæret perſonę,ut in capillis.& idẽ
not.Bar.in d.§.quod illicitè.ubi latè
uideas ut ſcias formare accuſationẽ
uel inquiſitionem,& etiam ſi ſtatutũ
puniret delictum cõmiſſum in per-
ſonã,an tunc iſto caſu teneatur pœ-
na ſtatuti.

ADNOT. a ¶Caputium. *Ad-
de tu quòd appellatione caputij ueniat ue
ſtis.& uide Alex.in conſi.v.in iij.uol.B.*
b ¶Offenſa. *Adde tu quid ſit offenſa &
quotuplex:& uide Pau.de ca.in conſilio
cxciiij. & ccclxxix.& ibi an frangens
oſtium ut cognoſcat mulierẽ, dicatur in-
ferre uim perſonalem : & uide Alexã.de
Imo.in conſi.cxij.in ij.uol.ubi an pax di-
catur rupta per raptum filiæ eius cũ quo
fuit facta pax:& per Ro.in cõſi.clxxxiij.
& cclv.& ſtãte ſtatuto quòd offendẽs pu
niatur certa pœna , an habeat locum in
eo qui offendit negligendo.uide Ang.con-
ſi.lxxij.Ber.*

A V G. Tu autem in hac materia
adde,quæ ego latè & remiſsiuè dixi
in l.j.§.hoc edictum.ff.de ope.noui
nun.& uide & adde Ia.de are.in l.ſi
quis in graui.§.ſi quis.ff.ad Silla.&
Bal.in l.j.§.hęc uerba.ff.de his q de-
ie.uel effu.& omnino ibi Bal.in add.
& per Inno.& Ioan.an.Anto.de but.
& docto.in c.nuper extrà de ſenten.
excommu.& uide Bal.in rubri.ſolu.
matrimo.in ij.colum.latè per Ro.in
dicto §.illicitè.qui dicit,quòd pro-
priè eſt iniuria perſonalis , quando
perſona propria offenditur.Et ideo
ſi aliquis ponitur in carcerem pri-
uatum,eſt iniuria perſonalis:& ideo
uera eſt ſententia Inn.in dicto c.nu-
per.pro quo uidetur caſus in c.j.§.ſi
quis aliquando.cum §.ſequen.de pa
ce tenen.& eius uiolato.& ideo di-
cit ibi Roma . etiam ꝙ uera eſt iſta
concluſio,quòd licet iniuriatio uer-
balis dicatur offenſa ſimplici modo
ſumpta:attamen non dicitur offen-
ſa in perſonam,& dicit quòd in hoc
eſt caſus in l.omnes.§. præterea.C.
de epiſ.& cle.inducendo illum text.
hoc modo:qa ille text.inter iſta duo
loquit

loquitur alternatiuè:& hoc not. Ad-
de Albe.de Roſa.in ij.parte ſtatuto-
rum quæſtio.xlix.

1 *Iniuria illata fratri meo, an dicatur iniuria perſonalis quātum ad me:& quando dicatur fieri iniuria perſonalis alicui.*

ANGELVS.

2 *QVAERO, an dicatur offenſa perſonalis ſi fratri meo infertur iniuria.Bar.in l.ſi ſtipulatus.§.Chryſogo
a nus[a].in fi.ff.de uerbo.ob.dicit quòd non:quoniā ſunt certæ perſonæ per quas dicor offendi, inter quas non eſt frater: ut l.j.cum ſeq.ff.de iniur. Item tunc mihi dicitur fieri iniuria, quando nomine meo mihi cōpetit actio:ut l.in teſtamēto. de manu.teſta.ſed non nomine meo, ſed fratris mei nomine cōpetit actio,ergo non dicor offendi perſonaliter. Ang.ibi tenet contrarium per titu.in uſibus feu.an ille qui interfecit fra.domi. ſui.c.j.Sed Imo.in d. §. Chryſogonus.dicit quòd illud capi.eſt contra Ange.quoniam ibi dicitur, quòd ſi interfecit fratrem domini,non redit feudum ad dominum, & tamē ſi iniuria fieret domino, rediret ad eū: ut in c.j.quæ ſint cau.feu.amit.& ſic per iura ſua tenet opinio. Bart.Ego autem dico quòd ego ſum offenſus, & iniuria dicitur perſonalis,licet nō in perſonam meā:ut dixi ſuprà, ſecundum Guil.Bart.& Bal.nam negari non poteſt,quin ego ſim prouocatus ad iracundiam:ergo dicor offendi offenſione perſonali:ut d.l.in teſtamento.uide omnino Bart.in l.j. ff.de his quib.ut indig.qui elegāter loquitur.& opinionem Bar.tenet ad literam Bal.quib.mod.feu. amit.c.j. §.ſimiliter.dic ut ibi.

ADNO. a ¶Chryſogonus.Adde & *uide Alex.ibi limitantem opi.Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia adde Rom.in l.illcitatio.§.quod illicitè.ff.de pub. & uidenda eſſent dicta Bal.in l.j.C.ſi qua.prçd.po.Et de dicta Ioā.an.in regula, fruſtra mercu.extrà de reg.iur.Et in iſta materia quando dicatur offenſa committi,uide Bar.in l.quidā cū filio. de her.inſti.& ibi p Bal.Ang.& Im. & doct.& Bar.in l.cum te.C.de inoff. teſta.Bal.in l.ſi qua per calumniam. C.de epiſ.& cleri.& in l.ſolam.C.de libe.cauſa.& per doct.in clemen. de pœnis. Ange.in conſi.ſuo.Iur. moder.in q.noſtra princip.late ſe proſerunt in d.§.Chryſogonus.in ulti.quæſtio.

SVMMARIVM.

1 *Admenatio cultelli,baſtoni,uel manus, etſi non percutiat, an punibilis.*

1 ADMENAVIT contra dictum Titium.* Nā iſtius ſolus admenationis cultelli,baſtoni,uel manus,etiam ſi non percutiat,tamen eſt punibilis:ut eſt tex. gu.& ibi Bar.in l.item apud Labeonem.§.ſi quis pulſatus.ff.de iniur. not.ſed fortè in caſu noſtro cū poſt admenationem ſecutum fuerit uulnus,& de uulnere punitur,uidetur quòd de admenatione puniri non debeat,ſicut de inſultu dixi:punitur enim de admenatione,quando ea non eſt ſecutū uulnus:unde quando ex forma ſtatuti eſſet maior pœna de admenatiōe quàm de percuſſione:ut ſuprà dixi de inſultu,iungi ſuper uerbo, inſultum &c.punietur de admenatione ſicut de ipſo uulnere,quod not.



AVG.Tu adde,quòd Ang.in dicto §.ſi quis pulſatus. in dicta l.item apud Labeonem. fatetur in hoc illū §.eſſe ſingularem & nō eſſe alibi, & dicit, quòd propriè illa dicitur admenatio, quando aliquis manum contra alium leuat, uelut uerberaturus, uel percuſſurus,ſed quia non uerberat, nec percutit,nō tenetur iniuriarum directa,ſed utili:& dicit hoc eſſe utile propter ſtatuta, quæ dicunt quod percutiens puniatur in decem: nam ſi non percutit,ſed admenat,tenetur utili ex illo ſtatuto non ad tantam pœnam:quia non conſummauit actum:ut plenè no.in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſco.& cler. Sed aduerte:quia dubito de iſta deciſione, inquantum loquitur de ſtatuto: quia ſtatuta pœnalia regulariter extra caſus ſuos non debent extendi, in regula, odia.extrà, de regu.iuris. cogita.

2 *Pater percutiens filiū,propinquus propinquum, maritus uxorem, dominus ſeruum,uel magiſter diſcipulū, an teneantur.*

ANGELVS.

2 *QVID autem ſi pater percutiat filium, uel propinquus propinquum, uel maritus uxorem, uel do-
a minus ſeruum[a], uel magiſter diſcipulum, an teneantur: uide l.j.C.de emendatio.ſeruo. & l.j.de emendatio.propinq.& utrobiq; no.per gloſ. & doct. & in l.iiij.§. ſi magiſter.ff.ad legem Aquiliam.& ibi Barto.& Floria.ubi Barto.concludit, quòd debet articulare,quòd tunc monebat,corrigebat,uel inſtruebat eum,& ex qualitate inſtrumēti cum quo percuſſit, & percuſſionis qualitate præſumetur,an animo admonitionis,& ſic nō teneatur:an cauſa delinquendi,& ſic teneatur: quibus probatis percutiēs debet abſolui, uel deferri iuramentum purgationis, quod dicit ſemel fuiſſe obſeruatum Peruſii.

ADNOT. a ¶Seruum.*Adde tu qualiter ſit permiſſa caſtigatio ſeruorū domino.& uide Alex.in cōſi.lxxv. in iij. uol.& de magiſtro caſtigante diſcipulū. uide Bar.in conſi.ciiij.Ber.*

AVG.Tu omnino adde Bal. Angel.& Sali.& doct.in d.l.j.C.de emēdatione ſeruorum.& in dict.l.j.C.de emendatione propinquo. & dicit Angel.in d.l.j. C.de emendatio.propinq. quòd magiſtri mechanici hoc faciunt, & alii magiſtri ſcholarium, ſed non magiſtri,& doctores legum & canonum qui non corrigunt diſcipulos ſuos,quos non habent in poteſtate ſicut alii magiſtri. an autē maritus poſſit uerberare uxorem: uide Ioan.And.in addi. Specu.in rubri.in tit.de iniuriis. Bart.in l.cum ſcias.C. de agricolis,& cenſi.& tex.in authē. ſed hodie uerberato. C.de repudiis. & ibi doctores, ubi non licet marito ſine cauſa fuſtibus cędere uxorē. uide tex.in auth.ut cum de appellationib.cognoſ. §.quia uero.quid liceat mulieri diuiti ſi maritus eā flagellat.

SVMMARIVM.

1 *Vulnerare & percutere quomodo differant.*

2 *Vulnus dicatur an percuſſio,ſi ex percuſſione facta eſt tumefactio.*

ET ipſum Titium percuſſit, & uulnerauit una percuſſione, & uulnere in pectore, ex
1 qua. Inter iſta eſt magna * differē-
a tia:nam uulnerare ſiue uulnus[a] propriè eſt,quando fit ſciſſura,uel ſeparatio in corpore: ut eſt text.ad literam:&

ram:& ibi Floria.in l.ſi ſeruus ſeruũ. §.rupiſſe ff.ad legem Aquiliam.percutere autem ſiue percuſsio eſt etiã ſine ſciſsione corporis : ut ibi habetur: dummodo carnem tangat: quia percutere, eſt cutem tangere: ut ibi, & in l.libellorum.in prin.ff.de accu. unde ſit cautus iudex, quando nõ eſt ſciſſa caro, quòd non dicat in inquiſitione uulnerauit, ſed dicat percuſsit.

2 * Quid autem ſi ex percuſsione facta ſit tumefactio, an dicatur uulnus, uel percuſsio? Reſpond. aut ex tali tumefactione fit ſciſſura carnis latẽs, licet nõ appareat, uel oportet quòd per medicum ſcindatur: quia facit ſaniem ſubtus, ſiue latenter, tunc etiã dicitur uulnus, aliàs non dicitur uulnus, ſed percuſsio. ita no. dicit Barto. in l.prætor. §.qui atrocem. ff. de iniuriis.

ADNOT. a ¶ Siue uulnus. *Ad. de Federic. conſil. lviij. ubi quòd ſi teſtes dixerunt, quòd Titius percuſsit Seium cum ſanguinis effuſione, an neceſſariò ſit intelligendum, quòd fecerit uulnus, & quid ſit uulnus, & quando proceſsit tumefactio, uide Cap. in conſi. xlj.*

AVG. Item adde, quòd licet uulnus ſit, quando eſt ſciſſura, tamen ſi ſciſſura eſſet facta cum ungue, non dicitur propriè uulnus, quando ſtatutum puniret facientem uulnus. Iſta uidetur eſſe deciſio Ang. ſi rectè eius uerba ponderentur, in l.ſi pignore. §.furem. ff.de furt. Nec mirum : quia ſtatutum puniens uulnus nõ uidetur uelle punire uulnuſculũ: ut pulchrè declarat Ang. in l.extat. ff.quod me. cau. qui ponit differentiam inter ferire, & uulnus, & cicatricem. facit tex. in l.j. in fi. ff.ad Silla. & Bar. in l.edita. C.de eden. & per doct. in l.j. C.de ædil.actio. & etiam uide Bar. in l.ſi gemina.in fi. ff.arbor.furt.cęſar. ubi no. differentiam inter uulnus, & percuſsionem: & ibi omnino uide Ang. qui ponit, an parua ſciſſura dicatur uulnus. & Bal. in l.ſi prædium. C.de æd. edict. qui uult, quòd modica ſciſſura non dicatur uulnus: & dicam infra in gl. una alia percuſsione. in pen. additio. & pulchra uerba de uulnere, uide per Bar. in conſil. ſuo ciij. incipien. contra Titium proceſſum fuit. uide Oldra. in conſil. ſuo lv. qui ponit differentiam inter percuſsionem, & uulnus, & ſanguinis effuſionem, & ibi decidit ſi eſt probatum, ꝙ percuſſiſti me cum ſpada cum ſanguinis effuſiõe, propter hoc propriè non eſt probatum uulnus. adde d. Gal. in tracta. ſynd. q.cxxxv. qui ſequitur doct. Bar. in d. §.atrocem. & dicit, ꝙ ſi ſanguis exiuit in modica quantitate, quòd non præſumitur de percuſsione cum ſanguine. & dicit, ꝙ medicum uulnus non habet in ſe dictum. Et dixit idem Catal. q.cij. quòd appellatione uulneris, nõ uenit percuſsio faciens tumorem ſine extractione ſanguinis : caſum allegat quẽ dicit ſingula. in l.ſi ſeruus ſeruum. §. rupiſſe. ff.ad leg. Aquil.

3 *Vnico actu & ictu inferentis ſi plura reſultãt uulnera, puta cum bidẽte, quomodo punietur inferens.*

ANGELVS.

3 * QVID ſi ex uno ictu, & actu inferentis reſultant plura uulnera: ut
a quia cũ bidente[a] percuſsit: Bar. in l.ſi gemina. ff.arb.fur.cæſ. dicit, ꝙ uerba ſtatuti ſunt aduertenda: qa aut dicit, ſi quis admenauerit, & tũc ſi uno ictu & admenatione plura uulnera inferũtur, pro una tantũ tenetur. Si autem





conſiderat actũ, prout infertur in aliquẽ, ut quia dicit, ſi qs aliquẽ percuſſerit, tunc Iaco. de Are. dicit aut ſtatutum dicit, ꝙ pro percuſsione, aut ꝓ uulnere. Si pro uulnere, & tunc quot ſunt uulnera pro ſingulis tenet᷑. aut dicit, ſi quis ꝑcuſſerit, & tũc pro uno tantum tenetur: qa unus eſt actus ꝑcutiendi. Sed Bar. ibi in hoc caſu dicit, ꝙ imò pro pluribus puniet᷑: quia ſtatutum cõſiderat actum, qui infertur in aliũ qui non põt conſiderari, ex parte agẽtis, quin conſideretur ex parte patientis: & ideo pro pluribus tenetur. Sed opi. Iac. de Are. cõiter tenetur: ut no. Floria. in l.iiij. ff.de leg. Aquil. uide omnino Ioã. and. in mercur. in c.delictum, de regul. iur. in vj. ubi uidet᷑ aliter loqui quàm Bar. Ego autem in practica ſemper uidi obſeruari opi. Iaco. Et prædicta ſecundum Bart. ibi ſunt uera, qñ fiunt uno ictu, ſecus ſi ſucceſsiuè: ut ſi percuſsi in capite, & deſcẽdit in ſpatulis, poſtea in crure, licet fiat uno ictu tantũ: qa ſucceſsiuè fit, pro omnibus tenetur: ut l. ter enixa. ff.de uerbo. ſign. Et idem ſi uno ictu in pluribus digitis: qa ꝓ pluribus delictis, qa loca ſunt diſtincta, tenetur: ut l.de pupillo. §.qui nũciat. ff.de oper. noui nunc. Si autẽ ꝑcuſsit aliquẽ, & fregit os, & os fractũ facit uulnus, an de utroq; teneat᷑. Reſpõd. ꝙ duo ſunt uulnera, & de duob⁹ poteſt puniri. ſi aũt de oſſe fracto, & nõ de ſimplici uulnere inquireretur, nõ poſſet poſtea de præcedenti uulnere puniri: quia uulnera præcedentia tendunt ad frangendum os, ideo de ſolo illo tenet᷑. l.ſi ſeruus ſeruũ. §.ſi illũ. cõiuncta l.illud. ff.ad leg. Aquil.

ADNOT. a ¶ Cum bidente. *Tu adde & uide Bal. in cõſil. clxvj. in v. uol. & ſi quis uno ictu cũ inſtrumẽto non bifurcato faciat duo uulnera, an debeat de ambobus puniri, uide Ang. in cõſi. cxc. ubi ponit de illo qui fuit inquiſitus à iudice Piſano de uulnere in ſupcilio dextro ſi ſoluit condemnationẽ, an poſsit ab alio iudice inquiri de uulnere in ſupercilio ſiniſtro. & uide Bal. in conſi. cix. in ij. uolu.*

AVG. Tu autem in hac materia adde, ꝙ Ange. in d.l.ſi gemina. indiſtinctè approbat dicta Bar. in hac materia. Sed adde Alber. de Roſa. in ij. parte ſtatuto. q.xxiij. & qđ latius examinauit iſtam materiã Alber. de Roſa. in ij. parte ſtatut. q.xxxviij. quæ incip. ſeptima quæſtio eſt, ſi quis uulnerauit aliquẽ cum forpice, uel furca, ꝙ dicit in hac materia, ꝙ doct. antiqui communiter tenent, quòd pro uno uulnere tãtũ quis debet puniri, quando cũ forpice, uel furca uulnerauit: quia unus eſt ictus, & ab eodẽ inſtrumento proceſſerunt, per d.l.ſi gemina. & quod ibi glo. & alleg. Gandi. in tracta. maleficiorum. hoc uoluiſſe in titu. de pœn. percuſsis, & inſultu. uer. ſed pone, aliquis percuſsit. & qa ab una radice iſta proceſſerunt, ergo una l. tolluntur &c. l.fi. C.de nup. Sed dicit ibi Alb. ꝙ putat, quòd puniatur ꝓ duobus uulneribus: conſtat enim, ꝙ ſunt duo uulnera, & quo ad dolorẽ, & quo ad expẽſas, ꝑ ea q̃ ipſemet Albe. diſputauit in ij. parte ſtatuto. q.xxix. quæ incip. ſtatuto cauetur, quòd ſi quis aliquẽ percuſsit, cõdemnetur in centum. Si uerò percuſſerit in capite in cc. Modo aliquis percuſsit aliquem in capite, & in manu ſimul uno ictu, an debeat condemnari bis. & in quæſtione noſtra princip. dicit Alber. quod aliàs daretur materia fabricandi arma, ex quibus uno ictu

plura uulnera poſſent inferri. Non
obſt.d.l.ſi gemina.quæ dicit, quòd ſi
iunctura duarum arborum apparet
ſupra terrã,una eſt arbor ex quo ar-
guitur,qđ forpex , uel furca bifurca-
ta eſt unum inſtrumẽtum,ex quo cõ-
cludunt,quòd unum eſt uulnus:quia
iſta conſequentia eſt falſa: quia licet
ſit unum inſtrumentum bifurcatum,
tamen ſunt duò uulnera.Nam etiam
ex uno enſe uno ictu pñt fieri duo
uulnera,unum in capite,aliud in bra
chio,qđ exponeretur pro defenſio-
ne capitis,& idem poſſet continge-
re in una ſagitta qua percuteretur qs
in brachio tenente clypeum,& ſagit
ta ultra penetraret, & trãſiret ad aliã
partẽ corporis, & ſic eſſent duo uul-
nera. Si ergo iſta ſunt in inſtrumen-
to non bifurcato,multo magis bifur
cato. dicit tamen , quòd iſta ſua con-
cluſio eſt cõtra communem opinio-
nem,cogita. Adde etiam dicta Bal.in
l.quicunq;.C.de ſer.fugit. & limita p
Ang.in conſi.ſuo clxxxiij.inci. Titius
fuit inquiſitus per iudicem Piſanum.

4 *Fugiens ſi cadat,& ſe uulneret,an in-
ſequẽs teneatur de uulnere , & ſi per-
cuſsit te in cerbelleria,& ex tali pcuſ-
ſione ſit uulnus in fronte,an percutiens
dicatur uulneraſſe , & quid ſi eodem
loco bis percutiam.*

ANGELVS.

4 * QVID ſi inſequar te,& tu in fu
a ga cecidiſti [a] ,& te uulneraſti,nõ te-
neor de uulnere,ſed teneor quaſi fe
cerim te uulnerare. l.qua actione. §.
proinde. ff.ad leg. Aquiliam.Si quis
aũt pcuſſerit in cerbelleria,& ex per-
cuſsione cerbelleriæ fecit uulnus in a
fronte,dicor uulneraſſe te: ut l.item 1
Mela.in princip. ff.ad legem Aqui-
liam. Si uerò eodem loco bis percu-
tiam,conſideranda ſunt uerba ſtatu-
11 repelleres:quod bene no.*Et aduertas quòd quis præſumitur in diſcrimine uitæ conſtitutus,eoipſo quòd terror infertur cum armis.ita ſentit notabiliter gl.in l.v. ff.ad l.Aquil.& ibi Bart.not.dicit in prin.quòd eoipſo quòd probo,quòd aliquis ueniebat cõtra me cum cutello, quòd ego occidi eum ſtatim, probata eſt mea defenſio: ut ibi eſt caſus cũ gl. & hoc etiam tenet Bal.in l.j.C.unde ui.in lectura ordinaria illius l.ſi ex plagis. §. tabernarius.ff. ad legem Aquil.& ibi etiam Bar.dicit, quandoque ego percutio te antequã me percutias,quando es in actu percutiendi:tunc in dubio uideor facere ad defenſam: & hoc modo poteſt intelligi ibi glo.quandoque quis eſt percuſſus:& tunc non licet repercutere etiam incontinenti:quia hæc eſſet uindicta: quia iam habita offenſa euadi non põt, niſi fortè percuteret euadens alias offenſas,quas aduerſarius uolebat infligere de nouo. Si uerò nõ apparet quæ pcuſſio[c] præceſſerit:dic ut no.in d.l.j.C.unde ui.Et hoc caſu põt intelligi quando præſumatur culpa in eo qui prouocauit: faci.l.j.§.cũ arietes.ff.ſi quad. paupe.feciſ.dic. De hoc etiam uide Sali.in l.ij.C.de ſica.In tantum quòd Innoc.in c.ſi uerò.de ſenten.excom. dicit, quòd ſufficit probari, ꝗ probabiliter dubitari poterat de offenſione,ut defendẽs ſe excuſaretur:arg. d.§.qui cum aliter.& l.ſed & ſi quacunque.in princ.ff.ad l.Aquil.& C. quãdo lic.ſe ſi.iu.uin.l.j.& d.l.is qui aggreſſorem.quod no.Et prædicta procedunt niſi ſit miles inſultatus à ruſtico uel robuſtus à debili:itaque ſine dedecore fugere nõ poterat:[d] occidat illũ ruſticum non punietur: quia uidetur ſe aliter tueri nõ poſſe:argu.ff.de condi.inſtitu.l.ſi filius. & ita dicit Dy.& Bar.& Cy.& Ang. & Bal.in l.j.C.unde ui.

ADNOT. a ¶Moderamine inculpatæ. *Adde tu an licitum ſit cum moderamine offendere cardinalẽ pro tuitione corporis.Ioan.And.in c.ſi.de pæn. dicit quòd ſic,& Ange.in l.ut uim.ff.de iuſti.& iure:& quando dicatur fieri cũ moderamine inculpatæ tutelæ,uide Cap. in cõſ.xlij.& conſ.xliij. Bal.in conſ... in iij.uol.ubi dicit quòd defendens dicitur potius pati quàm agere.& ubi ... Alex.in conſi.cix.in j.uol.ubi quòd non requiritur neceſſariò quòd teſtes dicant, quòd aggreſſus non poterat euitare mortem:ſed ſufficit quòd dicant quòd non poterat euadere iniuriam perſonalem.& ibi allegat Bar.in conſ.inci.Vanutius.& quòd etiam ſufficit ſi teſtes deponant de credulitate:licet in alijs non ualeat dictũ teſtis de credulitate.Ber.*

b ¶Euadere. *Adde & uide Iaſ.& Moder.in d.l.ut uim.de iuſti.& iur.*

c ¶Quæ percuſsio. *Adde & uide Cap.in cõſ.xlj.ubi,quòd habẽs plura uulnera præſumitur quòd paſſus fuerit aggreſſurã.allegat Car.in cle.j.de hom.B.*

d ¶Tueri non poſſe. *Adde quando quis teneatur fugere.& uide Bal.in cõſ. ccij.in iij.uol.Cap.in cõſ.xlij.& d.Alex. in conſi.lxxvj.& conſi.cix.in.j.uol.Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia adde,quòd in theorica & in practica melior deciſio non poteſt allegari quàm deciſio Bal.& Ang.in quodam ſuo cõſilio:ubi ambo in ciuitate Venetiarum conſuluerũt & uictoriam obtinuerũt,quia captiuus euaſit à pœna mortis: ut de omnibus iſtis fecit mentionẽ Ang. in l.is qui aggreſſorẽ. C. ad legẽ Corneliã de ſicar.qui dixit, quòd ibi erat text.& gl.ſing.not.quæ coniuncta text.tradit aduocatis formã practicãdi cùm uolunt defendere accuſatũ prætendentes eum non debere puniri,eo quòd omnia fecit ad ſui defenſionẽ. Deberet enim articulare quòd accuſator armatus tali loco & tẽpore, cum talibus armis, inſultum fecit, & impetum cõtra accuſatũ,cauſa eum percutiendi cum dictis armis:& tũc dictus accuſatus uidens ſe ſic inſultatũ, & in uitæ diſcrimine cõſtitutũ: eiſdem loco & tẽpore uulneribus in dicta accuſatione deſcriptis percuſsit accuſatorẽ: & dicit,quòd iſta eſt rectè practicandi forma:quia te coarctas ad locũ,& ad tẽpus,& uulnera in accuſatione deſcripta:& ita te coarctando deducis, quòd cum eras in diſcrimine uitæ conſtitutus per dictum inſultum, tu percuſsiſti. & dicit,quòd iſta practica eſt bona, quando accuſatus percuſsit poſt inſultum antequam percuteretur. ſed ſi accuſatus fuiſſet primò percuſſus, non licuiſſet ei repercutere percuſſorem: niſi propter timorem geminandæ percuſsionis:& iſto caſu iſta eſt practica articulandi,quòd accuſator armatus inſultauit & percuſſit:& cũ ſe iterũ ad percutiẽdũ pararet,dictus accuſatus dictũ accuſatorẽ percuſsit uulneribus in dicta accuſatione deſcriptis. Et hoc modo habebit practicã ad defenſionẽ quam aduocati neſciũt articulare:quia dicit Ang.quòd neſciũt eã cõcludẽter deducere.Et ſubit,ꝗ non debemus illud intueri, quòd inſultatus poterat fugere.nã ſufficit ſolũ ſibi quòd inſultatus eſt,& quòd erat in periculo:& dicit,ꝗ de hoc eſt caſus in d.l. is qui aggreſſorẽ. & in l.proxi.quæ hoc clarius probãt quàm aliqua lex quæ ſit in iure.Vnde dicit,ꝗ nõ ſentit illis tenẽtibus,quòd tenetur fugere,ſi fuga nõ eſt uerecũdia ſibi:quia nullo caſu tenetur per has ll. cũ ſibi ſufficerit eſſe in dicto diſcrimine.& alle.Bar.hoc uoluiſſe.&dicit,ꝗ hoc putat uerũ & ęquũ.Et dicit iſta mẽti eſſe tenen.quia lucraberis multã pe-
12 cuniã. Et ſic mirabiliter not.*ꝗ eoipſo ꝗ probo,quòd cũ armis feciſti inſultũ cõtra me,lex prẽſumit,quòd erã cõſtitutus in diſcrimine uitæ: & iſta

iſta etiã approbauit Ang.in l.j.C.un
de ui. Tene tamẽ menti, ꝙ ille qui
primò percuſsit me,& inſultauit,ui-
detur habere animũ repercutiẽdi in
dubio.hoc optimè probat Sali.in d.
l.is qui aggreſſorẽ.&Bal.in l.ut uim.
ff.de iuſt.& iure.& dicit Bal.in l.j.C.
unde ui.quod hoc eſt uerũ durante
rixa,ꝙ ille qui percuſsit,uidetur ha
bere animũ repercutiẽdi.Et nota ea
quę dixit Bart. in l.ſed ſi quacũq;.ff.
ad leg.Aquil.qui dixit, ꝙ ſi occido
aliquẽ uenientẽ cõtra me cũ cultello:
dicor feciſſe ad mei defenſionem.
Plus dixit Bald.in l.lege. ff. loca. in
addi.ꝙ ſi uideo inimicũ meũ paratẽ
ſe,ut me offenderet,poſſum ego ꝓ-
rũpere ad offendendũ ipſum,ante-
quã aggrediatur me.Sed iſtã doctr.
Bal.nõ puto ueram pro nunc. & gl.
xxiij.q.j.in ſumma uult, ꝙ ſi qs uim
factã repellat,potius præſumi debet
ꝙ cauſa defendẽdi quàm ulciſcẽdi
hoc fecerit. Iura enim multũ perſe-
quũtur autorẽ rixę,& illũ qui primò
inſultat alium:adeo quòd Bal.in l.is
qui aggreſſorẽ.C.ad le.Corn.de ſic.
dicit,ꝙ ille qui eſt inſultatus,in du-
bio lex ſemper præſumit,quòd quic
quid facit,faciat ad ſui defenſam. &
ita dicit Bal.per illũ tex.in l.j.§.cum
13 arietes.ff.ſi qua.pau.fe.di. *Ex qbus
colligo quòd eoipſo quod probo,
ꝙ tu cũ armis inſultaſti me:ſatis di-
cor ꝓbaſſe defenſionẽ meã: ſcilicet
ꝙ occidi te ad mei defenſionẽ:quia
ego qui ſum inſultatus,habeo præ-
ſumptionem iuris pro me,ꝙ poſtea
ego inſultatus quicquid facio,facio
ad mei defenſionẽ:& hoc modo lex
præſumit, quòd inſultatus erat in pe
riculo. iuxta illud uulgare, (Homo
aſſaltato mezo perſo o morto.) Vi-
res enim multomagis excellunt &
excedũt in perſona illius qui aggre
ditur alium,q̃ in perſona illius qui
aggreſſus eſt:quia inſultãs eſt præ-
uiſus,inſultatus uerò nõ.Et ideo recte
uoluerũt doct.ꝙ cõtra inſultantem
aliũ & autorẽ rixæ iſta præſumãtur.
Et ſi diceretur quòd do Ant.de Bu
in c.olim.in xviij.col.dum diſputat
iſtã materiã.extrà de reſti.ſpol.dicit
allegãdo Bar.quòd ad probãdũ de-
fenſionẽ illius qui occidit aliũ:teſtes
nõ debent deponere, ꝙ aliter eua-
dere nõ poterat:ſed quòd aliter nõ
poterat iniuriã defenſare:niſi illum
percuſsiſſet.Et Bal.in l.j.C.de cõfeſ.
14 circa mediũ.dicit, *ꝙ ad probandũ
quòd quis fecerit ad ſuã defenſionẽ
probatur per cõiecturas. & ita dicit
d.Pet.de Anc.in cle.j.de homi.& di
cit,ꝙ ibi eſt gl.quia intelligo præ
cta militare, ubi nõ apparebit qui
primò fuit ille q aggreſſus eſt ali
quia tũc opus eſt,quòd iſta probe
tur:ſed ubi apparet de aggreſſore
eoipſo quòd probo,quòd tu in illo
loco & tẽpore,quibus aggreſſus
me cũ armis euaginatis:ego occi-
di te:probato inſultu tuo cũ armis,
licet ĩ illo loco & tẽpore,ſtatim ul
nerauerim te, uel occiderim te:ſta
tim dicitur ꝓbari defenſio mea:
ſignũ eſt,ꝙ in illo loco,& tpe inſul
tus erat in piculo uitæ uel alicuius
iniuriæ perſonalis,ꝑ prædicta:dicat
Bar.quicquid uelit,in l.ſciẽtiã.§.qui
cũ aliter.ff.ad leg.Aqui.qa expreſſe
cõtrariũ dixit in l.ſed & ſi quacũq;
ff.ad leg.Aqui.& in terminis hoc di
cit Pet.de Anc.in cle.j.de homi.qui
dixit,ꝙ gl.Accurſ.Bern.& Io.in de
cret.hoc uoluerũt,& ſic not.tu q
practica à glo.non eſt recedendum.



15 *Et hæc intelligo uera, quando in-
ſultus eſt factus cũ armis euaginatis:
ubi autẽ quis aggreſſus eſt me ſine
armis,ſed cum pugno:& ego habe-
bam arma,& percuſsi eum:dic ut di
cam ĩ.in ſecuẽti q.quæ incipit, qui-
dam inſultauit me cũ baculo.& hoc
eſt quod dixit Bal. in l.j.C.unde ui.
qui dicit,ꝙ aduocati uolentes pro-
bare defenſionẽ alicuius,faciũt unũ
articulũ de arctatione loci, ſcilicet,
ꝙ ille erat ita arctatus in illo loco,
quòd alàs nõ poterat euadere.nam
dicit allegãdo Bar.quòd hoc nõ eſt
neceſſariũ:quia ſufficit probare in-
ſultũ & terrorẽ armorũ: quia quic-
quid poſtea eſt factũ,dicitur factum
ob defenſam:licet Bald.in l.j.in fi.C.
quando lice.ſe ſine iudic. uindi.di-
cat,ꝙ ille,qui minatur mortẽ alicui,
põt in ipſo actu ab ipſo occidi:quia
nõ debet expectare primò percuti: 17
melius eſt enim occurrere in tẽpore
quàm poſt exitũ uindicare: & quia
illata percuſsio, nõ poteſt reparari.
intelligo ergo iſta quando ille erat
in actu percutiẽdi:quẽ cum difficul-
16 tate ille poterat fugere. *Et aduerte
quòd ſatis eſt probata defenſio,ſi te- a
ſtes dicũt & deponũt, quòd uiderũt
Titiũ occidiſſe Caium ad ſui defen
ſionẽ:ut uoluit Bart.in conſil.ſuo v.
quo incipit,quidã Maſsiolus.&de
illo conſi.facit mẽtionẽ Sali.& eum
approbat in l.ſolã.C.de teſtib.quod
not.ſingu. Et de omnibus iſtis uide
Sal.i l.j.C.unde ui.& uide d.Catal.
in trã.de ſynd.q.cxcvij.qui dicit in
fi.illius q.ꝙ probatur,quòd quis fe-
cit ad ſui defenſionẽ, etiã per cõie-
cturas:ut allegat Bal.ita dixiſſe in l.
j.C.de cõfeſſ.Dicit tamẽ Ro.in ſing.
ſuis primi anni.xxvj.alleg.Bal.ꝙ li-
cet quis probet ſe occidiſſe Titiũ
ad ſui defenſionem:debet probare,
quòd ad ſui defenſionem neceſſa-
riam hoc fecit: & ſi non probatur
neceſſaria defenſio, non obtinet.&
allega.Bald.hoc uoluiſſe.

*17 Inſultatus modum excedens in ſe defendendo, utputa uulnerando; potuit ſe defendere, & tamen occidit, an puniatur de occiſo, uel de exceſſu.*
*18 Inquiſitus poteſt probare per fratrem proprium quòd fecit homicidium ad ſui defenſionem, triaq; ſunt quæ requiruntur in defenſione.*
*19 Excedẽs modũ in ſe defendendo, quando puniatur in tantũ quantũ exceſſit.*
*20 Defenſio quomodo intelligatur fieri incontinenti.*
*21 Inſultus factus fuit contra me ſine armis, an poſſim me cũ armis defendere.*

ANGELVS.

*ADVERTAS etiã quia ſuprà
dixi, cũ moderamine inculpatæ tu-
telæ,quòd ſi inſultatus modũ exce-
dit ſe defendendo,utputa uulneran
do,potuit ſe defendere,& tamẽ oc-
cidit,an puniatur de occiſo:& dicas
quòd debet puniri ſolumde illo ex-
ceſſu.[a] caſus eſt ſingularis in l.ſi adul
teriũ cũ inceſtu.§.imperatores.ff.de
adult.& C.eo.titu.l.Gracchus.& hoc
uult Io.And.in Spec.de homicid.in
rubr.& in c.ſignificauit.de pœnit.&
remiſ.& Bal.in tit.de pace te.& eius
uio.in uſib.feudorũ.Quod eſt uerũ,
quando exceſſus eſt punibilis:ut in
d.glo.in d.c.olim.Debet etiã talis ſe
defendens articulare & probare,ꝙ
hoc fuit incõtinẽti, & non ex inter-
uallo, quia aliter diceretur ultio nõ
defenſio:quę ultio non eſt permiſ-
ſa: ut not.in d.l.uim. Et dicitur fieri
incontinenti, uel ex interuallo iudi

cis arbitrio, attenta qualitate iniu-
riæ,& facti perſonarũ:ut l.iij.§.cum
igitur.ff.de ui,& ui ar.Ac etiã debet
articulare & probare, quòd ante fa
ctum,& nõ poſt factũ ſe defendit,ut
not.tex.de hom.extrà in c.ſignifica-
ſti.& Bal.in d.l.j.C.unde ui.uerſ.ex-
trà op.ꝙ ante &c.intelligitur quan-
do eſſet tale factum, quòd reuocari
non poteſt,nec in priſtinum ſtatum
contraria uia reduci:ſecus ſi in pri-
ſtinũ ſtatum reduci poſsit,quia tunc
incontinẽti poſt factũ licet,ſed non
18 ex interuallo,ut d.§.cùm igitur.* Et
tene mẽti,& nunquã exeat mentem
tuã, quòd etiã iſte inquiſitus poteſt
probare per fratrẽ propriũ,quòd fe
cit homicidium ad ſui defenſionẽ.
ita dicit Bal.& Sali. in l.parentes.C.
de teſti.quia fiſcus tractat de pœna,
& lucro odioſo,cum aliena iactura
igitur:ut l.ſi quis uxori.§.j.ff.de fur.
Quæro ergo quid importent dicta
uerba,cum moderamine &c.gloſ. &
doct.in d.l.j.C.unde ui.dicũt multa.
Sed Bal. ibi in uer.quærit gl. in quo
cõſiſtat &c.cõcludit, & d.gl.triplicẽ
concluſionẽ.Primò quòd in defen-
ſione requiratur factorũ æqualitas:
ex quo ſequitur,quòd aggreſſus ſi-
ne armis nõ põt uti armis,nec ar-
mis percutere.Secũdò requiritur tẽ
poris uicinitas,ut dictũ eſt. Nam ut
ſimul fieri dicãtur,oportet uel ſimul
fieri in ipſo cõgreſſu uel ſucceſsiuè
immediatè, uel quaſi immediatè:ut
d.§.cũ igitur. Tertiò,ꝙ talis & tãta
ſit expulſatio quãta eſt neceſsitas de
fenſiõis:hæc nanq; moderata defen
ſio,non plus facere q̃ oporteat &c.

ADNO. a ¶De illo exceſſu.
*Adde d.Franc.de Aretin. in conſil.lxxx.
Pau.de Ca.in conſi.cxc.inci.in cauſa car
ceratorum.Pet.de Anc.in conſi.cclxxx.
Bal.in conſi.ccccxxx.in j.uolu.& conſi.
cij.in ij.uolu.& Franc.de Aret.etiam in
conſi.xxxiiij.& Cæp.latè in conſi.xxix.
& d.Alexan.in conſi.lxxvj.& in conſ.
cix.in j.uolumi.& in conſil.xxiiij.& in
conſil.cxxxviij.in ij.uolu.Ber.*

AVG. Tu autem in hac materi
adde,quòd uera eſt iſta cõcluſio,q
ſi inſultatus modũ excedit in ſe de-
fendendo,punitur de exceſſu tantũ
& ſic de quanto,& nõ de toto:& ſic
pœna extraordinaria punitur,& nõ
ordinaria, & hoc pulchrè declarat
Bald.in l.ut uim.ff.de iuſt.& iur. qui
dicit quòd quis poteſt excedere mo
dum:aut ex dolo,& tunc plus puni-
tur:aut culpa lata,& tunc minus:aut
leui & minus: aut culpa leuiſsima
& hoc uoluit Bal. in c.j.de pac.iur.
firm.quia ille qui eſt in inſtanti peri-
culo,& pœna magna,& metu,ſi
quid facit non dicitur facere a
deliberato:quia motus dolore
eſt in plenitudine intellectus,&
Bald. in d.l.ut uim, quòd ille q
aggreſſus non poteſt habere
ram in manu,& ideo ſi excedit
dũ in ſe defendẽdo, nõ punitur
in tantũ inquantũ excedit, & ſic
traordinariè punitur:& hoc
luit gl.xxiij.q.j.in ſumma.& P
Anch.in cle.j.de homicidio,&
in c.ſignificaſti.de homi. Et h
preſsè declarabitur per exem
infrà in illa q.quæ incipit, qu
tius uulnerauit Seium, & ſtatim
fugit. Tene tamen menti pr
19 & tempera,* quòd uerum eſt ille
qui excedit modum in ſe de
do,punitur intantùm quan
ceſsit.Hoc uerũ,ſi ex propo
ceſsit: ſecus ſi culpa ſic in



fuit in dolo.ita reperio Pet.de Anc.
hoc uoluiſſe in d.cle.j. de homicid.
in fi.tertii notabilis.licet Bald.alle.
dixerit in d.l.ut uim. In dubio autẽ
non præſumitur dolus,ſed culpa in
eo:quia faciẽdo actum licitũ exceſ-
ſit modum.iſta eſt pulchra theorica
Sali.in l.Gracchus.C.de adul.in illa
q.quando iudex torquendo occidit
aliquẽ. Sed quis ſe defendẽdo facit
actum licitũ: quia uim ui repellere
licet.d.l.ut uim.ergo ſi exceſsit mo-
dum defendendo potiur præſumi-
tur culpa quàm dolus.Credo tamen
quòd in dubio iſta remittũtur arbi-
trio iudicis,qui diligenter omnibus
conſyderatis iudicabit, an ex culpa
lata uel leui, uel ex propoſito, per
doctrinam Bal.in d.l.ut uim.cogita.
20 *Adde etiam inquãtum tactum eſt,
ꝙ opus eſt,ꝙ incontinẽti fiat defen
ſio,quod Ro. in d.l.j.§.qui præſens.
ff.de uerb.obl.dicit,ꝙ illa iura quæ
dicũt uim ui repellere licet, dũmo-
odo incõtinenti fiat:aliquãdo ſi fiat
poſt ſex menſes,dicitur incõtinenti
per decenniũ,puta, ſi unus magnus
dominus uel potens expellat unum
inferiorẽ. nam licet etiã in decẽnio
recuperare poſſeſsionẽ ſuum,& di-
cetur facta incontinenti.alleg.Hug.
ita dixiſſe.j.di.in §. ius naturale. de
quo dicto facit feſtum Bal.in l.fi.C.
de his qui à non domino:de iſta di
ctione incontinenti,dic,ut latiſsimè
ultra omnes doct.dixi in d.l.j.§.qui
21 præſens.ff.de uerb.obli. *Et inquan
tùm ſupradictum eſt,quomodo di-
catur factũ cum moderamine incul
patæ tutelæ,& dictum eſt,quòd ſi ſi-
ne armis in me inſultum feciſti,ego
armis non debeo me defendere: &
ita limita iſtam materiam,ut dicam
infrà in ſequenti glo.in tex.& addi-
tio. quia poteſt eſſe,quòd defenſio
licita erit cũ armis: licet ſine armis
in me inſultum feceris: ut ibi uide-
bis:& de iſtis uide d.Abb.in c.olim.
extrà de reſtitu. ſpo. qui diſputat in
quo conſiſtat iſtud moderamen in-
culpatæ tutelæ. Sed do.Ant.de But.
ibi latius diſputat.Concludit tamen
ibi d.Abb. tandem quòd iſta relin-
quuntur arbitrio iudicis. Et uide ea
quæ multũ eleganter ſcripſit Ro.in
ſingu.ſuis primi anni ſing.iiij.quod
incipit,an ſi quis exceſſerit modum.

*22 Inſultauit me quis cum baculo,ego ne percuterer, eum cum gladio feriui, unde mortuus eſt, quæritur an debeam puniri.*

*23 Inſultum fecit Caius contra Titium, à cuius facie poterat aufugere,nõ aufugit:imò Caium percuſsit,an teneatur Titius.*

*24 Piſanus uel Peruſinus qui ſunt bellicoſi, & quibus eſſet uerecundia aufugere, ſi fuerit inſultatus, & fugere poſsit,an fugere debeat.*

*25 Robuſto uolente percutere debilẽ cum pugno,an debilis contra robuſtum poterit uti gladio.*

ANGELVS.

22 *EX his infert ibi Bald. ad qõ.
Quidam inſultauit me cũ baculo,
ego ne percuterer,eum cum gladio
feriui: unde mortuus eſt:quæritur
an debeam puniri:in quo cõcludit,
ſecundum glo.in d.l.j.uidelicet aut
inſultatus poterat aliter quàm cum
gladio ſe defendere:& tũc punitur:
aliàs non. alleg.no.in l.ij.C.de ſica.
In dubio autẽ cum fuerit inſultatus
cũ armis,quia fuſtes ſunt arma, præ
ſumitur quòd ſine armis ſe defen-
dere non potuit. Et etiam Bald. ibi

 infert,

infert.pone, quidam fecit cõtra me
inſultũ ſine ullo genere armorũ, uo
lens mihi dare unam maxillatã ma-
nu uacua: ego ne percuterer, gladio
ipſum interemi: an puniar. Et diſtin
xit, aut conſtat quòd poteram aliter
me defendere, & tũc teneor: qa nõ
ſeruaui modũ defenſionis, ſed uin-
dictã aſſumpſi: aut cõſtat quòd ego
non poterã euadere quin cũ uitupe
rio percuterer, & tunc licitè feci: nã
ſi hoc licet pro rerum defenſione:
ut d.l.j. ergo fortius propter pſonas
& corpus noſtrũ quod dignius eſt:
ut l.in ſeruorũ.ff.de pœn. aut dubi-
tatur, & tunc in dubio præſumitur,
quòd alia uia patuerit defenſioni
inter pares. Sed ſi inſultãs eſſet ro-
buſtus, & ego ſenex, tunc præſumi-
tur propter annorũ inæqualitatem
quòd nõ potuerim aliter me defen
dere ſecundũ d.gloſſ. unde multæ
circunſtãtiæ ſunt ponderãdæ: ut ex
23 prædictis patet.* Quærit Bal.in d.l.
j.uer.pone quidã fecit inſultum &c.
quidã cõtra me fecit inſultũ à cuius
facie poteram aufugere: non feci,
imò eũ pcuſsi: an teneat. Et cõcludit
aut uiolẽtia infertur circa res ad ea-
rum occupationẽ uel deſtructionẽ,
& non debet quis fugere: quia fuga
trahit ſecum periculũ circa res: ut l.
j.§.ſi quis autẽ.ff.de ui & ui ar. aut
circa perſonas: & tunc aut fuga im-
portat periculũ ſalutis: quia inimi-
cus eſt ſibi ad ſpatulas, & terga uer-
tendo de facili poſſet uulnerari, &
non debet fugere: imò ſalutẽ ſuam
tueri: ut d.l.ſcientiã.§.qui cũ aliter.
ff.ad l.Aquil. aut fuga importat peri
culum honoris: & tunc idẽ, ſecundũ
Iac.de Are. quia quilibet honorem
ſuum debet tueri: & eũ lucro prę-
ferre: ut ff.ſi qs omiſ.cau.te.l.iul. Et
quo etiam Bar.in d.l.j.C.unde ui.&
24 ibi Cy.dicũt*, quòd ſi eſſet unus Pi-
ſanus uel Peruſinus qui ſunt belli
coſi, & uerecundia eſſet aufuge-
quòd nõ debet fugere: ſecus ſi eſſ
alterius patriæ, ubi homines nõ
ſunt ita bellicoſi: quia nõ eſſet de
decus aufugere: & tũc aut fuga pe-
culũ nõ importat, ſed cautelã qua-
dam: tũc debet quis aufugere: qa
ſibi nõ nocet & alteri prodeſt: ut ff.
de aqua plu arcen.l.ij.§.itẽ, uar.
Et bene aduertendũ eſt quòd illud
quod dixi ſuprà, de honore, intel-
gitur etiã de leui: quoniã leuis ho-
nor eſt curandus. facit ff.de iniur.
l.iniuriarum.§.ſi quis de hono.
25 * Quid ſi robuſtus utitur cõtra de
bilẽ tantũmodo pugno: nũquid de
bilis poſsit uti gladio? gloſſ.in d.
dicit quòd ſic.& idem tenet ibi
Bar.& Bal.in uer.ſed pone robu.

AVGV. Tu autem in hac ma-
ria adde inquantũ ſuprà tactum
an ſi me inſultaſti ſine armis ſed
pugno, an poſsim te occidere im-
punè cũ armis. Aduerte quia dico
quòd poſsibile eſt quòd impunè cũ
armis poſſem te occidere iſto caſu,
& dicor feciſſe ad mei defenſionẽ
& hoc eſt ſi accuſatus probat per
teſtes, quòd ipſe occidẽs aliter nõ
poterat euitare illũ pugnum: quia
aliter illã iniuriã nõ poteram euade
re, niſi te occidã, hoc poſſum: & hoc
colligo ex doctrina Barto.in l.ſi
ff.ad legẽ Corneliã de ſica, qui uo
luit, quòd ſi probo feciſſe ad mei
defenſionẽ ſi interfeci te, probãdo
quòd aliter nõ poterã euitare illam
iniuriã realẽ, niſi te interficerẽ: ergo
ſi pro rebus hoc licet, multò magis
pro



pro perſonis: & hoc eſt quod dixit
etiã multũ eleganter Anto.de But.
in c.olim.extrà de reſtit.ſpo. qui ipſe
examinat iſtã materiã, qui dicit, ex
his apparet quòd Bartol. uult quòd
teſtes ad probãdã defenſionẽ non
debent concludere & deponere, ꝙ
aliter euadere nõ poterat: ſed quòd
aliter nõ poterat iniuriã defenſare,
uel euadere illã iniuriã perſonalẽ.
Vnde ſi ſum in uno angulo, ubi
perſtrinxiſti me, & uis dare unã ma-
xillatam mihi: & ita prope me eras,
quòd cũ pugno poteras me percu-
tere: nec poteram euadere quin me
percuteres: ego ne me percuteres,
capio unũ gladium quẽ habebã ad
latus, & te percutio & interficio: tũc
iſto caſu dicor feciſſe ad mei defen
ſionem per prædicta. Bene uerum
eſt, ꝙ iſto caſu opus eſt, ꝙ iſta pro-
bentur, quòd aliter nõ poterã eua-
dere illã iniuriã, niſi te gladio per-
cuſsiſſem: ut dictũ eſt. & in hoc fa-
cio differentiã inter illũ caſum, quã
do tu inſultaſti me cũ armis euagi-
natis: & ego occido te: quia iſto ca-
ſu non opus eſt, ꝙ iſta probẽtur, ſed
ſufficit ꝓbare & articulare id quod
ſuprà dixi in addi. in hac eadẽ gloſ.
quæ incipit, dixi ꝙ licita eſt defen-
ſio cũ moderamine inculpatæ tute-
læ. ſecus quãdo occido in caſu quæ-
ſtio. noſtræ: quia opus eſt probare
hoc p teſtes, quod dixi ſuprà: & hæc
nota. Nec huic concluſioni obſtat
quod ego dixi ſuprà, ꝙ ad hoc ut qs
dicatur non exceſsiſſe modũ, opus
eſt ꝙ arma ſint æqualia: pugnus cũ
pugno: ſi cũ armis paruis & non in-
haſtatis tãtundẽ debet eſſe ex par-
te defendẽtis ſe: quia prædicta non
militãt ubi offenſus eſſet ita coarcta
tus ab autore rixæ & ſic ab inſultã-
te: quòd niſi inſultatus gladio ſe de-
fendiſſet & percoſsiſſet illũ autorẽ
rixæ: licet aggreſſor arma non ha-
buiſſet, & uoluiſſet cũ pugno dare
ſibi unã maxillatam, aliàs inſultatus
non poſſet euitare illã iniuriã per-
ſonalẽ: & hoc probatur ex his quæ
ſuprà manifeſtè decidi, & maximè
per do.Bart.in l.furem. & melius in
l.j.C.unde ui. & do.Ant.de But.in d.
c.olim. ubi do.Ant. etiam multũ ele
gãter diſputat: an quis teneatur fu-
gere, ſi eſt inſultatus, ibi uide, & per
Ang. elegãtiſsimè in l.is q aggreſſo
rẽ.C.ad legẽ Cor.de ſica. & p Ang.
in l.j.C.unde ui. & ibi per Sali. ultra
oẽs. & per Bal.in l.ut uim.ff.de iuſt.
& iure. & probat in l j.C.unde ui.
26 *Inſultat⁹ an debeat expectare ſe pcuti.*

ANGELVS.

26 * QVAERIT ibi gloſ. an de-
beat expectare ſe percuti. & reſpon-
det ꝙ non, quàm ſequuntur docto.
ibi, & Bal.in uer. quærit gloſ. utrum
quis &c. qa melius eſt ante cauſam
uulneratam occurrere, quàm poſtea
remediũ quærere: ut l.j.C. quãdo li-
cet unicuiq; ſe ſi.iu.uin. & l.fin.C.in
quib.cauſ.in integrũ reſtitut. nõ eſt
ne. Itẽ nõ eſt remedium, cũ nec repa
rari poſsit: ut C.de appella.l.ſi quis
facit. quod not. Bart.in l.v.in princi.
etiam l.ſi ex plagis.§.tabernarius.
ff.ad l.Aquil. & ſuprà dixi. Quærit
etiam ibi gloſ. an debeat expectare
aliquem actum fieri ab offendẽte. &
glo. dicit ꝙ ſic, debet enim expecta
re ſe inſultari & armis & clamore
terreri: nec poteſt præuenire omnia
iſta: quia qui primò incœpit rixam,
ille eſt qui primò poteſt offendi: ut
ff.ad l.Aql.in d.§.tabernarius. & ibi
Bal.

Bal.& Flo.& ita dicit.Bal.in d.l.j.uer
ſi.ſed nũquid debeat expectare &c.

A V G V. Tu adde an quis de-
beat expectare ſe pri⁹ percuti,quod
Bar.per illũ tex.in l.idẽ eſt. §.armis.
ff.de ui & ui ar.dicit quòd non.&
idẽ Bar.& Ang.in d.l.j.C.unde ui.&
ideo do.Anto.de But.in ca.olim.ex-
trà de reſtit.ſpol.in xix.col.qđ Gof.
non laudat,ꝙ qs patiatur ſe primò
percuti:quia poterit eſſe ꝙ ſi expe-
ctaret primũ ictũ,non eſſet poſtea a
locus defenſioni,per l.ſi ex plagis.
§.tabernarius.ff.ad le.Aquil.& l.j.§.
cum arietes.ff.ſi qua.paupe.feciſ.di-
ca.ſufficit enim terror armorũ ſecũ-
dum Gof.& dic ꝙ de hoc habetur
xxiij.q.j.in ſumma.& in c.ſignifica-
ſti.extrà de homici.dicit tamen do.
Anto.quòd Cy.in l.j.C.unde ui.tẽ-
perabat hoc, qa dicit ꝙ quidã ſunt
qui minãtur antequam percutiant,
& percutiũt,& iſti nõ ſunt expectan
di:quidã uerò ſunt ita timidi ꝙ non
percutiunt,& iſti ſunt expectãdi:ut
l.j.C.ſi quis impe.ma.Refert tamen
do.Anto.ꝙ Bar.aliter dicebat,ſcili-
cet,ꝙ ſi ueriſimilia præcedũt indi-
cia,& actus manifeſti,quòd ille in-
tendebat offendere , & aliter iſte ſe
defendere non poterat,poteſt,aliàs
non.Et cõclude tu in hac materia ꝙ
an debeam expectare me prius per-
cuti , uel non : patet ex ſupradictis
deciſionibus proximis , quæſtio.in
text.& in addi.quia ſi tu aggreſſus
es me armis euaginatis,non debeo
expectare me prius percuti:idẽ ſi tu
eras ſine armis,& ego habebam ar-
ma:ſed aliter non poteram euadere
illã iniuriã perſonalẽ: & uide Abb.
in d.ca.olim.qui dicit quòd omnia
iſta relinquẽda ſunt arbitrio iudicis.

27 *Minis ſolis interuenientibus,an debeat*
*poßit minantem percutere.*
28 *Iniurioſis uerbis ſi aliquis protractus*
*fuit in rixam,& uulnerauit iniurian-*
*tem,an debeat puniri de toto uel de*
*exceßu.*
29 *Iuſtũ dolorem temperare eſt diffi-*
*limum:& ideo neſciens tẽperare mi-*
*tius punitur.*

ANGELVS.

27 *QVAERITVR an ex ſolis
minis[a] poſſit percutere minãtẽ.gl.
in d.l.j.ſentit , ꝙ ſic:ſi minator ſe
minas conſueuit exequi.arg.l.j.C.ſi
qua.præditus pote.Sed Bal.in d.l.j.
uer.ſed nunquid ex ſolis minis &c.
tenet contrariũ:qa licet quis mine-
tur,nõ incipit delinquere facto,ſed
uerbo,nec ad actũ proximũ proce-
dit:& ideo dicit ꝙ uerbis cõtra uer-
ba debet reſiſti:non autẽ ad minas
& ferrũ.allegat Spe.tit.de accuſa.
quòd ſi te uocaui latronẽ.dicit ta-
mẽ ꝙ ſi in mora expectationis ſit
periculum,ex quo liquet de an-
tunc tenet glo.quòd melius eſt con-
uerſus iniuriã preparare quàm in
diſcrimine coarctare. Quid ſi
ſi ille qui minabatur expectabat ſo-
cios uenientes:certe poterit præ-
niri:quia ſi expectaret,forte non poſ-
ſet ſe defendere.qđ tamẽ intellige
ꝙ hoc facere debet,ſi aliter euade-
re nõ poterat:ut patet ex prædictis.

A D N O T. a ¶ Minis. Adde quod
*committens delictũ per iram mitius pu-*
*nitur:ita Frã.de Are.in cõſi.xxxiiij.*

A V G V. Tu autem in hac mate-
ria adde,ꝙ ideo uidetur,ꝙ ex ſo-
lis minis quis poſſit aliũ percutere,
nã ſuprà ſæpe dictũ eſt,ꝙ ſufficit ſi
quis habuerit iuſtũ metum:ſed mi-
næ inducũt iuſtũ metum.gl.&
omnes doct.in l.metũ.ff.quod met.
cau.l.igitur.Et no.per doct.& maxi
mè Salic.in l.j.C.ſi qs impe.maledi.
ſed nõ recedo à doctrina Bal.in l.j.
C.unde ui.adde tamẽ unã mirabilẽ
28 limitationem. * quòd ſi qs minatus
eſt mihi,& propter iſta uerba iniu-
rioſa illata contra me uel propter
alia uerba iniurioſa,ego hoc modo
protractus ſum in rixã,& ego uulne
raui te,non debeo puniri de toto,
ſed de quãto ego exceſsi:iſta eſt ſin
gularis doctrina Ange.quam tradi
dit per illũ tex.in l.ſi adulteriũ cum
inceſtu.§.itẽ imperatores.ff.de adul.
qui Ang.dixit iſta uerba formalia ꝑ
29 illũ tex.Not.* ꝙ difficilimũ eſt tem
perare iuſtũ dolorẽ, & ideo neſciẽs a
temperare punitur mitius : & alle-
gat pro illis qui incidũt in aggreſ-
ſurã cõtra alterũ inferẽtẽ uerba in-
iurioſa:punitur enim tũc qa plus fe
cit,nõ quia ſe nõ debuit uindicare:
uerba enim iniurioſa ſunt illa quã-
do qs minatur mihi mortẽ.Idẽ etiã
qa proferũtur cõtra honorẽ meũ:ut
probatur in l.j.ff.de.iniur.coniũcta
l.pretor edixit.eo.ti.& hec bene no.

30 *Pater & mater an filium tam legiti-*
*mum quàm non legitimum defende-*
*re poßint.*
31 *Filius an[a] poßit uel debeat defendere*
*patrem & matrem.*
32 *Maritus uxorẽ,ſpõſus ſponſam,ama-*
*ſius cõcubinam,an defendere poßint.*
33 *Conſors conſortẽ,ſocius itineris ſociũ,*
*cohabitans ſociũ cohabitationis aut*
*uitæ,dominus ſeruũ , uaſallũ aſcripti*
*tium,familiarẽ conductũ,abbas mo-*
*nachum,monachus abbatem,an de-*
*fendere poßit,& an inſultans ſociũ*
*inſultantis offendere ualeat,mediator*
*quoque an offendi poßit.*
34 *Familiaris an dominum armis & cla*
*more,ac quocunque modo poteſt, de-*
*beat adiuuare.*

ANGELVS.

30 * QVAERO ſicut poteſt qs ſe-
metipſum defendere, an poſſit etiã
filiũ defendere.Bal.in d.l.j.uerſi.ex-
pedita eſt gl.&c.dicit,quòd docto.
dicũt, ꝙ ſic,per l.iſti quidẽ.ff.quod
met.cau.qđ Bal.intelligit,ſiue ſit le
gitimus ſiue nõ,quia natura cõmu-
nis eſt:ut l.hos accuſare.§.fina.ff.de
accu.nec poteſt cõſtitutio naturam
immutare:& ſic ſiue ſit in poteſtate
ſiue non:& ſic mater poteſt impunè
& ſine mãdato defendere filiũ:ut l.
31 quia mater.ff.de in ius uocã.* Quæ-
rit etiã Bald.in d.l.j.an filius[a] poſſit
defendere patrẽ & matrẽ:& in uer.
ij.queſtio eſt,an filius &c.dicit quòd
ſic:imò etiã dicit quòd ſi filius non
defendat patrem & matrẽ,punitur:
ut l.utrum.ff.de parri.Itẽ carnẽ ſuã
quis nunquam habuit odio.ut not.
32 in l.ij.ff.de in ius uocan.* Quæro
an maritus poſſit defendere uxorẽ
ſuam:uel econtrà.Bal.in uer.ij.que-
ſtio,an maritus & cetera.dicit quòd
ſic:quia duo ſunt in carne una.xxiij.
q.ij.c.admonere.Idem de concubi-
na & amaſio propter amicitiã non
leuem que inter eos extat.ff.de uer.
ſigni.l.inter amiciſsimos.& quia do
meſtici ſunt & quadã ſocietate iun-
guntur.ff.de diuor.l. quod ait.& ff.
de adulte.l.ſi uxor.§.ſi minor.uer.ꝙ
ſi in concubinã.& C.de bo.quæ lib.
l.nõ ſine.Idem de ſponſo & ſponſa,
quia eodẽ zelo amoris adinuicem
cõnectuntur:& quia de ſpõſa & uxo
re idẽ debet eſſe iudiciũ.ff.de ſpon
ſa.l.oratio.& in d.§.ſi minor.ita di-
xit Bal.in d.l.j.uerſicu.quinta eſt,an

ſponſus &c.& etiã amici mei & ui-
cini mei,& peregrini poſſunt per-
cutere uolẽtẽ me expellere de poſ-
ſeſsione mea:ita dicit Bart.in l.de-
33 uotũ.C.de metal.lib.xij.*Idẽ & cõ- b
ſortes:quia iniuria quæ fit uni,fieri
b uidetur toti conſortariæ [b]: & ideo
omnes proſequi poſſunt eorũ iniu-
riam:ita not.dicit Bart.in l.cum ſci-
mus.in prin.ij.col.C.de agri.& cen-
ſi.lib.xj.& etiam ſocius itineris po-
teſt defendere ſociũ, qa iniuria eſt
communis: ut ff.de iniur.l.itẽ apud.
§.tenetur.& idem in ſocio cohabi-
tationis uel uitæ.xxiij.q.iij.c.hac ra
tione.per totũ.& etiã poſſum offen
dere ſocium criminis qui crimino-
ſo & criminis aggreſſori ſocius eſt:
ut l.j.C.de rap.uirg.& l.raptores.C.
de epiſco.& cle.ita dicit Bal.in d.l.j.
uer.ſexta eſt an quis & cætera.quan-
nis ſocium criminis poſsim offende
re,non tamẽ poſſum offendere me
diatorem uel aliũ circunſtãtẽ qui ſe
de crimine non impedit, aliàs te-
neor:ut d.§.qui cum aliter.an domi
nus poſsit defendere ſeruum & ecõ
tra.Bal.in d.l.j.dicit,ꝙ ſic, ut l.Lu-
cius.ff.de appel.& ibidẽ dicit idem
in uaſallo & aſcriptitio:& idem di-
cendũ eſt de abbate in monachũ &
econtrà:nam pro iure ꝙ quis habet
in iſtis,ſua intereſt pecuniariter eos
non lædi:& idẽ dicit in familiari cõ
ducto;quia eſt de domini familia:
34 ut ff.de uſu & hab.l.ij.* Et idẽ quia
familiaris debet adiuuare dominũ
armis & clamore,& quocunq; mo-
do poteſt,etiã cũ ſui corporis peri-
culo:ut l.j.§.eod.autem tecto.ff.ad
Silla.& l.cum dominus.eo.titu.& ita
etiã tenet Flo.in d.c.qui cum aliter.

ADNOT. a ¶ An filius. *Adde & uide* Bal.*in conſi.viij.in prima parte incip.in cauſa uertente inter* Chriſtophorum.*ubi quòd filio naturali* licet defendere patrem.Ber.

¶ Conſortariæ. *Adde & uide* Alex. *in conſi.xcvij.in j.uolu.*Ber.

AVGV. Tu autem in hac ma-
ria adde hic,ꝙ doct.maximè Bald.
l.ut uim.ff.de iuſt.& iur.uidẽtur ap-
probare omnes iſtas cõcluſiones.Et
aduerte: quia ſi licitũ eſt uni extra-
neo defendere unũ inſultatum,mul
tò magis iſtis perſonis, de quibus i
quæ concluſio, an ſit uera uel falſa
dixi ſ.in hac gloſ.in j.addi. Sed a-
uerte,quia do.Ang.tangit hic unã
pulchrã concluſionẽ, an licitũ ſit
hi offendere nõ inſultantem me,ſed
ſociũ illius qui aggreſſus eſt me,
mediatorẽ.Et in hoc allego mi-
rabilẽ doctrinã Ang.quã poſuit in
ij.C.ad l.Cor.de ſica.per quã do-
nã poteris limitare prædicta:Nã
xit Ang.ibi per illã gl.ſi. Nota-
biliter hãc gl.quæ decidit ꝙ con-
tus in uitæ diſcrimine propter
tũ:nedũ quòd impunè poſsit
dere inſultãtẽ & occidere:imò
ipſius & aliũ,ſi per illud euadit
lo diſcrimine.Sed dicit Ang.
dictũ eſt de nõ ſocio.intellige
nõ fecit ex propoſito : uel ſi ex
poſito, nõ eſt tamẽ puniẽdus l.Cor-
nelia: quia fecit ob tutelã ſui,
tẽ principaliter ob iniuriã:& pone
exẽplũ,ſi unus ex bono ꝓpoſito
nit ad mediãdũ:& cepit fortificã
tantẽ & inſultatũ,& qa uires inſulta-
tis præualebãt:niſi inſultatus talem
diãtem percuſsiſſet, fuiſſet occiſus
nullus dixerit talẽ occidentẽ teneri
de homicidio:& dicit Ang.quòd
gl.in d.l.ij.hoc uoluit ſing.& allegat
pro



pro hoc,quia igne immiſſo in unam
domũ,licitũ eſt deſtruere domũ uici
ni,ut ignis cõuolãs nõ cõburat meã:
ita licitũ eſt percutere ne occidat, ar
guẽdo de rebus ad pſonas,quòd eſt
no.dignũ ſecũdũ ipſum. Si aũt per-
cutiẽs aliũ nõ eſſet in tali diſcrimine
cõſtitutus,tũc dicit Ange. ibi , quod
tũc percutiens teneretur de tali per-
cuſsione:etiã ſi ipſum occidiſſet præ
ter propoſitum:licet tunc non tene-
retur l.Corne.de ſica.quia non dolo.
alleg.tex.in l.ſcientiam.§.qui cũ ali-
ter.ff.ad leg.Aqui. Et hæc certè not.
quia pulchra & ſingularia ad euadẽ
dum hominem à morte.

*36 Defendere aliquem promittens,an teneatur illum defendere.*

ANGELVS.

35 *QVID aũt ſi qs promiſerit ali-
quẽ protegere & defendere : nõ di-
co in cõtractu,de quo loquitur l.fin.
C.de ac.emp.iſtã quæſt.format Bart.
in prima conſtitutione ff.& ibi de-
terminat quòd poteſt & tenetur etiã
ipſum defendere cum armis:& alle-
gat text.cum glo.in l.deſertorem.§.
fi.ff.de re mili.

AVG. Tu aũt in hac materia ad-
de, quòd poteſt eſſe in contractu,
etiam uerbũ defendere intelligitur
cũ armis:& hoc quando unus ſupe-
rior uẽderet uni priuato.ita per bo-
nas rationes cõſuluit multũ elegan-
a ter Pe. [a] de anc.in conſi.ſuo lxxxiij.
incip.in Chriſti nomine omiſſo pri-
mo dubio.quæ concluſio an ſit uera
uel falſa, latè ego dixi de omnibus
iſtis poſt Moder.in l.ſtipulatio iſta.
ff.de uer.ob.dic ut ibi latè dixi.

ADNOT. a ¶ Pet.de anc. *Adde Pau.de ca.in conſi.cxcvij.in j.impreſſis.Bernardi.*

*36 Vulnerato Seio à Caio ſtatim aufugiente,ſi Seius poſt Titium aufugientem currat, & illi uulnus inferat,nunquid Seius punietur.*

ANGELVS.

36 QVAERITVR,Titius uulnera
uit Seiũ,& ſtatim aufugit.Seius poſt
eum currens uulnerauit eũ quod nõ
licuit,ut patet ex prædictis:nunquid
punietᷣ ac ſi primò offenſus nõ fuiſ-
ſet.Bal.in d.l.j.uer.decimo queritur,
Titiꝰ &c.ſecũdũ Ia.dicit ꝙ debet pu
niri,quia difficilimũ eſt iuſtum do-
lorem temperare: ut l.ſi adulteriũ.
§.imperatores.ff.de adul.Mitius ta-
men punietur,non tãquam doloſus
ſed tanquam culpoſus:& quia incõ-
a ſultus [a] calor caret uitio doli: ut ff.
ad Turpil.l.j.§.quæritur. quod not.

ADNOT. a ¶ Inconſultus calor. *Adde tu & uide Fran.de are.in cõſi.lxxx.qui idem dicit.Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia
adde,quòd dum eſſem aduocatus,ui
di multos aduocatos refricãtes in
dubium,an iſta cõcluſio ſit uera uel
falſa : ſed ſemper mihi placuit iſta
ſententia Iaco.de are.pro qua alle-
go in terminis Ant.de but.eam ap-
probaſſe in c.olim.extrà de reſt.ſpo.
in xix.colum.& ita pro hac opinio-
ne conſuluit Bal.Papiæ:ut in termi-
nis noſtris:& refert & ſequitur Pau.
de caſt.in conſilio ſuo cxc.in fi.& ui-
de Salicet.in l.prima.C.unde ui.ad-
de Alberi.in ſecunda parte ſtatuto-
rum.q.xlv.

*37 Vulnerauerunt ſe duo ſimul, & ignoratur quis fuerit aggreſſor, quid fiet.*

ANGELVS.

37 * QVAERIT gl.in d.l.j.quid ſi
dubitetur utrũ ſit factũ ad defenſam
uel nõ:quia duo ſimul percuſſerunt,
& igno

& ignoratur qs fuerit agreſſor.gl.in l.j.§.cũ arietes.ff.ſi quad.pau.fe.dic. dicit ꝙ uterq; abſoluitur.& Bal.in d. l.j.uer.duodecimò quæro cũ gl.&c. dicit ſic.non enim uidetur maleficiũ probatũ,quia defenſio nõ eſt maleficiũ:& certũ eſt ꝙ alter eorũ cõmiſit maleficiũ. Iniuſtitia igitur eſſet,ſi uterq; cõdẽnaretur:qa innocẽs propter peccatorẽ periret:ut no.glo.C. uti poſ.l.j. Sed contrariũ uidetur,ꝙ ratione dubii uterq; condẽnetur ff. uti poſ.l.ſi duo.in prin.melius facit ff.ad leg.Aqui.l.ſcientiã.§.qui cum ſtramenta.Si uerò conſtaret quis eſſet in culpa, ille condemnaretur.ff. ad leg.Aqui.l.quemadmodum. §.ſi nauis.Si autem cõſtaret quòd unus fuit in culpa,alter nõ:ſed non appa-ret quis iſte, & quis ille, dicit Bal.ꝙ quidam tenẽt gl.alii quòd nulla defenſio eſt probata,cum probatio ſit incerta & obſcura:ideo non releuat. c.cum in præſentia.de proba.& defenſio,tanquam exceptio peremptoria liquidò eſt probanda. Si autem conſtaret quòd unus alterũ, & alter alterum offendit,nec quicquã aliud probatũ eſt ad defenſionem, tũc uterq; punitur:nec ob.§.qui cùm ſtramẽta.quia ibi datur opera rei licitæ: ideo facilius recipitur excuſatio,quia nõ ita præſumitur dolus,ſicut in factis illicitis.ff.de iniu.l.illud.& l.ſeq. qđ no.quia ſemel habui de facto:&
a iſtã opinio.ſequutus fui. [a] licet Bar. teneat glo.in d.§.cũ arietes.Sed ueriorẽ credo opinionẽ Bal.ne delicta remaneãt impunita per rationes ſuas.Et adde prædictis qđ no.Bar.in l.ſi ſeruũ.§.ſequitur.ff.de uerb.ob.& in l.cum pater.§.libertis.ff.de leg.ij. Sed in ſimili elegãter no.Bal.Ang.& Imo.in l.ſi mora.ff.ſolu.mat.qa facit differẽtiã an quò ad ſe dicant rupiſſe pacẽ,an quò ad uindictã publicã dic ut ibi:quia eſt bona determinatio.& ibi uideas Ludo.qui plenè bene loquitur.& Io.an latè in add. ad Spe.in tit.de treu.& pa.in rub. Bal.in l.ut uim.ff.de iuſt.& iure.& l.qui fidem.de tranſac.& in l.cũ proponas.& l.petens.C.de pac.

ADNOT. a ¶ Sequutus fui. *Adde quòd opi. Bald. ſaluari poteſt per text.in l.ita uulneratus. § .ita autem qui dicit pro publica utilitate cõtra ſubtilem diſputãdi rationem multa in iure ciuili recepta fore:& per illum tex.dix. Ro.in conſi.cccj.ꝙ iudex põt teſtẽ punire de falſo,qui dixit ꝙ Titius poſſedit per tẽpora & tẽporibus in c.annotatis cũ ſtatutũ eſſet,q, Titius poſſederat per ſeres & plures annos,& reuera nõ poſſederat,niſi per quatuor mẽſes,licet doctoris ſubtilitate poſſet dictũ talis teſtis ſaluari.& ꝙ doctrina Bar.in l.ſi in rixa ciat ad doctri.Bal.nõ uidetur ueniꝗ in d.l.ſi in rixa.apparet de principio ne delicti.& certũ eſt ꝙ omnes deliquerunt:ſed in caſu propoſito nõ apparet de principio nec fine delicti:nec certum ꝗ ambo deliquerũt,imò incertũ:unde propter incertitudinẽ uidetur ꝙ opi.glo. Bart.procedere debeat:& per eum uoluit Ro.in conſi.cccci.ubi uult ꝙ ſi incendiũ exoriatur in domo in qua habitant,& ignoratur cuius culpa proceſſerit:quòd propter incertitudinẽ ambo abſolui debent.* Ber.

AVG.Tu aũt in hac materia adde ꝙ Bal.in d.l.j.§.cum arietes.dicit ꝙ inquantũ illa gl.uoluit,ꝙ ſeq debet abſolutoria. Nã dicit ipſe ꝙ docẽnẽt cõtra illam gl. Et ideo dicit ꝙ ſi duo inuicẽ ſe percuſſerũt unus alterum,& alter alterum,in nullo ſit abſolutio, ſed uterq; condẽnabitur. Et hoc uoluit etiam Bal.ibi in add.in d. §.cum arietes. & expreſsius in l.ut uim.ff.de iuſt.& iur.qui dicit, quòd illa gl.in d. §.cùm arietes.quæ uoluit, ꝙ neuter puniatur,debet intelligi,ꝙ nemo puniť ſub nomine delicti inſultus:ſed ſi interuenit cædes,& uulnera, de iſtis uterq; puniť: uel dicit, dic uerius, ꝙ ad intereſſe partis nemo punitur:ſed bene puniũtur criminaliter:quia ambo delinquunt cõtra rẽpublicã. & iſta cõcluſio probatur p doctrinã Bart.in l.ſi in rixa.ff.ad leg. Corne.de ſica.qui dicit, ꝙ ſi plures uulnerauerunt aliquem, & erat unũ uulnus mortale tantũ: & ignoratur quis fecerit illud: ꝙ in dubio tali omnes debẽt decapitari.Non ergo eſt inconueniẽs, ꝙ unus patiatur pœnã pro alio,cum quis dat operã rei illicitæ,etiã inquãtũ Dominus Ang.hic incidenter tangit illã materiã,quando ruperunt pacẽ, & ignoretur qui fuit aggreſſor ad hoc,ut pax dicatur rupta. Adde & dic ut ego latiſsimè dixi ultra doctores in add. meis poſt Moder.in l.mora.ff.ſo.ma.dic ut ibi.

SVMMARIVM.

1 *Lege Corneli.de ſica.quis teneatur,ſiue liberum hominem,ſiue ſeruum interemerit.*

ET ex interuallo dictus Titius ex dictis uulneribus mortuus fuit, & eſt ut uotum ſuum iniquũ dictus Caius ad-
1 impleret. * Et quis teneať de ſicariis,ſiue liberum hominem,ſiue ſeruum interemit:uide l.j.§.j. ff.de ſica. inſtit.ad l.Aquil.§.liberum.ff.ad legem Aquil.l.idem Neratius.§.ſi dolo.& ibi not.gloſſ.



AVG.Quia hic non intendo tractare iſtam materiam,ſed infrà dicetur in hac eadem gloſſ.in uerſicu.& aduerte, qa pœna homicidii eſt pœna capitalis:dic ut ibi dicam.

1 *Vulneratus ſi ex interuallo moriatur: an intelligatur mortuus ex præcedentibus uulneribus.*

3 *Vulneratus intra quod tempus præſumatur mortuus ex uulnere.*

4 *Iudex in electione medicorum adhibendorum uulnerato, quando debeat ſe intromittere.*

ANGELVS.

2 * QVAERO,ſi ex interuallo moritur, præſumatur mortuus ex dictis uulneribus.Iſtam quæſtionẽ format Bar.in l.ſi in rixa.ff.de ſica.& allegat gloſſ.ſingu.in l.j. C. de emen.ſeruo. q dicit, ꝙ ſi uiſus fuit ambulare etiã cum baculo poſt tres dies à die uulnerum,non præſumitur mortuus ex dictis uulneribus:ſed Bar.dicit ibi,ꝙ ſtandum eſt iudicio medicorum:ut l. ſemel.C.de re milit. & ſi plures poſſint haberi,plures adhibeantur: aliàs ſufficit unus, ut in auth. de non alie. aut permu.§.quod autem. uide clarius per Bartol.in proœmio ff.in ſi. princip.& ibi Cyn.& Bal.in tertia colum.uerſi.& ideo an uulnus ſit mortale &c.& ibi Cyn. & Bal.in c.j.quib. mo.feu.amit.uerſi.ſed quid eſt,quod ibi dicitur &c.& Bart.in auth.de non alienan.§.qđ autem.per illum tex.& ibi Ang.& Spe.tit.de prob.§.ſi.uerſi. hoc quoque no.ubi plenè facit quod not.Bar.in l.j.§.j.ff.de uen.inſpic.& Petr.de Ancha.in c.presbyterum.de homici.& Bal.in c.j.in princip. quib. mõd.feu.amit.in ij.colum.uerſi.quidam quod dixit &c. & Ange.in l.j.C. de emen.ſer.& pro hoc eſt tex.in ca.

ſignificaſti.lo ij.ibi, iudicio peritorū.
de homic.& ibi Ioan.and. & iſtud pu
to uerum:licet Salic.in dicta l.j.C.de
emendatio. ſeruo. aliter diſtinguat:
quoniam tex.uariè loquuntur. Nam
dict.gl.dicit de tribus diebus. ad idē
c.ſi qua fœmina.l.di.ſed in ca.conti-
nebatur. de homi. uidetur dicere de
octo diebus . facit d.c.presbyterum.
ubi dicit intra paucos dies:& c.ad au
dientiam.eo.tit.dicit aliquandiu.fa-
cit quod not,Floria.in l.ait lex. ff.ad
legem Aquil.

2 A V G.Tu autem in hac[a] materia
adde quòd certè reperio doc.& tex.
uario modo locutos eſſe. Nam An-
gel.in l.prima.C. de emen.ſeruo.di-
cit not.iſtam gloſſam,quæ eſt ſingu-
laris,& nō eſt alibi, ſecundum qđ hic
loquitur de triduo.Nam dicit,loqui-
tur ſecundum legem Moſaicam: ſed
in foro contentioſo, tam in canoni-
co,quàm ciuili,non ſufficit:licet per-
cuſſus poſt triduum ambulet ſuper
grabatum ſuum : ſed ſi ambulauerit
poſt dies xl . quia nullus uulneratus
ſecundum ſententiam medicor,po-
teſt uiuere ultra xl.dies poſt uulnus:
unde ſi per unam diem uiuit, & poſt
ea decedit,præſumitur mortuus non
ex uulnere:eodem modo dicit ſi uul
nus non eſſet mortale. & hoc proba
ret per medicos : quorum ſententiæ
debet ſtari,dicta l.ſemel. Adde tamē
quòd Dominus Antonius de Butrig.
in c.præterea.de cle.percuſ.dicit no.
3 ex iſto text.cum gl.* quòd ſi in breui
poſt percuſſionem ſecuta eſt mors,
præſumitur quòd ſit mortuus ex per
cuſſione uulneris : ſecus ſi poſt lon-
gum tempus eſt mortuus:quia præſu
mitur,quòd non ex uulnere ſit mor-
tuus: & hic text.declarat quantum ſit
longū tempus,ſcilicet poſt octo mē-
ſes.Limitat tamen ibi hoc do.Anto.
de Butrig.dicens,hoc credo arbitra-
rium attenta quantitate , & qualitate
uulneris. Aliam limitationē dat etiā
ibi do.Abb.in d.c.præterea.qui dicit
quòd licet quis ſuperuixerit per octo
menſes à die uulneris,ut non præſu-
matur mortuus ex uulnere.Nam di-
cit hoc uerum,quādo percuſſus poſt
octo menſes conualuit,ut ſentit glo.
in l.j. C.de emend.ſer. Secus uerò ſi
uulneratus ſemper in deterius ſeba-
buit:& tandem deceſſit.Subdit tamē
ꝙ hæc regula ſatis pōt relinqui ar-
bitrio iudicis.Gand.uerò in tract.ma
leſi.ſub ru.de homicidiariis.in q.quæ
incipit , Quæſtio etiam dubitabilis
ſubſequitur.ibi uidetur uelle,ꝙ ſta-
tur iudicio medicorum. Iſtam partē
credo uerā.Et ideo Alber. de Roſ.
in ſecunda parte ſtatutorum.q.
quæ incipit, item quid ſi aliquis uul-
nerauit aliquem. ubi Alb. facit men-
tionem de omnibus iſtis, quando ali-
quis etiā ſuperuixit poſt uulnus per
octo menſes,& multa allegat,
tos doct.tandem Albe.ibi dicit,ꝙ in
hoc caſu ſemp uidit ſtari dicto medi-
corum : & dicit , ꝙ ita de facto
nuit.Et inquantū dictum eſt,
medicus, uel plures adhiberi
ad uidendum,an uulnus ſit mortale,
uel non. Adde quæ ſuprà latè
gl.quæ incipit , (una alia percuſſio-
ne,& uulnere.)in prima additi.
&quid ſi iſti medici diſcordant,quid
faciendum eſt?Adde quæ latè
prà in gloſſ.in uerbo,(cicatrix.)
Bal.tamen in c.j.quibus mo.feudum
amit.uidetur uelle , ꝙ ſi medici
uarii,& ille mortuus eſt,ꝙ præſu-
tur mortuus ex uulnere. & Gand.



loco ſuprà allega. dicit , ꝙ ſi medici
dubitāt, an uuln⁹ ſit mortale,uel nō,
& ille moriatur , ꝙ dicitur mortuus
4 ex uulnere.tene tamen * menti quæ
dixit Gandi.in loco ſuprà allegat. ꝙ
in electione iſtorum medicorum iu-
dex nō debet ſe intromittere,ſi ami- 5
ci uulnerati, & uulnerantis concor- a
dant ſe in electione medicorū.Si ue-
rò diſcordāt,iudex eliget ipe. Et hoc
etiam uidetur uelle Io. and.in addit.
Spe.in titu.de homici.§.j.in princ. &
do. Anto.de Butr.in d.c.propoſuiſti.
licet non ita clarè loquatur ſicut lo-
quitur Gand. uide pulchrum conſiliū 6
Pet.de anch.in cōſil. ſuo cclxxxv.qui
dicit,ꝙ ſi quis poſt uulnus uixit poſt
tres dies , nō dicitur mortuus ex illo
uulnere,ſecūdum gl.uel aliter ſecū- b
dū Dy.ſi dicim⁹ tēp⁹ eſſe arbitrariū,
dicit ꝙ iudex habet arbitrari,ꝙ poſt
uulnus in breui debet mori.iſtud bre
ui,debet arbitrari intra tres dies: uel
melius,ſi unus medic⁹ dicat, ꝙ mor
tuus eſt ex morbo ſuperueniente:li-
cet milies conſtaret de morte, talis
occiſor non debet mori : ſicut dici-
mus in ciuilibus : ſi per duos teſtes
conſtaret de debito,& per unum te-
ſtem de ſolutione : tamen per unum
ſolum teſtem idoneum de ſolutio-
ne eliditur illa plena probatio: ita in b
criminalibus dicendum eſt,ibi uide.

ADNOT. a ¶Tu autē in hac. *Adde tu hic quæ poſui ſuprà in uerbo cicatrix.*

ADDITIO. *Tu adde domi. Boniſa.* Vitali.*in ſuo opere maleſic. in rubr. quid ſit accuſa.nu.*131.*uer.ſed quid uulneraſti aliquem &c.*

3 *Vulnerato mortuo ex negligentia, uel mala cuſtodia ſua aut imperitia medicorum, reus tenebitur de uulneribus, non de occiſo.*

9 *Vulnerans unum debilē, propter quod uulnus regulariter ſanus non moreretur:ſi ille debilis moriatur, an tenebitur de occiſo.*

ANGELVS.

* QVAERO,quid ſi mortuus
[a] eſt ex negligentia ſua,uel mala cu
ſtodia,uel medicorū imperitia. dico
ꝙ reus tenetur de uulneribus, & nō
de occiſo:ut l.qui occidit.in fi. & ibi
Flor. & in l.ſi ex plagis.in prin. ff.ad
leg.Aquil.Sed ſatis dicas in uer.quę-
ro aliquis fuit uulneratus & cætera.
* Quid autem ſi percuſſit unum de-
bilem , & intulit uulnus, ꝙ regulari-
ter in ſano non eſſet mortale, & ille
debilis , uel infirmus moritur,an te-
neat̄ de occiſo? dico ꝙ ſic [b] :ut l.qua
actione. §.ſi quis ſeruum ægrotū.ff.
ad l.Aquil.& ibi Flor. & in l.ita uul-
neratus.quod bene no.qa uidi Nur-
ſiæ aliquos errare uolētes defende-
re homicidas:qa capitulāt, ꝙ uulne-
ratus erat debilis, & cætera.& capitu
lant cōtra ſe,ut patet in dictis iurib⁹.

ADNOT. a ¶Mortuus. *Adde & uide do.Bar.ſozi.in cōſi.clxxviij.quaſi per totum. ubi de uulnerato qui deceſſit poſt octo menſes quādo dicatur deceſſiſſe ex uulnere.*

¶Quod ſic. *Adde tu & uide* Rapha. *cu.in cōſi.cxxxiiij.&* Cæpo.*in conſil.lxij. Bernar.*

A V G. Tu autem in hac materia
adde de hac prima concluſione,quā
tangit hic do. Angel. dic ut infrà di-
cam in additio.meis, in illa quæſtio-
ne quæ incip.Sed quæro aliquis uul-
neratus fuit.ubi tangam materiam.
De hac autem ſecunda concluſione
conſidera, ꝙ doct. in locis ſuprà al-
legatis uoluerūt, ꝙ ubi uulnus eſſe

mortale,tunc mortuus dicitur ex uul
nere:poteſt ergo eſſe, ꝙ uulnus qđ
non eſt mortale in uno,erit mortale
in alio, per d.§.ſi quis ſeruum ęgro-
tū.& ideo no. q̃ dixit Bal.ibi in d.§.ſi
quis ęgrotum.Adde tamē ꝙ maiora
& grauiora uulnera ſuſtinet fœmina
quàm maſculus, ut eſt gl.no.in l.ni-
hil intereſt. ff.de adulte. quæ allegat a
bonam l.& adde hîc illud conſilium
Pet.de Anch.in conſilio ſuo cclxxxv.
de quo ſuprà in addit.proximè præ-
cedenti feci mentionem.

7 *Statuto an poſsit imponi pœna pecu-niaria pro homicidio.*

8 *Conſuetudo quandoque excuſat à pœna homicidii.*

ANGELVS.

ET aduerte quia pœna homici-
2 dæ eſt pœna capitalis [a] :ut l.iij.ff.de
7 ſica.* Et ideo quæro an per ſtatutum
pro homicidio poſsit imponi pœna
pecuniaria.Barto.in l.j.in fi.iij.col.ff.
de publi.iud.uidetur ſentire, ꝙ per
ſtatuta pœna homicidii poſsit alte-
rari.Contrarium uerò tenent Hoſti.
& Ioan.and.in c.fi.de conſue.quia ta
le ſtatutum uidetur dare materiā de-
linquendi. & ita tenet Tancredus
de Corne.in ſua compendioſa. Sed
quòd ualeat ſtatutum, & ſic pro Bar.
poſſet allegari,qa de iure ff.pro ho-
micidio non erat ſemper pœna de-
capitationis: ut l.tertia. in §.fi.& qđ
ibi no.ff.de ſica. Ergo & p ſtatuta idē
poteſt induci,niſi fortè dicas, ꝙ quia
p leg. Corn.puniebatur affectus, etiā
ſi effectus non conſequebatur:ut l.di
uus.ff.de ſica. cuius contrariū faciūt
hodie ſtatuta:& ideo l.Cornelia.to-
lerabat aliam pœnā quàm mortis,qđ
ſingulare eſt, ſecundum Imo.in d.l.
prima.in fi.ff.de pub.iudi.facit quod
not. Bald.in c.j. §.iniuria.de pa.iura.
firman.in x.col.

ADNOT. a ¶Capitalis. *Adde ꝙ quando lex uel ſtatutū ſimpliciter imponunt pœnam capitis, intelligitur de ciuili non naturali.ita Alex.in cōſi.ciij.& conſi.cxvj.in j.uol.*

AVG.Tu adde ꝙ doct.noſtri ui-
dentur tenere, ꝙ tale ſtatutum [a] ua-
let. Nam præſupponunt tale ſtatutū
ualere. Et ita uidetur eſſe de mente
Bar.& do.in l.trāſigere. C.de tranſa.
& Bar.in l.j.ff.ui bon.rap.faciunt no.
per Bal.in l.reos. C.de accuſ.& uide
Bal.in c.j. §.iniuria.de pace iura.fir-
man.& in c.j.§.ſi quis alium.de pace
ten. Adde Albe.de roſa.in ſecunda
parte ſtatuto. q.cxx.ubi allegat mul-
ta,quòd tale ſtatutum non ualet.di-
cit tamen,ꝙ totus mundus obſeruat
contrarium, quòd talia ſtatuta obſer-
uentur, quòd pro pœna corporali
ſoluatur pecunia. Item ſcias, ꝙ pro
homicidio non imponitur pœna ca-
pitalis,ubi multorū iacet ſtrages.&
dicit multùm eleganter Ang.in l.an-
nul.ff.ad leg. Corne.de ſica.quia
dixit multum not.in l.tertia. §.ſi.
ff.ad leg.Corne.de ſica. ꝙ hodie in-
diſtinctè,ſiue in nobili ſiue in hu-
liori cōmittēte delictum impor-
ſemper pœna mortis. & allegat bo-
nā gl.inſti.de publi.iud.§.itē lex Cor-
nelia.& illæ alię pœnę ubi uiles ſi
iiciebant̃ beſtiis, & digniores de-
tabantur in inſulā,nō ſunt in uſu.
ī locū earū imponit̃ pœna mortis.
an p homicidio imponat̃ pœna mor-
tis,uide Bal.in l.data opera.in pri.
charta.C.qui accuſare. & text.in l.
mo.C.de epiſco.audien. Adde
no Angl.ponentem pœnas l.Cor-
liæ de ſica.in l.is qui cum telo ad
legem



legem Corneliam de ſica.& ibi facit
mentionē de ſtatuto Peruſino,quod
imponit pœnam pecuniariam pro
homicidio. Dicit tamen Bal.in c.j.§.
furtum.de pace iura.firman.in fine.
ibi format queſtionem,quòd pro ho
micidio imponatur pœna x.ducato
rum:ſed dicit quòd Arch.xxiij.q.iiij.
in c.duo.dicit quòd non ualet ſtatu-
tum imponens pœnam contentibi-
lem pro homicidio: hoc dixit uerū
8 Bal.niſi ſubſit alia iuſta cauſa.* Adde
tamen quòd conſuetudo quandoq;
excuſat à pœna homicidii.Ita conſu
luit Pe.de anch.in conſi.cclxxxv.qui
euaſit unum puerum xvj.annorum,
qui in una bataiola occidit alium:ſi
ibi ita erat conſuetudo ꝙ bataiola
fieret:idem ſi eſt bataiola hominum:
ibi uide.

ADNO.a ¶Tale ſtatutum.*Adde Fran.de are.in conſi.lviij.qui idem tenet cum ſit ex cauſa.*

9 *Occidens hominem monſtruoſum, an ſubſit ſtatuto punienti interficientem hominem.*

ANGELVS.

9 * QVID autem ſi hominem mon
ſtruoſum interfecit, an puniatur ex
ſtatuto quod punit interficientē ho-
minem?Bal.in l.quod dicitur.ff.de li
be.& poſthu.dicit per illū text.quòd
ſic: quia ſatis eſt quòd habeat ſpiri-
tum & animam:quod Ange.& Imo.
dicunt ibi eſſe uerum,quando habet
plura uel pauciora mēbra quàm de-
beat:ſecus ſi habeat caput animalis:
quia tunc non eſt homo:ut l.nō ſunt
liberi.& quod ibi no.per gl.& doct.
ff.de ſtatu.homi.

AVGVST.Tu autem in hac ma
teria adde, quòd illa corpora quæ
aſsimilant̃ animalibus,uocātur pro-
digioſa:ut no.gl.in d.l.non ſunt libe
ri.& tex.alleg.in l.oſtēſum.ff.de uer.
ſigni.ſed imò uidetur quòd talis oc-
cidens huiuſmodi prodigia tenea-
tur lege Cor.de ſica.text. alleg. in l.
quæret aliquis.ff.de uerbo.ſigni.ubi
dicit quòd imò ibi ſunt liberi & filii,
& proſſunt matri.Sed ſolue ut nota
tur in dictis iuribus,nō dubito ſi ha-
bēt animam rationabilem,licet ſint
corpora contra naturam edita,quòd
talis tenetur lege Cor. de ſica.aliàs
non,per prædicta.

10 *Aborſum qui facit ut fœmina faciat. an comprehendatur in ſtatuto punien te qui hominem interficit.*

11 *Prægnantē filiā repertā in adulterio,ſi pater occidat,nulla pœna tenetur.*

ANGELVS.

10 * QVID ſi quis faciat quòd mu-
lier abortiatur,an teneatur pœna di
cti ſtatuti?Bal.in d.l.quod dicitur.di-
cit quòd nō: quia qui eſt in utero nō
eſt homo:ſed homo effici ſperatur,
ut l.apud ueteres.C.de fideicommiſ.
libe.qua autem pœna talis puniatur,
habetur in c.ſicut.lo ij. de homici.qa
diſtinguit aut fecit abortū antequam
eſſet perfectè creatus, & haberet ani
mam: & tūc punit̃ iudicis arbitrio:ut
d.c.ſicut. ſi autē poſteaquā fuit in uē-
tre uiuificatus, & ſic factus homo:&
tunc licet nō teneatur pœna dicti ſta
tuti,quod imponit pœnam interficiē
ti hominem,cùm in ueritate de præ-
ſenti non ſit homo, ſed futurus ho-
mo:& ſic non ſunt ꝓpriè uerba ſtatu
ti uerificata: ideo non tenetur pœna
dicti ſtatuti, ſed tenebitur de ſicar.ut
dicta l.diuus.& ibi gloſſ.de extraor-
di.cri.& l.Cicero.ff.de pœn. & tene-
tur l. Aquil. l.ſi ſeruus. §.ſi mulier.ff.
ad legem Aqui. Sed iſta originaliter
I 3 ſunt

ſunt uerba But. de quo tamen tu dic
ut habetur.& ibi latè Sal. in l.pen.C.
de ſicariis.

AVGVST. Tu autē in hac ma-
teria adde quòd licet iſte doctor hoc
a dicat,quòd ſi mulier [a]fecit aborſum
ante partum animatũ,quòd non de-
bet decapitari. Adde quòd hoc non
militat ubi faceret propter pecuniã,
quia decapitaretur,per l. Cicer.ff. de
pœ.ita uoluit Bar.in l.diuus.ff. de uar.
&extraor.cogni.& ibi Bar.in l.diuus.
Bar.quærit poſt gl.quando partus di
catur animatus: nam dicitur anima-
tus poſt xl. dies. quod uerum eſt in
maſculo,qui citi' habet animã quàm
fœmina.nam ut dicit Angel. ibi poſt
gl.& doct.per xl.dies dicitur habere
animam:& contra prædicta eſt tex.in
l.ſi mulier.ff.ad legē Cor. de ſica.ubi
uidetur quòd nō ſit pœna mortis, in
d.l.diuus. ſed dic ut dicit Bart.in d.l.
diuus.poſt gl.quando partus nō erat
animatus, ſecus ſi animatus:quia pœ
na mortis.Et intellige prædicta,ſi ille
qui fecit quòd mulier faceret abor-
ſum,ſciebat ipſam prægnantē: aliàs
ſecus:ut not.per docto.in l.pen.C.de
ſica. maximè per Ange. Sed uide ibi
Sali. qui aliter loquitur: hæc uera in
extraneo.Secus ſi eſſet pater uel ma
ter qui occiderent partum in uentre:
quia non tenerentur lege Cor.de ſi-
car.ſed pœnam parricidii incurrerēt:
11 ut uoluit Bal.in d.l.diuus.* Limito ta
men hoc non procedere in patre oc
cidente filiam prægnantem repertã
in adulterio:quia iſto caſu nulla pœ-
na tenetur,nec Cornelia nec parrici
dii:quia lex ipſum excuſat. Ita dixe-
runt Bar.& Bal.in l.imperatori. Io ij.
ff.de ſta.homi. Et de iſta materia ui-
de bonum text.in l.ſi quis aliquid. §.
qui abortionis.ff.de pœnis.& in ma-
teria iſta uide bonum tex.in c.Moy-
ſes. xxxij.q.ij.& tex.& gl.in c.conſu-
luiſti.ij.q.iiij.& l.j.&l.necare.ff.de li-
be.agnoſcen. Aduerte tamē ſi tu uis
uidere iſtam q.latiſsimè ultra omnes
diſputatã: habeas ſemper recurſum
ad Albe.de Roſ.in iij. parte ſtatuto-
rum,q.lix.quæ incipit,ſi ſtatuto caue-
tur quòd homicida occidatur, uerti-
tur in dubium ſi quis percuſſerit mu-
lierem prægnantem cum pede.& ibi
allegat infinitas deciſiones in iſta
materia:& cum iſta quæſtio nunc al
præſens eſſet in conſilio ſecreto il-
luſtriſsimi ducis Herculis,feci unum
pulchrũ cõſilium collegis meis pro
deciſione huius quæſtionis,quod in-
cipit ( ego Auguſtinus de bonfran-
ciſcis de Arimino doctor & aduoca-
tus conciſtorialis & conſiliarius ſe-
cretus: dico in præſenti quæſti.quæ
quæritur &c.) & multa allego. Ta-
dem non recedo ab Alber. in d.q.
& ibi ponit quid in dubio, an præ-
ſumatur quòd ille ſciuerit mulier
eſſe prægnantem uel non.

ADNOT.a ¶ Quod ſi mu.
*Adde Io. de Ana.in conſil.j. & ibi*
*qualiter puniatur clericus, qui dedit po-*
*culum moniali ut faciat aborſum.* Bar.

11 *Vulneratus culpam committens in*
*adhibendo medicos uel alio ſimi.*
*poſtea moritur,an percutiens tenea-*
*tur de occiſo uel de uulnere.*

13 *Medici ad hoc ut præſtare poſſint bo-*
*num iudiciũ,debent multa cõſid.*

14 *Vulneratus præſumitur mortuus ex*
*uulnere,niſi negligentia uel mala cu-*
*ſtodia uulnerati probetur.*

ANGELVS.

12 * QVAERO,aliquis fuit uulne-
ratus, & probatur quòd ipſe cõmiſit
culpam,uel in non adhibendo medi
a cos [a],uel in nõ curando ſe, uel in nõ
parendo medicis, uel quia cõcubuit
cum uxore ſiue aliam culpam com-
miſit,& poſtea moritur:an percutiēs
teneatur de occiſo uel de uulnere.
Bal.in l.ſi ab hoſtibus. in §.j.ff. ſolu.
matri.concludit quòd non adhiben-
do medicum præſumitur ſua culpa
mortuus quando cura medicorũ po
terat ſe bene habere,& ad uitã & ad
mortem,quod dicit eſſe no. Et etiam
iſtam quæſtio.format in c.j.quib.mo
dis feu.amit.in iiij.col.uer.ſextò quę
ritur utrum dominus &c.ubi dicit quod
quoties culpa uulnerati admiſta eſt
cum uulnere, non dicitur mortuus
ex uulnere:quia non dicitur ex ſim-
plicibus prouenire, quod cũ alio proue
nit:ut l.j.ff. de aqua quoti. & æſti. Et
ſic concludit,quòd ille qui uulnera-
uit,non debet teneri de toto. Facit
etiam quod no. idem ibidem in ſeq.
col.uer.& no.quod dificilius &c. &
quòd de uulnere tantũ teneatur,fa
cit l.huic ſcripturę.§.ſi ſeruus uulne-
ratus.& l. itē Mela.§. Celſus.& l. qui
occidit.§.fi.ff.ad legē Aquil.ubi Bal.
dicit no. tex. quòd quãdo uulnus nõ
eſt mortale,& aliquis propter ſuam
culpam deceſsit,uel cum uxore con
cubuit,uulnerans non tenetur de oc
ciſo, ſed ſolum de uulnere, & de
hoc ſtabitur iudicio medicorum,qui
habent conſiderare uulneru qualí
tatem.Et ibi etiam ſubdit,quòd præ-
ſumitur ſua culpa deceſsiſſe,ſi medi-
cis noluit obedire. & ita tenet Flor.
ubi etiam dicit no. iſtum tex.ad arti-
culandum defenſam uulneranti &
hoc etiam tenet gl.& Io. And.in ij.
de cle.percuſſo.iſtud etiã uoluit L.
& Gui.de Suza. quos refert Tancre-
dus in ſua cõpendioſa in xj.rub.q.ix.
ubi plenè de hoc diſputat. & de hoc
uidetur caſus in c. ad audientiam.de
homi.& de illo qui non eſt obediens
medico, not.plenè Io.Andr.in c. tua
nos.& facit c.ſignificaſti.Io.ij. de ho-
mi.Si autē quis fuerit mortiferè uul-
neratus,licet nullã adhibuerit diligē
tiam,tamen hoc non minuit homici
diũ,d.l.qui occidit. §.fi. à contrario
ſenſu.ita dicit Bal.in quodã ſuo con-
ſilio quod incipit,Sapientiſsimè alle
13 gatũ eſt.* Et tene mēti ut medici poſ
ſint præſtare bonum iudicium,debēt
ad multa aduertere, uidelicet ad ro-
bur percutientis,& debilitatem per-
cuſsi.l.j.cũ gl.C.unde ui.& l. quas a-
ctiones.§.quis ſeruũ.ff.ad leg.Aquil.
& qualitatem ac uulneris profundi-
tatem.de homici.d.c.ſignificaſti.in fi.
locum & magnitudinē uulneris,flu-
xum immoderatũ ſanguinis.de ſen-
tentia excom.c.cum illorum. an uul-
nus medio tempore cõſolidatus,ita
quòd habeat formã ſanitatis uel in-
firmitatis.l.maritus.ff. locati.cum gl.
ita dicit Bal.in d.ſuo conſilio. & ibi-
dem ſubdit,quòd inſpiciatur ſi uulne
ratus perdit loquelã:quia ſimilis mor
tuo eſt.l.iubemus.C. de teſta.uel ſi per-
dit ſenſum ut intellectũ:quia grauius
morbum corporis inducit exiliũ mē
tis.ff. de ædil. edi.l. ob quæ. ſecundo
reſpon.& ff.de teſta.l.in aduerſa.

ADNOT. a ¶ Medicos. *Adde*
*quòd licet in loco inſigni præſumatur quod*
*ſint medici, tamen nõ præſumitur quod*
*inueniatur homo qui uelit tota die ſtare*
*impeditus pro alio,niſi probetur.ita dicit*
*Franciſ.de Arc.in conſi.xvj.Bern.*

AVGVST. Tu autem in hac
materia adde Gand.in tractatu ma-
leficiorum ſub rubrica, ſi iudicetur

per medicos uulneratum non mori-
turum,& febre adueniēte dicunt cō-
trarium, & moritur uulneratus, an
uulnerans teneatur de occiſo, ibi la-
tè uide:& uide etiam ipſum ibi in ſe-
quenti quæſtione quæ incipit, Sed
quæro, quidam uulnerauit aliū non
mortiferè: poſtea ille uulnerat⁹ mor
tuus eſt nō ratione uulneris,ſed pro-
pter malum & imperitum medicum
qui medicatus eſt: quæritur,nunquid
uulnerator teneatur de occiſo:& cer
tè dicendum eſt quòd uulnerator te
neatur de uulnerato tantùm. alleg.
tex.in d.l.qui occidit. §.penul. & ita
dixit quòd ita ſcripſit domi. Odofr.
14 & ibi dicit* quòd in dubio uulnera-
tus præſumitur mortuus ex uulnere,
niſi negligentia uel mala cuſtodia
uulnerati probetur. Nam tunc tan-
tum tenetur de uulnerato & non de 15
occiſo: & ponit exemplū de ruſtico,
qui modicum in capite uulneratus in
æſtate ad laborandū cum bobus ad
ſolem,& eſt iratus cum bobus,& cale
factus uenit domum & mortuus eſt:
nam tunc uulnerans non tenetur de
occiſo:& ita dicit tenere domi. Albe.
de Papia:& in hac materia allego ca
ſum quem iſti non allegant in c. tua.
extrà de homicidio uoluntario.ibi,
qui ſpreto precepto.Et no.quòd Bal.
in d.l.ſi ab hoſtibus.§.fi.non dicit de
directo id quod hic dixit domi.Ang.
Sed omnino uide quæ dixi in d.l. ſi a
ab hoſtibus.§.fi.in additio.meis.&ibi
Bal. etiā uoluit,quòd licet medici nō
adhibeantur,& tamen uulnus fuiſſet
mortale,quòd nihilominus occidēs
teneretur. Nam dicit quòd tunc hoc
iuuat medicum non fuiſſe adhibitū,
quando ex uulnere dubitatur:an eſ-
ſet mortale uel non.& ibi uide Ang.
& Imo.dicētes paria eſſe nō adhibe-
re medicū,uel adhibere medicū im-
peritū,qđ no.Et in hac materia adde
omnino elegantia uerba Ang.in l.q
ſi nolit. §.ſi mancipiū.ff. de ædil.edi.
ubi in iſta q.multū elegāter loquitur
& ita tēpera & limita prædicta:ut ibi
habetur.Et adde quod opus eſt quòd
probetur medicos potuiſſe adhibe-
ri,quia erāt in ciuitate:ut dicūt doc
in d.l.ſi ab hoſtibus. & ibi latè dixit
doctores in dicto §.ſi mancipium.

15 *Statuta per Italiam puniunt factum, nō animum: unde niſi quis interficiat, licet etiam mortis cauſam animo præbuerit: non tenebitur de ſica. ſed alio modo caſtigabitur.*

16 *Venenum tenens ut daret alteri, licet non dederit, punitur ac ſi dediſſet.*

A N G E L V S.

*S E D aduertas ne erres,quia
qui cum gladio deuenit ad actū pro-
ximum animo occidendi, licet non
occiderit,tenetur de ſicca.ac ſi inter-
feciſſet:ut l.§.j.ff. de ſica. & l.is qui
cum telo.cūbi no.per docto.C.eo-
dem.ſed ſtatuta per Italiam puniunt
factum & non animū. Vnde ad ſo-
litudinē l.Aqui. dicunt,ſi quis non
fecit:unde niſi interficiat,licet eam
mortis cauſam animo præbuerit:
tenebitur de ſica. ſed alio modo ca-
ſtigabitur.ita dicit no.Bar.in l.j.§.di-
uus. ff. de ſica. & qualiter compro-
batur animus occidēdi [a] uel nō:
ibi gl. Bar. ut puta ſi habebat in
manu guerinā,& noluit percutere
ferro, ſed cū haſta percuſsit: uel ut
reſcias in qua parte corporis cum
bacolo percuſsit: quia ſi in ſpatula
non præſumitur animus occidendi:
ſecus ſi in capite: alleg. gl. in di. c. ſi-
gnificaſti.in fin. Et pro hoc eſt bonus
tex.



tex.in c.omne delictum.§.qui nō mi-
litat.ff.de re milt.& in l.j.C.de emen.
16 ſer.* Vnum [b] tamen ſingulare nota,
b quòd ſi quis emerit uenenum ut da-
ret alteri,licet nō dederit,punitur ac
ſi dediſſet: ut eſt caſus ſingularis &
ibi Bar.in l.j. in fi.ff. de parri.& in l.j.
C.de malefi.& math.& in l.eiuſdem.
in prin. ff. de ſica. ubi etiam punitur
qui retinet & qui facit uenenū cauſa
hominis occidendi: quod tamen in-
tellige ut no.Sal.in d.l.j.de male. Et d
prædicta procedunt quando interfi-
citur extraneus: ſi autē interficiatur
aſcendens uel deſcendens in infini-
c tum,tenetur de parricidiis [c]: ut l.pe.
§.j.cum gl.ff.de parri.& no. gl.in l.j.
C.de his qui pa.uel li. & gl.in §.alia.
inſti. de publi.iudi. Si autem perſo-
nas agnatas uel cognatas,uel affines,
uidetur quòd de ſica. tantùm tenea-
tur: ut l.j.ff.de parri.ſed gloſ. in dict.
l.j.C.de his qui pa.uel li.&c. & Salic.
tenet quòd iſti etiā tenentur de par-
ri.& eius pœna ibi habetur in d.l.j.&
in d.l.pen.& in d.§.alia. ſed ſecundū
Sali. in di.l.j. talis pœna non eſt ho-
die in uſu:ſed credit quòd debeat de
capitari,& carere ſepultura.

A D N O T. a ¶ Animus occi-
dendi. *Adde Alexan in conſil.cxxxviij.
in j.uolu. Cæpo. in conſil. xxix. Rapha.
cu.in conſi. cxxxiiij. & Fran. de aret. in
conſil.lxxx. Bern.*
b ¶ Vnū tamen. *Adde tu & uide Cæ-
po.in conſi.ultimo qui conſuluit in termi-
nis.& Bal. in conſil. cxxj.in v.uolu. &
conſil.ciij.in iij.uol.ubi quod occidens ue-
neno eſt proditor & homicida: ideo ſce-
lus grauiſſimum.Bern.*
c ¶ Parricidiis *Adde & uide Ioan.de
Ana.in conſi.lxiij.Bern.*

A V G V S T. Tu autē in materia
adde, quòd etiā ſi non eſſent ſtatuta
per Italiam:ſed ius commune hodie
de generali cōſuetudine totius mū-
di derogatū eſt.l. is qui cum telo. C.
de ſica.& ſimilibus legibus: quia etiā
ceſſante ſtatuto nemo debet decapi
tari,niſi propriè occiderit alterū.nec
propter animum tātum debet puni-
ri,nec propter conatum tantū.mira-
bilis eſt doctrina Spe. in tit.de accu-
ſa.in j.parte.in §.j uer.ſed pone pri-
mò [d], quē refert & ſequitur & ipſum
magni facit Ange.in l.j.§.hæc uerba.
ff.quod quiſque iur. & Bal. in l.iij.C.
de ſer.fugi.& Ro.multū elegāter lo-
quitur in l.dāni.§. Sabini.ff.de dam.
infec.Fallit.in crimine læſæ maieſta-
tis,& in aſſaſsino ut dicūt Bal.& Ang.
in di.§.hæc uerba. & adde Ang.in l.
is qui cū telo. C. de ſica. qui dicit quòd
habens haſtā cum ferro & percuſsit
aliquē cum haſta,& nō cum ferro,nō
dicitur habere animum occidendi:
unde non tenetur lege Cor. de ſica.
alleg.tex. cū gl.in l.iij.§.pe.ff. ad leg.
Cornel. de ſica. & gl.in d.l. is qui cū
telo.Item adde quod Io.Fab.inſti. de
publi.iudi.in §.alia.approbat ibi opi
nio.Pla.de qua in gl.ibi in uerbo,præ
parauerit, ut teneatur lege Cor. de
ſica ille præparauit uenenum alicui
cauſa uenenandi:& ſic tenet op.Bar.
quā tenuit in l.j.ff.de parri.licet Ang.
ibi nihil affirmet.& Sal.in d.l.j. C. de
male.& mathe. uidetur etiam tenere
iſtam opinio.Bar.licet Ang.aliter ui-
deatur loqui in l.j. §.ſit iniuria ff. de
uar.& extraordi.cogni.Nam uidetur
uelle ibi quòd opus eſt quòd mors
ſequatur,quicquid ſit hodie cum ſta
tuta requirant factū. Credo opi.Bar.
non procedere:& quando nō eſſent
ſtatuta,ut dixi, de generali conſue-
tudine

tudine totius mũdi, hodie nemo debet mori: licet deuenerit ad conatũ niſi ſequatur effectus mortis, per dictum Spe. de quo ſuprà. Et illud dictum Spe. ſequitur etiam Cyn. in d.l. is qui cum telo. aliquid per Bal. in l. data opera. C. qui accuſa. in penultima char.

ADNO. a ¶Sed pone primo. *Adde quòd dictum Spec. refert & ſequitur Alex. in conſi. xv. in j. uol. & Capol. in conſi. xxx.*

17 *Pater occidens filium ſpurium, an incidat in pœnam parricidij.*

18 *Filius interficiens patrem bannitum an erit ſine pœna.*

ANGELVS.

17 * QVID ſi pater occidit filiũ ſpurium, an incidat in dictam pœnã? dicit Bal. in c.j. ſi de feu. fue. contro. inter domi. & uaſal. quòd ſic, quia natura omnibus eſt cõmunis. Si uerò interfecit quẽ poterat exhæredare, dic quòd non tenebitur de parricidiis, ſed alia pœna caſtigabit: ut l. diuus. & ibi Bar. ff. de parrici.

18 * Quid ſi filius interficiat patrẽ bãnitum, an impunè fecerit? Dyn. tenet quòd non: quia patris perſona filio ſemper debet ſancta haberi: ut l. liberto. ff. de obſe. liber. In contrarium fuit determinatum [a] per collegiũ Peruſii, per l. minimè. ff. de reli. & ſump. fu. coniuncta l. poſtliminii. §. filius. ff. de cap. & poſtli. reuer. ita dicit Sali. in d.j. C. de his qui pa. &c.

ADNOT. a ¶Fuit determinatum. *Adde Abb. in conſil. ciiij. ubi quòd bannitus non habet filios in poteſtate: & filij poſſunt teſtari. & idem Ang. in conſi. ccxxiij. Bernardi.*

AVG. Tu autem in hac materia adde, quòd Albe. de roſa. in q. ſtatutorũ. in q. vj. in iij. parte, quæ incipit: item quid ſi ſtatuto cauetur quòd bannitus poſſit impunè occidi: nunquid filius poſſit occidere patrem. & ibi ſequitur opi. Dy. quòd non. reſpondet ad d.l. minimè. ſcilicet ꝙ loquitur in caſu ſpeciali, ſcilicet in patre oppugnante patriã & liberos: & de materia uide etiam Albe. de roſ. in iij. parte ſtatutorũ. q. xxvij. quę incipit: item præſuppoſito prædicto ſtatuto quòd bannitus poſſit impunè offendi. qui allegat etiam Gandi. in tract. maleſi. tetigiſſe iſtam quæſtionẽ: dicit ut in prædictis locis.

SVMMARIVM.

1 *Rapina propriè dicitur quãdo aliquis abſtulit ueſtem illi quẽ uulnerauit, & an dicatur crimen publicum.*

2 *Statutum loquens de robaria quomodo intelligatur.*

3 *Rapina non eſt licita in bannitis poſt mortem ipſorum: licet ex ſtatuto poſſint impunè offendi in ære, & perſona.*

4 *Fur manifeſtus & non manifeſtus quomodo puniatur de iure.*

5 *Fur quamuis puniatur de iure in ſimplum ſiue quadruplum pro uarietate caſuum, attamen etiam officio iudicis puniri poteſt extra ordinem.*

6 *Delictum quodlibet ſiue publicum ſiue priuatum parit duas rationes, unam quæ competit parti læſæ, alteram quæ competit reipublicæ.*

7 *Rapere an dicatur crimen publicum.*

8 *Banniti an poſt mortem derobari poſſint.*

9 *Bannitus ſi poſt mortem fuerit derobatus, cum hæreditas non eſt adita, derobans committit crimen expilatæ hæreditatis.*

10 *Fur manifeſtus an in pœnã quadrupli, & non manifeſtus in pœnam dupli incidat.*

11 *Iudices an poſſint condẽnare fures ad furcas, & ad reſtitutionẽ eorum, & ſic an in uno libello ciuilis & criminalis intentari poſſint.*



ETIAM ueſtem cœleſtem foderatam de armelinis dicto
1 Titio abſtulit.* No. quod hæc eſt propriè rapina: & ideo ui bono. rap.
a in triplum poteſt puniri [a] de iure: ut l.j. & ij. & per totum. ff. ui bon. rap. & cum regulariter pro rapina etiã cõpetat accuſatio leg. Iul. de ui pub. & priua. ut ff. ad leg. Iul. de ui publi. & priua. l.j. per totũ, meritò dicitur crimẽ publicum, & cuilibet poteſt cõpetere accuſatio: ut l.j. & ij. ff. de publi. iud. ita dixit Imo. in rub. ff. de publi. iud. & Cy. in rub. C. ui bono. rapt. & Sali. ibidem in l. fi. in fi. & ibi Bart.
2 ff. pe priua. deli.* Si autẽ dicatur ſtatuto uel alia diſpoſitione de roba-
b ria [b], qualiter intelligãtur dicta uerba, dicit Bal. in authẽ. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. uer. quæro quomodo accipitur iſtud uerbum &c. quòd dicta uerba groſſo modo intelligũtur ſecũdum uidelicet quod uulgus intelligit. l. Labeo. ff. de ſupelle. leg. quod perpetuò tene menti, propter ſtatuta quæ faciunt mẽtionem de robaria. Sed in caſu noſtræ inquiſitionis non fuit furtũ: nã propriè furtũ dicitã furuo, id eſt à nocte, & ſic nõ poteſt dici furtum: ut l.j. ff. de fur. Eſt autem furtũ rei alienæ contractatio fraudulẽta, inuito domino, animo lucrandi facta: ut in §. furtũ. inſt. de ob. quæ ex quaſi deli. naſc. no. ꝙ eſt cõtractatio ut ibi dicit' ſine contractatione, & ſic abſq; amotione de loco ad locum nõ cõmittitur furtũ: licet ſcriptura, uolũtas, uel uerbũ interueniat: ut l.j. §.j. cũ l. ſeq. & l. ſi qs uxori. §. neq; uerbo. ff. de fur. Alia autẽ uerba appoſita in iſta diffinitione declarãtur per Azo. in ſum. in ti. de fur. in prin. & hęc cõtractatio, ſufficit ſiue uerè ſiue interpretatiuè, ut ſi falſus ꝓcurator uolẽs debitũ exigere, alii delegauerit ſoluendum ſe præſente: nam cõtractaſſe uidetur propter præſentiam: ut ff. de fur. l. falſus. §. ſi ius. Et ne nimiũ prolixus uidear, aliquas quæſtiones & dicta quæ quotidie de facto eueniũt, & de qbus dubitatur dicã: reliqua ad furti materiam ſpectãtia cauſa breuitatis omittam: remittens me ad no. per Azo. in ſumma de fur. Vnde proſequor materiã noſtrã: & dixi quòd in caſu noſtro propriè loquendo, non eſt furtum
3 ſed propriè rapina, ut dixi *, quę nõ eſt licita, nõ tantum in perſonis quæ ſtare & morari in ciuitate, abſq; aliqua prohibitione poſſunt, ſed nec in
c bannitis etiã poſt ipſorum mortẽ [c]: nam licet ex ſtatuto bannitus poſſit impunè offendi in ære, & perſona, illud tamen intelligitur in bannitis, ſcilicet uiuis exiſtẽtibus: ſecus ſi iam mortui ſunt: quia licẽtia morte finitur: ut l. ſi qua. ff. de pœn. Et ideo capiens ueſtem bannito mortuo, tenetur crimine expilatæ hæreditatis. ita dicit Sali. in d.l. qui ſepulchra. C. de ſepul. uiola. & eſt tex. & ibi no. in d.l.
4 diuus. ff. de bon. dam. * Si autẽ eſſet furtũ, de iure loquor, debet in duplũ fur non manifeſtus, & rei ſubtractæ reſtitutione condemnari parti læſæ. Si autem eſſet fur manifeſtus, debet reſtituere rem furatã, & ultra ea quadruplum. inſti. de oblig. quæ ex quaſi deli. naſcun. §. fi. quod eſt uerum, niſi

damnum

damnum paſſus duxerit furē,uel fue
rit cauſa quòd fur duceretur ad pre-
ſidem : tunc uidetur remittere pœnā
dupli, uel quadrupli. Iſte eſt text.in l.
interdū.§.qui furē.ff.de fur. Et ideo
latrunculatores ſimpliciter cōdem-
nant furem ad furcas, & reſtitutionē
rerum ablatarum, non autem ad re-
ſtitutionem ad duplum,uel quadru-
plum.Et fur dicitur manifeſtus, quā-
do fuit uiſus poſt furtum fugere, &
poſt eum fuit acclamatū : ut l.ſi quis
in ſeruitute.§.fi.ff.de fur.& not.Cyn.
in l.falſus.C.de furt.in iiij.oppo.nec
requiritur apprehenſio,ſiue captura
ut ibi habetur:& Bar.in l.ij.& iij.ff.de
5 fur. * Et bene aduertas,ꝙ licet parti
læſæ ita debeat condemnari : tamen
etiam condemnari poteſt, & puniri
extra ordinem officio iudicis ad uin
dictam publicam:ut eſt tex.ſingul.in
6 l.fi.ff.de fur.* Sed tamen non eſt mi
rum,quoniā ſcire debes , ꝙ in quo-
libet delicto priuato,uel publico ori
tur duplex actio,ſiue duplex modus
agendi,ſiue uindicādi:unus qui par-
ti læſæ cōpetit pro ſuo intereſſe re-
ficiendo,& ad pœnam applicandam
ſibi.alius qui cōpetit reipublicæ pro
uindicta publica. de crimine publi-
d co [d] caſus eſt in l.qui nomine.& ibi
glo.& Bar.ff.de fal.de priuato, caſus
eſt in l.fi.ff.de priua.deli.& ſic fur ex
re furtiua tenetur cōdictione furti-
ua ad ipſam rem ſubtractā:ut l.ſi pro
fure.§.j.& toto tit.ff.de condic.furti.
quare iſta condictione furtiua hæres
furis nō poteſt conueniri etiā lite cō
teſtata cōtra furē iam defunctū , nec
etiam ꝙ aliquid peruenerit ad eius
hæredem:quia ſpeciale eſt in condi
ctione furtiua:ut l.ſi pro fure.§.fin.&
ibi Bar. & in l.in condictione.in prin.

ff.de condi.fur.tenetur etiam actio-
ne furti , ſcilicet ad duplum, & qua-
druplum, & etiam ad uindictam pu-
blicam:ut dictum eſt.

ADNOT. a ¶Puniri. Adde [illegible]
uide Alex.de Imo.in conſi.cxiij.in [illegible]
b ¶Robaria. Adde tu quæ differentia
inter rapinam, & robariā.& uide Ba.
in c.j.§.ſi duo.de pa.iu.fir.& quòd ſtatu
ta ſint intelligenda ſecundum commu[ne]
uſum loquendi, & uulgatum,non autem
ſecundum peritos,uide quod uoluit Ro.
conſi.iiij.& in cōſi.xxxij.& an furti ap-
pellatione ueniat rapina,uide Ro.in c[onſi].
cl.& conſi.cxliij.Ber.
c ¶Ipſorum mortem. Adde tu [illegible]
ſi fuit formatus proceſſus de furto,[illegible]
fieri condemnatio de crimine expilatæ hæ-
reditatis.ita Cæpo.in conſi.lxviij.
d ¶Crimine publico. Adde Ro.in
conſi.ccccv.in ultimis uerbis.

AVGVST. Tu autē in hac ma-
teria in prima concluſione in quā-
7 tum dictū eſt * ,quòd rapina eſt cri-
mē publicum : adde quòd imò [illegible]
tur crimen priuatū eſſe : tex[illegible]
in l.infamem.ff.de pub.iudi.[illegible]
l.ſi quis ex domo.ff.de fur.[illegible]
Bart.in d.l.infamem.& in d.[l.ſi quis]
ex domo.qui dicit ꝙ ſpeciale [illegible]
d.l.ſi quis ex domo.ubi rapina [illegible]
men priuatum.& ita dixit Bar.[in l.]
infamem.per quæ potes limitare
primam concluſionem : & in quā-
dictū eſt ſuprà, quid eſt roba[ria]
de quòd Bal.in c.j. §.ſi duo.[illegible]
tenen.ponit differētiam inter [ra-]
8 & robariam,ibi uide. * Itē in quā[tum]
tactum eſt,an bannitus poſt mor[tem]
ſuam poſſit derobari : adde Bal.[in l.]
ſororē.C.de his quib.ut indi.qui [te-]
net illud idem quod tenet Sal.[in]
l.qui ſepulchra.Et adde Albe.de [roſ.]
in q[uæſt.]



in quæſt.ſtat.in iiij.parte.in q.xcj.in-
cip.ſi ſtatuto cauetur,ꝙ bānitus poſ-
ſit impunè occidi : & ſic ſequitur ꝙ
multò fortius derobari : qui arguit
pro & contrà. Tandem concludit ꝙ
aliàs Piſtorii fuit determinatum,ſpo-
liatorem fore bannitum de robaria,
quaſi robaria fuit cōmiſſa de rebus
hæreditatis ad filios banniti pertinē
tibus.ſed ipſe Alberi.non ſtat in ipſa
opinione:quia allegat quòd rei hæ-
reditariæ,nō poteſt dici cōmiſſa ro-
baria,ſicut nec furtum:ex quo in hę-
redes non tranſit poſſeſſio, ſine ap-
prehenſione:& hoc probatur in l.cū a
hæredes.ff.de acquir.poſ.coniuncta
l.hæreditarii.ff.de acqui.poſ. An au-
tem prędicta militent,quādo incon-
tinenti,& in flagranti crimine fit di-
cta ſpoliatio,uide dicta Albe.de roſ.
in d.q.ex cuius uerbis poteris habe-
re deciſionē : & certè in iſta materia
9 placet mihi iſta ſua deciſio. * Et te-
ne mēti ꝙ ſi bānitus derobatur poſt
mortē,cum hæreditas non eſt adita,
talis committit crimen expilatæ hæ-
reditatis.ut dixit Sali.in d.l.qui ſepul
chra.Dicit tamen Bald.in l.de his.C.
de fur.ꝙ talis nihilominus debet fur
ca ſuſpendi , ſicut famoſus latro.ſed
Sali.in d.l.de his reprobat Bal.ibi &
Ludo.ro.in l.gerit.ff.de acqui.hære.
dicit quòd cū hæc quæſtio fuiſſet de
facto,iudices ſecuti ſunt opinio.Bal.
propter autoritatem ſuam:ſed dicit
Ro.quòd opinio Bal.non eſt uera de
iure:& ſic Ro.ibi reprobat Bal.& be
ne, quia cū ſupportatione rationes
Sali.concludunt contra Baldum , &
dicam j.in ulti.q.in addit.meis ulti-
mo loco factis in hac eadem gloſ. Et
ſi rectè pōderētur uerba Alb.de roſ.

ibi poſt mortē add. ... ſing. 42

in d.q.ibi Albe.ſentit,ꝙ alia pœna da
tur expilatori hæreditatis,& alia pœ
na datur furi,ſeu robatori:& ſi ſtatu-
tum loquitur de uno crimine,nō in-
fertur ad aliud.& uide Paul.de Caſt.
in conſi.ſuo xxxj.in fi.qui dicit limi-
tando prædicta,ꝙ ſi bānitus qui oc-
ciditur ſtatim derobatur, hoc poteſt
fieri:ſecus ſi ex interuallo antequàm
deueniant ad illos actus : & ibi con-
cludit ꝙ caſu quo quis ante hæredi-
tatem aditam cōmitteret crimen ex-
pilatæ hæreditatis , ꝙ iſta eſt pœna
extraordinaria.& faciūt pulchrè no.
per Bar.in conſi.ſuo clxxiij. [a] quod
incipit, ſtatuto caſtri plebis cauetur.
qui ponit de ſtatuto.ibi uide,an fur-
tum dicatur maleficiū perſonale. &
bene faciunt no.per do.Catal.in tra.
ſyndicatus. quæſt. cxlviij.q ponit, an
corpus mortui poſsit furari, uel uul-
nerari , ut in delinquentē habeat lo-
cum pœna furti,uel ſtatuti, per quod
bannitus poteſt offendi , ꝙ poterit
occidi:& dicit quòd non.& uide do.
Nellum in tract.bannitorū.in ij.par-
te ultimi temporis.q.iij.ubi latiſsimè
loquitur,& ibi diſputat,an rectè Alb.
de roſa.in quæſt.ſtatut.ſuprà allega-
10 ta locutus ſit.ibi omnino uide. * Et
adde in hac materia inquantum di-
ctum eſt,ꝙ fur ſi eſt manifeſtus,inci-
dit in pœnam quadrupli:fur uerò nō
manifeſtus in duplū.Adde ꝙ contra
iſtam doctrinā eſt text.in l.mancipia.
C.de ſer.fug.ubi fur non manifeſtus,
aliter punitur:ſed gl.dixit ibi,ꝙ erat
ſpeciale in illo caſu,ſicut eſt etiā ſpe-
ciale in alio caſu in l. Chriſtianis.C.
de Pagan.& etiam glo.inſti.ui bo.ra.
allegauit illā l.ibi in d.l. Chriſtianis.
& glo.inſtit.de oblig.quæ ex delic.in
§.pœna

§.pœna quadrupli. Item inquantũ di
ctũ eſt ꝙ ad hoc, ut quis dicatur fur
manifeſtus, non requiritur apprehẽ-
ſio. Adde quòd de hac concluſione
non opus eſt allegare doct.ſed text.
in propriis terminis habemus inſtit.
de fur.in §.furtũ.ubi imperator diſ-
finit ibi furtum manifeſtum à nõ ma
nifeſto:& in effectu concludit ꝙ fur
dicitur manifeſtus, ſi fuit repertus cũ
re furtiua:uel fuit uiſus ire cũ re fur-
tiua,& ſic ibi tex.loquitur per diſiun-
ctiuam uel, & ibi habemus meliorẽ
textum de iure. Item circa intellectũ
l.interdum. §.qui furẽ.ff.de fur.qua-
re ibi illa pœna dupli, uel quadrupli
remittatur ex eo, quia duxit furẽ ad
præſidem omnino.uide dicta Sali.in
l.j.C.quando ciui.actio.præiu.cri.in
ulti.col.ubi multùm elegãter loqui-
tur declarando ibi illam glo.in d.l.j.
11 quæ allegauit dic. §.qui furem.* ſed
conſidera quòd uidetur, quòd deci-
ſio d.Ang.hic ſit falſa, inquantũ uo-
luit, quòd iudices poſſint condem-
nare furem ad furcas, & ad reſtitu-
tionem rerum, quia in uno,& eodẽ
libello non poſſunt ciuilis,& crimi-
nalis intentari.dicta l.j.ſed uide ibi
Ang.in fi.multùm eleganter loquẽ-
tem,qui allegando dic §.qui furem,
dicit quòd licet ciuilis, uel crimina-
lis non poſsit intentari in eodem li-
bello, tamen bene poteſt quis in iu-
dicio criminaliter accuſari,& officio
iudicis petere reſtitui damna, & in-
tereſſe,& expenſas: ut l.qui crimen.
C.qui accuſa.non poſ.& l.quòd eui-
tandi.C.de condictio.ob turp.cauſ.
& l.pen.ff.de calum.& l.medicos.ff.
de uar.& extraordi.cogni.& in cor-
pore.de queſt. §.ſi uerò aliqui.in cor
pore de manda.princi. §.ſi uerò de-
linquentes.& in corpore ut litigan-
tes iurent.§.& hæc quóque.& alleg.
etiam §.qui furem.& ita dicit quòd
practicatur, quòd in libello crimina
li concluditur delinquentem ex de-
licto condemnari,& puniri ſecundũ
formam iuris,& ſtatutorum cum re-
ſtitutione damnorum,& intereſſe,&
expenſarum,& cum reſtitutione re-
rum ablatarũ. Et adde tex.in l.ſi res.
C.ui bon.rap.& ibi glo.Salic.& doct.
ubi ponunt etiam, an condictio fur-
tiua competat contra hæredem de-
functi.Et adde Moder.in locis ſupra
allega.per do.Ange.hic,ubi multùm
eleganter loquuntur.

ADNOT. a ¶ Bart.in conſi.
ſuo clxxiii. *Adde quòd aliàs eſt nu.
clxxxviij.Ber.*

2 *Fures de iure mortui, an damnari de-
beant.*

ANGELVS

2 *ET not.bene quòd de iure non
reperio quòd pro furto quis debeat
a mori [a], niſi fures, graſſatores, & in-
ſignes latrones:ut l.capitalium.§.fa-
moſos.& ibi Bar.ff.de pœn.uel ſi
b fur nocturnus [b], & aliter nolit fu-
ram defendere, aut perſonam meã,
uel familiæ meæ,uel bona mea:uel
etiam furem diurnũ,qui ſe telo de-
fendat: & ſine diſcrimine perſonæ
meæ, uel familiæ defendere non po-
teram: tunc licet mihi eum impunè
occidere:ut eſt tex.& ibi glo.in l.fu-
rem,ff.de ſica.& in l.itaque.§.fur.ff.
ad leg.Aquil.& ibi Flo.& Salic.in l.
ut allegas.C.de ſicar.quod eſt uerũ,
ſi immineret perditio rei magnæ:ſe-
cus autem ſi rei uilis, quia tunc mihi
non liceret occidere furem noctur-
nũ,etiã telo defendentem, imò nec
uulnerare:caſus eſt ſingularis,& pe-
egrinus ubi hoc probatur, in l.ſi ex
plagis. §.tabernarius.ff.ad le. Aqui.
Pro quibus omnibus & maximè pro
graſſatoribus, & furibus inſignibus,
iudex pati non debet aliquem aduo
care,quorũ fera, & periculi ſui neſcia
feruet inſania.l.per omnes.C.de de-
fenſo.ciui. Et ſic regulariter de iure
cõmuni pro furto non eſt pœna mor
tis,niſi uno caſu, uidelicet in l.pe.ff.
de condictio.ob cauſ.ſed fortè illud
fuit de facto, uel fortè ibi ſpeciale,
quia fur erat uilis perſona, ſcilicet,
ſeruus:uel dic ut ibi not.doct.& uno
alio caſu, ſcilicet in auth.de pa.tenẽ.
§.ſi quis quinque ſolidos.ſed ibi di-
citur eſſe ſpeciale propter fractionẽ
pacis.& alio caſu, quando miniſtra-
tor publicus pecuniã publicã, uel qs
rem ſacrã, uel religioſam furto ab-
ſtulerit,qui capitali pœna punitur:ut
eſt tex.inſtit.de publi.iudi. §.itẽ l.Iul.
pecul.ſed de iure nouo ſit membri
abſciſsio:ut in auth.ſed nouo iure.C.
de ſer.fugit.ſed cõmuniter per Italiã
uigent ſtatuta quæ ſeruanda ſunt:ut
notat etiam Bal.in d.auth.ſed nouo
iure.uer.ſed adde ꝙ furta,& alia &c.
Nam ut plurimum ſtatuta dicunt, ꝙ
pro primo furto fuſtigetur: pro ſe-
cundo fuſtiget̃, & mitretur, uel bul-
letur:pro tertio autem ſuſpendatur.

ADNOT. a ¶ Debeat mori.
*Adde tu quæ ſit pœna furti de iure com-
muni.& uide Capo.in repet.authent.ſed
nouo iure.C.de fur.& in cõſi.ſuo xxxvj.
& conſi.xlj.& ibi qualiter puniatur fur
qui ſubtrahit pecuniam communis, &
uide Raph.Fulgo.in conſi.cl.& clvij.Alc.
in conſi.v.& in conſi.cxxxv.in j.uol.&
in conſi.cxiij.in iiij.uol. Paul.de Caſt.in
conſi.cccl.in ij.parte.in ij.impreſſis.*

b ¶Nocturnum. *Adde tu et uide Alex.
de Imo.in conſi.cxxxviij.in j.uol.Ber.&
de hoc etiam per Alex.in conſi.cxlj.col.j.
uerſi.iiij.non uidetur.in ij.uolu.*

AVGVST. Tu aũt in hac mate
ria adde ꝙ Gand.in tract.maleſi.ſub
rubrica de fur.& latron.ultra omnes
diſputat iſtam materiã, in uerſi.nunc
uideamus quæ pœna ſit furibus im-
ponenda.& ibi dicit ꝙ de iure cõ-
muni, ſi fur non eſt famoſus,& clam
furtum faciat, dicit ꝙ fuſtigatur: ut
in auth.ut nul.iudi. §.pe.& uide doc.
quæ autem ſigna, eſt in authent.ſed
hodie.C.de ſer.fug. Si autẽ eſt famo-
ſus,& tunc debet ſuſpendi,di.l.capi-
talium. §.famoſos.ff.de pœn. Si autẽ
palam quis furatur, & eſt famoſus,
tunc furca ſuſpendatur.d.§.famoſos.
ut ſunt derobatores ſtratarũ. Si autẽ
palam delinquat derobando,& non
eſt famoſus: & tunc aut ſemel tantũ
derobauit, & tũc punitur.l. Iul.de ui
pub.uel priua.ut inſtit.de pub.iudic.
§.item l.Iulia.Si autem bis, aut ſæ-
pius,& tunc punitur furca:ut l.capi-
taliũ. §.tranſgreſſores.ff.de pœn. &
dicit hoc eſſe ſeruandum de iure cõ
muni, & Romanorum: dicit tamen
quòd de iure Lombardorum, aliter
fit,quia pro primo furto fur amittit
oculum,pro ſecundo naſum,pro ter
tio ſuſpenditur.dicit etiam in penul.
col.quòd furtũ aliter punitur. Et ter-
tio modo per l. Federici imperato-
ris:quia ſi quis quinq; ſolidos fuerit
furatus, laqueo debet ſuſpẽdi, & ſic
ut uides p tres leges criminaliter fur
tum punitur. Primò, per leges Ro-
manorum.Secundò,per leges Lom-
bardorum. Tertiò, per leges Fe-
derici. Sed ſubdit ibi Gandin.hodie
quas leges ſeruabimus? dicit quòd
glo.ordi.in ca.j.de pace iura.firman.
in d. §.

in d. §.iniuria ſeu furtũ. dicit furtum puniri ſecundum iura cõmunia:non ſecũdum legem Lombardorum. uel dicit,dic,quòd hodie punietur ſecũdum formam d.§.ſi quis quinq; ſolidos.Sed dicit quòd hodie de conſuetudine hoc nõ ſeruatur,quòd fiat punitio per iura communia:ſed fit ſecũdum leges Lombardorũ, & hoc tam in Lombardia quàm in Tuſcia: licet multæ ciuitates ſup hoc habeãt multa ſtatuta quæ ſeruanda ſunt: & hæc Gand.Bal.uerò in auth.ſed nouo iure. C.de ſer.fugit. dicit, quòd hodie de conſuetudine non ſeruatur d. §. ſi quis quinq; ſolidos. & hoc eſt uerum:quia ſtatuta ſunt hodie per totã Italiam aliter punientia furta: uide doct. maximè dominum Abb. poſt gl.in c.inter alia. extrà de immu.eccle.in xj.col.& do.Catal.in tracta.ſyndi.q.cxlix.qui ponit intellectum di.§. ſi quis quinq; ſolidos. Adde tamen omnino bonam gl.in c.j.de pace iura.fir.in d.§.iniuria ſeu furtũ. & Ang. in l.fi.ff.de furt.q dicit quòd latè poſuit iſtam materiam in auth. ſed nouo iure.C.de ſer. fugit.in repeti. Paduana.& uide Ang.in d.auth.ſed nouo iure.notabiliter loquẽtem in lectura ſua,& Io.And.in addit.Spec.in tit.de fur.in rub.& uide gl.xxiij.q.iij. §.ſi quis fortitudinẽ.Et in hac materia multa allegat Alber.de roſa.in d. authẽ.ſed nouo iure.& multas deciſiones allegat:& allegat bonum tex. de iure canonico, & ibi uide doc.in c.tua nos. §.fi.extrà de homici.& uide quomodo reſpondet ad illũ text. in quibus tamẽ caſibus licet occidere furem:uide Ang.omnino in d.l.ſi ut allegas.& doct.maximè do. Anto. de but.in c.olim.extrà de reſtit.ſpol. in xviij.col.& Angel.in l.j.C.unde ui. qui dicit etiam quòd in his caſibus in quibus dictũ eſt licere occidere fur. habet locũ, ſi furtum erat magni ualoris.ſecus ſi parui quod dicit re... quendum arbitrio iudicis. De materia uide aliqua per Pau.de Caſt.in conſilio clxxx.in fi. An autẽ prædicta ... litent, quando unũ furtũ eſſet enorme: dicam j.in ſeq.q.& ibi uide ... dicantur fures latrones.Et qui dicantur famoſi latrones.& Bar.in d.§.capitalium. melius per Ang.in d.auth. ſed nouo iure.in reportatis Padu. & Ang.in l.aduerſus.ff.de ſepul.uio. la. dom. Catal. in tractatu ſyndi. cxlix. in illa q. ubi tractat materia... quando fur in una ciuitate fecit furtum: & in alia poſtea furatur.ubi ... detur uelle quòd pro multis furtis paruis non dicitur famoſus fur.& ad hoc ut dicatur famoſus, requiritur quòd cum armis hoc fecerit. uide.

13 *Furtum quando dicatur unum ... quãdo dicatur primum,ſecundum & tertium furtum.*

ANGELVS.

13 *NVNC ſumpta occaſione quid de furtis dicamus ad ſtatuti declarationem. Et primò quando dicatur primum, ſecundum, & tertium furtum.Reſpondeo,unum furtum dicitur quod de uno loco, uno ... tu ſiue uno tempore fit,etiam ſi plures res furentur,tamen dicitur unum furtum : ita dicit Barto.in l.... §. idem reſpondit. ff. de furt.& ... tanquam unum furtum committi... punietur, licet plures res ſit furatus. Tamen ſingulariter dicit glo.in l.capitalium.§.famoſos. quòd ... ſu pro uno furto ueniam mere... fa... furca.& not.Bal.in d.auth.ſed nouo iure.in uer.ulterius quæro nũqd &c. quod eſt uerũ ſecundũ Bal.niſi furtũ ſit magnũ, quod aliàs præualeat pluribus furtis paruis:tũc licèt ſtatutũ prohibeat furẽ ſuſpendi niſi pro tribus furtis : iuridicè tamẽ pro uno magno poterit ſuſpẽdi:ita ibi dicit in uerſi. tertio nota de pœna &c.& alle.l.ſi quis.ff.de excuſ.tuto. & etiã quia propter delicti enormitatẽ permiſſum eſt leges trãſgredi:ut no.In. in c.j.de conſti,quod no.quia ita ſemel practicaui Peruſii dũ aſsiderẽ.

AVG. Tu autem in hac materia adde,quòd iſta ſentẽtia Bal.mihi nõ placet:& ſi rectè cõſiderãtur omnia iura,quę dicũt quòd fur furca debet ſuſpendi:nõ habẽt reſpectũ ad quãtitatẽ furatã:& ſic ad ipſum furtum, ſed ad alia extrinſeca:& ideo Bald. in aut.ſed nouo iure.C.de ſer.fug. in uer.ulterius quæro,nunquid plura furta in eodẽ loco & tẽpore,dicit quòd ſtatutũ, quod punit furẽ furca pro tertio furto, quòd mens ſtatuti eſt ut grauius puniat furẽ,propter cõſuetudinẽ delinquẽdi.& ſic doct. non habent reſpectũ ad quantitatẽ: ſed ad animũ delinquẽtis,hoc eſt ad reiterationẽ delicti, quod grauius punitur propter ipſam reiterationẽ: ut in furto dicit gl.de pace iura.fir. in §.iniuria ſeu furtũ.& ita obſeruarem,ſi iſte caſus mihi obueniret de facto. Nec obſtat doctrina Inno.in d.c.j.quia iſta nõ eſt ita urgẽs cauſa, quòd imponatur pœna mortis ubi aliàs imponi non debet.an ſit unum furtũ uel plura furta, uide Bart.in l. inficiando.§.infans.ff. de furt. Sed Bal.in c.j.§.furtũ.in prin.de pace iura.fir.uidetur uelle,quòd pro primo furto enormi fur poſsit furca ſuſpẽdi : & ſequitur dom.Abb.in c.inter alia.extrà de immu.eccle.in x.colũ. quia ex cauſa licitũ eſt trãſgredi leges & ſtatuta : & ita econuerſo cõſuluit Lud.Rom.in conſ.ſuo cccclxix. quòd ſi per ſtatutũ quis pro leui furto debet ſuſpendi,tamẽ ſi iudici uidebitur,poterit iudex minuere illã pœnã ſtatuti,& cõmutare in aliã pœnam minorem citra mortem.

14 *Fur aliàs paſſus pœnã primi & ſecũdi furti, puta quia fuſtigatus,mitriatus uel bullatus,poſtea facit tertium furtũ:an pro iſto tertio poterit ſuſpẽdi.*

ANGELVS.

14 *QVAERO,ſi aliàs fur paſſus fuit pœnã primi & ſecũdi furti,quia fuſtigatus, mitriatus uel bullatus: poſtea fecit unũ furtũ, quod eſt tertiũ in ordine,an pro iſto tertio poſſit ſuſpendi. & uidetur, quòd non: quia pro primis iam punitus eſt.igitur &c.ut l.licet.§.j.ff.nau.caupo.ſtabu.&.l.ſenatus.ff.de accu. In cõtra-
a riũ uidetur, quòd debeat ſuſpendi[a] quia in crimine perſeuerauit.igitur &c. ut l.ſeruos.C.ad leg.Iuli. de ui publi. & in l.iij.C.de epiſ.audien.& l.capitaliũ. §.ſolẽt.ff.de pœnis.& ita tenet Vbertus de Bobio. Idẽ credo ſi de dictis primo & ſecundo furto habuerit gratiã à domino loci:quia priuilegiũ nõ meretur, qui cõceſſa ſibi abutitur poteſtate. lxxxiiij.di.c. ubi.& ff.de pecu.legato.& ff.de nego.geſt.l.qui ſine.& l.iudæos. & ibi gl.C.de iudęis.Et pro hoc facit quia prima furta fecerunt eũ notoriè & manifeſtè furẽ:ut l.emptorẽ.in prin. ff.de actio.emp.Ergo ut publicus & manifeſtus fur poteſt furcis ſuſpendi:ut d.§.famoſos.Nã furta uel aliàs

uel alibi cõmiſſa qualificant furtũ factũ hic, ut acrius puniatur & ſuſpendatur: ita dicit Bart. in l. ſi cui. §. fi. ff. de accu. Et hoc etiã uult Bal. in aut. ſed nouo iure. C. de ſer. fugit. in uer. ſed dubitatur. Sed cõtrariũ tenet Io. And. in addi. Spe. in rubri. de fur. & Sali. in dic. l. ſeruos. dicit plus, quòd etiã furta & numerus furtorum hic commiſſorum. ut ſi ſtatuto cauetur quòd pro tribus furtis ſuſpẽdatur, & alibi cõmiſit duo furta, & hic unum tantum: tamẽ uerum eſt dicere quòd tria furta commiſit: & ſic ſupendetur, quod not.

ADNOT. a ¶Suſpendi. *Adde quod imò duo furta punita aggrauant tertium. ita Ro. in conſi. ccxxxvj. ubi dicit eſſe tex. no. in auth. qui ſemel. limitat tamen quòd prædicta non procedunt, ubi de duobus primis furtis fuiſſet penitus abſolutus: quia hoc caſu non aggrauaretur tertium. & ibi quòd ſtante ſtatuto quòd notarius pro trina annotatione dicatur priuatus, quòd ſi fuit bis annotatus & abſolutus, quòd pro tertia annotatione non priuabitur: & quando furta alibi commiſſa aggrauẽt tertium furtũ in loco fori, uide Bald. in conſi. ccclxxiij. in iiij. uol. & quòd tertium furtũ aggrauetur per duo alia furta præcedẽtia, uide Pau. de Caſt. in conſi. cccl. in nou.*

AVG. Tu autem in hac materia adde Gandi. in tract. malefi. ſub rub. de furibus & latronibus, in illa qõ. quæ incipit, ſed pone pœnam fore impoſitã furi pro primo & ſecundo furto. qui allegando dictũ Vber. de Bobio tenet, quòd licet fur ſit punitus pro primo & ſecundo furto: tamen pro tertio debet mori: quia lex dicit, quòd pro tertio moritur, non pro primo & ſecundo. & ibi etiam Gand. ſubdit illam aliã quæſtionem de eo qui alibi commiſit duo furta & hic tertiũ, an furta alibi cõmiſſa aggrauent delictũ: & in effectu concludit, quòd non: & exclamat cõtra poteſtates ita feroces, qui pro furtis alibi cõmiſsis uolunt punire fures in ſuo territorio. Ange. autẽ in d. l. cui. §. fi. dicit quòd de conſuetudine ſeruatur, quòd furta alibi commiſſa aggrauant delictum. Et de materia adde d. Bal. in l. fi. ff. de iuriſdict. om. iud. & per Iac. de Bel. in auth. ut nulli iudicũ. §. ſi quis uero comprehenſorũ. & uidetur eſſe de mente Bald. in authen. qui ſemel. C. quomodo & quando iud. Adde Albe. de Roſa. latius diſputaſſe iſtã materiã in tertia parte ſtatutorũ q. xxxix. Pe. de Anch. in cle. j. extrà, de pœnis. expreſſè approbat d. Bar. in d. l. ſi cui. §. fi. ff. de accu. & uide Sali. in l. iij. C. de epiſc. audient. Et in hac materia teneo ego opi. quã tenui ſ. in gl. in uerbo (exiſtens Flor.) in add. primæ q. certè rigoroſa eſt opi. Bart. dicit tamen do. Catal. in trac. ſyndi. q. ccl. quod cum aliàs habuiſſet iſtã quæſtionem de facto euaſit furem, qui in alio territorio alia furta fecerat: ut furta alibi facta non connumerentur in numero furtorum.

15 *Fur commiſit furtum Florentiæ, & tum Bononiam portauit: an poſſit tali furto puniri Bononiæ.*

ANGELVS.

15 *QVAERO, quid ſi fur furatus fuit Florentiæ. & furtũ huc ſcilicet Bononiam portat: an hic poſſit de furto puniri? Bar. poſuit in pluribus locis iſtã ſuam opinio. quæ multos ſuſpendi fecit, & quã ego ſemper ſecutus fui in practica, uidelicet, quod ſic. & ita dicit in dict. l. ſi abducta. de furt. & in l. ſed nec. ff. de con. furt. in l. ſi dominium. ff. de fur. nam ſicut mutatione dominii noua naſcitur actio furti: ut d. l. ſi dominiũ. ita etiã mutatione territorii ad uindictam publicam. facit l. ſi furẽ. ff. de ſtatu ho. Sed cũ caſus occurriſſet de facto, do. Bononienſes conſuluerũt contrariũ, quod cõſiliũ incipit, quidã ſcholaris &c. & mouẽtur ipſi his rationibus. Primò ex regula uulgata: ſcilicet quòd ex aſsidua cõtractatione non naſcitur noua actio furti: ut l. ei qui. ff. de fur. & ibi Barto. non ob. l. ſi dominiũ. quia ex mutatione dominii, tunc ex noua cõtractatione naſcitur noua actio furti: quia in perſona noui domini naſcitur, in quẽ cadit furti diffinitio: quæ eſt ut res aliena inuito domino non contractetur, ſed in caſu noſtro nõ cõtractatur, niſi priore poſſeſſore & domino inuito, cui non poteſt naſci noua actio furti: ut d. l. ei qui. Tertiò quia à dicta regula l. ei qui. recedetur ex mutatione dominii: ut d. l. ſi dominiũ. ergo eſt caſus exorbitãs: igitur contra regulã non debet extendi ex mutatione territorii. Quartò per d. l. ei qui. non datur parti ex aſsidua contractatione noua actio furti: ergo nec reip. ut l. non ſolũ. §. quanquam. ff. de iniuriis. & ibi Bar. Quintò fur nõ uiſus ad locũ deſtinatũ portare res, non eſt manifeſtus, licet poſtea mutato propoſito aliò res transferat & uideatur: ut l. iij. cum l. ſeq. ff. de fur. ita in caſu noſtro ex mutatione loci noua actio nõ naſcitur, nec perſona mutatur, nec qualitas furti. Sextò poteſt adduci in authen. ut nulli iudic. §. ſi quis uerò cõprehenſorũ. ubi fit remiſsio ad locũ delicti, quæ non eſſet neceſſaria, ſi in loco in quo portauit furtum, poſſet puniri. ſed domi. Franc. de Albergotis de Aretio ſolennis doctor tenet opin. Barto. pro qua alleg. l. infiſciando. §. infans. ff. de furt. ita etiam refert, & tenet Ant. de Butr. in c. j. de rapto. & iſtud eſt tenendum & obſeruandum & maximè, ut uitiũ furti non frequentetur, & etiam uidetur ſequi Bald. in c. j. §. iniur. de pa. iura. fir. colũ. x. & in d. l. ſi abducta. & in auth. ſed nouo iure. C. de ſer. fug. & pro opin. Bar. adducit d. Saluſtius de Peruſio eius nepos ex filia, in d. l. ſi abducta. tex. in l. uerum. in prin. ff. de mino. & in l. j. C. de noxa. & in l. iij. in prin. ff. rerum amota. & glo. in d. l. de his. C. de furt. in quibus probatur, quòd ex noua mutatione perſonæ, quia de ſeruo fit liber, & de uxore deſinit eſſe uxor: tunc ex noua contractatione oritur noua actio furti: ita in caſu noſtro inſurgit mutatio ſtatus furis ex mutatione territorii. non obſt. rationes doct. Bonon. allegatæ contra Barto. quia prima ratio tollitur per eundẽmet Bar. quæ regula dictæ l. ei qui. nõ habet locũ, niſi mutetur dominiũ: nec etiã facit ſecunda ratio: quia negatur, quod lex quæ dicit, ex noua contractatione oriri actionẽ furti, ſit cõtra regulas iuris. imò dicit d. Saluſtius, quòd eſt contra regulas iuris. Propterea poteſt extẽdi quantuncunq; pœnalis: quia hoc facit lex antiqua: ſcilicet regula d. l. ſi furti. Itẽ tertio põt dici, quòd nulla fiet extẽſio, ſi reſpectũ habes ad uniuerſum dominium quod eſt uniuſcuiuſq; ciuitatis, & in qua furatus eſt, & in quam poſtea ſe cõtulit fur: nec obſt. tertia ratio: nam nihil repugnat, ut dicamus furtũ eſſe

factū:quia facta eſt cōtractatio inuito domino, & tamē actio furti non datur ſibi propter nouam contractationē,ſed datur reipubli.ubi furtum portauit,cum ex illa noua cōtractatione nouiter offenditur:cū regula ſit,quòd actio furti detur illi cuius intereſt furtū non fieri:ut l.manifeſtiſsimi.C.de furt.nec obſt.no. in §. quanquā.quia negari poteſt aſſumptū, quia uidetur contra l.falſi.C.de fal.& Bal.tenet oppoſitū in l.fi.C.de fur.Nec obſt.quinta ratio,quia tollitur ex elegāti doctr.Bal. in d.§.iniuria.de pace iur.firm.Nec obſt.§.ſi quis uerò cōprehēſorū. quia poteſt dici,quòd nō habeat locum in fure, qui nouiter contractaſſet:nam à iudice loci in quo eſt facta noua contractatio, non poteſt peti, ꝙ fiat remiſsio inuito ſuo iudice nouiter offenſo,cū ipſe uelit ex delicto cōmiſſo in ſuo territorio punire.ſed in §. ſi quis uerò.in ſecundo loco nullum delictū cōmiſit:merito debet facere remiſsionē ut puniatur per iudicē quē offendit.Et tamen bene aduertas,ꝙ prædicta procedūt,ſi huic apportaret rem furatā:ſecus ſi apportaret eius preciū,q̄a de dicto precio nō dicitur cōmittere furtū,nec tenet furti:ut eſt tex.& ibi not.in l.q uias. §.fi.ff.de fur.quod ſingulariter not.

a AVG. Tu autem in hac materia[a] adde,ꝙ inquantū opi.Bar.eſſet uera,tamen primò limitatur,ut procedat ſi intermedio cōditio furis mutata fuerit, quia de ſeruo liber fuerit in itinere.ita limitabat Ange.iſtā materiam in d.l.ſi dominium.Aliam limitationē dabat Ang.in d.l.ſi dominiū.ut op.Bar.procedat,ſi in ipſo initio fur fuit propoſiti, ut in alium territoriū ſe transferret ſuæ ſecurita tis cauſa:exēplū ponit.Pone,in ſub trahentibus in cōfinibus Bononiæ, ut trāsferāt ſe Ferrariā:ibidem ergo maleficiū conſummabitur,unde ib poterit puniri. & per rationes ſu concludit ita Ang.ibi. Tertiò lim tat ibidē Ang. ut opi.Bar.proceda quando in initio furti actio non e nata:& ita in his caſibus poterit pro cedere op.Bar.aliàs ſecus. Itē quar tò addit alium caſum,ut opin.Bar procedat,ut ſi furtū eſt factū Bono niæ bannito:qui ſecundū formā ſta tuti licitè poteſt offendi: nam ſi f ſe tranſtulit Ferrariā, ibi puniri po terit,poſtquam Bononiæ puniri n poterit obſtante ſtatuto. Item add aliā limitationē quam tradit Ange in l.ſi abducta.C.de fur.ut proced opin.Bart.in uagabundo fure:qu ſcriptū eſt,ubi te inuenero,ibi te i dicabo:ut l.j.C.ubi de cri.agi op Idē & ſexto reſtringitur opi.Bar procedat ſi fur proroget iuriſdi

16 nem iudicis.* Vnde dicit ſi ei ſeſſor,ne poſsis cōueniri tēpore dicatus,ſi uides quòd expediat ut ſuſpendas furem repertū c furtiua alibi derobata ne dam poſsis pati: facias quòd fur pro get iuriſdictionē,per l.quæro.§ ſol. & l.j.ff.de iud.& hoc dicit ſ in d.l.ſi abducta.& ibi etiā Ang cit mentionē de illa limitatio §.dixi,ut opi.Bar.procedat,qua fur mutauit conditionē per itinere. Item ſexto loco reſtringi opi.Bar.ut opin.ſua procedat,qua do fur fuiſſet inuentus cum re tiua: putà quia Florētiæ fecit fur & hic Ferrariæ inuenitur cū fu Secus ſi rem uendidiſſet poſtea non



noniæ,& hic Ferr.fuiſſet inuētus cū precio,quia in iſto precio hic Ferrariæ nō cōmittitur furtum,quia in re ſua furtū non cōmittitur,per l.pe.ff. de condi.ob tur.cau.Ita ſingulariter dixit Bal.in l.j.C.de cōfeſ.in xij.col. quod tene mēti.Item ſeptimò intelligas d.Bar.procedere,ſi fur qui furatus eſt Florētiæ,& uenit Ferrariā, ut poſsit hic Ferra.puniri:hoc uerū ſi fecit hic Ferr.reſidentiā per ſpatiū unius diei:aliàs non poterit hic puniri:ita dicit Bal. multū ſingulariter in l.qui furere.ff.de ſtatu ho. per l. quo deſtinauerat.ff.de fur.Et ita dicit,quòd intelligi debet opi.Bar.in d.l.ſi dominiū.aliàs ſecus,quod no. Octauò reperio Raph.Fulg.in l.ſiuē manifeſtus.§.tandiu.ff.de cōdi.furt. dicentē,quòd opi.Bar.nō procederet tanquā iniqua,ſi hoc Ferrariæ foret ſtatutum,propter quod pro leui furto eſſet impoſita pœna mortis: nam tūc dicit,quòd opi.Bar.tanquā iniqua nō eſt ſequēda:quæ no.quia alibi pulchrè ita collecta non reperies:ſed quia multoties uidi refricari in dubium,an opi.Bar.ſit uera uel falſa,omiſsis his fallentiis ſcribam, quod ſcriptū reperio in hoc paſſu terribili:dico paſſum terribilē,quia hæc opi.ſua,ut dicit do.Maria. in c. j.de rap.fecit ſuſpēdi decē milia hominū:& id quod dixit ipſe Bar.in d. l.ſi dominiū. approbauit etiā in l.ei qui furti.ff.de fur. in fi.& Barto.in l. ſed nec legatarius.ff.de condi.furti. & Bar.in l.ſi abducta.C.de furt.Bal. uerò ſecundū do.Io.de Ana. in c.fi. extrà de fur.ſemper uidetur approbare iſtā op.Bar.nam Bal.tetigit iſtā difficultatē in pluribus locis,& maximè in c.j.§.furtū.de pace iura.fir. arguit pro & contrà in hac difficultate.Tandē uidetur approbare opi. Bart.& Bal.in l.cunctos populos.C. de ſumma trini. & fidē catholica.in xvij.col.&Bal.in auth.ſed nouo iure.C.de ſer.fug.in uer.ulterius quęro nunquid plura furta.Idem fecit Bald.in l.qui furere.ff.de ſta.ho.Idē dixit Bald. in l.j.C.de confeſſ.in xij. col.& ſequitur opinio.Bar.ipſe Bal. in l.ſed nec legatarius. ff. de condi. furt.& Bal. in l.ſi abducta.C.de furt. Et aduertas, quia licet doct.allegēt Bald.ſemper ſecutū fuiſſe opinionē Bart.tamen ut infrà dicam,allegabo Bal. nō indiſtinctè approbaſſe opi. Bar.Franc.de Aret.tenet etiam opi. quam tenet do.Bar.per l.inficiādo. §.infans. ff. de furt. & ipſum refert do.Anto.de But.in c.j.extrà de rapt. & iſtam ſententiam tenuit ipſe do. Ant.de Butr.in c.fi.extrà de furtis. & licet pro hac ſentētia ſoleat allegari,quòd hoc etiam affirmauit domi. Ant.de Butr.in c.j.extrà de rapt. dicatis,ꝙ hoc eſt falſum:imò ibi dom. Anto.de Butri.hoc non affirmauit, ſed dicit,quòd in iſta q.ſunt opiniones inter legiſtas,& hoc relinquendum eſt legiſtis:& ſententiam Bart. eſt ſecutus etiam Pet.de Anch. in d. c.fina.extrà de furt. & licet doct.nō allegent do.Pet.de Ancha.in clem. j.extrà de pœnis. approbauit etiam d.Bart.in d.l.ſi dominium. & hoc fecit in xvij.notabili.ſed pōdera,quia domi.Pet.de Anch.ibi propriè non infert ad quæſt.noſtram.dom.Ioan. de Ana.etiam in c.fin. extrà de furt. refert domi.Pet.de Anch.in ſuo reper.ſub rubri.de furt.tetigiſſe iſtam difficultatē:ſed ibi etiam nihil affirmat:ſed bene hoc affirmauit domi.

Pet.de Anch.in l.qui furere.ff.de ſtatu homi.in reportatis iuris ciuilis.d. conte.in d.l.qui furere.& in d.l.ſed nec manifeſtus.tenet illã opi.quòd ubique ipſe fur, poteſt ſuſpendi.& alleg.Iaco.de are.hoc uoluiſſe in d. l.ſi dominium.& ita refert Ioan.de Ana.in d.c.fin.extrà,de fur.qui dicit quòd Pau.de Caſt.in d.l.ſed nec legatarius.ff.de cõdi.furti.tenet etiã opinio.Bar.in collectis quas habet: & ſentẽtiam Bar.approbauit etiam Rapha.Fulgo.in d.l.ſi abducta.& in d.l.ſed nec legatarius. Temperabat tamen hoc uerũ,ſi pœna erat correſpondens delicto in ſecundo loco ubi fur fuit captus:quia ſi pro modicis florenis quis debet ſuſpendi, nõ ſeruaretur opi.Bar.& ita dicit, quòd cõſuluit cum ſemel iſte caſus Feltri occurriſſet.& dicit Ang.in d.l.ſi dominium, quòd opi.Bart. per multos aſſeſſores obſeruatur.& Ang.in l.de his.C.de fur.in lectu.Florentina dicit, quòd fauore publicæ utilitatis opi.Bart.approbatur.& Ange.in lectu. Peruſina in d.l.ſi abducta.dicit quòd uidit ſæpius practicari opin. Bart.& multos ad furcas deduci.& Ang.in l.ſi abducta.in lectu.Paduana dicit,quòd aſſeſſores ſeruãt opi. Bar.tanquã utilem reipu.Et dicit dominus Floria.in d.l.ſi abducta,quòd aſſeſſores tenent opi.Bar.pro Euangelio.Et aduerte,quòd licet iſta allegentur pro iſta opi.Bar.tamen reperio,quòd multi tenuerunt cõtra opinio.Bar.& melius:nã Franci.tigr. tetigit iſtam difficultatẽ in l.qui uas. ff.de fur.in §.fi.& ibi expreſsè tenet contra Bart.& ita etiam eum refert domi.Ioan.de Ana.in d.c.fi.extrà de fur.contra Bar.etiam tenuit Ray.de forli.doc.profecto maximæ autoritatis,per tex.in l.ij.§.fi.ff.de noxa.& per l.de his.C.de fur.& ita eum refert Ludo.de Corteſiis de Padua in ſuo repertorio in uerbo, furtum. prin.& iſtum etiam refert do.Io. Ana.in dicto c.fi.extrá de fur.& li ipſe do.Ioan.de ana.crediderit a gare omnia quæ poſſunt adduci iſta materia,in d.c.fin.addatis,quo Ange.in l.ſi is qui.in §.ſi cui rem de furt.qui ſummando illum tex. cit quòd mutatione dominii co mittitur nouum furtũ noua contr ctatione ſecuta,dicit, ꝙ hoc eſt rum ratione intereſſe dominii miſsi in perſona ſecundi domi. Et dicit, quòd iſta ratio ceſſat c locus & territorium mutatur,q nõ mutatur dominium, quia inte eſſe nunquam renouatur:& ideo cit,quòd opi. Bar.in d.l.ſi domi non eſt uera.Et certè ille text.m deſtruit opi.Bart.& ideo rectè in di.l.ſi dominium.dixit, quòd opi.Bar.de rigore communiter probatur.& ideo Ang.in d.l.ſi ducta.in lectura Paduana.per m rationes dicit iſta uerba,opi.B ua eius reuerentia,non poteſt neri.Et licet docto.allegent ſe Bal.tenuiſſe opin.Bart. tamen go Bal.quem doct.nõ referunt allegant,nec uiderũt in lectura quam pauci habent ſuper ff. quæ lectura parua eſt: qui com tauit certas leges.Nam Bald.in dominium.dicit, quòd licet opi ſeruetur de conſuetudine,tamen opinio uidetur eſſe contra tex. j.extrà de rap.& dicit, quòd opi ſua non poteſt ſaluari, niſi in de bus caſibus, quando ille qui fu



eſt Bononiæ,furtum fecit uni bannito:& ſic actio furti nõ eſt nata ibi:& poſtea uenit Ferrariã:& hic reperitur uel etiam alio caſu,quando furatur in confinibus Bononiæ:ut furtũ portet in ciuitatem Ferrariæ.& hic Ferrariæ reperitur cum furto, aliàs opi.Bar.non eſt uera.& ſic Bald.ibi indiſtinctè non approbauit ſententiam Bart.& quòd opin.Bar.non ſit communis opinio, not.do.Anto.de But.in d.c.j.extrà de rapt.dicit quòd de hoc eſt opinio inter legiſtas,imò ꝙ fortius eſt,do. Abb.in c.j.de rapt. dicit iſta uerba formalia, quòd cõmunis opi.doct.uſque ad tempora Bart.fuit quòd fur repertus hic Ferrariæ cum re ſubtracta nõ poſsit hic Ferrariæ puniri:licet Barto.tenuerit contrarium,in d.l.ſi dominium.pro qua opinione dicit ꝙ multi & multi ſunt ſuſpẽſi.Quinimò dicit, quòd Moderni adhuc dicũt,quòd de ſtricto iure illa opi.Bar.non procedit. & reſpondit ad d. §.infans.qui adiicit,quòd ille §.de neceſsitate nõ cõcludit:& dicit, quòd ultra non procedit:quia opinio eſt periculoſa. Et ideo rectè dixit Floria.in d.l.ſi abducta.quòd licet aſſeſſores obſeruent opi.Bar.tamen ipſe arguit contra Bar.finaliter dicit,quòd dubium eſt argumentabile:unde dicit, tene quod uis. Sal.uerò in l.ſiue manifeſtus.§.j.ff.de cõd.fur.tenet experſsè contra Bar.in d.l.ſi abducta.per multas & multas rationes concludit cõtra Bart.& arguit terribiliter oſtendens opi.Bar.eſſe falſiſsimã : & iſtã ſententiã ut ipſe refert,tenuit etiam Richar.de Sali.& etiam Ioan.de lig. conſuluit pro iſta parte. Quinimo dicit Salic.ibi, quòd collegium Paduæ conſuluit contra opi.Bar.& ita referebat Richar.de Sali.tempore quo legit Paduæ:unde multũ exclamat contra aſſeſſores:qui ſequũtur opi.Bar.quòd ipſi debeant ſe præcauere. Quinimo Odoff.fuit in contraria opinio.Bar.& ita ipſum allegat Bald.in d.l.j.C.de confeſ.in xij. col.& per hæc reprehẽdo do.Io.de Ana. qui in c.fin.extrà de fur.reprehendit domi.Abb.qui do.Abb.in c. j.de rapto.dixit,quòd cõmunis opinio uſque ad tẽpora Bar.fuit in cõtrariam ſententiã Bart.quia do.Ioã. de Ana.dicit ibi, libenter ſcirem ab Abb.ubi inuenit iſtã q.tractatã ante Bar.quia ſalua reuerentia do.Ioan. de Ana.Bal.in loco ſ.allega. refert Odof.tetigiſſe iſtam quæſtionem. & ipſe do.Ioan.de Ana.refert,quòd Fran.tigri. & Ray.de Forli.fuerunt in contrariam ſentẽtiam Bar.quinimo Rapha.Fulgo.in d.l.ſi abducta. & in di.l.ſed nec legatarius. refert quòd ſeptem doct.Bononiẽſes ſubſcripſerunt ſe illi conſilio Ioan.de Lig.& licet d. Ioan.de Ana.referat Paul.de Caſtr.tenuiſſe opi.Bartol.tamen non eſt uerum hoc : quia Paul. de Caſt.in d.l.ſiue manifeſtus.§.j. dicit,quòd licet hodie cõmuniter iudices ſequantur opinio Bart.tamen dicit,quòd doct.Moder.reprehendunt iſtam opinionẽ:& dicit, quòd re uera opi.Bart.eſt falſa : & ibi arguit terribiliter contra Bar. dicit tamen quòd de iure & conſuetudine inoleuit opi.Bar.Et ideo do.Nellus in tractatu ſuo bannito. in ſecunda parte.q.v. dicit, quòd aſſeſſores ſequẽtes opi.Bar.de iure non rectè ſe fundãt.ſed dicit quòd ſequẽtes opi. Bartol.in ſyndicatu ſuo defendunt

ſe ex uarietate opinionum per not. in l.cum prolatam. de re iudica. & fortè ex conſuetudine: dicit tamen quòd ſi fur eſt uagabūdus,poteſt in omni loco ſuſpēdi:& Paul.de Ca.in d.l.ſiue manifeſtus.dicit quòd opin. Bar.per uniuerſum mundum ſeruatur:ſed dicit quòd eius opinio non eſt uera:& arguit contra Bart.& reſpōdit ad motiua ſua. & dicit,quòd illis rationibus quas adducit Bald. contra Bart. in d.l.ſi abducta. poteſt reſponderi pro certo:ſi tot illuſtres doct.tenuerunt contra Barto. & dicunt doct.quòd de puncto iuris falſa eſt opi.Barto.quomodo iſti iudices ſitibundi ſanguinis humani in iſtis contrarietatibus & ſubtilitatibus iuris uolunt magis condemnare,quàm abſoluere,contra text.in l. ſi prǽſes.ff.de pœnis.& alio die cum iſte caſus occurriſſet hic Ferrariæ, quòd unus Mantuanus furtum commiſit in ciuitate Bononiæ, & uenit huc Ferrariam cum furto,& fuit captus Illuſtriſsimus dux Hercules:cū ſim de ſuo conſilio ſecreto,interrogauit me Auguſtinum de Arimino, quid agendum eſſet:reſpondi ſententiā Bart.penitus fugiendam eſſe tanquam iniquā,quam tot illuſtres doctores dānauerūt:licet aliqui latrunculatores ſitibūdi ſanguinis humani obſeruent opi.Bart.& malè:& ita obſeruatum fuit,& hæc not.quia non ita bene collecta alibi reperies: poſſem ego adducere omnes rationes quas ſcriptas reperio ſuper libris & à me uiſis.ſed hoc eſſet longum tranſcribere:hæc ſufficiant.

ADNO. a ¶In hac materia. *Adde tu ultra ea quæ ponit hic dictus Auguſt.quòd pro opinione Bartoli facit quod uoluit Specu.in titu.de compe.iudi. ad.§.j.uerſic.ſed quid ſi Lucanus. & ſequitur Pau.de Caſt.in conſ.cccclxxj.incip.uiſo caſu propoſito.in nouis.ubi quid ſi fur res furatas exponat uenales prop aliquod cœmiterium,quòd ratione mutionis territorÿ dicitur ſacrilegus:& ca fugiens ad eccleſiam poteſt extrahi.adde tamen quod Fulgo.in conſi.cxlviij.refer. pluries conſuluiſſe contra Bart.ubi uid & adde quod Bal.in conſi.clÿ.in j uolu dicit opi.Barto.de iure ueriorem:licet de facto nō ſeruetur.& uide Cap.in cōſ.lic. in pe.col.qui etiam tenet cōtra Bar.Be.*

*17 Furto cōmiſſo,an poſſit torqueri cuſtos rei ſubtractæ etiam ſine indiciis:& quando plures unā rem furto ſubtrahunt,an ſit unum furtum uel plura.*

ANGELVS.

17 *E T etiam tu iudex aduerte quando furtum committitur,potes torquere cuſtodē rei ſubtractæ,etiam
a ſine indiciis[a],ut indicet furē:& non teneris in ſyndicatu de tortura: ita dicit Barto.in l.j.ff.de offic.præfecti uigil.& etiam mēti habeas tu iudex quòd ſi plures furantur eandē rem, licet ſint plura furta, quia alia contractatio unius, alia alterius,& tot ſunt contractationes & furta,quot ſunt delinquentes:tamē unicum furtum eſt propter rei ſubtractæ unitatem,
b [b]ita dicit Bart.in l.ſi familia ff.de iuriſdi.omn.iudi.& pro unico furto debet reputari.

ADNOT. a ¶Sine indiciis. *Adde Alex.de Imo.in conſi.v.in iij.*
b ¶Vnitatem. *Adde Fulgo.in conſ. ubi dicit quòd etiam data opinio.Bartoli pro uera,quòd etiam ſi furta fiant pluribus locis,& cum rebus inuenti fuerint in alio loco,quòd cenſetur unum furtum,arguendo de loco ad tempus.Be.*





AVGVST. Tu autem adde, quòd Bar.in d.l.j.ff.de offic.præfec. uigil.non dicit, quòd ſine indiciis ille poſsit torqueri:ut dicit d.Ang. hic.Sed aduerte, quia etiam ſi Bart. diceret, ꝙ ſine indiciis poſsit quis torqueri:intelligerem,ut ille tex.loquitur,quando cuſtos eſſet unus homo uilis,ut ſeruus,aliàs ſecus. & ita Barto.loquitur,ibi in ſeruis dum dicit,hoc probatur ibi in tex.in ſeruis cuſtodientibus. & hoc corroboratur per ea quæ dixit Sali. in l.fina.C. de quæſtio.qui dicit,quòd licet iura uelint, quòd ſi res furata reperitur penes unum, eſt ſufficiēs indicium, ut ipſe poſsit torqueri:hoc uerum,ſi ille eſſet perſona non bonæ famæ, aliàs ſecus.Item de ſecunda concluſione,adde Bal.in l.cum rationibus. C.qui accuſ.& Pau.de Caſt.& Mod. in d.l.familia.qui ponūt, an ſit unicum furtum,uel plura.

*18 Fur confitetur ſe abſtuliſſe mihi certa bona, & antequam condemnaretur moritur, an ex tali confeſſione habeam actionem contra illius hæredes.*

ANGELVS.

18 *QVID ſi fur confiteatur ſe mihi furto abſtuliſſe certa bona,& antequam cōdemnaretur moritur, an ex tali confeſsione habita, habeam cōtra eius hæredem actionem?uide Bar.in l.j.cir.fi.ff.de priua.deli.& in Spec.qualiter in accuſatione procedatur.in prin.uer.quid ſi latro famoſus.qui dicit, quòd ſic: quia in iſtis indiciis quaſi contrahitur:ut l.iij.§. idem ſcribit. ff. de pecu. & quia ex confeſsione oritur actio in factum ſicut ex ſententia:ut l.proinde.§.ſi procurator.ff.ad l.Aqui.igitur &c.

AVG. Tu adde quòd Angel.in d.l.j.hoc idem tenet quod Barto.& hanc eandem ſententiā tenet Ioan. Andr.in addi.Spec.in titu.de accu. in add.quæ incipit,quid ſi latro.qui limitat prædicta. Nam dicit,quòd ſi iudex procedit per uiam accuſationis:ſcilicet Titii contra Caium,qui Caius confitetur ſe plura furta feciſſe à Titio,& multis aliis:illa confeſsio Caii nocet heredibus tantum quo ad Titium qui accuſauit, & non aliis prodeſt: ſecus ſi per uiam inquiſitionis:quia illa confeſsio nocet hæredibus quo ad omnes.& iſtā limitationem magnificat Imo.in d. l.defuncto.ff.de publ.iudi. Et limita prædicta procedere, niſi hæres contra confeſsionem probaret contrarium:ut dicit Bald.in l.j.C.ne ex delict.defunct. qui temperat hoc modo dicta Bart.& Specu.& dicit idem ſi non eſt facta cōfeſsio:ſed eſt concluſum in cauſa. & uide bonam gl. in §.pœnales.inſti. de perpe.& tempo.actio.quæ dixit fortius. & bene faciunt no.per Bar.in l.interdum.§. qui furem.ff.de fur.

*19 Emens uel pignori accipiens rem furtiuam à fure,an teneatur furti.*

ANGELVS.

19 *QVID ſi quis emit ſcienter rem furtiuam à fure?dic,quòd tenetur furti:ut l. inciuilem.& quod ibi not.gloſ.& doct.C.de fur.& idem ſi rem furtiuam à fure ſciēter pignori accepit:ut eſt caſus in l. ſi ſeruus cuiuſdam.ff.de condi.inde.& ita dicit Bal.& Raph.Ful.in d.l.eos.C.de fur. ſecus ſi ignoranter emeret uel pignori acciperet,ut in dictis iuribus: debet tamen nominare furem ne ipſe incidat in ſuſpicionem, quòd

ipſe fuerit ille qui furatus ſit: ut d. l.ſeruus. & tũc etiam quãdo recipit ignorãter, cogitur rẽ furatã reſtituere dño, ſine reſtitutione pretii: ut eſt caſus in d.l.inciuilẽ. quod bene no.

AVGV. Tu adde inquantũ tangitur hic, an ſi res furata reperitur penes unũ: an præſumatur fur. certè uariæ fuerũt ſentẽtię: & licet Accur. uariauerit ab opi. Placen. in d.l.inciuilem: quia illa glo. ſemper alleg. tamen de materia uide Sali. in l.fin. C. de quæſtio. & pulchra uerba poſuit Bald. in l.ſi. ff. de hære. inſti. ulti. col. qui ſequitur opin. Cy. & omnes doc. cõmuniter uidentur hoc approbare: quia ſi perſona erat bonæ famę, nõ prẹſumitur: ſecus ſi malæ famæ, dic tamẽ ut dicã infrà in q. quæ incipit, quæro an eoipſo ꝙ res furti ua reperitur. & ſi uir bonæ famæ emit ab illo quẽ non cognoſcit, nõ credo ipſum præſumi furẽ, nec credo debere cogi nominare, & indicare furẽ, ſi iurat ipſum nõ cognoſcere, per prẹdicta: & de receptante furtum in domo quomodo punietur, ne erres: uide Bar. in l. furtum. ff. de fur. & infra dicetur.

20 *Pignorans unum librum, & poſtea alium ſubmittens, an teneatur furti.*

ANGELVS.

20 *QVID autem, ſi quis conſtituit mihi unum librum pro pignore, & poſtea alium ſubmiſit? dic quod tenetur furti: ſecus ſi in pignore cõſtituendo unã rem pro alia ſubmittat: quia furti nõ tenetur: ſed crimine ſtellionatus: ut l. ſi pignore. in prin. & ibi Bar. ff. de pig. actio.

AVGV. Tu de iſta materia, adde, ꝙ uerum eſt, ꝙ tenetur crimine ſtellionatus ille q perſuaſit Hebrẹo aurũ eſſe, cũ ęs eſſet, & ſic extraordi narię puniretur: ut eſt tex. in l. j. in f. ff. de pign. act. & eſt tex. in l. pe. ff. de crimi. ſtellio. & uide gloſſ. in d. l. j.

21 *Furem uel furtum receptans, an tenea tur furti.*

ANGELVS.

21 * QVID ſi rẽ furatã quis ſcienter receperit, & receptaculum dederit, dic quòd tenetur furti: ut eſt tex. in l. eos. & ibi Bar. & Bal. C. de fur. Et be ne aduertas quòd receptans furẽ uel rẽ furatã, dicitur præſtare au xilium furi & furto. ita intelligitur l. eos. Bart. in l. furtũ. ff. de fur. & ſic dicitur propriè fur: & non tenetur propriè ac ſi furtum cõmiſiſſet: ac ſi furti opẽ præſtiterit, quod pro intellectu dictę legis, eo... ius intellectu uidi dubitari Bononię, cũ caſus occurreret, & eti... dicta nota pro ſtatutis quæ de... intelligi in uerbis propriis quæ... niunt aliter furẽ uel aliũ præſtan... opẽ: de quo in ſimili per Bar. in l. ſi unius. §. ſi ſeruus. ff. de inter... cle. j. ff. de reſcrip. Et de iſta rece... tione uide quæ ſcripſi j. in glo. ... cto maleficio ſemp aſtitit. ...

AVGV. Tu autẽ in hac ma... adde, ꝙ Bal. in d. l. eos. dicit, ꝙ ... Bononiæ, ꝙ una mulier fem... ſuſpenſa, quę præſtabat furib... mum, & ibi receptabat male... certe iſta doctrina uidetur ... hoc auxiliũ poſt factũ maleficii cõſummatũ prẹſtatur: & ideo ... ordinariè debet puniri, ut pr... declarat Barto. in l. furti. §. ope... fur. Sed Bar. optimè reſpondet motiuo in d. l. furtũ. ff. de fur... de. & de receptãte furẽ, adde l. ... l. pe. C. ad l. Iul. de ui. & text. in ... de his qui latro. & ibi do. adde tamen ꝙ latiſsimè iſtã materiam ultra omnes diſputauit Gã. in trac. malefi. ſub rub. de receptato. furũ & latronũ. qui ponit oẽs caſus, qñ receptator in omnibus maleficiis banniatur, & qua pœna & qñ: & ibi multa bona dicit, & eſſem nimis longus ſi oĩa ponerẽ: adde oĩno quæ dicã j. in glo. ſuper uerbo, (& dicto maleficio ſemper aſtitit.) in uerſi. quæro. quia dixi ſuprà quòd poſt maleficiũ. ibi omnino uide. & de materia uide per Roma. in cõſi. ſuo ccccLxxiij. & ibi concludit, ꝙ in dubio præſumitur receptans ignoraſſe.

22 *Furem indicare, an quis cogatur.*

23 *Iudex negligens in faciendo reſtitui res furto ſubtractas damnum paſſo, an teneatur.*

ANGELVS.

22 *QVAERO, an quis cogatur
a indicare[a] furẽ. Bar. & Ang. in d. l. inciuile. C. de fur. & ibi Rapha. tenent quòd nõ: etiã de iure canonico: unde dicunt, ꝙ epiſcopi hodie faciunt excõmunnicationes: & ſic non cogi
23 tur indicare. *Quid ſi iudex fuit negligens in faciẽdo reſtitui res furto ablatas dãnũ paſſo, an teneatur iudex? dic, quòd ſic, ut not. Bald. in l. ſi mancipia. in prin. C. de ſer. fugiti.

ADNOT. a ¶Cogatur indicare. *Adde tu & uide Ioan. And. in addi. Specu. in titu. de fur. & ibi an ualeat pactum, quòd ſit inter furem & dominum rei furatæ, ne ipſum accuſet. Ber.*

AVGV. Tu adde quæ dixit do. Ant. de But. in c. nemo. extrà de ſimonia. qui dicit etiã quod ad inſtantiã partis nemo cogitur indicare furẽ: ſed ad inſtantiã iudicis ſic, ut prouincia purgetur malis hominibus, per l. cõgruit. de officio præſidis. Et de materia omnino uide doct. in d. l. ciuile. & per gloſſ. in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad eccleſiã. confug. Et ibi docto. & l. iij. §. fin. ff. de condict. ob turpem cauſam. & in ca. dilectus. extrà de exceſ. præla. & j. q. j. c. qd quidam. §. ex his. in gloſ. & illa gl. allegat bonas concordantias.

24 *Furtum de quo non poteſt cognoſci tẽporis præſcriptione, uel quia ſit commiſſum extra territorium: an aggrauet furtum de nouo commiſſum: & in numero furtorum connumeretur.*

ANGELVS.

24 * QVAERO, nunquid furtũ de quo nõ poteſt cognoſci tẽporis preſcriptione: uel quia extra territoriũ ſit cõmiſſum, aggrauet furtũ quod de nouo committitur: & in numero furtorũ cõnumeretur. Iſtã quæſtionem format Bar. ſecũdũ Iac. de Are. in l. ſi cui. §. ſi. ff. de accu. & Bal. in d. authen. ſed nouo iure. uer. ſed dubitatur nunquid furta &c. ubi dicunt, quòd ſic: quia ratione aliorũ furtorum remanet infamis: & ideo, quòd principaliter cognoſci non poteſt, cognoſcitur per cõſequẽtiã: argu. l. quoties. C. de iudi. & quod not. ibi doct. & ſic furta alibi cõmiſſa qualificant & aggrauant furtũ cõmiſſum nouiter hic: quia faciunt furẽ manifeſtum: ita dixit Bar. in d. l. ſi cui. §. ſi. & ſic tãquam cõtra furem manifeſtũ agi poteſt. Quinimo fortius dicit Sali. ut ſuprà dixi in l. ſeruos. C. ad l. Iul. de ui publi. ꝙ unum furtũ alibi cõmiſſum nõ tãtũ facit, quòd aggrauet furtum hic cõmiſſum: ſed facit qd illud furtũ in numero furtorũ cõnumeratur. Vnde ſi nõ poſſet mori niſi ex tribus furtis, illud furtum

alibi

alibi commiſſum cõputatur in nu-
mero furtorum, & habetur pro uno
furto etiam hic.

AVGV. Tu autẽ in hac mate-
ria adde, ꝙ reperio Ioã.And.in ad-
di.Spe.in rub.de fur.tenuiſſe cõtra-
riã partẽ: ſcilicet, quòd furta alibi fa
cta nõ aggrauent furtũ factum hic
Ferrariæ, & hoc per bonas rationes.
Et ad idẽ reperio Gan.in tract.ma-
leſi.ſub rubri.de furib.& latronib.in
pe.col.in uerſi.ſed iterum pone aliã
quæſtionẽ de facto.qui allegando
Vbertum de Bobio hoc idẽ uult: &
multùm exclamat contra poteſtates
& officiales: qui ſunt ita feroces, ꝙ
pro furtis alibi cõmiſſis uolunt pu-
nire furẽ in ſuo territorio. Ang.ta-
mẽ in d.l.ſi cui.§.ſi.dicit, quòd opi.
Bar.ſeruatur de cõſuetudine.etiam
dicta Bar.approbauit Pet.de Anch.
in cle.j.de pœn.Et de materia uide
Sali.in l.iij.C.de epiſ.audiẽ.& Bald.
in l.fina.ff.de iuriſdi.om.iud.& per
Iaco.de Belui.in authẽ.ut nulli iu-
di.§.ſi quis uerò cõprehenſorũ.&
uidetur eſſe de mente Bal.in authẽ.
qui ſemel.C.quomodo & quãdo iu
dex.Sed latius ultra omnes docto-
res diſputauit iſtã materiã Albe.de
Roſa.in ſecunda parte ſtatutorum
quæſtio.xxxix.& adde quæ dixi s̃.in
uerſi.exiſtens Florẽtiæ.in addi.j.q.&
certè rigoroſa eſt opi.Barto.& uide
quæ dixi etiã ſuprà in hac eadẽ glo.
in illa quæſtione, quæro, quid ſi fur
paſſus fuit pœnam primi & ſecun-
di furti.

25 *Confeßioni confitentis ſe plura furta diuerſis temporibus & locis commiſiſſe.an ſtetur.*

26 *Furto apparente, ſed iudice neque fure cognoſcente perſonã cui furtum dicitur factum, an furti puniatur fur.*

ANGELVS.

25 *QVID ſi quis cõfiteatur ſe plu-
ra furta diuerſis tẽporibus & locis
commiſiſſe, nunquid ſtandũ ſit hu-
a ſuæ cõfeſsioni? Reſpondeo, ꝙ non:
quia talis cõfeſsio eſt generalis, &
non cõſtet de rebus ſubtractis: arg.
l.ſi illud.§.j.ff.ad Trebellia.ita dicit
Bal.in d.authẽ.ſed nouo iure.C.
ſer.fugi.uer.ſed pone, ꝙ quis &c.
ſic tu iudex ſis bene caut', ne dãnes
animã & corpus tuũ, quãdo fur cõ-
fitetur coram te maria & montes,
plura furta cõmiſiſſe, quòd uelis di-
cta furta hic & alibi commiſſa uerĩ-
ficare, ut in deſtinãdo nuncium
habendũ informationẽ pro uerita-
te & in reperiendo furta, ita quòd
appareãt quæ diſtraxerit, & quæ i-
gnorauerit, & quæ penes ſe uerè
habeat: aliàs ſæpe innocẽtẽ cõdem-
nares, qui metu tormentorũ ...
& nõ uera cõfitetur, cõtra l.abſen-
tem.ff.de pœ.Et eodẽ modo ſi fur
cõfitetur ſe multa furta com...
eodẽ loco diuerſis tẽporibus...
iſta uerba diuerſis temporibus
obſcura: quia poteſt intelligi ...
ſis tẽporibus cõtinuatis: & ſic ...
putantur plura furta: arg.ff.de ...
& obli.lege nunquam actio ...
dicatur in inquiſitione cum ...
ris interuallo, quæ uerba uidẽ...
cũ tẽporis interuallo, faciũt ...
ces apponi: ita dicit Bal.in d. ...
ſed nouo iure.in uer.quid ſi ...
26 tur &c. *Quæro quid ſi appa...
de furto: ſed perſona cui facti...
non eſt cognita, neq; iudici ...
furi: an nihilominus furti puni...
dic, ꝙ ſic, argu.ij.q.ix.c.libellos
ita dicit Bal.in dict.authẽ.ſed ...



iure.uerſi.ſed ſi apparet de furto.

ADNOTA. a ¶Quod non. *Adde tu & dic ut per Pau.de Ca.in cõſil.cclxvj.in nouis.Ber.*

AVGV. Tu autem in hac mate
ria adde quæ dixit Ange.in l.j.C.de
confeſ.in ij.col.qui dixit quod uidi
de facto Peruſij obſeruatũ eſſe per
egregium uirũ dominũ Nicolaũ de
Iocellis ibi poteſtatẽ, qui fecit mori
quoſdã derobatores mercatorũ &
occiſores eorum, qui confeſsi ſunt
occidiſſe ipſos mercatores, & dero
boraſſe & proieciſſe corpora in
quodã flumine: & tamẽ non appare
bat de rebus ſubtractis & de corpo-
ribus occiſis, & ſic illa confeſsio ge-
neralis præiudicat in criminalibus
ipſis reis: ſed aduerte: quia Ange.ibi
dicit, quòd ideo hęc militant de iu-
re: quia illi inquiſiti aliàs erant ho-
mines malæ uitæ & famæ, & habili-
ter potuerunt proiicere illa corpo-
ra in flumine illo: quia ſtabant iuxta
illud flumen in cõmittendo & per-
petrando illa delicta: dicit tamen, ꝙ
ſi non eſſet ueriſimile uel propter
loci diſtãtiam, ſcilicet fluminis, uel
propter bonã famã inquiſiti, ꝙ non
credit ex tali confeſsione quis ſit
damnãdus. Colligitur ergo rectè ex
hac doctrina Ange. ꝙ dicta Bal.in di
a cta authen.ſed nouo iure.nõ milita
rent, ubi cõfeſsio furis, qui genera-
liter dicit ſe derobaſſe Ferrariæ &
Paduæ, & in illo loco in quo eſt ca-
ptus, ꝙ tunc illa delicta nõ debent
uerificari ſemꝑ quãdo fur aliàs eſſet
malæ famæ & cõditionis, quia tunc
cõfeſsio illa generalis ſe feciſſe plu
ra furta abſq; eo, ꝙ cõſtet de rebus
ſubtractis, præiudicaret confitenti.
& ita Ang.in d.l.j.C.de cõfeſ.uide
tur limitare iſtã materiã: & ea quæ
no.in d.l.illud.ff.ad Trebel.Sed ad-
uerte: quia etiã ſi fur eſſet malæ uitę
& cõditionis, nõ dubito ꝙ ſemper
iudex debet facere, ꝙ conſtet de re
bus ſubtractis, & de delicto perpe-
trato, per tex.in l.j.§.item illud.ff.ad
Silla.Et latiſsimè dixi ſuprà in uer-
bo, fama publica præcedente.circa
fin.in addi.in uer.poſtquam aliquis
fuit captus & incarceratus, aliqñ ſi-
ne tortura confitetur.Præterea ego
reperio Ange.expreſsè dãnaſſe ali-
bi illũ dominũ Nicolaũ poteſtatem
Peruſij.qui propter cõfeſsiones ge-
nerales occidit illos inquiſitos, cum
non cõſtaret de rebus ſubtractis: &
de corporibus mortuis: & hoc di-
xit Ange.in l.certum.ff.de confeſ.&
adde Bal.in addi.Spe.in tit.de ſen-
ten.in xviij.col.in ſimili, qui dixit, ꝙ
ſi quis cõfitetur ſe hominẽ occidiſſe
& corpus proieciſſe in mari, ꝙ cum
nõ conſtet de corpore mortuo, ille
nõ põt occidi, ſaltẽ niſi probetur ꝑ
famã illũ eſſe mortuũ.ſed dic ut di-
xi in d.addi.in uerbo, fama publica.

27 *Statutum dicens quòd accuſatus de furto non comparens ponatur in banno furcarum, an ualeat.*

ANGELVS.

27 *QVAERO an ualeat ſtatu-
tũ[a], ꝙ accuſatus de furto nõ cõpa-
rẽs ponatur in bãno furcarũ. dic ꝙ
ſic: ut argu.in authẽ.de lenonib.§.ſi
quid.in uer.expellatur.ita dicit Bal.
in d.authẽ.ſed nouo iure.uer.dubi-
tatur de ſtatutis diſponentibus &c.

ADNOT. a Statutum. *Adde & uide Pau.de ca.in cõſi.cccl.in nouis.Ber.*

AVGV. Adde tñ tu, ꝙ hæc mi-
litarent in cõtumacia uera: in cõtu-
macia autẽ ficta nõ datur bãnũ uel
multa:

multa: ita dicit Bar.in l.j.in fin.ff.ſi quis ius dicen.non obtempe.& ibi in materia uide Moder.

28 *Furtiua res eo ipſo, quòd reperitur apud Titium, an præſumatur Titius illam furto ſubtraxiſſe.*

29 *Furtiua res eo ipſo quòd apud Titiũ reperitur, an præſumatur Titius particeps furti.*

ANGELVS.

28 *QVAERO an eo ipſo, ꝙ res furtiua reperitur penes aliquẽ, præſumatur illã ſubtraxiſſe. Iſtã quæſtionem format Bal.& Imo.in l.fi.ff.de hære.inſti. Et cõcludit ibi Bal.ꝙ aut erat malæ famæ, & præſumitur ſubtraxiſſe, niſi doceat à quo habuit: ut l.ciuile.C.de fur.ſecus ſi erat bonæ famæ: ut l.nõ oẽs.§.à barbaris.ff.de re mili. Sed Imo.ibi dicit, ꝙ etiam ſi eſt malæ famæ, hoc ſolũmodo facit indiciũ, nõ tñ, ꝙ propter hoc poſſit
a dãnari, ſed poni poteſt ad torturã[a]:
29 ut l.abſentẽ.ff.de pœ.*An autem eo ipſo, ꝙ habet penes ſe rẽ furtiuam, præſumatᷣ ſaltẽ particeps furti? Iſtud ponitur in l.inciuilẽ.& l.ciuile.C.de fur.& ibi concluditur, ꝙ ſi cõſuetus erat emere res furtiuas, prȩſumitur, ꝙ ſciẽter emerit, & ſic, ꝙ fuerit particeps, & ſic tenetur furti, niſi aliter ſe excuſet. Si autẽ nõ erat ſolit⁹ emere tales res, tũc ſecũdũ Bal.in d.l.inciuilẽ.debẽt attẽdi aliȩ circunſtãtiȩ, ut quia emit pauco pretio & clã: & tũc præſumitur cõtra eũ: ſecus ſi palã uel iuſto pretio ſatiſ.& ita etiã dicit Imo.in d.l.fi.ff.de hære.inſtit.

ADNOT. a ¶Ad torturã. *Adde Alex.de* Imo.*in cõſ.v.in primo uo.& poſita ſ̃.in uer.quid ſi quis emit ſcienter.*

AVGV. Tu in hac materia adde quæ dixit Alb.de Roſ.in d.l.inciuilẽ.C.de fur.qui per bonas rationes cõcludit, quas mihi hic adducere & tranſcribere parũ eſſet, quòd etiam ſi res furtiua reperitur penes aliquẽ in loco abſconſo, & licet perſona aliàs ſit conſueta furari, ꝙ per iſtas præſumptiones non inducitur etiã uera ꝓbatio, quæ ſit ſufficiẽs ad cõdẽnãdũ. Bar.uerò in l.fi.ff.de quæ. in prin.ij.col.dixit ꝙ ſi res furtiua eſt penes aliquẽ, ꝙ eſt ſufficiẽs indiciũ ad torturã. alleg.l.ciuile. & l.inciuilẽ.C.de fur.dicit tamẽ ꝙ iſtȩ præſumptiones poſſunt elidi. Verbi gratia, ſi res furtiua eſt penes me, & reperitur penes me, & oſtendam à quo habui: & tunc nõ eſt ſufficiẽs indiciũ ad torturã. Sed aduerte quia Salic.in l.fi.C.de quæſt.in iiij.col.faciens mentionẽ de hac doctrina Bar.dicit, doctrina Bart.debet temperari, ꝙ licet uerũ: ꝙ ſi res furtiua eſt penes aliquẽ, eſt ſufficiens indiciũ ad torturã, dũmodo attẽdatur qualitas perſonæ. Quid enim ſi uir aliàs bonæ opinionis, ut ſunt ſtrazaroli q ab ignotis ſueuerũt emere. Nã dicit ꝙ tunc nõ eſſet ſufficiẽs indiciũ ad torturã: ſed certè ſi rectè doctrina Bar. inſpiceretur in d.l.fi. Bar.hoc etiã uoluit, ſi ille aliàs eſſet homo malæ uitæ, opinionis uel famæ: & dic etiam ut dictum eſt ſuprà, in addi.in uer. quid ſi quis emit ſciẽter rem furtiuam.

30 *Accuſari uel inquiri de furto uel delicto, an poſſit ſimul & ſemel ciuiliter & criminaliter.*

ANGELVS.

30 *QVAERO, an ſimul & ſemel poſſit accuſari uel etiam inquiri de furto uel alio delicto ciuiliter et
a criminaliter.[a] Bart.in l.interdum.§. qui furẽ.ff.de fur.dicit, ꝙ aliquando ciuilis & criminalis ꝓponuntur principaliter, & tunc nõ poſſunt ſucceſſiuè intẽtari, uel nec ſimul proponi eodẽ tẽpore: ut l.interdũ.ff.de pub.iud.& ibi Bar.& Imo.& Bar.in l.prætor.§.j.ff.ui bo.ra.ubi Bar.plenè. Aliquãdo criminalis proponitur principaliter & ciuilis incidẽter: & tunc utriuſq; cõcurſus admittitur & toleratur, ut d.§.q furẽ.qđ cõfirmatur per tex.in l.iiij.§.ſi dicatur.cum gl.ff.fin.reg. Vnde ſecundũ Bar.ſuſtinetur libellus in quo dicitur, peto talẽ puniri de rapina uel furto rei meæ mihi ſubtractæ, & rẽ mihi reſtitui. nã hic reſtitutio uenit incidẽter officio iudicis. Vnde ille q fuerat prius iudex ſolius cauſæ criminalis, ut l.ſolemus.§.latrunculator.ff.de iud.erit etiã eius incidẽtis cõpetens iudex: ut l.medicus.ff.de uar.& extraor.cri.facit qđ no.Cy.ſecundum Mar.de fano.in l.ſi quis homicidii.C.de accu.de quo uide latè per Salice.in l.ſi quis ad ſe fundum.C.ad leg.Iul.de ui.

ADNOT. a ¶Et criminaliter. *Adde in hoc & uide Bar.in cõſi.cvj.& Pau.de ca.in conſi.cccxlvj.in nouis.*Ber.

AVG. Tu in hac materia adde Barto.in l.pe.ff.de cal.qui examinat iſtã materiã, & dãnat illã limitationẽ eorum, qui dicũt ꝙ in publicis iudiciis non poteſt cõcurrere ciuilis & criminalis, per l.interdum.ff.de pub.iudi.ſecus ſi in iudiciis priuatis, per d.l.pe.quæ concluſio eſt falſa: uide tamen doctrinã Bar.ibi, qui aliqualiter uidetur cõtrarius iis quæ dixi in d.l.ij.§.j.ff.ui bo.rap.in hac materia.& adde pulchrã concluſionẽ Bal.in l.j.C.de appel.in ij.col.qui dixit limitãdo prædicta, quòd illa iura quæ dicũt, ꝙ ciuilis & criminalis non poſſunt ſimul cõcurrere, limitãtur ut nõ habeãt locum ubi pœna mortis uenit imponenda: qa tunc poſſunt cõcurrere: & certè eſt concluſio noua. & ibi latè ponit materiam & intellectum dic.§.qui furẽ.in d.l.interdũ.& ſi uis uidere iſtã materiã latius, adde hic ea quæ latiſsimè ſcripſi ſuprà in uerbo, iudicem maleficiorum. ubi latiſsimè poſui: ubi doc.examinant intellectum d.§.qui furem.& an iudices ſimul & ſemel ſuper ciuili & criminali poſſint pronunciare.

31 *Furti an teneatur ille qui reperiẽs boues in ſuo prædio ſibi dãnum dantes, ſi illos ad domum ſuam conducat, & domino inuito retineat.*

ANGELVS.

31 *QVAERO, quidam reperit boues meos damnum dantes in uinea ſua, quos cõduxit ad domum ſuam, & retinet me inuito, an tenetur de furto? uidetur ꝙ ſic: ut l.iij.§.fi.de acqui.poſ.& ff.de fur.l.iiij.§.fi. ſed cõtrarium eſt ueritas, quia furtum non fit ſine dolo, ut ſupradictum eſt. facit l.j.ff.de fur. ſed iſte non fuit in dolo, quia iuſtam cauſam habuit capiendi & retinẽdi quouſq; emendaretur ſibi damnum: igitur nõ dicitur eſſe in dolo, & ſic furti nõ tenetur. pro quo uide bonum text.in l.quamuis.ff.ad leg.Aquil.

AVGVST. Tu in hac materia adde quòd do.Ang.uidetur malè loqui: quia imò eſt ſententia Oldra.& Barto.in l.prætor ait.§.de his.ff.de damno infe.qui dicũt quòd imò nõ poſſum retinere illam pecudem uel beſtiam dantem mihi dãnum.& ibi Romanus dicit, quòd ſaltem poſſum retinere illã beſtiam, ad hoc ut dominum cognoſcam. Adde Gan.in

tract

ſrac.maleſi.ſub rub.de furib.& latro bi.in iij.col.q dicit,ꝙ de conſuetudine poſſum ducere ad domũ meã donec dãnũ emẽdetur:ita dixit do.Anto.de but.poſt Ioã.an.in c.ſi læſerit. extrà de iniur.& damno dato. Et uide gl.in terminis.in l.de pecoribus. C.ad legẽ Aqui.Ego latiſsimè ultra omnes doct.examinaui iſtũ paſſum multas deciſiones allegãdo, in add. meis in d.§.de his.dic ut ibi dixi.

32 *Commodaui tibi librum ut ſtudeas:tu ad alium uſum retines : commodo tibi equum ut uadas ad uillam,tu uadis Florẽtiam : commodo tibi argẽtum ut utaris,& tu pignoras Hebræo:an tenearis furti.idem quæritur de re pignorata.*

33 *Furtum aliquando fit & res uitio furtiuitatis afficitur,& tamen non oritur actio furti:filius patri, ſeruus domino,ſi furtum cõmittant,an teneantur furti.*

34 *Famulus furto ſubtrahens res domino,quando debeat ſuſpendi furca.*

ANGELVS.

32 * QVID ſi cõmodo tibi librũ ut in eo ſtudeas,& tu ad aliũ uſum retines,puto pro exemplari:an tenearis furti? Vel pone,cõmodo tibi equum meũ ut uadas ad uillã,& uadis cũ eo Florẽtiã me inſcio.Vel cõmodo tibi argentũ ut utaris,& tu pignoras Hebreo:an furti tenearis?& dic ꝙ ſic: ut l.ſi ut certo.§.deniq; ait.ff.cõmo. & l.ſi furtũ.ff.de cõd.fur.Et idẽ ſi qs accepit rẽ in pignore,& ipſe creditor re utatur uel uẽdat,antequã poſſit uẽdere uel pacto,uel de iure:ut l. ſi is qui pignori.ff.de fur.quę omnia uera ſunt,ſi uerisimiliter utens re ad aliũ uſum quàm deſtinata ſit ſciebat, uel ſcire, uel credere uerisimiliter debebat dominũ nõ permiſſurũ no.gl.in d.§.deniq; ait.qđ nota nõ tenetur furti:ut ibi no.Si autẽ res a ſit cõis [a] cũ alio,& ſocius in ea cõmittat furtũ,an teneatur furti:uide l.rei cõis.cũ l.ſeq.& l.merito.ff.p ſoc.& l.ſi ſocius.ff.de fur.Si autẽ r ſit mea,& alius habeat ius in re, quia creditor uel bonę fidei empt eſt,& ego eã accipio, cõmitto fur & teneor furti,licet nõ afficiatur tio furtiuitatis.ff.de fur.l.cũ eſ.§ l.is qui rẽ pignori.

33 * Aliquãdo contra fit furtum,& res uitio furtiu afficitur,& tamẽ nõ oritur actio furti,ut cũ filius uel ſeruus patri uel domino furtũ faciũt.ff.de fur.l.ſerui filii.& ſic filius uel ſeruus pro furto facto ab eis patri uel domino nõ te b tur,qđ eſt uerũ,ſi ſit leue [b]. Si au magnũ tenẽtur. & dicit̃ magnũ paruũ ſecundũ perſonarũ quali & rei ſubtractę quãtitatẽ:ut eſt ibi Bar.in l.reſpiciẽdũ.§.furtũ c pœ.Et idem eſt in uxore [c], ꝙ u furto facto uiro ſuo nõ tene cus ſi furtũ magnũ cõmiſerit caſu etiã iſtæ perſonæ poſſu naliter teneri.Et idẽ no.Bart. rer.amota.& eſt tex.glo.& Bar libertus.ff.de fur.quod no.

ADNO. a ¶Comunis. *Adde & dic ut per Alex.in conſ j.uolu.Ber.*

b ¶Leue. *Adde & uide Alexa cxv.in j.uolu.& Cæpol.in con qui in facto conſuluerunt in ciuit xiæ.Bernardi.*

c ¶In uxore. *Adde & uide Pet in conſi.ccccix.Ber.*

AVG. Tu autem in hac ma adde, quòd licet uera ſit illa cluſio,quòd ſi commodo tibi



rem ad unũ uſum,& tu utaris ad aliũ uſum,ꝙ tu cõmittis furtũ,ꝙ uera iſta eſſe intelligo, niſi ille qui utitur illa re ad aliũ uſum,dominũ rei crediderit permiſſurũ,ꝙ ille utatur illa re in lõgiorẽ uſum.Et ideo Ang.in l.inter oẽs.§.rectè.ff.de fur.dicit, ꝙ ſi cõmodo tibi unũ equũ per decẽ dies, & tu tenes illũ equũ per uiginti, & aſſeris ideo hoc feciſſe quia credebas dñm equi faciliter hoc pmiſiſſe,ꝙ hoc nõ eſt furtũ: quia nõ animo lucrãdi inuito dño hoc facis. aduertas, ꝙ licet gl.inſti.de obl.q ex quaſi delict.in §. placuerit. ꝙ ſi fur habuit ab ĩtio animũ dñi cõcurrentẽ:qa inuito dño ab initio nõ habuit rẽ furatã:ſed dñs ab initio ſibi dedit illã rẽ, puta quia cõmodauit librũ & equũ, hæc procederent: ſecus ſi fur nõ habuit ab initio animũ domini: qa inuito dño ſurripuit rẽ tuã. Nam fur iſto caſu nũquã põt dicere,ꝙ dñs potuit hoc nõ cõſentire:qa hoc nõ pſumit̃, licet Bart. in d. §.rectè. aliter uideat̃ loq quàm illa gl. tamẽ Ang.ibi dicit,& melius, ꝙ hęc relinquunt̃ arbitrio iudicis:dicit tamẽ Ang. ibi unũ uerbũ piculoſum : ꝙ ſi cõmodo tibi unũ equum: ut uadas in uillã:& tu ires ad bellum, nunquã te excuſabis, ꝙ crederes dominũ realiter hoc permiſſurũ: ſecus ſi cõmodo tibi per duos dies equũ, & tu teneres per decẽ dies,ibi uide.

34 * Item inquantũ dictũ eſt,ꝙ ſi famulus furatur domino, & furtũ ſit leue, ꝙ non debet furca ſuſpendi:nec agi poteſt furti. Et tẽpera, & limita hoc procedere,qñ ſemel hoc feciſſet,ſed ſi hodie ſurripet rẽ uilẽ, & cras aliã, & alio die aliã, & pluries plures res uiles furaret̃:tũc deberet furca ſuſpẽdi. Ita uoluit Bal.in l.pe.C.de fur.qui ita limitat,& temperat tex.in l.reſpiciendũ.§.furta domeſtica.ff.de furt.

35 *Furtum ad hoc quod cõmittatur quomõ ſit neceſſe,quòd ad aliquẽ ſpectet.*

ANGELVS.

35 * ET aduertas bene, quia in inquiſitione dicitur dictam ueſtẽ ſpectantem, & pertinentẽ ad dictũ Titium.Nam ad hoc ut furtum cõmitti poſſet, oportet ꝙ res quæ aufertur ſit alicuius, uel ab aliquo poſsideat̃, uel aliquis in ea uſumfructũ, uel aliquod ius habeat, uel ſua interſit ex aliqua iuſta, & probabili cauſa.ſ.ratione dominii,uel quaſi, uel ratione a poſſeſsionis, uel detentionis [a], uel cuſtodiæ. Aliàs autem ſi res eſſet hæreditaria, & iacente hæreditate furtum cõmittatur, non punitur:nec tenetur furti.l.hæreditariæ.cum l.ſeq. ff.de fur.& l.manifeſtiſsimi.C.de furtis.in prin.& quod ibi no.glo.& omnes doct. & non mireris ſi ſuprà dixi in diffinitione furti : ꝙ non fit ſine cõtractatione,uel amotione. Ex quo ſequitur, ꝙ rei immobilis nõ fit furtum:quia cõtractari nõ põt : ut inſtit. de uſuc.§.quod autẽ. Si autẽ cretam aufero de tuo fundo, furtum cõmitto:ut l.ſi cretæ.ff.de fur.Vnde de fundo meo auferens lapides, uel cretã me inuito,fur efficitur.

ADNOTA. a ¶Detentionis. *Adde tu, ꝙ ille q capit fructus ſui fundi nõ cõmittit furtũ in quo alias fuit miſſus in poſſeſſionẽ ex primo decreto : ita Ro.in cõſi.cl.& ibi uide in cõſi.clxiij. qualiter rei immobilis nõ fit furtũ:& ibi qualiter ſit formãda inqſitio de furto, & uide eũdem in conſil.cxij. de ſubripiente falconẽ.*

AVG.Tu in hac materia adde ꝓ intelligentia horum quæ dixit gl. & Ang.in l.conquerebat̃. C.unde ui.&

ibi per doc.& per gl.inſti.de uſuc. §.
qđ autem.& in l.j.ff.de cri.expil.hæ-
redi.ubi habetur,ꝙ licet rei hæredi-
tariæ non ſiat furtũ, ſi tñ hæres poſt-
ea adeat hæreditatem: & ipſi hæredi
nullo modo poſsit competere actio
furti : tamen ſibi cõpetit cõdictio ex
d.l.cóquerebatur.C.unde ui.ad recu
perandum dictã poſſeſsionẽ: quia di
citur quodãmodo ſpoliatus:eò quòd
ſpoliatus fuit defunctus. quæ cõclu-
ſio an ſit uera uel falſa,omnino uide
Ang.poſt glo.qui iſta declarat in di-
cta l.conquerebat᷑. Et uide omnino
Angel.in d.l.hæreditariæ.& ibi uide
Ang.aliter loquẽtẽ quàm Bar.quare
rei hr̃ditariæ nõ ſit furtũ, ut agi poſ-
ſit actione furti.De ſecundo tene mẽ
ti,& no.bene illã gl.in d.l.ſi cretæ.ff.
de fur.quę dicit,ꝙ ſi à principio ego
fodio cauſa faciendi cretam, & amo
ueo illam cretam de loco ad locum:
licet nõ abſtulerim illam cretam,ni-
hilominus furtum eſt:quod no.

36 *Furtum an committatur,quando ali-
quis putat aliquid facere domino in-
uito,& tamen dominus erat uolens.*

ANGELVS.

36 * Sed quid ſi aliquis putat facere
aliquid inuito domino,ſed tamẽ do
a minus erat uolens [a] ?dicas , ꝙ furtũ
propter furantis affectionẽ commit-
titur, ſed tamen quia nõ facit inuito
domino,non oritur actio furti, & ſic
de tali furto nõ poteſt puniri.l.inter.
§.pe.ff.de furt.Et dicitur domino uo
lente fieri, ſi ſemel dedit licentiã ali-
quo modo : ut ff.de furt.l.falſos.§.ſi
quis.& l.cum creditore.niſi in caſu l.
ſi quis ſeruo. C.de furt.ubi eſt caſus
ſpecialis,ꝙ quãdo ille actus ibi fit in
ſeruo uolente dño , tamen furtũ ibi
committitur propter corruptelam
illius perſuadentis.

ADNOT. a ¶Volens. Adde,
*pro hac deciſione facit,quod uoluit* Ro[m.]
*conſi.cccxc. ubi quod auferens* lapides de
*palatio qui habebantur pro* derelictis,n[on]
*committit furtum : nec quaſdam* camus[..]
*quas dominus erat permiſſurus:*licet ip[ſe]
*ſubtrahens confiteatur furtum feciſſe*:q[uia]
*in poteſtase ſua nõ erat p ſuam* confeſſio
*nem facere furtum, id quod* uerè non [eſt]
*furtum.*Bernar.

AVG.Tu autem in materia add[e]
quæ dixit Bar.in l.inter omnes.§.re
ctè.ff.de fur.in ulti.col.q dixit,ꝙ ſ[em]
per contra furem eſt præſumptio[..]
ris dominũ nõ permiſſurum ſe u[el]
le derobari: quia nemo præſumi[tur]
iactare ſuum.l.qui uas.§.uetare.ff.[de]
fur.Et ideo dicit, ꝙ opus eſt ꝙ p[ro]
ipſe fur dominũ rei ſubtractæ co[n]
ſiſſe ipſi furto,p aliquas pręſump[tio]
nes uériſimiles.Et omnino uide A[n]
gel.in d.l.inter omnes. §.rectè.[ff.de]
fur. qui ponit unam pulchram c[on]
cluſionem: & uide Abb.in c.dud[um]
el ij.extrà, de ele.in vj.col.qui ta[men]
approbat dicta Bar.in d.§.rectè.
de Ro.in conſil.cccxc. qui conſ[..]
quòd oblatio lapidum ex palat[io]
alio loco quæ habentur pro de[reli]
ctis, & quæ capiuntur ſub conf[iden]
tia uoluntatis domini, non in[..]
furtum.

37 *Furtum quòd ſit contractatio* a[nimo]
*lucrandi, intelligitur reſpectu*
*poſſeſsionis,uel uſus rei.*

38 *Fur habens animum lucrandi* to
*tum,ſed partem, an cõmittat* fur
*totius,uel partis.*

ANGELVS.

37 *E T aduertas, quòd illud,ꝙ
dicitur,ꝙ furtum eſt cõtractatio a
mo lucrandi, intelligas, quòd h[a]
bat animum lucrandi rem , uel poſ-
ſeſsionẽ: uel etiam tantummodo u-
ſum rei:tunc de furto tenetur : ut l.j.
ff.de fur. Si autem non haberet ani-
mum lucrandi aliquod commodum
pecuniarium : ſed tãtummodò dam-
nificandi domum , uel cauſa libidi-
nis oſtium frangendo, uel amouen-
do:tũc non tenetur furti:ut l.uerum.
& quod ibi no.glo.& Barto. in l.ful-
38 lo.ff.de furt.eo.tit.* Sed pone,quòd
fur habet animum lucrandi partem
a [a] & non totum,quod abſtulit: & dic
quòd quandoq; totũ contractatur:
ſed pars exportatur:& tunc illius par
tis tãtùm fit furtum,ſiue ſit totũ,quòd
conſtat ex pluribus ſeparatis:ut l.uul
garis.in prin. & in §.ſi de naui.ff.de
fur.ſiue ſit totum integrale conſiſtẽs
ex partibus cohærẽtibus.l.ſi apes.in
fi.ff.de fur. quãdoq; totum exporta-
tur,ſed animus non eſt in toto.& tũc
aut animus erat in qualitate rei,& to
tius fit furtũ:ut d.l.uulgaris. §.ſi quis
æs.aut erat totum indiuiduum,& tũc
aut erat totum integrale, & totius fit
furtum : ut d.l.uulgaris.§.idem Iulia.
uerſi.ſed ſi cauſam.aut illud totũ cõ-
ſiſtebat ex partibus ſeparatis, & illius
partis tantùm in qua eſt animus , fit
furtũ:ut ff.eo.§.ſi quis ęs.ita ibi Bart.

ADNOT. a ¶Partẽ. *Adde Cæp.
in repe.auth.ſed nouo iure.* C.*de ſer.fugi.*

AVG. Tu autem in hac materia
adde quæ pulchrè declarando dixit
Ang.in d. §.ſed ſi damni.in d.l.uul-
garis.qui dixit,ꝙ qui diſſoluit inuo-
lutum,uel curſellum pannorum, uel
aperiendo armarium librorum, uel
dolium uini, uel granarium ubi eſt
aceruus frumenti,uel etiam ipſum a-
ceruum manu tangendo , uel etiam
ipſum granum in ſacculis ponendo:
tũc in totum committitur furtum:li-
cet ipſum integrale totum deferre
non potuit. & de hoc eſt caſus in ter
minis in d.l.uulgaris.in princ. & ſi tu
diceres , iſta uidentur expreſsè cõtra
dicta per Bar.in d. §.ſi quis æs.Reſpõ
deo ſecundum Ang.quòd iſta proce
dunt de rigore : ſed de æquitate in
tantum committitur furtum, inquan
tum exportatur,& nõ in plus.Et cer-
tè iſta fuit ſententia iuriſconſulti cũ
gl.ſua in d.l.uulgaris.in prin.& ratio
eſt iſta ſecundum Ang.quia licet fur
habuerit animum lucrãdi totũ: quia
tantummodo ſemel lucrari non po-
tuit , ſecundũ ſuũ propoſitũ propter
grauitatem rei quã in totum expor-
tare non potuit:dici oportet furtum
non conſummatum perfectè: & ideo
ſolùm de exportatis tenetur: ſed ubi
potuit ſolidũ exportari:ex quo à prin
cipio habuit animum lucrandi totũ.
& interuenit cõtractatio:licet poſtea
eum pœniteat portare totũ per pœ-
nitentiã,nõ purgatur delictum perfe
ctè commiſſum : ut l.qui ea mẽte.in-
frà eo.dicit quòd hoc uoluit gl.in d.
l.uulgaris.in §.item ſi quis. & in d.l.
uulgaris.uer.tutius. & uer.licet.quos
ſimul iunge , & multò fortius ſi non
pœnituit facere,ſed non uoluit por-
tare torſellum : dubitans ne propter
eius magnitudinem ab aliis uidere-
tur:ut d. §.item ſi quis.in uerſic.quid
ſi totum. Si autẽ à principio fur diſ-
ſolueret torſellum pannorum quem
poterat ſemel portare totũ : non ui-
detur habuiſſe animum , nec ſemel
nec inter plures uices totum porta-
re,ſed unam rem uoluit portare: tũc
illius rei tantum fit furtum , ut colli-
gitur in dictis gloſſellis. & ita dicit
hæc menti eſſe tenenda. Adde tamẽ




quæ

quæ dixit Angelus, in l.ſi apes.ff.de furtis. in §. j. quòd actio furti poteſt competere etiam illi qui tãtum hoc intereſſe habebat, quòd ſperabat habere dominiũ illius rei, q̃ fuit furto ſubtracta. & de hoc recordor patrẽ meum in allegatis habuiſſe maximũ honorem.hoc dico,quia ſuprà dominus Angel.dicit, quòd ſufficit, quòd ſit intereſſe reſpectu rei, aut poſſeſſionis,uel uſus rei.

39 *Auferens animo lucrandi, ſi poſtea pœnitentia ductus uoluit reſtituere,an teneatur furti,& quid ſi à principio abſtulit animo reſtituendi domino rei.*

ANGELVS.

39 * SED quid ſi aliquis aliquid abſtulit animo lucrandi, & poſtea pœnitentia ductus uoluit reſtituere?tenetur furti: dic tamen, ut habetur in l.qui ea mente. ff.de furt. *Si* autem à principio abſtulit animo reſtituendi ei cuius eſſet,non committit furtum, l.falſus.§.qui alienum.ff.de furt.

40 AVG.* Tu autem in hac materia adde,quia iſta eſt maxima materia: quæ pulchrè ſcripſit Ioan. Andr. in c.cùm laici.extrà,de iure patrona. ad quam doctrinam omnes recurrunt, quando pœnitentia excuſat in delictis, uel non.aliquid per Bald.in l.prima.C.de plus petitio. Et bene faciunt ea quæ ſcripſerunt Cyn. Bart. Bald. & Salice. & Moder.in l.ſi quis non dicam rapere. C.de epiſ.& cler.

40 *Furtiua condictio non infamat: actio uerò furti infamat,etiam ſi iudex diceret condemno cum hoc, quòd non ſis infamis.*

ANGELVS.

40 *ET aduertas, quòd condictio furtiua non infamat. l.ceſſat. ff.de actio.& obligat. ſed actio furti infamat,etiam ſi iudex in ſententia diceret condemno te ex tali furto cum hoc, quòd non ſis infamis: ut l.non poteſt.& ibi Barto.ff.de furtis. Vnde cautela eſt quando uis etiam conſe. qui pœnam, & quòd non infametur, quòd agas certi condictione generali ad duplum,uel quadruplũ.& in dicta condictione includi debet quia certum,& cõſequeris etiam pœnam, & fur non infamabitur. ita dicit etiam gloſſ. & Bartol. in l.certi condictio. in princip. ff.ſi certum petatur.& facit ad prædicta inſtitutio de pœna me.li. §.pe. & quando eſt ſemper furtum nõ manifeſtũ,clarum eſt, q̃ cuilis p̃ furto manifeſto eſt prætoria: tamen utraq;,licet pro manifeſto ſit prætoria,durat xxx. annis, ut inſtit. de perp.& tempo.ac.§.primo.& hoc propter odium tanti ſceleris. Verum tamen ſcias, quòd licet tanto tempore duret: tamẽ ipſo iure tollitur etiam pacto nudo:ut l.ſi tibi.in princip.& l.ſi unus.§.pactus.ff.de pact. & utroque gloſſ.& Bart.

AVGVST. Tu adde hic unum notabile uerbum, quòd licet omnia iura dicant, & affirment iſtam concluſionem,quòd actio furti infamat, ſed condictio furtiua non: tamen ſcias, quòd ſi quis per condictionem furtiuam eſſet condemnatus ad reſtituendum mihi res derobatas, condictio furtiua aggrauat opinionem illius penes bonos, & graues homines.gloſſ.eſt ſingu.in l.ſed ſi prætor. in uerbo, ſigillat.ff.de in ius uocand. quam gloſſ. ſemper tene menti. Et de his quæ ſuprà dicta ſunt,adde omnino: & uide Moder. in lege, ſi tibi. & in l.ſi unus. §.pactus.ff.de pac.poſt gl.& Bar.& lo. inſtit.



inſti.de perpe.& tempo.ac.§.j.

41 *Furandi animo quis acceßit ad banchum Titij,ſed non potuit:quia uiſus fuit per eum,tamen non ſtetit: an teneatur pœna furti.*

ANGELVS.

41 *QVAERO, aliquis acceſsit ad bãchum Titii animo furandi,& non potuit,quia uiſus fuit.& per eum nõ ſtetit quin furtũ cõmitteretur:an teneatur furti.dic quòd pœna furti nõ punitur,ſed pœna extraordinaria:ut eſt tex.& ibi Bart.in l.ſaccularii.ff.de uar.& extraordi.crimi.

AVG. Tu adde,q̀ Bart.expreſsè hoc idem uidetur affirmare, in l.uulgaris.§.furti.ff.de furtis.& uide quæ not.dixit Bal.in l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſ.& cle.qui attingẽs iſtam difficultatẽ de fure,qui fuit uiſus ingredi domum, & captus nondum delicto conſummato,qua pœna puniri debet:dicit quòd alibi melius non probatur quàm in d.l.pen. & multùm exclamat de illo text. & domi. Catal.in tract.ſyndic.q.cxcvj. ibi dicit quòd talis poteſt fuſtigari uel puniri, iudicis arbitrio. Et uide Albe.de roſ.in ij.parte ſtatutorum. q.clxv.qui ponit de illo qui cogitauit facere delictũ,& uenit ad actum proximum,& non perfecit,qua pœna puniatur.

42 *Petens & exigens ut procurator Titij ſcienter, & ſciens ſe nullum habere mandatum,an ex hoc dicatur fur.*

ANGELVS.

42 *QVAERO,aliquis ut procurator Titii ſcienter petit & exigit,& in ueritate nullum mãdatum habet: & ipſe procurator bene ſcit ſe nullum mandatum habere:an ex eo q̀ ſciẽter exigit,dicatur fur.dico quòd dicitur fur & manifeſtus [a]: ut not. Bal.in titu.de pace iuramen.firman. in c.j.uer.in rubrica &c.quod nota. facit l.falſus.cum materia.ff.& C.de fur.l.falſus.

ADNOTA. a ¶ Manifeſtus. *Adde tu ut per Ioan.and.in additio.Specu.in rubrica de ſolu.& per Ang.in conſi.ccxcj.Ber.*

AVGVST. Tu adde,quòd dubito quòd iſte doctor errauerit:quia Bal.in d.l.j.in §.furtũ.de pace iuramen.firman.in ij.colũ.ibi,quæro,an falſus procurator faciat furtum manifeſtum.expreſsè Bal.ibi dicit contrarium:quia dicit quòd bene committitur furtum:ſed dicit quòd non punitur pœna furti manifeſti.& Bal. non potuiſſet dicere contrarium: quia de hoc eſt caſus in terminis d. l.falſus.C.de furtis.quem text.colligit Bal.ibi.

43 *Furto rebus mihi ſubtractis, ſi ſuſpicor illus eße penes aliquem: an poſſum petere officio iudicis, quòd fiat mihi copia perquirẽdi in domo illius.*

ANGELVS.

43 *ET bene nota, quòd de rebus mihi ſubtractis,quas ſuſpicor eſſe penes aliquẽ,poſſum petere officio iudicis,quòd mihi fiat copia perquirẽdi in domo illius, & iudex hoc facere debet: ut l.j.§.hoc autem. & l.diuus.ff.de ſer.fugi. & l.requirendi.C. eo.ita tenent ibi doc.quod etiam eſt uerum, nõ tantum in uno territorio, in quo factum eſt furtum, ſed etiam ſi Aretii ſit mihi factum furtũ, fur cõuolauit Bononiã,& uni aſsignauit unam rem ſubtractam,poſſum petere hoc autoritate legis,quæ ſuum ubique extendit uigorem,ut l.ſecunda. C.de cur. & coar.lib.xj. inquirere in

domo illius de re mihi furata:ita dicit Bal.in d.l.requirendi.

AVGVST. Sed adde tu ultra doct. quia iſte paſſus eſt dubius: ſed Raph. Fulg.in d.l. requirendi. altius exorditur iſtam materiam, dicens ꝙ gl. noſtra tenet, quòd imò pro furto non licet inquirere & perquirere in domo aliena:& iſtam ſententiam ſequuti ſunt Iac.de Ra. & Pet. ſibi eam aſcribentes: & iſtam ſententiam ſequuti ſunt ſecundum eum Bar.Bal.& Ang. adiicientes duas exceptiones: prima fallit gratia publicæ utilitatis per l.facultas.C.de iure fiſci.lib.xj.Secunda eſt niſi eſſent indicia per quæ euitetur ſuſpitio, quòd res furtiuæ eſſent in domo illius: & dicit quòd a
hoc modo pōt ſaluari opinio Odof. qui tenuit quòd imo licebat inquirere furtum in domo aliena:quam ſententiam tenebat Franc.accur. & Nicolaus Matharelli,& Ray.nam dicit, intelligamus opi.horum in illis caſibus duobus:& ſubdit,quòd cum tractatur de modico præiudicio, ſufficiunt indicia leuia,ſecūdum Bal. ibi, & ideo dicit Raph.ſolum iuramentū ſufficere:& hanc ſententiam approbat Pet.de Anch.in clemen.j. de uſu. in §.j.dicens quòd iſta fuit originalis opi.Marti.de Fano. ſcilicet quòd b
ubi iuſta præſumptio mouet iudicē, poſſum inquirere in domo aliena de furto: & certè hæc fuit ſententia Spe.in titu. de inſtru.edi.in §. dicendum.text.in uerſi.pone inſtrumenta. & Io.Fabri.inſti. de oblig.quæ ex delictis.in §.conceptū.uide tamen Sal. in d.l.requirendi. qui uidetur reſtringere iſtam communem ſententiam, & ibi uide eum ponentem,an requiratur citatio in alieno territorio.

44 *Crimen rerum amotarum non comprehenditur ſub præcedenti uerſiculo, nec crimen expilatæ hæreditatis:quod crimen hæreditatis expilatæ largo modo eſt furtum.*

45 *Procedendum non eſt de ſimilibus ad ſimilia, ut ſtatutum loquens de furto comprehendat crimen expilatæ hæreditatis.*

ANGELVS.

44 *E T prædicta non procederet in crimine rerū amotarū, nec in crimine expilatæ hæreditatis.l.j. & ij.& ibi Bar.ff.rerum amotarum.& in toto titu.C.& ff.de crimi.expila. hæreditatis.Sed largo modo ſumptū crimen expilatę hęreditatis dicitur furtum [a]: & ſic eſt improbus fur:ut not. gl.& doct. in l.ſi te. C. de infa. quod Bal.in d.l. de his. C. de fur. dicit eſſe notandum & utile ad ſtatuta quę loquuntur de furtis,ut contineatur publicus & famoſus expilator hæreditatis,procedendo de ſimilibus ad ſimilia:imò & nō de minoribus ad maiora:ſeu de poſitiuo ad cōparatiuū & per locum à maiori & minori, ut talis poſsit furca ſuſpendi, uel alia pœna affligi uigore ſtatuti loquentis de furto,quod eſt notand.ſecundum Bal.ibi, & quod dictum eſt de actione rerum amotarum [b] eſt uerū niſi poſt ſolutum matrimonium mulier contractet: & tunc etiam furti tenetur:ut eſt tex.in l.iij.in prin.ff.rerum amotarū.quod nota contra mulieres,quę in uita mariti aliquid amouent,& eo mortuo cōtractant de loco ad locū:quia etiam furti tenentur.

ADNOT. a ¶ Furtum. Adde *quod Cæp. in conſil. lxviij. ſequitur Bal.& quòd in criminalibus poſsit procedi de ſimilibus ad ſimilia,uide Bero. conſil.xj.Bern.*

b ¶ Amotarum. *Adde tu & dic quòd mulier conſtante matrimonio non poteſt de furto accuſari.ita Pe.de Anch.in conſi.cccix.Bern.*

AVGVST.Tu autem in hac materia actionis rerum amotarum, adde ea quæ dixerunt Spec. & Io.And. latiſsimè in tit.de fur.in §.j.uerſi.pone conſtante. qui dicunt etiam quòd 1
actio famoſa furti, non poteſt eſſe inter uirum & uxorem. Et ideo propter res cōtractas datur actio rerum amotarum: & ibi uide Spec.ponentē formam libelli.& ibi Io.And.dicit ꝙ octo requiruntur ad hoc,ut dicatur actio rerum amotarū, quæ numerat Roſ. in ſumma ſua in tit.rerū amotarū.Et late poſuit Hoſt.ſub rub.de dote poſt diuort.reſtitu.ſub §.fin.& etiā ibi dicit Io.And. quòd ſi diuortio facto, uxor illa quæ fuit uxor, amoueret,teneretur furti, per d.l.iij. ff.rerū amotarum.& ibi diſputat etiam an cū hodie matrimoniū nō poſsit ſeparari ne fit diuortiū, an hodie de iure canonico iſta actio ceſſet.ibi uide. & per doct.in rubr. C.eo.& per Bart.in locis ſuprà allegatis.Item adde quòd Salicbi multum terribiliter arguit per ſi rationes contra illam deciſionē Bal. quam fecit in d. l. de his.&
45 idē fecit Sal.in d.l.ſi reprobans.* ꝙ non ſit procedendū de ſimilibus ad ſimilia ut ſtatutum loquens de furto comprehendat crimen expilatæ hæreditatis.& dixit Rom.in l.gerit.ff.de acq.hęred.quòd opinio Bal.in d.l.de his. eſt falſa de iure, & reprehendit aſſeſſores qui eam ſequuti ſunt: dixi etiam ſuprà in principio huius gl. & certè error de domino Bal. quòd in re tam periculoſa ita errauerit.



SVMMARIVM.

1 *Accuſatio & inquiſitio an debeant continere ualorem rei ſubtractæ.*

VALORIS & communis æſtimationis florenorū decem, & de loco ad locum contractando. quo uoluit aſportatauit: & ut prædictus Caius omnia huiuſmodi cōmittere poſſet. * Iſta uerba cum miniſterio apponuntur,& apponi debent in inquiſitione & accuſatione: ut ſimus certi quę pœna ueniat imponenda maior uel minor:nam ſi ualor rei nō apponitur,tunc aſſumimus pœnā quæ eſt mitior ſeu minor:ut l.ſi de interpretatione. ff.de pœnis. & l.præſes.eo.tit. & ita dicit Bar.[a] in l.Pedius. §.diuus. ff.de incend.rui.nau. quod dicit eſſe no.ad ſtatuta cōmuniter per Italiā, quæ diſponūt furibus eſſe imponēdā maiorē uel minorē pœnā, ſecūdum ualorem rei ſubtractæ.quod no.

ADNOT. a ¶ Ita dicit Bart. *Vide tu ibi domi. Alex. in apoſtil. & ibi dicit quòd æſtimatio eſt apponēda in inquiſitione uel accuſatione. alleg.* Rom. *in l. ſi familia. & in l.magiſtratibus.ff. de iuriſdi.om.iudic.quinimò ſi in inquiſitione diceretur,ueſtem cœleſtem ualoris florenorum decem,ſaluo errore calculi:talis inquiſitio nō procederet:ut uoluit* Barb. *in conſ.cvj.in j. uol. incip.uerba accuſationis.& licet* Bar.*in d.§.diuus.dicat de proceſſu parti, dicit de libello qui eſt de proceſſu.c. quoniā cōtra. de probatio. & de prædictis uide* Barb.*in conſilio xvj.in ſecundo uolumine.* Bern.

AVGVST. Tu autē in hac materia adde, quòd dominus Angel. hîc nimis ſe arctat dum dicit, quòd opus eſt quòd in accuſatione uel inquiſitione, ualor rei ſubtractæ ap-

ponatur. Nam dico quòd idem erit ſi in proceſſu hoc appareat: licet in inquiſitione ſeu accuſatione non ſit appoſitus maior, per ea quę habentur in l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. & ideo ſi rectè ponderetur uerba Bart. in d. l. Pedius. Bar. ibi dixit ꝙ opus erat, ꝙ in proceſſu hoc appareat: nec Bar. ibi dixit quòd in accuſatione iſta apponantur, uel in inquiſitione: & ideo ſufficeret, quòd in accuſatione diceretur, accuſo te quòd talem ueſtem mihi ſurripuiſti, quæ eſt talis coloris & talis magnitudinis, iuxta formã traditam in l. ſi cum rem. ff. de rei uendica.

SVMMARIVM.

1 *Auxilium cum armis præſtare, an dicatur aſtans armatus: licet non euaginet, & an inſultum & uiolentiam facere dicatur.*

2 *Aſſocians aliquem ad delictum committedũ, an præſumatur præſtare opē.*

3 *Armatum ſtare cum aliquo: & tamē ei opem non præſtare, quomodo eſt poſsibile.*

4 *Aſsiſtens delicto, an præſumatur aſſiſtens ad auxilium, quando aliud nõ apparet.*

5 *Baſtono aliquem percutiens, gente cõgregata, ſi illum occidit quem baſtonare uolebat, an aſtantes teneantur de occiſo.*

DICTVS Andræas armatus quodam enſe de ferro quē
1 habebat ad latus.* Nota quòd iſte Andræas armatus nõ euaginauit cultellum, nec manus poſuit ad arma, & tamen dicitur preſtitiſſe auxilium cũ armis. Nam ſufficit ꝙ quis habeat arma ad latus, licet nunquam manũ ad arma ponat, ut dicatur inſultus, uel uiolentia, uel præſtare auxilium cum armis: quia propter arma quę habet ad latus, & ad ſui petitionē, ipſe redditur audacior, & aduerſarius timidior: ideo de inſultu, uiolentia, uel auxilio cum armis præſtito punitur. ita ſingu. dicit Bart. in l. ij. §. j. ff. de ui & ui arma. quod not. quia ſemel illud dictum habui de facto Nurſię: nã armatus præſumitur de rixa & bello cogitare: ut no. glo. l. licet. C. de pact. Bal. & Sal. in l. j. C. de ſer. fugi.

AVGVST. Tu adde ea quæ dixit Bal. in c. j. §. ſi quis ruſticus. de pace tenen. & eius uiolato. & uide Alb. de Roſ. in ij. parte ſtatutor. q. xxiiij. qui allegat Ia. But. tenere, quòd ſi ille non euaginauit arma, nõ dicitur aggreſſura facta cum armis: idē tamē ibi Alber. qui allegat quod ſi contrarium faciat. Et in hac materia adde quæ dixit Bal. in l. non ideo minus. in ult. col. C. de accuſa. qui dixit, quòd licet quis ſtet à remotis: tamē defendens redditur audacior, & offenſus timidior: tenetur de ope.
2 tene menti quæ dixit Inn. in cap. continentia. de clerico percuſſo. quòd ille qui aſſociat aliquem ad delictum committendum, præſumitur præſtare opē, & maximè præſumitur ſi armatus: ſequitur Bal. in l. j. C. de fugit. in ij. col. & Bal. in cap. j. de nefi. fra. & quod dixit Inno. in continentia. quòd ille qui ſtat armatus cum aliquo, dicatur præſtare auxilium licet nullum actum faciat: uolo in l. raptores. C. de epiſcopis & clericis. & uide Bald. in repetitione in fine. C. unde ui. Vide tamen pulchra uerba Bal. in l. data opera. C. de accuſare. in fi. in penult. col. quæ
3 quomodo poſsibile* eſt, quòd quis ſtet armatus cum aliquo tamen non dicitur præſtare auxilium. Et in hac materia mihi placet ſententia Bal. quam non poſuit in lectura: ſed in additionibus ſuis in l. j. ff. de ſeruo corrupto. qui quærit nunquid quilibet aſsiſtens dicatur fauere maleficio: & dixit ꝙ non: niſi ad hoc aſſiſtat: ut l. prætor. §. homines. ff. ui bono. rapto. dicit tamen quòd ille qui eſt cum aliquo, & ex hoc ille redditur audacior & ſecurior ad maleficium perpetrandum: licet ille nullum actũ faciat: tamen ipſo iure dicitur præſtare auxilium: ut no. in gl. de facto, in l.
4 ij. §. etiam quis. ff. ui bono. rap. *Nũquid autem præſumatur ad hoc aſsiſtere, ſi aliud nõ apparet? Reſpondet ibi Bal. uidetur quòd non: quia non conſtat de effectu aſsiſtentis, & uolũtas, & propoſitum diſtingunt maleficium. concludit tamen Bal. quòd iudex debet hoc arbitrari ex circunſtãtiis. arg. l. j. §. ſi quis in uilla. ff. ad Silla. & §. cum dominus. & hæc no. tu, quia pulchra. & dicit Bal. in l. ob hæc uerba. ff. de his qui not. infa. quòd ille qui ſtat armatus cũ aliquo, & à remotis ſtat, uel ex incidenti ſuperuenit, non dicitur præſtare auxiliũ. & de aſſociante quando dicatur præſtare auxilium ad maleficium, uide Bal. in l. penul. & ult. col. & in l. nõ ideo minus. C. de accu. Et per prædicta patet an uera ſit ſentētia Ro. in l. j. §. ſed in eo. ff. ad Silla. qui dixit, ꝙ licet probatũ ſit Titium fuiſſe præſentem tēpore maleficij perpetrati, tamē propter hoc nõ uidetur probatũ eſſe Titiũ pręſtitiſſe auxiliũ maleficio: quod tamē duobus modis limitat ſecundũ Bal. Primò niſi probatũ ſit ipſum aſſociaſſe delinquētē ad maleficiũ perpetrandũ: per doctrinã Bal. quã poſuit in cap. j. in uerbo, cum do. de pace iur. fir. Secundò niſi probatum ſit Titium fuiſſe præſentem maleficio, & armatum cum armis: licet nullum actum fecerit, per doctrinam Innocen. in dicto cap. continentia. quæ doctrina an ſit uera uel falſa, patet ex ſupradictis, & dicetur infrà in gl. dicto maleficio ſemper aſtitit. in quæſtione quæ incipit, quæro quando duo ſimul ſtãt. Et adde omnino multa pulchra uerba quæ poſui ſuprà in gl. in uerbo, Andræam auxiliatorem. in antepenult. col. dum tracto an uera ſit concluſio Bart. quam poſuit in l. ſi in rixa. ff. ad legem Cornel. de ſica. ibi uide quomodo poteſt eſſe quòd unus armatus præſens non teneatur de auxilio. Et uide unum pulchrum conſilium Roma. in conſi. ſuo cxvij. quod incipit, quòd præmiſſa ſtatuti particula loquens de pœna. & uide pulchra uerba Pet. de Anch. in regula, acceſſorium. extrà de regulis iuris. in vij. quæſtione principali. in uerſi. ſed iuxta prædicta quæro, ex quibus actibus quis dicatur præſtare opem. Intellige tamen prædicta ſecundum quod conſuluit Pau. de Ca. in conſilio ſuo cxc. quod incipit, in cauſa incarceratorum per poteſta-
5 tem Mantuæ. qui dixit* quòd ſi baſtonaui aliquem, & congregaui gentem, & nihilominus ego occidi illum quem uolebam baſtonare, quòd illi aſtantes congregati non tenentur de occiſo: quia ad hoc propoſitum ipſi non erant coadunati: ſcilicet ad homicidium perpetrandum. hoc dixit Pau. de Caſt. ibi in ij. colum. illius conſilii. & allegat Angelum hoc uoluiſſe ut ibi. & ideo conſuluit Petrus de Ancha. in conſilio ſuo ccxvij. in

fin. illius conſilii:quòd ſi ſunt tres in una rixa,& unus occidat, alii duo nõ poſſunt puniri tanquam ſocii & auxiliatores : quia ad hoc principaliter non erant coadunati. Vnde omnes cenſentur principales,& prout deliquerunt puniendi ſunt.Et ideo dicit quòd non debemus dicere,quòd ibi affuerint cauſa præbẽdi auxilium & fauorem illi occiſori, ſed tanquam principales cenſentur:& hoc eſt qd' dixit Bal.in l.non ideo minus.C.de accu.in ult.col.quòd quando plures ſunt in aliquo loco cõgregati:& qlibet facit,quilibet tenetur prout facit:& propter hoc non probatur ꝗ alter alteri præbeat auxilium : licet probetur quòd ipſi fuerint ſimul in illo delicto:niſi probaretur clarè,ꝗ unus impendiſſet auxilium alteri.uide quæ dicentur infrà in ſeq.gloſ.& uide Roma. in ſingularibus primi anni ccxlij.& domi.Catal.in tracta. ſyndica.quæſt.cxciiij.qui dixit quòd in una adunatione gentiũ nemo tenetur de auxilio:niſi quatenus tulit. alle. Inn.in c.ſicut dignũ.de homici.

6 ***Statuto puniente uiolentiam factam cum armis,uel ſine, an comprehendat etiam mulieres quæ committunt etiã uiolentiam cum armis,uel ſine.***

ANGELVS.

6 *QVID ſi ſtatutum punit uiolen
tiam factam cum armis , uel ſine,an
a comprehendat etiam mulieres[a] quæ etiam committunt uiolentiam cum armis uel ſine ? Dic quòd ſic.ita not. Bal.Ang. & Imo.in l.ſi cõſtante. §.ſi. per illũ tex.cũ gl.ff.ſolu.matrimo.

ADNOT.a ¶ Mulieres. *Adde & uide Alex.in conſi.cxxxv.in j.uol.& Cæpol.in conſi.xxvj.& ibi an ſtatutum quòd fur famoſus furca ſuſpendatur, cũ prehendat mulieres,& quãdo in ſtatutis maſculinum comprehendat fœmininum, uide do.Alex.in conſi. lxxx.in j.uolu.& in conſi.xxiiij.ij.uol.Ber.*

AVG. Tu adde quòd iſta quæſtio dependet ab illa quæſtione:an in ſtatutis maſculinum concipiat fœmininũ. de quo per doct.in l.omnes populi.ff.de iuſtitia & iure. & per doct.in c.canonum ſtatuta.de conſtitu.Bar.in l.j.ff.de uer.ſig.& in l[illegible] ra.ff.de legibus. & in l.ſi quis in tantam.C.unde ui.

7 *Statuto dicente quicunque inuentus fuerit cum armis,uel inuentus de nocte,uel ludere ad azardum, intelligatur inuentus ſupple & apprehenſus.*

8 *Statuto dante præmium officiali inuenienti,puta aliquem cum armis intelligatur de inueniente & apprehendente.*

9 *Statuto puniente mulieres inuentas cum perlis:an ſufficiat e[illegible] eſſe, uel oportet eſſe apprehenſas.*

ANGELVS.

7 *ET facit,ſi ſtatutum dicit quicunque inuentus fuerit cum armis, uel inuentus de nocte, uel inuentus ludere ad azardum : quia talis ſtatutum intelligitur inuentus, ſupple apprehenſus:ut l.ſi Barſatoram.ff.de fideiuſſo.& ibi gloſ.Cy.& Bal.& Bart.Ang.& Imo.& Ludo.de Ro. in l.j.in princ. ff.de acqui.poſſ. autem licet inuentus fuerit cum armis , ſi tamen non fuerit apprehenſus, non tenetur pœna ſtatuti. Sed Ang.in l.iij. §.Neratius.ff.de acqui. poſſeſ.dicit quòd imò tenetur pœna
b ordinaria ſtatuti:[b] quia ſtatutum uidetur conſideraſſe apprehenſionem perſonæ, ſed inuentionem delicti:aliàs autẽ conuicto ludere [illegible]



imponi pœna ſtatuti,qui dicitur inuentus deliquiſſe : quia de delicto
8 conuincitur:ut l.j.C.de rap.uir.*Sed ſi ſtatutum præmiaret officialem inuenientem , dic quòd cum ſtatutum exorbitet à iure communi,officialis non conſequetur præmium, niſi ludentes uel portantes arma,uel euntes de nocte perſonaliter reperierit, & apprehenderit:ita loquitur dicta l.ſi Barſatoram . ſed Imo.in dicto §. Neratius.& fortè uerius dicit,quòd fortè hoc caſu ſatis dicitur inuentus, ſi conuincitur:ut l.j.ff.de rap.uirg.& in c.j.ad fin.de dila.nec obſt.dicta l. ſi Barſatora.qa promiſerat qs inuenire Barſatoram latronem:& ſic uerisſimiliter uidetur intellexiſſe de actuali & reali inuentione,& apprehenſione:ideo non ſufficit tunc doceri,ut ibi.Sed in caſu noſtro ſtatutum ſolum cõſideraſſe uidetur odiũ delicti,quæ ratio locum habeat uniformiter , quandocunq; & quomodocunq; delictum pateſiat, ut poſſit puniri:& ideo uidetur ſufficere ſi familia uel officialis inueniat eum ludentem,uel de nocte euntem,uel arma portare:licet actualiter non apprehendat,dũmodo poſſit hoc probare per teſtes ibi aſſiſtentes : quia talis inuentus fuerit per officialem, licet apprehenſus non fuerit,ut delinquens teneat' pœna ſtatuti, & officialis habeat præmium ſtatuti.dicit tamen ibi Imo.quòd propter autoritatem Cy.& Bar.ꝗ fortè eorum opinio ſeruaretur in practica,& quia in pœnalibus mitior uia eligitur:ut l.ſi præſes.& l.interpretatione.ff.de pœ. Ego credo opinionem Imo.ueriorẽ per rationes ſuas. & adde quæ dixi ſuprà in gloſſ. ſuper uerbo cum uno ſtocho.

ADNOT.a ¶Statuti.*Adde & uide Alex.in conſil.xxiiij.in ſecundo uolumine.Ber.*

AVG.Tu autẽ in hac materia adde,quod Cy.Guil.de cug.& Iaco.de are.in l.licet.C.de acqui.poſ.expreſsè tenent,quòd nõ dicitur inuentus niſi qui fuerit apprehenſus:& ad hoc poſſunt allegari multi text.licet etiã in contrariũ poſſent allegari alii caſus:& iſtam partẽ tenet etiã Paul.de ca.in d.l.j.ff.de acqui.poſ.& Bal.in l. itẽ lapilli.in fi.ff.de re.diui.& Ang.in l.qui ſeruum.ff.de uerbo.ob.& allegant etiam Ang.hoc uoluiſſe in l.ſi fugitiui.C.de ſer.fugi.Sed in lectura mea hoc non habeo,ſed poteſt hoc eſſe in alia lectu.Ange.quia duæ lecturę reperiuntur:una Paduana,alia Peruſina.& ita etiam tenuit Alberic. de Roſa.in l.quod ait.ff.de adulte. Adde Albe.de roſa.tetigiſſe iſtam difficultatem in ij.parte ſtatutorum. quæſt.cxvj.quę incipit, ſi ſtatutum dicit.ſi quis fuerit inuentus ludere ad taxillos &c.ubi arguit ad partes: & tandem cõcludit , quòd Iaco.de are. expreſsè tenebat, quòd non ſufficit quem eſſe conuictum per probationes in iſto caſu : ſed opus eſt inuentum eſſe.& idem Albe.in alphabeto in lectu.j.in uerbo,inuentus.Sed pro deciſione huius quæſtionis non omitto ea quæ ſingulariter tradit Angel.per illum tex.in auth.de ſan.epiſ. in §.reuerendiſsimus. ubi per illum tex.in uerbo,inuẽtus.dicit ꝗ ille tex. probat,quòd ille dicitur inuẽtus qui non eſt inuentus : ſed tantummodo per probationes eſt cõuictus.Et ideo ſi ſtatutum punit inuentum facere homicidium , non opus eſt quòd inueniatur

ueniatur in perſona, & in materia
flagranti. Sed ſufficit ſi eſt conuictus
per probationes. Sed Ang. mirabili-
ter dat iſtã regulã, ꝙ ubi inuentio
non eſt crimen, ſed factum de per ſe
eſt crimen, abſque inuentione: tunc
ſufficit ſi ſit probatio per teſtes, puta
quia occidere hominẽ eſt homicidiũ
ſine inuentione: & iſte eſt caſus in d.
§. reuerẽdiſsimus. cum ſimilibus. ſe-
cus ubi delictũ non eſſet delictũ, ſine
inuẽtione. Et dat exemplum de ſta-
tuto puniẽte arma portantẽ, punia-
tur in tantum: quia iſto caſu ſtatutum
non punit portãtem ſimpliciter: ſed
inuẽtum portare arma: quia ſine in-
uentione crimen non eſt, quoniam
ſtatutum crimẽ facere uoluit. Et idẽ
dicit in ſtatuto dicente, ſi quis iuerit
de nocte, & fuerit inuentus: nam ire
de nocte nõ eſt maleficiũ, cum uadit
de nocte: & ideo neceſſaria eſt inuẽ
tio, & ita practicatur. Adde tamẽ in-
quantum dicit ꝙ portare arma non
eſt prohibitum, niſi ſit inuentus: hoc 1
uidetur eſſe contra ea quę habentur a
per tex. & Bal. in c. j. §. ſi quis ruſticus.
de pace tenen. ubi dicitur, ꝙ ille qui
portat arma uetita, perdit arma. &
maximè ſecundũ Bald. ibi, qui portat
præſumitur habere malũ animũ. Et
ideo ille text. uidetur permittere ꝙ
poſsim portare arma in itinere: ſed
9 non per ciuitatem. Et * tene menti
quæ dixit Bal. in dic. l. item lapilli. ꝙ
ſtatutum puniens mulieres inuẽtas
cum perlis, ſi ſunt uiſæ mulieres cum
perlis per officialem, & non appre- 2
henſæ: nõ poterũt puniri tales mulie
res: nec incidũt in pœnã ſtatuti: & te-
neo iſtam partem tanquã mitiorem.

SVMMARIVM.

1 *Aſtare maleficio committẽdo per aliũ, nihil aliud eſt quàm præſtare opem di-
cto maleficio.*

2 *Iudex quæ uerba debet ponere in in-
quiſitione, ſi uult quòd ille qui percuſ-
ſit non letaliter teneatur de occiſo.*

3 *Vulnerans poteſt teneri tanquã prin-
cipalis, & tanquam opem præſtans.*

4 *Libellus continens quòd quilibet
adinuicem præſtiterunt auxilium &
fauorem, quomodo procedat.*

5 *Vulnerauerũt Titiũ duo, quorum unus
intulit in cute uulnus mortale, alter
non, moritur Titius, an ille qui intulit
uulnus non mortale, debeat mori.*

6 *Vulnerauit dominus unũ mortaliter
famulus poſtea de facto occidit eum
an dominus debeat decapitari.*

DIcto maleficio ſemper a[ſti]-
tit, & prædicta, & quæ[li]-
bet predictorum facta, com[miſſa]
& perpetrata fuerunt per p[ræ]-
dictos inquiſitos, & quem[libet]
eorum ſingula ſingulis refe[rendo]
ſupradictis modis, locis, & [tempore]
tiſsimum. * Nota [a] bene iſta uer-
ba: quia aſtare maleficio comm[itten]-
do per aliũ, nihil aliud eſt, quàm præ-
ſtare opem dicto maleficio: [...]
propter talem aſsiſtentiam, q[...]
cit ille Andræas, iſte Caius [au]-
dacior, & uulneratus timidior [...]
dicitur præſtare opem. Ita ſing[ulari]-
ter dixit Bar. in l. ſi in rixa. in p[rin].
ff. de ſica. & l. qui ſeruo. §. fi. ff. [...]
& dixi ſ. in uerbo, Andræam [...]
torem. in prin. & not. Inno. in c. [con]-
tinentiam. de cle. percuſ. ex q[uo]
* quòd quando ſunt plures [...]
tes, quorum unus intulit uuln[us mor]-
tale: ſi tu iudex uis quòd illi qui [...]
percuſſerunt non letaliter te[nean]-
tur de occiſo, apponas poſt illa [...]
uulnerum cuiuſcunque, ꝙ d[...]



unus alteri dicto maleficio, ut habi-
lius cõmitti poſsit, ſemper aſtitit. Ita
ſingular. dixit Bartolus, in di. l. ſi in
rixa, tũc qui primò intulit uulnus nõ
letale, licet ex ſuo uulnere non de-
beret teneri de occiſo: tamen quia
aſtitit uulneri letali cõſocii, tenetur
de ope præſtito homicidio. Non au-
tem dicatur in dicta inquiſitione ad
prædicta cõmittenda præſtiterũt au-
xilium, & fauorem. Nam ex tali in-
quiſitione non poteſt ſequi condẽ-
natio de auxilio: quia non exprimi-
tur qualiter auxilium, & fauorẽ præ-
ſtiterunt: & ideo dicta uerba debent
intelligi in benigniorem partem: ut
d. l. ſi preſes. intelligũtur ergo, ſi per-
cutiendo ego præſtiti auxilium tibi,
& tu percutiendo præſtitiſti mihi, &
ſic actus meus fuit auxilium tibi, & 3
tuus mihi: ſed de iſto meo actu pu-
nior ut principalis, ergo de eodem,
ut præſtans opem non debeo teneri:
ſed ut dixi in inquiſitiõe debet dici
ꝙ unus alteri, & alter alteri opẽ prę-
ſtitit aſsiſtendo dicto maleficio, ut ha
bilius cõmitteretur, & ſic unus præ-
ſtitit auxilium per alium actũ, quàm
per illum, de quo principaliter puni-
tur: quæ omnia ſingulariter nota in
practica. Et uide etiam circa hoc qđ
not. Sali. in l. j. C. de rap. uirgin. uerſi
quæro vj. ſi plures &c. Quod intelli-
gas, ut dicam infrà ea. glo. in uer. (&
aduertas bene &c.) aduertas tamen
ſi tu adderes in inquiſitione, & dice-
res, & dictus Andræas præſtitit auxi-
lium, conſilium, & fauorem: & ſic ad-
deres prædictis conſilium, tunc ex eo
ꝙ dicit conſilium, poſſet puniri, ut
præſtans opem, etiã ſi in inquiſitione
non ſunt dicta uerba, ut habilius cõ-
mitteretur, ſemper aſtitit dicto male-
ficio: quia præſtans conſilium dicitur
præſtare opem: ut d. l. qui ſeruo. ff. de
fur. & ſic iſtud conſilium de neceſsi-
tate præſupponit alium actum quàm
illũ de quo ipſe inquiſitus eſt, & qđ
ipſe manibus propriis cõmiſit: meri-
tò etiam tenetur de ope, & auxilio.
ita ſing. dixit Bar. in d. l. q ſeruo. §. fin.

ADNOT. a ¶ Nota bene. *Adde tu & uide latè do. Alex. in conſil. xv. in j. uol. & in conſi. xiiij in iiij. uol. Pe. de Anch. in conſi. cccxvij. & Cæp. in conſil. ij. & conſi. xxxiiij. Ber.*

AVGVST. Tu autẽ in hac ma-
teria adde quòd in hoc ego non diſ-
cordo me ab his quæ dicta ſunt hîc
per do. Ang. inquãtum dixit, ꝙ poſ-
ſibile eſt, ꝙ in uno homicidio quis
teneatur tanquã principalis, & etiam
tanquam opem præſtans. * Et ideo
Bal. multùm eleganter in l. non ideo
minus. de accuſat. in antepe. co. dixit,
ꝙ aliàs quidam Peruſinus, qui cum
uno famulo ſuo occiderunt Titium:
qui Peruſinus ille cum uno cultello
uulnerauit Caium: famulus uerò cũ
alio cultello intulit aliud uulnus, a-
deò ꝙ ille mortuus eſt. Modo quæ-
rebatur, an iſte Peruſinus teneatur
tanquã principalis, & etiam tanquã
opem præſtans. effectus eſt magnus:
quia ſi tenetur tanquam principalis
pœna non erat capitalis propter ſta-
tutum, ſi tenetur tanquã opem præ-
ſtans, pœna eſt capitalis. dicit Bal. ꝙ
breuiter fuit allegatũ, ꝙ cum eſſent
duo uulnera illata, unũ ab illo: eru-
ſino in capite: alterum à famulo in
flanco, ꝙ ipſe de ſuo uulnere tene-
retur tanquam principalis, & de uul-
nere illato per famulum teneretur
tanquã opem præſtans: quia iſte ma-
lefactor non eodem, ſed diuerſis re-

ſpectibus

ſpectibus teneretur: ſed reſpectu diuerſorũ uulnerũ. & ſi diceretur ꝙ ex iſtis uulneribus nõ ſequitur, niſi unus effectus, ſcilicet mortis: ergo debent pro uno reputari. Reſpõdet Bal. hoc eſt uerũ, quando eſſent illata ab eodem: ſed quando duo uulnera inferuntur à diuerſis, cuilibet attribuitur ius inſolidũ, ac ſi iſta uulnera eſſent illata in perſona diuerſorum. alleg. l. ita uulneratus. ff. ad leg. Aquil. & dixit ꝙ ita fuit de facto iudicatũ. & dicit Bal. ꝙ credit ꝙ iſta ſententia fuerit iuſta: quia in inquiſitione cõtinebat diſtinctè, & clarè quomodo unus intulit unũ uulnus mortiferũ, & alter intulit aliud uulnus mortiferũ: ita ꝙ unus alteri ſuper diuerſis potuerunt præſtare auxiliũ, & fauorẽ: & dicit ꝙ ita etiam fuit uiſum aduocatis. & putat Bal. ꝙ iſta ſit ueritas. Vnde ſubdit concludẽdo: dico ꝙ cõſtat quẽ poſſe teneri: ut principalẽ, & de auxilio, & fauore. & allegat dicta per Bar. in

4 d. l. qui ſeruo. §. fi. ff. de fur. * Sed aduerte: quia in hoc non ſto cum opi. do. Ang. inquantum uoluit ſequẽdo Bar. in d. l. qui ſeruo. §. fi. qui dixit, ꝙ ſi duo accuſantur de duobus uulneribus, quilibet de ſuo ſubnectitur, ꝙ quilibet ſibi adinuicem præſtiterunt auxilium, & fauorẽ, nõ procedit libellus reſpectu auxilii, & fauoris: quia poſſibile eſt ꝙ quilibet alteri præſtiſſet auxiliũ per ſuam percuſſionẽ quam fecit: de qua percuſſione, & uulnere cũ puniatur ut principalis, non eſt poſſibile ꝙ puniatur ut opẽ ferens. Sed adde ꝙ Ang. expreſſè tenet contrarium in d. l. qui ſeruo. §. fi. quia dicit quòd actus ſui uulneris, & percuſſionis fuit ordinatus, ſecundũ propoſita in accuſatione, ad duos diſiunctos, & ſeparatos effectus inter ſe contingentiam nullam habẽtes. Cùm igitur ex uno facto reſultent plura crimina, plures tituli criminis, plures agendi formæ: non uideo, dicit Ang. cur de iſto eodẽ uulnere, duæ pœnæ ſibi non poſſint inferri: ſicut dicimus in eo, qui cõmiſit adulterium cum inceſtu: uel eo qui rapuit cultellũ de manu alterius cum ſanguinis effuſione: ut no. idem Bar. in l. ſenatus. ff. de accuſat. & infra. non tamen negat Ang. quin alia forma libelli ſit tutior. & certè iſta ſententia Ang. eſt uerior de iure. & uide Ang. in l. reos. in j. col. ff. de duo. re. faciens mentionem de hac doctr. Bar. in d. l. qui ſeruo. §. fin. pungit Bar. ibi: & ſi rectè conſiderentur uerba Bal. in d. l. non ideo minus, in uerbis ſuis, uidetur uelle ꝙ ſufficit in inquiſitione dicatur, ꝙ unus præſtitit auxilium alteri: maximè quia negare non poſſumus, quando duo qui aggrediuntur unum hominem, illi duo ſunt magis audaces, & ille ſolus eſt magis timidus propter duos, & propter exiſtentiam illorum duorũ, unus non dicatur quin præſtet auxilium alteri: quia plus ualent duo, quàm unus, ut not. in l. unde ui. & arg. not. in l. ubi nume. ff. de teſtib. Tamẽ in practica ſeruatur opi. Bart. & an ille qui dedit auxilium dicatur præſtare auxilium uide Bar. in l. in furti. §. ope. ff. de fur. & dicitur infrà in hac eadem gloſ. quæ incipit, ſi autẽ quis perſuaſerit, & uide dominum Catald. in tract. ſyndic. q. cxxxvij. qui allegando dicit ꝙ non tenet inquiſitio, ſi iudex dicit unus alteri, & alter alteri prẹſtitit auxilium, conſiliũ, & fauorem



Et an ille qui ſtat armatus cum alio dicatur præſtare auxilium: adde ea quæ latiſſimè dixi ſuprà in glo. ſuper uerbo, dictus Andræas armatus. Adde tamen quod eleganter conſuluit Cy. in conſi. ſuo incip. Alber. & Bar-

5 tho. fratres: qui dixit *, quòd ſi duo inſultauerunt Titium, & unus dedit unum uulnus mortale: alter uerò intulit uulnus nõ mortale, licet uulneratus moriatur, tamen ille qui intulit uulnus non mortale, non debet mori, ſed debet puniri inquantum deliquit: per l. j. in fi. ff. de extraord. crim. quinimò dicit, ſi iudex uult punire ex eo, quia homicidio præſtitit opẽ inferendo uulnus nõ mortale, & dictum ſit in inquiſitione, ſibi dederũt auxilium, & fauorem, ut habilius dictum homicidium committerretur: tunc iſte debet decapitari ſicut alter: ſecus ſi dicit iudex in inquiſitione, ſibi dederunt auxilium, & fauorem: quia cum nõ ſit dictum quòd ad homicidium dederunt auxilium: intelligitur quòd ad uulnerandum tantũ, & non ad interficiendum: ut l. interpretatione. ff. de pœn. Et uide Rom. in ſingularibus ſuis primi anni ccxlij. quod incipit, quidam fuit uulnera-

6 tus mortaliter. qui dicit quòd * licet unus dominus mortaliter uulneraret aliquem, & famulus poſtea de facto occidat: quòd dominus non debet decapitari. Et de iſta principali quæſtione uide domi. Catal. in tract. ſyndicatus. quęſt. cxxxviij. qui approbat dicta Barto. in l. qui ſeruo. §. fi. ff. de fur.

7 *Accuſantur tres, uel plures, ſiue inquiritur cõtra eos, & in accuſatione, aut inquiſitione dicitur quòd alter alteri præſtitit auxilium, conſilium, & fauorẽ: an iſta pars inquiſitionis procedat.*

ANGELVS.

7 * VNVM tamen tene menti perpetuò, quòd quando tres, uel plures accuſantur, uel inquiruntur de uno maleficio, & in accuſatione, uel inquiſitione dicatur quòd alter alteri præſtitit auxilium, conſilium, & fauorem: quòd iſta pars inquiſitionis non procedit: quia eſt contra propriam ſignificationem illorum uerborum, unus alteri &c. ut l. ancillæ. cum glo. C. de furt. ita dicit ibi Bal. & Salice. in princ. quod tamen uidetur mihi durum, cum ad hoc, ut libellus ſaluetur, uerba impropriantur: ut l. ſi olei. & ibi Bart. C. loca. & l. ſi poſſeſſor. §. j. & ibi Iacob. but. & Barto. ff. de iureiuran. tamen in practica ſeruaretur eorum opinio propter eorum autoritatem.

AVGVST. Tu adde [a] ꝙ pro ſententia do. Angel. faciunt not. per Ant. de but. in c. cum eccleſia Sutrina. extrà de cau. poſ. & propriet. qui dicit quod in libello omnia ueniunt quæ etiam non ſecundum propriam ſignificationem trahi poſſunt. & idẽ uidetur uoluiſſe in c. querelam. extrà de elect. & in ca. examinata. extrà de iudi. Sed adde quòd iſta in ciuilibus militarent, nõ in criminalibus, propter periculum maximũ, per ea quæ habentur in l. fina. C. de probat. cum ſimilibus.

ADNOTAT. a ¶ Tu adde. *Adde tu ultra quæ hic ponit Angel. Bald. in conſilio cccxxviij. in iij. uolumi. Bernardinus.*

8 *Præſtans opem his enormitatibus factis per Caium, an teneatur de eis.*

9 *Præſtans opem homicidio, uel perſuaſor, an dicatur homicida.*

ANGEL.

ANGELVS.

8 *QVAERO primò, an præſtans opẽ his enormitatib⁹ factis per Caiũ teneatur de eis. dic ꝙ ſic: ut l.is qui opẽ.ff.de fur.
9 * Secundò poſito hîc quęro, an perſuaſor, uel pręſtans opẽ homicidio dicatur homicida: ita ꝙ ſi ſtatutum punit homicidã, uerificetur etiam in præſtante opem. Reſpõdeo, aduertas ad uerba legis, uel ſtatuti. Nam ſi ſtatutũ loquitur in perſonam: ut puta ſi quis homicidiũ cõmiſerit, uel ſi quis uulnerauerit, tunc præſtans opẽ non dicitur homicida, ut pœna homicidii teneatur, ſed alia pœna extraordinaria tenebitur: aut ſtatutũ loquitur in rem: ut puta ſi homicidiũ fuerit cõmiſſum, uel pro homicidio, uel uulnere ſit tanta pœna, tunc præſtans opẽ tenetur dicto ſtatuto: arg. l. aut qui cũaliter. §. fi. ff. qđ ui aut clam. & ibi Bar. in l. hæc uerba. & ibi Bar. ff. de adult. ita ſingul. dicit Bart. in d. l. is qui opem. in princ. & l. nihil intereſt. ff. de adulte.

AVGVT. Tu autẽ in hac materia adde ꝙ iſta doctrina Bar. ſemper uiſa mihi fuit periculoſa propter nimiam generalitatem: quia dico, ꝙ infinita iura reperientur, quæ loquũtur in perſonam: & tamen qui per alium facit, uerè dicitur facere: ut cõprehendatur in uerbis legis. eſt caſus in c. mulieres. extrà, de ſenten. excõmu. coniuncto tex. in c. ſi quis ſuadẽte. xvij. q. iiij. eſt alter text. in l. ſi quis per alium. ubi eſt caſus in terminis coniuncta rubric. ff. ne quis eum qui in ius uocat. eſt ui exi. Et alia iura alleg. domi. Abb. in dicto capit. mulieres. & Ro. in l. ſi is qui pro emptore. ff. de uſucap. Et certè iſte paſſus q. propoſitæ per do. Angel. hîc, & per Bartol. in dicta l. is qui opem. dependet ab illa in materia fictionis, Verũ ille qui præſtat auxilium maleficio dicatur uerè, uel fictè facere maleficium, quòd fit per alium: quia in hac eſt maxima utilitas, ut dictum eſt per doctores, in locis ſuprà allegatis. Et licet Bartolus in iſta materia uoluerit reſpondere ad text. d. c. mulieres in dicta l. is qui opem. dum dicit canoniſtæ aliter loquuntur. & non allegat text. dicti cap. mulieres. dicatis, quòd illum text. in dicto cap. mulieres. bene allegauit Barto. in hac materia in l. ſed ſi unus. §. ſeruus. ff. de iniur. Nam dicit quòd ille tex. loquitur quantũ ad peccatũ. dicatis quòd non eſt uerũ, quòd imò loquitur quantum ad pœnã, ſcilicet excõmunicationis. Et ideo Rom. in d. l. ſi is qui pro emptore. & do. Abb. in d. c. mulieres. reprehendunt Bart. ſed etiam ſolutiones ipſorum non mihi placent. Præterea iſta doctrina do. Ang. eſt defectiua, quia in hac materia doctores etiam ſubdiſtingunt ſequentes gl. in l. omnes populi. ff. de iuſti. & iur. De quo Moder. maximè Roma. in l. ſi is qui pro emptore. facit mentionẽ. & Abb. in d. c. mulieres. Et in hac materia cõclude ea quæ dicta ſunt in mandante: an mandans dicatur uerè, uel fictè facere: quia idem eſt in hoc paſſu: de quo articulo ſatis etiam in uerbo, Sẽproniũ mãdatorẽ. Et in doct. latè dixi in l. j. ff. de uerbor. obli. & in terminis iſtius quæſtionis uide de do. Ant. de Bu. & Imo. in c. j. extra de off. dele. qui ſequuntur opin. Bar.

10 *Opem præſtans qua pœna puniatur.*
11 *Condemnato principali in plus propter eius contumaciam, illud non nocet opem præſtanti, ita ſi ... puni-*



*tur principalis, quia confeſſus eſt, non proderit hoc præſtanti opem, niſi etiam ipſe confiteatur.*
12 *Pœna minori exiſtente in ciue quàm in forenſi, ſi forenſis opem præſtat ciui, an qualitas ciuis proſit forenſi ad minoritatem pœnæ.*
13 *Opem præſtare maleficio quando quis dicitur.*
14 *Ignorantia nunquam eſt in conſultatione ubi quis dat operam rei illicitæ.*
15 *Præſtantes opem an puniuntur pari pœna ſicut principalis, quãdo præſtantium opem magna erat multitudo.*
16 *Præſtans auxilium & fauorem an ſit arbitrio iudicis puniendus, & non ut principalis, quando auxilium & fauor eſt ſimplex, id eſt maleficium ita eſt executum ac ſi non interueniſſet.*
17 *Præſtans opem an puniatur ſicut principalis, quando fert opem per actum remotum, non autem proximũ facto.*

ANGELVS.

10 *QVAERO, qua pena puniatur præſtãs opẽ. Reſpodit Dy. quòd punitur media ſiue minori pœna eius, qua puniretur principalis, per l. is qui opẽ. ff. de fur. Sed Bar. ibi dicit, quòd regula eſt, quòd eadẽ pœna [a], qua principalis tenetur, teneatur etiã præſtans opem: ut d. l. is qui opẽ. & d. l. nihil intereſt. fallit in caſu l. j. C. de rap. uir. & in l. j. C. de Nili agge. nõ rumpẽ. & ibi Ang. Itẽ fallit quando præter propoſitũ aliqua qualitas plus eſt in uno, q̃ in alio: tunc præſtans opem non punitur ſecundũ qualitatem principalis: quia qualitas ut putà, ꝙ ad hoc ut efficiatur fur manifeſtus, nõ fuit ex eorum propoſito: ut d. l. is qui opẽ. ſecus ſi à principio talis qualitas erat, tunc propter delinquentis qualitatem, ut quia eſt nobilis, cuius maior eſt pœna, in plus tenetur præſtans opem: argu. l. utrum. ff. de parricid. ita dicit Bar. in l. is qui opẽ. Sed Sali. multùm latè in d. l. j. de rap. uirg. in uer. quæro ad declarationẽ prædictorũ. tenet opinionẽ Dy. & dicit, quòd illa eſt regula quæ dicit, quòd pro minori pœna teneatur, & ubi eſt aliter prouiſum, eſt fallentia: dic ut ibi per eum: quia ſufficit remiſsio ne nimis longus uidear. & uide etiam omnino Sali. in d. l. j. de raptu uirg. in uer. quæro ſi propter qualitatẽ inherẽtẽ &c. Sed Bal. in l. non eo minus. C. de accu. in uerſi. hoc præmiſſo circa q. &c. tenet contra Barto. dicens, quòd dictum Bar. eſt cõtra l. mortis. §. iſte fere. ff. de pœnis. ubi etiã decurio mandat uili perſonæ homicidiũ cõmitti, an teneatur pœna ut tenet uilis, an ut nobilis, & tenetur ut decurio: ut ibi. & ſic nõ ſubiicitur beſtiis, licet uilis ſubiici poſſet. Non ob. d. l. utrum. quia ibi eſſet ſpecialis propter criminis immanitatẽ. uel ſecũdo dic ꝙ ibi eſt propter qualitatem quæ eſt in offenſo, quæ aggrauat factum & qualitatem in perſonã mandantis & mãdatarii. Sed in q. ſupradicta ſolum loquitur de qualitate quæ eſt tantũ in offendentibus, igi-
b tur &c. & iſtud teneo. [b] Ex quibus infertur ſecundũ Bar. in d. l. is qui opẽ.
11 *, quòd ſi principalis condemnatus ſit in plus propter eius contumaciã, quòd iſtud nõ nocet præſtanti opẽ, quia iſta qualitas ſuperuenit præter eius propoſitũ. Facit pro Bart. in l. j. & quod ibi not. per gl. Bart. & Bal. ff. de in litem iuran. cum ſimilibus. & idem dicas econtra ſi minus punitur propter ſuam confeſsionẽ ex be

neficio ſtatuti, quòd certam partem remittit confitenti: tunc talis minoritas pœnæ propter principalis confeſsionẽ non prodeſt præſtanti opẽ: niſi etiam ipſe confiteatur. ita eleganter dicit Bart. in l. libertos quos. §. penul. ff. de ali. & ciba. lega. Et prędicta procedũt, quãdo qualitas quæ
12 eſt in principali, auget pœnã.* Quid econtra ſi minorat, puta minor eſt pœna in ciue, quàm in forẽſi, & forenſis præſtat opem ciui: an qualitas ciuis proſit forenſi ad minoritatem pœnæ? dic quòd nõ: ut expreſsè probatur in l. j. ff. de parric. & in l. qui ſeruo. §. idẽ placuit. ff. de fur. ita dicit ibi not. Barto. & ſic forenſis præſtans opẽ ciui, tenetur pœna forenſiũ, & patet in filio præſtante opem extraneo ut patrẽ occidat, qui punitur ut parricida, & extraneus occidens, ut ſimplex homicida: ut d. l. j. in fi. ff. de parricid. ita dicit Sali. in d. l. j. de rap. uirgi. uerſic. quæro enim ſi qualitas &c. & ratio eſt: quia opem præſtans nõ dicitur acceſſoriè obligari, uel uenire obligatione principali, qui ſi ita eſſet, teneretur omnino eadem pœna, & non plus: ut §. fideiuſſor. inſti. de fideiuſ. ſed dicitur accedere factum ſuum facto principalis. Nam ſi principalis committat factum uel maleficium nunquã præſtãs opẽ, tenetur: ut l. j. §. perſuadere. ff. de ſeruo corrupto. ita dicit Bart.
13 in dicto §. itẽ placuit.* Quærit Bar. in d. l. is qui opem. in fi. & in l. in furti. §. ope. ff. de furt. quando dicatur præſtare opem maleficio: & dicit quòd aliquando ante maleficium, ut præſtando ferramenta ad furtũ: ut l. ſi pignore. §. ferramenta. ff. de furt. uel domum ut ſe reponat, ne uideatur ab aliquo, uel ut de maleficio poſsit loqui: ut l. ſi amici. §. j. & ibi Bart. ff. de adul. Et iſte dicitur præſtare opẽ maleficio, ut dictis iuribus, & punitur ea pœna qua principalis. Secundo modo dicitur præſtare opẽ ipſi maleficio aſsiſtendo, ut habilius cõmittatur, ut in noſtra inquiſitiõe, & tunc etiã ſimili pœna tenetur: ut l. j. C. de raptu uirgi. Primo tamen caſu nõ eſt neceſſariũ, quòd ponatur tẽpus auxilii antè præſtiti: ſed ſufficit locus & tempus delicti principalis: quia tunc commiſſo delicto ille obligatur: ut l. qui ſeruo. & ibi Bart. & l. ſi quis uxori. §. neque uerbo. ff. de fur. ita not. dicit Bar. in d. l. in furti. §. ope. Tertio modo dicitur præſtare opẽ poſt maleficiũ cõmiſſum, ut putà aſſociando eũ, uel præſtãdo auxiliũ ad euadendũ: & iſte non poteſt puniri, ut præſtãs opẽ maleficio: quoniã non præſtitit ad maleficium cõmittendũ, ſed ad euadendũ: ideo tenetur ex tit. de his qui latro. li. ij. uide Bart. in l. furtũ. §. nõ cõmittit. ff. de fur. & Bar. & Ange. in l. j. de his qui latro. & in l. non eo minus. C. de accuſa. Et prædicta etiã uideas [illegible] xi in gl. ſuper uerbo, & Andræ [illegible] liatorem &c. circa princip. Prædicta procedũt niſi per prius datum eſſet conſilium: ut putà facias, quòd ego adiuuabo te ad euadendum: tunc illa ſpe data uidetur datũ auxilium ad maleficium committendum, & tenetur eadem pœna.

ADNOT. a ¶ Eadem pœna. *Adde circa hoc, & uide Cæpol. in conſ. xxxiiij. Ber. & tu uide circa hoc latiſſime dominũ meũ Socinum in conſ. clxxxvi. colum. iij. uerſi. ſed iterũ. & in col. ſeq. in uerſ. confirmatur iſta reſponſio.*

¶ ADDITIO. *Tu adde quòd cum Dy. tenet do. Bonifa. uitalinus, in ſuo opere malefic. in rubri. quid. ſit accuſatio, in forma accuſæ porrectæ per ſyndicum. nu. ciiij. uerſ. ſed pone quòd quidam fuit accuſatus & c. Fel. uerò in c. j. de offic. deleg.*
b ¶ Teneo. *Adde Cæp. in conſi. xxxvj. colum. iiij. & Bart. in conſi. lxv. incip. ad declarationem. Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia adde, quòd canoniſtæ hanc difficultatẽ tetigerunt in c. j. de offic. deleg. poſt glo. & licet cõmuniter canoniſtæ ſequantur opi. Bart. in d. l. is qui opẽ. maximè do. Ant. de But. Abb. & Imo. in d. c. j. qui approbant omnes ſupraſcriptas opi. Bar. de quibus ſuprà. Tamen aduertendũ eſt in hac materia, quòd licet etiã Ang. in d. l. is qui opẽ. ſequatur Bart. ibi: tamen ipſemet Ange. in l. j. C. de Nili. agge. non rũpen. aliter locutus eſt, ubi reprehendit hæc d. Bart. dicens, quòd nunc præſtans opẽ punitur eadẽ pœna qua faciens: procedit quando ſciuit, uel ſcire debuit illã qualitatẽ inhærere delinquenti: putà, quia ſciebat illũ fore nobilẽ, uel fore filium eius quem occidere uolebat. & allegat l. utrũ. ff. de parricid. & l. fi. ff. de recepta. ſubdens, quòd cũ hæc quæſtio aliàs Peruſii fuiſſet de facto cõtra doctr. Bar. fuit iudicatũ, & pœna mortis non fuit impoſita illi opem præſtanti: & ſic præſtans opẽ euaſit à pœna mortis: quia non fuit probatũ nec articulatũ, quòd præſtans opẽ ſciret illũ eſſe filiumfa. uel eſſe nobilẽ, & certè ſecundum ipſum rectè fuit iudicatũ. Sed tu in hac materia adde, quòd dubito, quòd peſsimè
14 fuerit iudicatũ.* Et arguo ſic, ratione incõuincibili: quia regulã in iure habemus, quòd nunquã ignorantia eſt in conſideratione, ubicunque quis dat operam rei illicitæ. hæc fuit elegans doctr. Bar. per illũ text. in l. eũ qui nocentẽ. §. pe. ff. de iniur. Sed negari non poteſt, quin in hoc præſtans opem, daret operã rei illicitæ: igitur &c. quia principalis maleficium uolebat cõmittere: ergo ignorantia nõ attenditur. Præterea, & ſecundò ubicunque ignorantia non uenit ex defectu iniuriati, non excuſat iniuriantẽ. l. item apud. §. ſi quis uirginẽ. ff. de iniur. Sed in caſu Bart. iſta ignorantia nõ habuit ortum ex defectu occiſi, uel ex defectu occidentis: ergo non excuſat præſtãtem opem. Et per conſequens male dixit Angel. nec obſt. d. l. unum. quia ſi rectè ponderetur, loquitur de eo, qui eſt conſcius delicti, ſed nõ qualitatis delicti. Nec ob. l. j. ff. de recepta. quia ibi receptans non dabat operã rei illicitæ. Item adde in hac materia Bald. in l. hæc uerba. ff. de his qui not. infa. in ult. col. facit mẽtionem qualiter fuit altercatio inter Dy. & Bar. & alleg. do. Bart. in d. l. is qui opem. Adde etiam ꝙ Gand. in tract. malefi. ſub rubr. an mandãs, & fieri faciens homicidiũ, puniatur ut homicida. in quæſtio. quæ incipit, item pone, Titius commiſit homicidiũ, aliqui alii fuerũt accuſati, quòd Titio dederunt auxiliũ & fauorem &c. dicens, quòd cùm iſta quæſtio fuiſſet de facto, trãſmiſſa fuit Bononiã do. Dyn. de muſello, & domino Bonagratiæ, & quibuſdã aliis legũ doct. ꝙ ipſe Gand. cognoſcebat. dubitarũt præfati doct. de deciſione: quia uidebatur, quòd dicti auxiliantes deberent puniri eadẽ pœna qua

homicida, iuxta illud, agētes & con
ſentientes pari pœna puniũtur: ut l.
item Mela. §. is qui. ff. ad legē Aqui.
l. diuus. ff. de iure fiſci. & quia in ma
leficiis uoluntas ſpectatur, l. qui ea
mente. ff. de fur. ex alia parte uideba
tur prædictos auxiliatores non tam
graui pœna debere puniri: quia cō-
ſtat eos minus deliquiſſe. Item quia
inter criminis reos, & fraudis parti-
cipes, multū intereſſe iura cōſtitue-
runt. l. ſi multi. ff. de public. Nam de
opere quis nō tenetur, niſi crimine
conſummato: ut l. ſæpe. ff. de uerbo.
oblig. & de hoc eſt decretalis, quòd
non tamen punitur, in c. ſicut dignū.
extrà de homici. Demum poſt mul-
tas altercationes & allegationes, di
cit Gandi. quòd fuerunt dicti docto.
in concordia, quòd dicti auxiliantes
puniantur media pœna, qua dictus
homicida debeat puniri, uel ex for-
ma iuris cōmunis, uel ex forma ſta-
tutorū. Et idem affirmauit Gandi. in
rubr. de pœna aſſo. & fugere facien
tis homicidā. Limitabat tamen non
habere locū, quòd ſi dicti auxilian-
tes fuiſſent cauſa homicidii, uel de-
derūt cauſam mortis: quia tunc tan-
quam homicidæ tenentur, & puniri
debēt, per l. nihil intereſt. ff. de ſicar.
Ita dicit Gandi. in d. q. ſub rubric. an
mandans uel fieri faciēs. Item adde
quòd inquātum uera eſſet doctrina
15 Bar. in d. l. is qui opē. *tamen Ioan.
de Imo. in c. j. extrà de offic. delega.
limitat, niſi eſſet magna multitudo
præſtātium opem: quia tunc poſſet
procedere, quòd principales magis
punirentur quàm alii. allegat c. lato
res. extrà de cleri. exc. ubi etiā uide-
tur expreſſum, quòd quando nō eſt
magna multitudo, oēs pariter pu-
niūtur. Nec diſtinguitur de præſtan
tibus opē ad ipſos principales: ſed
certè miror quòd d. Ioan. de Imo. in
hoc non allegauerit Ang. in termi-
nis hoc dicentē in d. l. is qui opem.
qui dixit, ꝙ ſi iaceret ſtrages mul-
torū, quòd ſoli corporales puniren
tur. & allegat d. c. latores. Item adde
in hac materia unam mirabilē limi-
16 tationē, *quòd licet præſtans opem,
pari pœna deberet puniri, ſecūdum
doctrinā Bar. ubi ſuprà. tamen Ioan.
Andr. in c. felicis. de pœnis. lib. vj. di
cit, quòd ubicunque auxiliū, & fauor
eſt ſimplex, eo quòd maleficium nō
eſt actum, ſed ita eſt executioni mā-
datum, ſicut & ſi nō interueniſſet, q
tunc auxilium & fauor arbitrio iudi
cis puniendus eſt, & non pœna or-
dinaria, qua punitur principalis. Et
iſtam mirabilem doctrinā ſequitur
Ang. in l. in furti. §. ope. ff. de furt. &
Ang. in d. l. is qui opem. ubi multū
exclamat de iſta doctrina, & dicit
iſtam doctrinā eſſe menti tenēdam.
Et adde quòd ſimilis eſt gl. in cle. j.
de pœ. in glo. ſuper uerbo, defenſa-
uerit. circa mediū: tamen dicit quòd
nudus fauor eſt, quando &c. & pro
hoc aliàs defenſaui à pœna furti
ro.ff.de his qui notā.infa.ubi latiſsi-
mè diſputat iſtā materiā,quādo tem
pus eſt utile uel continuum,allegan
do omnes doc.antiquos,& infert ad
quæſtio.noſtrā,& facit mentionē de
doctrina Bart.in d.l.penult.ff.ſi quis
teſta.liber eſſe iuſ.fuerit.& quomo-
do Barto.iſtam materiam indeciſam
reliquit.tenet tamen Ange.in dicta
l.genero.quòd tale tempus non cur
rat,niſi à die ſcientiæ,per dictā l.ge-
nero.& per l.anus.ff.de calumniato.
& per l.ſemper. §. hoc interdictum.
ff.quod ui aut clā.& per regulam quę
dicit quòd omnia tempora à princi
pio ſunt utilia:ut no.in rubr.& in l.j.
ff.de diuer.& tempo.præſcrip.in gl.
rubr.quia impedito agere à princi-
pio non currit pręſcriptio:ut l.Attili
cinus.ff.de ſer.ruſti.pręd.Et quia ex-
pedit reipublicę maleficia puniri.l.
ita uulneratus.ff.ad l.Aqui.Non ob.
l.omnes.C.de præſcrip.xxx.annorū.
quia ibi expreſsè imperator ſtatuit
ut currāt tempora ignorāti. Et ideo
currit, ut ibi:& in corpore ut factæ
nouæ conſtit.Nec ob.d.l.penul.quæ
allegatur pro caſu in contrariū,quia
ibi delictum fuit commiſſum per ſer
uum in ſeruitute exiſtentem. Vnde
non mirū ſi ſciētia ſuperueniēs non
eſt cauſa inducendi actionē, quæ ab
initio nō eſt nata.Sed in quæſtione
noſtra ius accuſandi erat ortum:ſed
ignorabatur cōtra quē, quia malefi
cium erat occultū. Et ideo nō mirū,
ſi eo in notitiam deducto competit
potentia accuſandi:& dicit ꝙ iſtam
quæſtio.habuit de facto Peruſii tem
pore domi.Quiriti de Nannia,aſsi-
dente ſecum quodam do.Bartho.de
Placentia:qui per prædictas leges &
rationes quendam decapitari fecit.
Item adde quòd iſta uidetur deciſio
Bart.in l.eum qui.§.in popularibus.
ff.de iureiur.qui per tex.in l.ſemper
§.alius.ff.quod ui aut clā.dicit quòd
licet tempus limitatum à ſtatuto cur
rat à die operis perfecti:tamen hoc
intelligēdū eſt,ſi in notitiā eius per-
uenit:quia ſi opus eſt factū clam:tūc
tempus nō curreret,per d.l.ſemper.
& aliàs uidi doctiſsimos aduocatos
multū magnificientes & exclaman-
tes in hac materia de illa doctrina
Barto.in d.§.in popularibus.& idem
tenet Pe.de anc.in c.canonum ſtatu
ta.extrà de conſtit.in uerſic.ſed alibi
quærit Barto.Sed aduerte quòd li-
cet Barto.iſtam quæſtio. indeciſam
reliquerit in l.fi.ff.ſi quis teſt.lib.eſſe
iuſ.fue.quia dicit ꝙ quæſtio dubia
erat, & de facto pendebat. tamen
Bal.in l.fi.C.de dolo. ponderans ibi
illum tex.dicit,quòd ille text.facit ꝙ
ſi ſtatutum dicit, quòd de maleficiis
non poſsit inquiri ultra ſex menſes,
debet intelligi ſiue maleficium erat
manifeſtum,ſiue occultum:quia non
à die ſcientiæ,ſed à die delicti cōnu-
meratur tempus, ut ibi probatur: &
idem tenet Sal.ibi in d.l.fi.qui etiam
not.dicit, quòd ſi ſtatutum prohibet
ultra dictos ſex menſes cognoſci, ꝙ
lis inchoata intra ſex menſes debe-
bit intra idem tēpus terminari : aliàs
ultra dictos ſex mēſes cognoſceret:
& hoc repugnaret dicto ſtatuto. Et
certè hoc eſt notabile uerbum in ma
teria,& iſtam opinionē tenet Ange.
in l.fin.ff.ſi quis te.liber eſſe iuſ.fue.
qui dicit,quòd licet contra iſtam de-
ciſionem faciat text.in l.anus.ff.de ca
lum.ſcilicet,quòd pręſcriptio nō de-

beat currere ignorãti, cum non ſubſit potentia agendi propter ignorãtiam. Ergo uidetur quòd præſcriptio nunquam fuerit inchoata, ut l. j. ff. de diuerſi. & tempor. præſcript. Dicit tamẽ quòd in cõtrarium eſt uerũ, quia actio nata eſt, licet propter ignorantiam in iudicium nõ ſit deducta, quæ non obeſt etiam in initio curſus pręſcript. text. alleg. in l. ſi fundum. §. ſi partem. ff. quemadmodum ſeruitut. amitt. ratio eſt: quia hæc præſcriptio currit abſq; facto præſcribentis, & eſt præſcriptio fauorabilis, ſic in l. ſequitur. in §. ſi uiam. ff. de uſucap. & quia præſcriptio ſtatutaria ſubrogata eſt in locum præſcriptionis legalis longiſsimi temporis, unde ſapit eius naturam, & illa currit ignoranti etiã ius & factum. l. ſi quis emptionis. in ſi. C. de præſcr. xxx. annorũ. Quinimo dicit quòd credit non poſſe implorari beneficium reſtitutionis in integrum ex clauſula generali: quia in executionibus pœnarum illud non uendicat ſibi locum, nec minoribus patrocinatur. l. auxiliũ. ff. de mino. §. in delictis. licet aliàs habeat locũ, ubi eſſet pręſcriptio propter ignorantiam nõ propter aliud impedimentum cõtra actionẽ ciuilem, per text. in lege Atilicinus. ff. de ſeruit. ruſtic. prædio. & dicit iſta menti eſſe tenẽda: quia multoties iſta ueniunt de facto: certè paſſus hic dubius eſt, cùm nedũ docto. ſint uarii, ſed illuſtres doct. ipſimet uariant: quia in uno loco unum dicũt, & ipſimet in alio loco dicunt cõtrarium. & ideo Ang. non fuit recordatus de his quæ ſcripſit in d. l. genero. ubi expreſsè dicit contrarium: & iſtã partem tenet etiam Bal. in lege eum qui. §. popularibus. ff. de iureiur. in ſi.

Sed aduerte quòd contra iſtam deciſionem uidetur tex. & quòd ibi docto. in l. j. C. de exactorib. tributo. libro x. ubi habetur quòd tales præſcriptiones non currant ignoranti, per quem tex. dicunt doct. quòd ubi pœna ueniret imponenda iudici ei inquirẽti de maleficio intra dictum tempus, uel officiali non denuncianti, puta ſyndico, uel ei ad quem pertinet denunciare intra dictum tempus: tunc tale tempus nunquam currit ignoranti niſi à die ſcientiæ: ne ignoranti uideatur pœna impoſita. Et iſte tex. in d. l. j. quẽ tex. ibi ad hoc propoſitum ponderat Bart. & hanc limitationem ponderauit etiam Alber. de Roſa. in quæſtio. ſtatutorum q. lxxx. in ſecunda parte, in quæſtio-
10 ne, quæ incipit,* ſed quæro ſi ciuiles cõmunium & cõmunia ex forma ſtatutorum teneantur denunciare maleficia, uel capere malefactores ſub certis pœnis & intra certum tempus, & maleficium ſit occultum, puta furtum, uel aliquod aliud maleficium factum de nocte, puta quia maritus occidit uxorem in lecto: ſicut dicit Albe. quòd ſibi occurrit de facto, an commune teneatur. & dicit quòd ſtat quòd non, & dicit quòd hoc ſæpe obtinuit, per l. j. §. occiſorum. ff. ad Sillania. & ibi etiam Alberic. hoc dixit: & Dyn. hoc uoluit in l. ſi quis grauí. §. in ſepulchro. eodem titul. hoc etiam affirmauit Alberic. in l. ideo. C. de his quib. ut indig. dicta. men Alberic. in dicta quæſtio. hanc quòd certè contra iſtam deciſionem fortiter obſtat text. in l. cum frater. C. de his quib. ut indig. ubi frater occiſus cum ueneno, & ſic occ. tamen hæredes puniuntur, ita

uindicant necem. Sed Alberic. reſpõder, quòd intelligit illam legem cum determinatione dictæ legis, ſi ideo. ſcilicet quãdo delictum eſt manifeſtum: & ex tunc cedit tempus. argument. l. cum lex. ff. de ædili. edicto. & lege auus. ff. de calumnia. Et iſtam partem tenet in terminis Bartolus in l. diuus. la ſecunda, in ultima columna. ff. de cuſto. reo. & Bal. in l. j. C. de his qui latro. & Bartol. in l. ſemper. §. hoc interdictum. in uer. annum. ff. quod ui aut clam. & Bartol. in l. auus. ff. de calumn. & Barto. in d. l. ſi. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſ. fue. & Barto. in l. j. §. occiſorum. ff. ad Silla. & Bald. in l. j. per illum tex. C. de priua. carceribus. & Bald. in l. j. C. de falſa mone. & Angel. in l. ſi cum exceptione. in §. in hac. ff. quod metus cauſa. affirmauit etiam Angel. in d. l. genero. & Angel. in d. l. ſemper. §. hoc interdictum. dicit quòd iſta quæſtio fuit formata per Dyn. & Iacob. de Arena ibi, per illum text. hoc expreſsè affirmauerunt, quòd tale tempus ad inquirendum non currit poteſtati ignoranti maleficium quò ad euitationem pœnæ, ſi nõ inquiſiuit, & ſyndico ſi non denunciauit. Moderni in d. l. ſin. C. de dolo. uidentur tenere illam partem, quòd tale tempus currat poteſtati ignoranti, ſi nõ inquirit quo ad hoc, ut non poſsit amplius inquirere illo tempore elapſo: quia regulariter omnes præſcriptiones habent tempus continuum, niſi contrarium reperiatur ſpecialiter ſtatutum: & allegat gloſſ. & Bartol. in Rubrica. ff. de diuer. & tempo. præſcriptio. & gl. in ſi. ff. eod. tit. per legem nunquam. §. in uſuc. ff. de uſucap. & per pulchra uerba Bald. de



clarat in l. quamdiu. C. ad municipa. & iſtam partem tenuit Bald. in d. l. genero. & Roman. in d. §. occiſorum. niſi ſecundum eos tale ſtatutum eſſet conditum ab epiſcopo, uel comite, uel marchione: & non à populo: quo caſu, cum tale ſtatutum tãquam factum à magiſtratibus habeat uim iuris prætorii: ut declarauerat Bar. in l. ſtipulationum aliæ. in principio. ff. de uerborum obligationibus. cum concordan. quas ibi dedi. Ideo tempus præfixũ à iure prætorio ſemper intelligitur eſſe utile & non continuum: ut uoluit etiam tex. notabilis. inſtitu. de perpe, & tempo. act. in uer. annum. & not. Bartol. in Rubric. ſuprà allegata. ideo non currit ignoranti. Ita loquitur text. in d. l. auus. & in d. l. ſemper. Tempora uerò continua currunt impedito, tam propter ignorantiam, quàm propter abſentiam & ſimilia: ut habetur in d. l. fin. C. de dolo. & in l. fin. C. de præſcrip. longi tempo. cum ſimilib. Et hanc partem quam tenent Modern. in d. l. fin. uidetur appobare Paul. de Caſtro, in l. genero. ff. de his qui notan. infa. in ultima colum: qui dicit quòd reperitur quædam ſingular. doctrina Gulielm. de Cu. in l. ſi cum exceptione. §. ſi quis. ff. quod metus cauſa. qui dicit quòd tempus præfixum ad accuſandum uel inquirendum propter odium ipſius accuſationis uel inquiſitionis ſemper currit ignoranti: & ideo elapſo illo tempore non poterit fieri inquiſitio uel accuſatio. Et ſubdit ipſe Paulus de Caſtro, quòd eſt iſta bona concluſio: quia tempus legale in dubio eſt continuum: & non utile, per illam gl. not. in d. Rubric. ff. de diuerſis

& tempo. præſcript. & facit mentionem ibi Pau. de caſtr. quomodo Bal. ibi tenet iſtam partem, licet Ang. dicat cōtrarium ibi: & ſe iactat habuiſſe hanc queſtionem de facto & obtinuiſſe. Sed Paul. de caſtr. dicit quòd ſuæ rationes ſunt ſatis debiles, & deridet Ang. qui alleg. gl. in rubr. ff. de diu. & temp. act. quæ ſecundum eum dicit, quòd tempus legale in dubio eſt utile: & illa glo. dicit contrarium, quòd imò tēpus eſt continuū in dubio. Sed aduerte quia mihi durū ſapit, quia iſtæ præſcriptiones breues currant iudici ignorāti uel accuſatori: & maximè quòd lapſo illo modico tempore, non poſsit inquiri contra delinquentes, maximè ſi ſunt delicta atrocia & contra iura naturalia, cùm de iure communi huiuſmodi præſcriptiones durarēt per ſpatium uiginti uel triginta annorū, regulariter ad hoc, ut non poſsit querelari de delicto: dico regulariter per text, & gloſ. in l. querela. C. de falſis. cum ſimilib. & quod ibi per gl. Bart. Bald. Ang. Sal. & doct. & per gl. in l. in cognit. ff. ad Silla. & ideo quòd propter breue tempus ſtatuti tridui uel mēſis, uel ſex menſiū, uel per annum tollat, ut non poſsit queri de delicto, hoc non credo de iure poſſe ſuſtentari: iura enim ſuprà allegata quæ uolunt quòd tēpus currat ignorāti, regulariter habēt maximū tractatū tēporis, decē, uiginti uel triginta ann. ut not. in d. l. omnes. & in d. l. j. quia lex præſupponit & præſumit quòd elapſo illo longo tēpore quo nō eſt quæſitū de delicto, illud delictum nō fuerit perpetratum in rerum natura: qa præſcriptio æquiparatur ueritati. l. j. C. de ſeruit. & aqua. ut inquit Bal. in c. fi. in ult. co. de feu. dato in uicem legis commiſſo. hæ rationes ceſſant quando tempus breue eſt. Et ideo dicit Bal. in ca. j. §. porro. qualiter olim feudum pot. alien. quòd iſtæ preſcriptiones criminales uel minoris temporis nunquam currunt ignorāti: & affirmauit Bal. c. fin. de prohib. feud. alie. per Lotha. & maximè elapſo illo tēpore, poſſet queri de delicto, ſi cōſtaret de delicto per cōfeſsionē delinquentis. & hoc uidetur etiam eſſe de mente Bal. in lege properandum. in fi. prin. C. de iud. per rationē quam ipſe ibi aſsignauit, ut ſuprà dictū eſt. Tenentes tamen aliam partem poſſent allegare alias limitationes, quæ pōt colligi in deciſionibus doct. ſuprà per me allegatis: & negari nō poteſt quin iſte paſſus non ſit dubius in

11 iure. *Item in hac materia adde ... mirabilem limitationem Ang. in l. ... qui. C. de adul. qui allegādo ... uult quòd elapſo illo tempore ... minato ab ipſo ſtatuto, poterit ... ſitio formari. & omnino uide Petr. ancha. in repetit. c. canonum ſtat. extrà de conſtit. in materia interpretationis ibi dum dicit, Quinto decimo utrum ſtatuta recipiant interpretationem in ſexto. Sed alibi quæ... Bart. & nō ſoluit utrum illud tempus ad accuſandum &c. Et ibi dat unam mirabilem limitationem in materia quam omnino uideas. & Paulum de caſtro in conſilio ccxxvj. qui ponit de quadam muliere quæ fuit impregnata: an tempus incipiat currere poſtquam peperit: & an tempus currat ignoranti: & an tempus ſit utile uel continuum.

12 *Procedi omni die & tempore, an ſit in criminalibus.*

Aſi



ANGELVS.

12 *QVAERO an omni die & tēpore poſsit pcedi in criminalibus. Dic quòd de iure cōmuni nō poteſt procedi diebus feriatis, nec in honorem dei: ut l. ſi feriatis. ff. de fer. nec etiam feriatis in hominum utilitatem: ut lege, cuſtodias. & ibi Bart. ff. de publicis iudicijs. niſi aliter per ſtatutum ſit prouiſum: & ſic habeas mēti, quòd illæ feriæ quæ ſunt & obſtant in ciuilibus, ſunt etiam in criminalib*: ſaluo quàm in caſu legis prouinciarum. C. de fer. in quo caſu poteſt procedi propter criminis immanitatem etiam in die paſchatis.

AVGVST. Tu autem in hac materia adde, & dic quòd imò uidetur quòd indiſtinctè executio criminalis fienda eſt die dominico: quia ius dicit quòd non eſt peccatum occidere delinquentem. xxiij. q. v. c. qui malos. & c. iudex. Sed Io. And. & Ant. de but. & Abb. & omnes doct. in c. j. extra de fer. dicunt quòd licet non ſit peccatum, eſt tamen horrendum & miſerabile: & ob Dei reuerentiam abſtinendum: non tamen ob. quod dicitur, quòd beati qui faciunt iuſtitiam omni tempore: quia intelligitur omni tempore ſcilicet cōpetenti: ut c. nunquam. de cōſecratione. diſt. v. & c. j. de uſuca. Excipit tamen Hoſt. ibi fallit in publico latrone & nocturno depopulatore, per l. prouinciarū. C. de fer. Et uoluerūt ibi doct. maximè Ant. de bu. & Abb. & Moderni: quę cōcluſio mihi placet, qa l. prouinciarū. nō loqtur in nocturno depopulatore: ſed propter inhumanitatē criminis extendūt illā l. prouinciarū. & uidetur eſſe de mēte Bal. in d. l. prouinciarū. quę nō loquit̃ niſi in certis latronibus, ut extendatur illa diſpoſitio ad omnia delicta, quæ ſapiunt inhumanitatē. & uide do. Ant. & Abb. & doct. in c. fi. extra de iud. aliquid per doct. in c. fi. extrà de fer. Et certè iſta q. eſt male formata hic: quia hoc quod ſequitur nō bene cōuenit.

13 *Statuto dicente, quòd poteſtas nō poſſit cognoſcere de maleficio commiſſo ante inchoatum proceſſum per annum, modo aliquis fecit ligam prohibitam iam ſunt tres anni, quæ adhuc durat: an poſſit de hoc crimine cognoſci, & utilis erit clauſula, inchoata facta &c.*

14 *Statuto cauetur quòd iudex expediat proceſſum uel accuſationē intra duos menſes probata accuſatione, intra legitimum tempus: opponitur de falſo contra teſtes, an talis inſtantia prorogetur: ita quòd ſi iudex non expediat cauſam, non incidat in pœnam.*

15 *Poteſtas cognoſcere non poteſt de maleficiis commiſſis per ſex menſes ante initium officii ſui, modo ante ipſum termini inquiritur, ſed inquiſitio non habet ſubſtantialia propter quod ſit alia recta, ſed poſt ſex menſes dictos: an poterit delictum tunc puniri.*

16 *Limitatur primò uerſiculus præcedens qui incipit, ſtatuto cauetur, ſi iudici ex actis conſtet de innocentia accuſati.*

17 *Limitatur ſecundò ſi accuſatus accuſaret ſuum accuſatorem ex eo quòd dicat eum produxiſſe falſos teſtes.*

18 *Accuſatus de homicidio ſi in medium exceptionis dicat teſtes falſos eſſe, differtur quæſtio homicidii.*

19 *Limitatur primò dictum præcedens, niſi iudici conſtet, quòd in fraudem & cauſa litis differendæ talis exceptio proponatur.*

N 5 Limit

20 *Limitatur ſecundò niſi imputari poſſit accuſato, quòd nimis ſe arctaret ad opponendum exceptionem prædictam.*

21 *Aduocati cautè faciunt ut accuſatus de homicidio accuſet accuſatorē, quòd teſtes falſos producit uel excipiat contra teſtes de falſo.*

ANGELVS.

13 *EST etiam talis clauſula utilis: quia ſi ſtatutum dicit quòd poteſtas non poſsit cognoſcere de maleficiis commiſsis ante inchoatam proceſſum per annum. Modo pone quòd aliquis commiſit maleficium quòd
a habet cauſam permanentem[a], utputà quia in loco prohibito fecit ædificiū quod adhuc durat: uel facta fuit quædam liga uel coniuratio prohibita, iam ſunt tres anni & adhuc durat, an poſsit de hoc crimine cognoſci. Gloſſ. in l. eum qui. §. in popularibus. ff. de iureiuran. uidetur uelle quòd non. In cōtrarium facit l. j. ff. de uſufruct. accreſ. & in l. eum qui. & quod not. Barto. ff. de fur. facit l. ſi. §. ſi. cum glo. de his qui deiece. uel effude. & b prędicta procedunt ſi ſtatutū dicat, ſi quis habuerit ædificium in platea, ſecus ſi dicat, ſi quis ædificauerit: quia tunc inſpicimus tempus ædificationis: & abinde currit præſcriptio, ſi hoc notum erat, ſecus ſi factum eſſet clã: ut l. ſemper. §. annus. ff. quod ui aut clam. ita dicit Barto. in d. §. in popularibus. de quo plenè in cle. j. de conſan. & affi. per Pe. de anc. facit l. inficiando. §. infans. ff. de fur. & qđ ibi no. Bar. ubi ponit an unus ludus continuatus ſit unus ludus uel plures ludi. dic ut ibi per eum: quia non eſt materia noſtra. Et aduertas ꝙ illud ſtatutum quod dicit, quòd poteſtas nō poſsit cognoſcere de maleficiis ante ſuum officium per ſex men-ſes commiſsis: intelligitur & intelligi debet principaliter, nō autem ſecundario & incidenter. Vnde ſi de alio inquiratur uel agatur, & poſtea incidenter & ſecundario deducatur unum delictum commiſſum ante annum, quòd poteſtas poterit cognoſcere & punire. Ita dicit Bal. in authen. qui ſemel. C. quomodo & quãdo iudex. & pro hoc facit quod not. Bart. in l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. peta. in illa quæſt. an ualeat ſtatutum in fauorem bannitorum: ubi dicit quòd ſic, quando ſit in fauorem reipublicæ principaliter & in conſequentiã: & neceſſario reſultat utilitas bãnitis: ſecus ſi principaliter in fauorem bãnitorū ſtatueretur: de quo ibi per eū: facit l. interdū. §. qui ſ[…]
14 ff. de furt. * Quid autē ſi ſtatuto [ca]uetur, quòd ſi iudex expediat proceſſum intra duos menſes, uel accuſatio finiatur in inſtantia duorum menſium, & probatur accuſatio, uel inquiſitio intra legitimum tempus, ſed opponitur de falſo[b] contra teſtes an talis inſtantia prorogetur: [&] quòd ſi iudex non expediat cauſam non incidit in pœnam. Illam [in]format Cy. & Bal. in l. j. C. qui accu[ſ.] po. & ibi finaliter concludit Bal. [ſe]cundum aliquos, quòd iudex condemnet ſaluo & reſeruato quòd [ſi] apparuerit poſtea quòd teſtes falſum dixerint, quòd condēnatio habeatur pro nō facta, & interim nō poteſt fieri executio: ut l. ſi pecuniam. ff. ſi certum petat. Sed Cyn. & Ray. tenent quod debet ſuperſedere in primis, & cognoſcere de teſtiū falſitate: & prima inſtantia prorogata intelligitur, quia cum de uita hominis agatur, eſt multū ponderare: ut in auth. ut […]



ſine quoquo ſuffra. & l. ſi quis ultro. ff. de quæſtionibus. in ij. colū. Et hoc uerum eſt, ſi illi teſtes qui neceſſario faciebant probationē, redarguūtur de falſo. Sin autē præter eos qui redarguūtur, remanet probatio ſufficiens nō ſuſpēderetur: ut C. de quæſtio. l. j. facit l. j. in fin. ff. quemadmodū teſta. aper. ita dicit Bal. in d. l. j. C. qui accu. non poſ. ubi iſtam quæſtionem uide latius.
15 *Et aduertas diligēter, pone ut ſupradictum eſt, quòd de maleficiis cōmiſsis retro per ſex menſes, ante initiū ſui officii, poteſtas cognoſcere non poſsit. modo à die cōmiſsi maleficii antequã trãſeãt dicti ſex mēſes, poteſtas inquirit, uel per accuſationē proceditur de dicto maleficio, quæ tamē inqſitio ſeu accuſatio de iure non habet ſua ſubſtãtialia, ſit emendatio inquiſitionis uel accuſationis. & ponūtur ſubſtãtialia poſt dictos ſex menſes à die cōmiſſi maleficii: an illud fieri poſsit & tale delictū puniri. Reſpondeo quòd non. ita ſingulariter dicit Bart. quòd de facto determinauit in l. edita. in ij. colum. uerſic. & per hæc determinatur quæſtio &c. C. de eden. alleg. ff. de adulte. l. accuſaturus. quod not. ſingulariter.

ADNOT. a ¶ Permanentem. *Adde Moder. in d. §. in popularibus. & Pet. de anc. in conſi. iiij. Ber.*

b ¶ De falſo contra teſtes. *Adde tu & uide de hoc per Abba. in conſilio xvj. in ij. uol. & Barba. in conſi. xxxvj. incip. præclare ſcribitur.*

AVGVST. Item inquantū tacta eſt ſupra illa difficultas: an quæſtio falſitatis faciat ſupſederi in cauſa principali. Addatis quòd reperio Alber. de roſa. in duobus locis latiſſimè diſputaſſe iſtam difficultatem. Primò in l. fina. C. ſi ex fal. inſtru. Secūdò in quæſtionibus ſtatutorum in prima parte q. lxxiij. quæ incipit, modo ſubiicio quæſtionem diſputatam per domi. Richardum quæ talis eſt. ex forma ſtatuti tenetur rector intra lx. dies terminare cauſas criminales, ſub certa pœna. ſubdit, contingit aliquem fore accuſatum de homicidio, & probatum eſt per teſtes. Ipſe accuſatus ulterius arguit & accuſat teſtes falſos, uel opponit teſtes eſſe falſos, an hoc pēdēte ſine metu pœnę poſsit iudex differre ultra lx. dies illã primã cauſam criminalē de homicidio. & dicit ꝙ certè illa lex ultima. C. ſi ex fal. inſtrumē. multùm facit quòd differri debeat, quia ſi ſententia lata fuiſſet pretextu falſorū teſtiū retractaretur per totum titu. C. ſi ex fal. inſtru. & per l. diuus. ff. de re iudica. Ergo multò fortius differri poteſt. Subdit tamen ipſe Alberi. ꝙ Richar. in loco ſuprà allegato poſt multa ſubtiliter allegata ꝓ & cōtrà determinauit oppoſitum: quia non poteſt dici quæſtionē homicidæ differēdam, niſi hac ſola ratione: quia ſi teſtes de falſo cōdemnarentur, accuſatus de homicidio eſſet purgatus, & ad hoc tēdunt omnia iura ꝓ hac parte ꝑ ipſum allegata: dicit ergo Albe. eſt ergo ſolū hoc attendendū utrū acta in quæſtione falſi præiudicēt in quæſtione homicidii, quia ſi præiudicant, oportet differri, aliàs nō. Quòd autē nō præiudicent, nec opitulētur, uidetur caſus in l. is ꝗ reus. ff. de pub. iud. ibi dum dixit in tex. quòd nō relatione criminum, ſed innocentia reus purgatur. & pro hoc eſt bonus tex. in l. ij. §. ſi publico. ff. de adult. reſtringit

ſtringit tamen ſe ibi Alber.niſi refe-
ratur tale crimē, qd' adeò eſſet præ-
iudiciale,ſi cōſtat illud eſſe commiſ-
ſum,non ſit poſsibile, de quo prior
accuſatur fore commiſſum,ut eſt ex-
emplū in l.j.C.qui accu.nō poſ.mul-
tò ergo fortius non releuat, quando
crimen non in accuſatorē, ſed in ter
tiam perſonam,puta in teſtes propo
nitur ad pœnā eis imponendā: quia
tunc res inter alios acta &c.per totū.
quomodo ergo acta in cauſa falſita-
tis poſſent præiudicare accuſationi
homicidii,qui nec receptioni, nec iu
ramento eorum fortè præſens erat?
certè nullo modo.C.quibus res iud.
non nocet.l.penulti. ut intelligatur
non ſolum in eodem facto, ſicut
gloſſ. intelligit, ſed multò fortius
in diuerſis: ut in quæſtione noſtra.
Item uidetur ad hoc l.expreſsè.in l.
Lucius.ff.de his qui no.infa.& cap.ij.
extrà de ordi.cogni.ubi diffinitur ſu
per crimine. contrà aſſertio teſtium
nō præiudicat teſtibus:ergo nec ecō
trà teſtes debent præiudicare cauſæ
homicidii, eadem ratione, quia res
inter alios acta &c.concludendo er-
go determinauit ipſe Richar. ut re-
fert ibi Albe.ꝙ ſuperſederi non de-
bet in ipſa cauſa criminali, propter
accuſationem de falſo, cùm una al-
teram non contingat: & ſi teſtes de-
ponerent in cauſa falſi eum uiuere
16 qui occiſus dicitur.* Limita tamen
hoc, niſi iudici cōſtaret hoc ex actis,
habitis in cauſa homicidii de tali in-
nocētia accuſati, quia tūc eſſet ferē-
da ſententia abſolutoria: imò etiam
ſi hoc conſtat in executione ſenten-
tiæ,ꝙ ille uiuus eſt, qui dicitur occi-
ſus,quia illa ſententia criminalis nō
eſſet executioni mandanda,ſed ſer-
uaretur id quod dicitur in l.j.in ff.
de queſt.& in l.diui fratres.ff.de p
17 * Secundò limitat Bar.prædicta, ꝗ
ille qui eſt accuſatus de homici
accuſaret accuſatorem ſuum e
ꝙ dicit falſos teſtes produxiſſe
tunc quæſtio homicidii differri
bet, quia ſententia ſuper falſo
preiudicialis eſſet queſtioni homi
dii:allegat l.fin.§.ſi prædictum.C.
fide inſtru.& quia incidēter iſta q
ſtio falſi detegit accuſationem h
cidii fore calumnioſam, & quali
cunque conſtet iudici in cauſa h
cidii procedere nō debet.l.quis
maior.§.preſens.ff.de bo.lib.
in ea cauſa falſi,tāquam præiudi
prius cognoſcendū eſt.l.j.C.qui
cu.non poſ. Subdit tamen ibi
ꝙ ſi extraneus, non ille qui acc
tus eſt,accuſaret de falſo:tunc
homicidii non differtur,per ea
18 ſuprà dicta ſunt. * Subdit tame
ſi accuſatus de homicidio in
exceptionis dicat teſtes falſos
tunc differtur queſtio homicidii
ſit præiudicialis:ut dictum eſt.L
19 tat tamen hoc *,& temperat,
dici cōſtet ꝙ in fraudem,& ca
tis differendæ talis exceptio p
nitur:ut l.j.C. de iur.cal.& l.ſtatu
20 tè.C.de fal. * Item limitat hoc
imputari poſsit accuſato,ꝙ ni
arctaret ad opponēdum exceptio
prædictam, in l.petēda.C.de tem
in integ.reſtit.& l.nemo.C.de te
appel. ſecus ſi ſibi non poſsit im
tari:quia accuſator circa finem
rum menſium producit dictos te
quia tunc excipiens auditur,& p
differri ultra ſine metu pœnæ
de adul.quantuncunq; enim
ſit ſtrictum,tamē recepit hanc



pretationem à iure communi:ut iu-
ſta & neceſſaria cauſa intelligitur ex
cepta.l.ſi ſerui.C.de noxa.l.ut grada
tim.§.ſed ſi lege.ff.de mune.& hon.
& facit mentionem etiam ibi Alber.
quomodo Cy.in d.l.j.C.q accu.dicit,
ꝙ exiſtēte iſta quæſtione de facto in
palatio Bononiæ quidā doc.aliter di
cebant,ꝙ propoſita quæſtione falſi
à quocunq; ſuperſederi debet indi-
ſtinctè in quæſtione homicidii:& ibi
recitat uerba Cyn.quæ poſuit in d.l.
j.C.qui accuſ.dicit tamen ꝙ opi.Ri-
char.uera eſt de facto iuris rigore:li
cet opinio doct.Bonoñ.mitior ſit,&
21 æquior:* cautè ergo faciunt aduoca
ti ſecundū ipſum, ut accuſatus de ho
micidio accuſet accuſatorē ſuum,qñ
teſtes falſos produxit,uel excipit cō-
tra teſtes de fal. Adde tamen ꝙ Sal.
in l.ſi docueris.C.de fal. poſuit etiā
iſtam materiam.adde Gand.in mate
ria,in tract.malefic.in rub.de falſa.&
falſitatib.in uer.ſed pone ꝙ aliquis
producit contra me in cauſa quod-
dam inſtrumentum, uel teſtamentū.
& uide doct.maximè Bal.in l.Lucius.
ff.de his qui not.infa.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitionis copia,quare mittatur ad cameram actorum communis.*

Die xxv.Nouembris.

QVI dominus Iudex, ut ſu-
pra, pro tribunali ſedens
cōmiſit publico, & iurato nun-
cio,quod copiam dictę inquiſi-
tionis ſecum portet:& dimittat
ad cameram actorum commu-
1 nis Bononiæ. * Iſtud autem fit ex
forma ſtatutorum locorum, ne iudi-
ces pro libito uolūtatis poſsint mu-
tare formam inquiſitionis. & ſic au-
ferre defenſionē reo,quoniam opor
tet ꝙ ſemper inquiſitio ſit confor-
mis cum exemplato, & tranſmiſſo
ad cameram: ut l.ſi quis ex argenta-
riis.§.pertinere.& ibi Bart.ff.de edē.
& l. Sempronius Proculo.ff.de le.ij.
Et etiā poteſt dici ꝙ hoc eſt iure in-
troductum. Nam ſicut in ciuili libel-
lus porrigitur de pluribus libellis
unus iudici,alter parti:ut in authen.
offeratur.C.de lit.conteſta.& in l.j.&
ibi Bar.ff.de eden.ita eſt in criminali
mittēdo copiam ad camerā ſuperio-
ris:perinde ac ſi iudex inquirens,qui
tenet locum partis: ut not.Bartol.in
l.ij.§.ſi publico.ff.de adulte.ipſe det
unum libellum ſuæ inquiſitionis,
quem debet tranſmittere ad ſuum
ſuperiorem inter ipſum & reū:cum
quo reo ipſe iudex inquirens debet
litigare.

AVGVST. Tu autē in hac ma-
teria adde, & dic quòd uera eſt iſta
concluſio,ꝙ de iure cautum non eſt
ꝙ hæc copia inquiſitionis tranſmit-
tatur ad cameram ſuperioris:& licet
do. Ang.hic alleget Bar.in d.l.argē-
tariis.& in d.l.Sempronius Proculo.
tamen Bart.ibi nihil dicit in terminis
de hac materia, niſi quòd Moderni
repetentes c.qualiter & quando.ex-
trà de accuſa.faciunt mentionem de
hac tranſmiſsione, ſed parū curo de
hac tranſmiſsione:quia eſt parui mo
menti, niſi ex lege municipali hoc
ſancitum eſſet,licet quòd aliàs ex tali
inquiſitione nō poteſt ſequi condē-
natoria; niſi ad cameram copia in-
quiſitionis tranſmittatur:& in multis
partibus Italiæ talia ſtatuta non ſunt,
imò ſine trāſmiſsione iſtius copiæ te
net ipſa inquiſitio. Audiui aliàs à ma
ximis practicis,ꝙ ideo in ciuitatibus
ubi uigēt huiuſmodi ſtatuta,ratio fi-
nalis

nalis fuit, ne introitus fiſci fraudetur p iudices, ut ille q propter aliquod delictum ueniret condemnandus in centum, uel bona ſua confiſcari deberent, iudices ipſi, uel propter amicitiam, uel propter ſordes condemnarent in minus.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitionis copia una cum citatorio, ut plurimum ex forma ſtatutorum loci debet tranſmitti, quod ſeruandũ eſt.*

2 *Delictum in citatione generaliter non explicitè per circunſtantias loci, & temporis debet contineri.*

3 *Inquiſitionis copia cum citatorio cõmuniter ex forma ſtatutorum ſemper mittitur & ita practicatur.*

4 *Iudices cauti, habita qualiquali informatione de delicto, iubent reum capi, quando pœna eſt corporis afflictiua, ne facta citatione uerbali aufugiat.*

5 *Citatio in ciuili, an debeat continere copiam libelli, quando quis citatur ut ueniat ad reſpondendum libello.*

6 *Citatorium an debeat exprimere crimen pro quo quis citatur, uel ſufficiat citari quòd compareat ad ſe excuſandum à quadam accuſatione porrecta contra eum.*

IVDEX commiſit quòd Caius prædictus, & alii inquiſiti citarentur. * Vt plurimũ ex forma ſtatutorum loci requiritur, quòd copia
1
a i nquiſitionis una cũ citatorio [a] trãſmittatur: quæ forma ſeruanda eſt. quinimo dico quòd etiam iſtud uidetur eſſe de iure. Nam ſicut in ciuili quando quis ad reſpondendum libello citatur, ſemper cum citatorio: uidetur quòd debeat mitti copia ad reum, alias autem non eſſet reus ſufficienter inſtructus ad quid citaretur ad actoris petitionem: & ſi nõ compareret, non eſſet contumax, nec cõtra eum, ut cõtra contumacem poſſet procedi: ut uideretur text. in auth. de litigio. §. ad excludendas. in pr. coniuncto §. fin. & not. plenè Bar. & Imol. in l. ſi finita. §. Iulia. ff. de dam. infect. & ibi Imol. ergo idem erit in criminali in quo ad ſimilitudinem ciuilium proceditur: ut l. abſentem. ff. de pœn. & quod in criminali debeat copia totius inquiſitionis, una cum citatorio mitti, ut. no. gl. & doc. in c. præterea. de dilatio. & vij. quæſt. j.
2 primates. quod intellige * generaliter, uidelicet quòd cõpareat ad reſpondendum ſuper tali delicto: non autem requiritur quòd explicitè delictũ in citatione deducatur, per circunſtantias loci & temporis: ut l. j. C. de exhib. reis. ubi dicitur quòd priuſquam reus citatus ueniret, iudex debet explanare quæſitum, & dicere quare citatus fuerit, ex quo manifeſtè apparet quòd in hoc citatorio fuit expreſſum. ita dicit Bar. in extrauaganti, ad reprimendum. in uerbo per edictum. Et Pet. de Ancha. in c. j. de foro compet. in uerſicu. nota qđ no. ſed fortè quia cõmuniter tenetur, quòd in ciuili non ſit neceſſe quòd copia libelli tranſmittatur cum citatorio: ut no. Bar. in d. §. Iulia. & in auth. offeratur. ita etiam in criminalibus nõ eſt neceſſe de iure, quòd cum citatorio mittatur copia inquiſitionis, niſi modo & forma, ut ſupra dixi ſecundum Bart. in dicto loco in uerbo. per edictum. ſed ſufficit ſi citetur q ueniat reſponſurus inquiſitioni contra eum formatæ: ut etiam no. Bar. in l. inter accuſatorem & reum pro declaratione &c. ff. de pub. iud.
3 & ibi uide Imo. * ſed communiter



ex forma ſtatutorum ſemper mittitur copia inquiſitionis cum citatorio: & ita practicatur, & hæc obſeruantia fundatur ex glo. in dicto cap. præterea. Sed Salicet. in l. abſentem. C. de accuſa. uerſicu. quæro tertio, an in ſchedula &c. tenet quòd ſufficit q citetur quòd ueniat ad reſpondendum cuidam inquiſitioni, contra eũ formatæ, per dictam l. j. C. de exhibitione reo. Et hoc fuit utilitatis cauſa ne rei ſcientes crimẽ de quo ſunt in-
4 quiſiti, fugam arripiant. * Sed cauti iudices prouident, quia habita qualiquali informatione de delicto iubent reum capi, ſi crimen ſit tale q pœna ſit corporis afflictiua ne uerbali citatione præcedente reus aufugiat: ita dicit Salicet. in dicta l. abſente. & in dicta l. j. Et in effectu tenet id quòd dicit Bart. in dicta extrauaganti ad reprimendum. in uerbo, per edictum.

ADNOT. a ¶ Cum citatorio. *Adde & uide Anto. de prato ueteri. in eius conſi. quod eſt pen. inter con. Barba. Bernard.*

AVGVST. Tu autẽ in hac materia adde, quòd iſte doct. tract. hic
5 duo. * Primũ eſt, an uera ſit iſta concluſio quòd opus ſit in ciuili, quòd in citatione mittatur copia libelli, quãdo quis citatur in citatione quòd ueniat ad reſpondendũ libello. Secundum, an in criminali debeat mitti copia libelli. Quo ad primam concluſionem, adde pro nunc quod Franc. tigri. in rubri. C. de eden. dicebat per nota. ibi per glo. in rub. dum glo. dicit ibi, quòd illa editio de qua in illo titu. eſt præparatoria iudiciorum, q ibi glo. erat in terminis quòd copia libelli debeat mitti ipſi reo in citatione, quia in illo tit. tractatur de editione libelli: ut l. edita. C. de edẽ. igitur &c. & uoluit Dy. in d. §. ad excludendas. & Guil. de cu. in d. l. edita. licet Bar. in dicta rubr. C. de eden. aliter uideatur ſentire. & ideo gloſ. & doct. in capit. ij. extrà de libel. oblat. uidetur uelle, quòd miſsio copiæ libelli cum citatorio non ſit neceſſe, imò quod teneat illa prima citatio, abſque miſsione libelli. Benè uerum eſt quod Paul. de caſt. in d. §. Iulianus. dixit, quòd quò ad hoc ut poſsit perueniri ad primum decretũ, opus eſt q in copia libelli mittatur cum citatorio: ſed quò ad hoc ut citatus cõparere teneatur, uel multari poſſit, nõ requiritur quòd copia libelli mittatur cum citatorio: primam tamen partem tenuit Io. de deo, ut refert Ioã. an. in addit. Spe. in tit. de libel. oblat. in §. j. ſed ipſum reprobat Io. an. in addi. Spe. in tit. de citatione. §. iam de citatione. uer. uiſo. & in di. uer. uiſo. ibi Spec. dicit q ad cautelã tenoris libelli debet inſeri in citatione, ſed ad hunc finem, non ad finem cõparitionis, ſed ad hoc ut reus conuentus habeat amplius inducias deliberatorias. quam concluſionem limitauit Ant. de but. in d. cap. præterea. extrà de dilatio. pro opin. tamen contraria multùm facit tex. in l. fi. C. de anna. except. inducendo illũ text. à ſpeciali prout põderabat ibi Ang. & ibi erat caſus ſpecialis, in quo requiritur quòd citatio contineat in ſe libellum. alter caſus eſt dicit ipſe in l. fin. C. de duob. reis. & per doc. ibi. Ergo in contrarium eſt ius commune. Pro alia opi. uidetur text. in l. fina. C. de iure dot. impe. quem ponderabat ibi Bald. quod imò opus erat q in citat

in citatione mitteretur copia libelli,
ad hoc ut citatio comprehēderet ci-
tatū. Ang. uerò in l. ſi ſeruum. §. nunc
uideamus. ff. de uerb. oblig. in princi
pio, multū exclamabat ibi in hac ma-
teria de illo text. quòd ibi erat caſus
quòd licet in citatione non debet
mitti copia libelli: tamen quo ad hoc
ut fiat interruptio pręſcriptionis op⁹
eſt quòd in citatione mittatur copia
libelli. caſus eſt ibi in d. §. nunc ui-
deamus. de quo text. Angel. ibi facie-
bat maximum feſtum, quicquid ſit.
dic tamen quæ dixit Ang. ſecundum
Cyn. in l. ſicut. C. de præſcriptio. xxx.
annorum, quòd de conſuetudine nō
ſeruatur quòd copia libelli mittatur
cum citatorio: licet Iac. butr. ibi dicat
quòd de iure mero debeat mitti co-
pia libelli: omnino uide Ang. in dict.
6 l. ſicut. *Quò ad ſecundam conclu-
ſionem, adde quæ dixit Bal. in l. nul-
lius. C. de exhib. reis. qui dixit, quòd
ibi in illo tex. eſt argumentum quòd
in citatorio non eſt neceſſe exprimi
crimen pro quo uocatur, ſed ſolùm
quòd citetur quòd debeat cōparere
coram iudice ad ſe excuſandū à qua-
dam accuſatione porrecta cōtra eū:
ſed in citatione nō dicat de quo cri-
mine. ſi enim oporteret in citatorio
exprimi crimē, nō eſſet neceſſe ulte-
rius explorare id quod dicit̃ ibi in il-
lo tex. q̃a iam eſſet inſtructus. ſed do.
Card. in cle. ij. ut li. penden. tenet ex- 7
preſsè, quòd imò in criminalibus in
citatione omnia debent exprimi ipſi
accuſato, per tex. cū gl. in c. Maximia
nus. lxxxj. diſt. & per d. c. ſi primates.
Adde tamen do. Abb. notanter lo-
quētem in c. licet in beato Petr. extrà
de accuſ. qui dicit, quòd illa doctrina
Bart. in l. inter accuſatorē. de directo
eſt contra text. in c. ſi primates. ſuprà
alleg. Vnde do. Abb. temperat dicta
Bar. in hac materia, ibi uide. de mate
ria autem iſta an in ciuili, uel crimi-
nali opus ſit, quòd copia libelli, uel
accuſationis debeat inſeri, uidenda
eſſent dicta Mod. in d. c. ij. extrà, de di
latio. & in d. c. qualiter, & quando. in
repor. & Hoſt. & do. Anto. de butr. in
c. paſtoralis §. quoniam. extrà, de re-
ſcri. & ibi uide Moder. & ibi Imo. in
iiij. col. Io. de ana. in d. ca. licet. & per
Barto. in l. fina. C. de anna. excep. per
Anto. de butr. in cap. j. de libel. obla.
& multùm eleganter loquitur Petr.
de anch. in cle. ij. extrà ut lit. penden.
quem omnino uide in cauſa ciuili. &
aliquid ibi per Imo. Abb. in c. j. de di-
lat. in pe. col. per Cyn. in l. ſicut. C. de
præſcrip. xxx. ann. per glo. in d. cle. ij.
in glo. fin. per Bal. in auth. qui ſemel.
C. quomo. & quādo iud. in uer. quę-
ro quando dicatur. & uide bonum
tex. cum glo. in c. indicas. iij. q. ix. & c.
ſi epiſcopus. iij. q. ij.

7 *Terminus ad comparendū, & reſpon-
dēdum libello, ſicut datur in ciuili, ita
& in criminali. ſed ſtatuta ſeruanda
ſunt, quæ communiter alium ſtatuunt
terminum.*

8 *Iudex uel ſtatutum ſi concedit mino-
rem dilationem, quàm faciat lex, quid
erit faciendum.*

ANGELVS

*ET eſt notandum, quòd ſicut in
ciuili datur terminus ad comparen-
dum, & reſpondendum libello: ut
not. in d. auth. auferatur. & in l. fina.
ff. de fer. & ita etiam in criminali: ut
l. j. C. de exhibend. reis. Sed com-
muniter per ſtatuta dic. l. j. eſt ſubla-
ta, & alius terminus ſtatuitur: unde
ſtatuta ſunt obſeruan. & attendēda.
Quid



8 Quid ſi iudex uel ſtatutū concedit
minorē dilationē quàm cōceſſa ſit
per d. l. j. an integra dilatio ſupplea
tur à iudice uel à iure? uidetur quòd
ſic. per not. per Bart. in l. j. ff. de iure
delib. In contrarium uidetur & ma-
ximè quando iudex poſsit dilationē
a legalē abbreuiare[a]: ut l. ij. & ibi ple
nè per Bar. ff. de re iudi. Sed ego di
ſtinguo, aut ſtatutū minuit dilationē
legalem: & hoc clarum, quòd fieri
poteſt: quoniā ſtatutū eſt ius ciuile
nouum, quod tollit antiquum: ut l.
omnes populi. ff. de iuſti. & iure. aut
iudex facit illud ex ſuo officio: &
tunc aut facit ex cauſa, & ſi eſt iuſta
cauſa, facere pōt: ut d. l. ij. ff. de re iu.
quam cauſam exprimere debet in
actis, cum ſit decretum uel ſententia
interlocutoria ut uideatur utrū gra
uauerit partē nécne: facit l. qui teſta
mento. & ibi gl. & Bart. ff. de excuſa.
tut. & facit quod plenè not. Ang. &
Imo. in l. qui Romę. §. duo fratres. ff.
de uer. obl. & quòd iſta cauſa poſsit
minorare, facit l. reis. C. de pœn. & l.
cōſtitutiones. ff. de appel. & l. ſi quis
filio. §. irritum. ff. de iniuſto, rup. ir-
ritóque teſta. & l. pronunciarum. C.
de fer. ſecundum delicti qualitatem
& delinquentis.

ADNO. a ¶ Abbreuiare. *Adde
tu & uide nouiſſi. in d. l. ij. & in l. ſi fini-
ta. §. Iul. ff. de dam. infe. & uide Rom. in
coſ. cccc xcvij. qui magnifacit dictū Bart.
in l. iiij. §. prætor ait. ff. de dam. inf.* Ber.

AVG. Tu autem in hac materia
adde & cōſydera, quòd iſta quæſtio
dependet ab illa, an in dilatione le-
gali quæ aſsignatur cum miniſterio
hominis, iudex poſsit illam augere
& minuere, & multi tenuerūt, quòd
cū cauſa talis dilatio poſsit augeri
& minui, per l. nōnunquā. ff. de iud.
coniuncta l. ad peremptorium. eod.
titu. & iſtam opi. tenuerunt gl. Ioan.
An. in c. cupientes. §. quod ſi per ui-
ginti. de electione. in vj. in uer. xv. &
glo. in auth. offeratur. C. de litis con
teſt. in uerbo, uiginti. ſequitur Iaco.
de Are. in l. j. C. de dila. & ibi Cyn. &
no. in l. ſiue pars. eo. tit. & Cyn. ſequi
tur in auth. ei qui. C. de tēp. appella.
& Cy. in auth. qui ſemel. C. quomo-
do & quando iudex. & Iac. de Bel. &
Ang. in auth. de exhiben. reis. in §. j.
& Iac. de Butr. in l. ad perēptorium.
& Bal. in l. de die. ff. qui ſatiſ. cog. &
Bal. in auth. iubemus. C. de iudiciis.
& Bal. in d. auth. ei qui. & Guiliel. de
cu. & Iaco. but. in l. de die. & Dyn. in
l. iiij. §. ſi quis. ff. de re iud. Quinimo
Bar. in d. l. ij. ff. de re. iu. expreſsè uo-
luit, quòd omino dilatio legalis ex
cauſa poſsit mutari, & multa allegat
ibi. & uide per te ibi. & iſtā opinio-
nem tenet glo. in §. ſancimus. in uer
bo, xx. in auth. de exhiben. reis. & do
mi. Anto. in c. cū ſit Romana. de ap-
pella. & in c. præterea. extra de dila.
Aduerte tamē: quia iſta non uiden-
tur ad propoſitum, quia loquuntur
in ciuilibus, ſed nos loquimur in cri
minalibus: unde in criminalibus di
latio legalis nō poteſt mutari, ut uo
luit Cyn. in terminis. in l. j. C. de re-
qui. reis. propter magnitudinē iudi-
cii allegat in argu. l. fi. C. de requirē.
reis. facit quod no. Pet. & Cy. in aut.
qui ſemel. C. quomodo & quando
iudex. Sed aduerte quia iſta conclu
ſio eſt falſa: quia imò in criminali-
bus iſtæ dilationes etiam poſſunt
mutari. & in terminis noſtris in caſu
dictæ l. ij. C. de exhiben. reis. allego
Specu. in tit. de citatione. §. nunc de

tempo.in fi.& Bal.in d.l.j.& Inno.&
communiter canoniſtæ in.c.ad pe-
titionem.extrà de accu.& Bald.in l.
ij.C.ut intra certum tempus.& Spec.
multa allegat ibi in dicto §.nunc de
tempo.omnino ipſum uide:& me-
lius:& iſtam partem teneo, quia in
criminalibus proceditur ad inſtar ci
uilium.l.abſentem.ff.de pœnis.licet
Bal.uideatur innuere cõtrà,in auth.
qui ſemel.in ij.col.C.quomodo &
quando iudex & in d.l.de die.& in
d.l.j.C.de requiren.reis.& in d.aut.
iubemus.& in l.ſi ea.in penul.col.C.
qui accuſare.in illa q.quã ponit de
ſtatuto quo cauetur,quòd cõtumax
ponatur in banno in quo ei aſsigne
tur terminus octo dierũ,intra quem
ſi non cõparuerit,habeatur pro con
feſſo:& ibi uoluit quòd ille termi-
nus non poſsit nec augeri nec mi-
nui : dicas quòd ideo hoc eſt : quia
ibi pœna imponitur à iure ſub certa
forma, debet forma ſpecifice ſerua
ri:per glo.quam alleg.ualde notabi
lem in c.j.de milite uaſ.qui contu-
max eſt.iuncto illo tex. in uerbo,ter
tiam uacationem.Et adde glo.ualde
no.in clemen.prima.de uita & ho.
clerico.in uerbo.tertio.& not. Ioan.
And.in rubri.de confeſſ.in additio.
Spec.& Bal.in l.non ſunt liberi.ff.de
ſtatu ho.& Ant.de Bu.in c.tuæ.extra
de cle.nõ reſid.& Bal.in l.ij.C.quo-
modo & quãdo iudex.papa uerò &
princeps indiſtinctè omnes dilatio
nes legales augere & minuere po-
teſt.tex.eſt notabilis ſecundum Pet.
de Anch.ibi.& Imo.in c.ex ore.extrà
de his quæ fiunt à ma.parte c.iudex
uerò dilationem legalem in totum
tollere non poteſt.glo.eſt not.in l.
quod iuſsit.ff.de re.iudic.in fi.in gl.
magna.& uoluit Spec.in ti.de cita-
tione.§.nunc de temporum.uerſ.fi.
ſed miror,quòd do.Ang.hic non ij
derit.& glo.in terminis.in l.ij.C.de
exhiben.reis.& text.ibi qui loquitur
taxatiuè:nam tex.dicit ibi,non mi-
nus xxx. dierũ ſpacium dari debet,
& ibi glo.dicit maius tempus pote-
rit ſtatui per iudicem.ſed ſic illa di-
latio legalis poterit augeri,ſed mi-
nui illud tempus:glo.tacitè uidetur
uelle quòd non:& forte illa glo.te
nuit,quia text.ibi taxatiuè uidetur
loqui : ſed conſidera, quòd indivi-
duum huius quæſtionis depẽdet à
iſta,an ſi dilatio legalis quæ mino-
rió iudicis aſsignatur, poſsit muta-
ri,licet lex dicat, non minus tẽpori
aſsignari poſsit quàm x. uel xx.
xxx.dierum.& licet Bart.in d.l.ad
offeratur.uideatur ſentire,quòd in
iſto caſu.ut uidetur uelle ibi glo.
d.l.ij.C.de exhib.reis.& eſt in ter-
nis noſtris,tamen contraria opi-
rior eſt de iure,quia Iaco.But.tenet
cõtrariũ in d.l.ad perẽptoriũ.quæ
imò ex cauſa poteſt mutari etiã in
caſu.& Cyn.in d.l.j.C.de dilatio-
no.Bar.in d.auth.qui ſemel.poſt
dium.& gl.iuncto tex.in §.omnes
auth.de litig.& do.Ant.de Buti.
ij.extra de dila.& probatur in c.
ad peremptorium.cum l.ſeq.ff.
iudic.in uerbo,non minus.iuncto
nonnunquam.ff.de iudic.

9 *Criminalibus in cauſis maximè nun-*
*cius non poteſt aliquem citare niſi*
*mandato iudicis.*

10 *Commiſsio iudicis de citando ſi non*
*appareat : apparente tamen in actis*
*quòd nũcius retulit ſe citaſſe de man-*
*dato iudicis, præſumetur præceſſiſſe*
*mandatum.*

Ab



ANGELVS.

9 *E T bene no.quod in proceſſu
noſtro iudex commiſit.Ex quo not.
quòd nuncius aliquem maximè in
criminali citare non poteſt:niſi hoc
procedat de iudicis præcedenti mã
dato:ut l.fi.& ibi Cy.C.de requr.reis.
licet Innocẽ.in c.quoniam cõtrà.de
proba.uoluerit ſufficere cõmiſsio-
nem generalẽ.& iſtud dictũ Cy.eſt
uerius:ut eſt caſus in l.cũ cle.ibi, me
morati.C.de epiſ.& cle.& l.omnes.
eo.tit.ibi,ex eius qui regit prouin-
ciam.& pro hoc,quod not.Bar.in l.
fi.C.de iur.do.impe.licet Bar.aliter
diſtinxerit ſaluando utranque opi.
in l.ſi quando.C.de teſtib.ita dicit
Lud. in l.ſciendum.de uerb.oblig.

10 *Quid autẽ ſi non apparet de cõ-
miſsione iudicis facta?reſpondeo,ſi
in actis poſtea in relatione nuncii
dicatur:talis nuncius retulit ſe citaſ-
ſe ex cõmiſsione ſibi,per dominum
a iudicem facta, præſumitur[a] præceſ-
ſiſſe commiſsionem:ita dicit Cy.&
Bal.in d.l.fi.& facit quod no. Bal.in
l.cum clericis.C.de epiſ.& clericis.
ſecus autẽ ſi de præambula cõmiſ-
ſione non apparet,uel etiam in rela
tione nuncii:ut d.l.fin.

ADNOT. a ¶ Præſumitur
præceſsiſſe. *Adde tu Fran.de Are.in
conſi.xxxiiij.ubi dicit quòd cõmunis opi.
eſt in contrarium,de quo per Ro.in conſ.
ccccxcvij.& Abb.in conſi.xlij.in ij.uolu.
& an ſi non apparet de relatione nuncij,
tamen ſi citati comparent,præſumuntur
omnia ſolenniter acta.uide Fran.de Are.
in conſi.xxx.& quid ſi non apparet de
nomine nuncij in relaoione,uide Rom.in
conſil.ccxlvj.Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia,
an præſumatur, quòd cõmiſsio iu-
dicis præceſſerit nuncio de citãdo
aliquem, quòd iſta eſt maxima diffi
cultas quã diſputauit Ro.in l.ſcien-
dum.ff.de uer.ob.& Guido de Suza
in l.ad perẽptoriũ.ff.de iudi.d.Ant.
de But.& doc.in c.j.extrà de iud.Et
ſolet allegari, quòd Bart.poſuit iſtã
materiam in d.l.ſciendũ.licet in ſua
lectura hoc non habet:& Bal.in l.j.
ff.de in ius uocã.Inn.Ioã. An.& doc.
in c.quoniam contrà.extrà de pro-
batio. & Tancred.in opere ſuo in
materia citationũ.in x.q.& Bal.in l.
j.§.cura.ff.de offi.præfe.urb.& Bar.
in extrauagan.ad reprimendum.in
uerb.per nuncium.& Bald.in l.con-
ſentaneũ. in viij.notabili.C.quomo
do & quando iudex.Et Sali.in l.tres
denunciationes.e.tit.& Imo.in d.c.
j.extrà de iudi.Adde Io.An.in addi.
Spec.in tit.de citatione.§.ſequitur.
uer.unũ autẽ.& Imo.& do. Anto.de
But.in d.c.cũ parati.extrà de appel.
qui dicunt,quòd imò cõmiſsio iudi
cis facta de citãdo debet in actis ſcri
bi,quod eſt contra multas curias,in
quib9 nõ ſcribitur,niſi relatio nũcii
ſe citaſſe de mãdato iudicis, & non
cõmiſsio iudicis:& ideo illi proceſſus
corruunt.Dicit tamẽ ibi Imol. fortè
proceſſus illi ſuſtentarentur,ſi con-
ſuetudo illa diutius eſſet obſeruata
quòd cõmiſsio iudicis in actis non
ſcriberetur:ſed ſi nõ apparet de cõ-
ſuetudine,dicit Imo.quòd proceſſus
corruũt.& uide Sali.in l.abſentẽ.in
vj.col.C.de accu.& Abb.in d.c.quo-
niã cõtra.Sed no.quòd Io.And.in d.
c.quoniã cõtrà.& refert ibi Abb.di-
cunt quòd cõmunis eſt obſeruãtia,
ut tales commiſsiones de citando
nunciis factæ nõ ſcribantur. Fruſtra
ergo diſputamus de iſta materia.

Ego ultra omnes doctores ſcripſi amplißimè poſt Modernos in repet.mea.l.ſciendum. ff. de uer.obli. ibi uide,ubi multa alleg. & adduxi aliquas limitationes,dic ut ibi.

11 *Iudex an poßit facere citari in alieno territorio ſubditum ſuum exiſtentem in territorio alieno.*

ANGELVS.

11 *QVAERO,an iudex poſsit facere citari ſubditum ſuum,qui nunc eſt in alieno territorio in dicto alieno territorio. Reſpondeo,aut ſunt plures præſides diuerſarum prouinciarũ ſub uno dominio uel regimine, tunc unus poteſt facere citari in alieno territorio uerbo tantùm : ut l.omnes. §.apparitor. C. de epiſc.& cle.aut ſunt ſub diuerſis dominiis: & tunc non poteſt facere citari uerbo in dicto alieno territorio,ſed debet requirere iudicem illius territorii, quòd citet illum,ut coram ſe compareat &c.ut d.c.paſtora.de re iudi.facit l.cum unus.§.pen.ff.de bo.auth. iud.poſſ.uel etiam poteſt dici,quòd aut quis citare uult in territorio illius cui iudex citans ſubeſt,ut iudex Aretinus citari uult ſubditum ſuum in ciuitate Florentiæ cui ſubeſt, & tunc non poteſt propter reuerentiam:ut d.cle.paſtoralis. aliàs ſi non ſubeſt poteſt,ut d.§.apparitor.ita dicit Bart.in l.j.§.j.ff.de requi.re.uide Cy.& alios in d.§.apparitor.

AVG. Tu autem in hac materia
a adde Cy.Salic.& Pau.de Ca.[a] in l.fi.
ff.de iuriſd.omn.iudi.& per Io.Cal. in rep.c.de illis.in ix.q.extrà de rap. per Bar.in extrauag.ad reprimendũ in uerbo per edictũ. per Cyn. Bart. Bal.Sali.& doct.in l.omnes.§.apparitor.C.de epiſ.& cle.& per Io.And. & alios in c.Romana.§.contrahentes.de foro compe.in vj.in nouella, per Spec.in tit.de compet.iudi.adi. §.j.uerſi.ſed quoniã iudex,per Pau. de Eleaza.in cle.paſtoralis.extra de re iudi.per do. Anto.de But.in c.fi. de foro compe.circa j.col.per Ang. in ſua diſputatione quæ incip.Bononienſis.in ij.q.principali.& in repetitione l. ſi uacantia.poſt medi. C.de bon.uacan.lib.x.per Bald.in l. teſta.qui.C.de teſta. qui ſingulariter limitat iſtam materiam.Aliquid per Bal.in l.requirendi.C.de ſer.fugi.& per Bald.in l.penulti.in xv.col.C.de exec.rei iud.per Bal. in l.in tempore. ff.de hære.inſtitu.Et omnino in hac materia uidẽda ſunt d.Ang.in dicta queſtione ſua,quæ incip.Bononienſis.qui ponit regulã nullam,citationem fieri poſſe extra territorium:& ponit ſex fallẽtias:& certè mirabiliter & magiſtraliter loquitur.

AVG. Ita reſidet d. Ang.hic inſipidè & intricatè hoc referens: tu adde hæc omnia quæ dixi ſuprà in hac ea.gl.in q.præce.quia d. Ange.hic in fi.iſtius gl. à uerſi.tis cautus tu iudex. tractat illam materiam quæ ſatis examinata fuit ſuprà in præce. q. & latè dixi ſuprà in add. meis in d.proximè præced. q. dum pono in addi.meis, Quid ſi appoſita clauſula, ſuper omnibus & ſingulis. Aliquid dixi ſuprà in gl.ſuper omnibus, & ſingulis. Et inquãtum d.Ang. hic tetigit illam difficultatem,quam tetigit Bar.in d. l.ſenatus.Et licet Bar, & Pau.de caſt. in l.ſi ut certo. §.ſi duobus uehicul[...] ff.cõmo.uideant̃ trãſire cũ dictis Ba[...] in d.l.ſenatus.tamen dicta Bart.ce[...] non ſunt ũſquequaq; tuta:quia Ang. in d.§.ſi duobus.in uer.nã & ſi.in q. col.dicit iſta uerba formalia:no[...] iſte tex.facit ad quæſtionẽ de pun[...] ſimplici uulnere,an poſsit amô pu[...] ri de qualitate, & de qua nõ fuit co[...] gnitũ.refert ꝙ quidã dicũt, ꝙ no[...] quia qualitas de per ſe non eſt dẽ[...] ptabilis:in contrariũ arguit:q[...] ficiũ nõ eſt purgatũ.ar. c.at ſi cleric[...] extrà de iud. & l.nullum. C.de te[...] l.ij.C.de ſponſ. §.ij.& refert qua[...] cum iſta quæſtio fuiſſet de facto[...] oſtenſum unum pulchrũ conſi.Ia[...] de Butr. & ita fuit iudicatum co[...] doctrinam Bar.quod nõ poſsit de[...] la qualitate amplius puniri. Po[...] ſubdit Ang.ibi ꝙ opi.Bar. poſſ[...] ſe uera, ſi fuit colluſum: ſecus ſi[...] qualitas fuit per errorem omiſſ[...] cit tamen Ang. ꝙ hoc non dici[...] terminando:præterea nónne in[...] difficultate multùm elegãtiſsim[...] cutus eſt Bald.in l. ij. §.nouiſsim[...] nau.caup.ſtab. faciens mentio[...] illo conſi.Iaco.de Butr.& multu[...] gnifacit & extollit illud conſil.[...] Bal.in d.§.nouiſsime.ponderab[...] lam gl.pro deciſione iſtius mat[...] Nam dicit ibi Bal. quòd illa glo[...] pro opinio. Bart.in d.l.ſenatus q[...] condemnatus in minori quant[...] quàm debuit condemnari, poſſ[...] rato condemnari, & accuſari in[...] pluri:quod ſæpe contingit, qu[...] in prima accuſatione eſt omiſſ[...] litas,quæ poſtea reperitur in ſec[...] da accuſatione, quæ habet gra[...] delictum,& pœnam: refert quo[...] dicunt contrarium, dicentes,[...]

g



gl.nõ debet intelligi in accuſatione ad uindictã,qa ibi nõ cõſideratur effectus:ut j. de iniu.l.qđ ſenatus.item nec qualitas põt addi pẽdente iudicio cũ ueniat incidẽter & nõ per ſe. d.§.ſi detracta.itẽ quia de delicto hominis eiuſdẽ non eſt ſępius diſputandũ,ſiue ſit condẽnatus ſiue ſit abſolutus.l.lator.§.fi.ff.nau.cau.ſtab. Vnde cũ omnia iudicia criminalia ſint ad uindictã,ſequitur ꝙ denuo procedi nõ põt nec eadẽ lege,nec alia à principio intẽtata.facit qđ no.ff.de calũ. §.j.Præterea ſi poſſet denuo agi,ergo poſſet ita abſolui ſicut condẽnari,& ſic teneret ſentẽtia cõtraria primæ,& præiudicaretur fiſco in prima cõdemnatione, cõtra l.j.& cũ ibi no. C.quando prouo.nõ eſt neceſ.& ita dicit,ꝙ Ia.bu. conſuluit pro iſta parte,ꝙ poſt ſententiã condemnatoriã non poſſet formari noua accuſatio ratione qualitatis omiſſæ in primo iudicio, & in ſecũdo adiuncto: & eſt conſi.ualde elegans. & dicit Bal.ꝙ anno ꝑterito iſta q.fuit de facto Aſſiſii,& collegiũ Peruſinũ conſuluit, ſed tamen fuerũt in diſcordia ut ſecunda accuſatio procederet: dicit tamẽ Bal. ꝙ fortè malè pro iſta parte cõſuluerũt,& ſic Bal.ibi nõ auſus eſt in hac tanta difficultate approbare opi.Bar.ſed certè multũ elegantiſsimè reperi Bal.allegatũ à patre meo in ſuis allegationibus qui reprobat Bart.in hac materia:nã Bal.in l.ij.C. de re iud.expreſsè dicit,quòd in hac materia Bar.in d.l.ſenatus.malè loquitur,& ibi per bonas rationes Bal.tenet cõtrà,& iſta ſentẽtia eſt uera:qa poteſt eſſe ꝙ in ſecũdo iudicio intẽtato cum qualitate feretur ſententia abſolutoria, ubi prima erat cõdẽnatoria,& ꝑ dicta Bal.ibi poteris intelligere,limitare & extẽdere dicta Barto.Et inquãtũ d. Ange.hic uoluit decidere id qđ Bart.nõ auſus eſt decidere in d.l.ſenatus. quia pœna nõ eſt reiterabilis,uel corporalis eſt pœna, dicatis ꝙ quãdo opi. Bart.procederet,quã etiã uidetur approbare Ange.in d.l.ſenatus.tamen Ang. eſt ille qui decidit in d.l.ſenatus.in fi.qui dicit, ꝙ de rigore iuris ille qui eſt accuſatus iterũ cũ qualitate,iterũ debet puniri pœna perſonali,ſed dicit ꝙ de ęquitate putat pœnam temperandã & cõuertendam in aliã pœnã, uel pecuniariam uel perſonalẽ, per quam nõ tollitur uita uel membrũ, nec ſit corporis afflictiua:ut eſt corporis relegatio.ar.§.pœna grauior. l.quid ergo.ff.de infa.& l.ſi ſeuerior. C.de infami.

SVMMARIVM.

1 *Bannũ dicitur ſentẽtia interlocutoria.*

2 *Bannum poteſt contra minorem, & indefenſum infligi.*

3 *Bannum datum contra minorem indefenſum ſine autoritate curatoris, an ualeat.*

Die vij. Decembris.

QVI dominus iudex uidens, & cognoſcens dictos inquiſitos nõ comparuiſſe, & eſſe contumaces, & in eorum cõtumacia perſeuerantes commiſit A.præconi dicti communis, ut dictos inquiſitos, & quemlibet eorum banniat, & tali pœna,uel in tanta quantitate pecuniarum &c. & eiſdem aſsignet terminum octo dierum ad cõparendum, & ſe defendẽdum a dicto banno,& inquiſitione,& contentis in eis, uel alio ipſorũ.

Dicta die.

QVI A.præco retulit ſe ita ban-
niſſe & præconizaſſe ut habuit in
commiſsione & mandato.
1 * Quod bannum dicitur ſententia 3
2 interlocutoria [a],ut habetur in l.j. de,
requi.reis.& in auc.item nulla com-
munitas.C.de ſacroſanct.eccl.& no.
Bald.in l.ſi quis filio.§. eius qui.ff.de
inoffi.teſta.& no. gl.in l.j.§.quid er-
go.ff.de uen.inſpi.in uerbo , in mul-
tis.in l.iij. in prin. de ſuſpect.tut. Ex
* quo ſequitur, quòd cum ſit ſenten
tia interlocutoria,quòd tale bãnum
poteſt contra minorem & indefen-
ſum infligi:ut not .Bal.in l.cum & mi
nores.C.ſi aduer.rem iud.

ADNOT. a ¶ Interlocutoria.
*Et an bannum dicatur ſententia inter-
locutoria,uide Pet.de Anch.in conſ.vj.&
Alex.in conſil.xc.in j.uolu.* Ber.

AVGVST. Tu autẽ in hac ma-
teria adde quæ dixit Bal.in c.j. hic fi-
nitur lex Corra.deinde incip.conſti.
regni.in iiij.col.ubi uoluit quòd ban
num non eſt interlocutoria habens
uim diffinitiuè, ſed interlocutoria:
quia ante litem cõteſt.fertur:& ideo
dicit,quòd contrario imperio poteſt
reuocari.Sed Bal. in l.certa ratione.
C.quando prouo.non eſt neceſſe.in
prin. dicit aliter, quòd bãna quæ fiũt
contra formã ſtatutorum, ideo poſ-
ſunt corrigi per iudicem:quia ſentẽ-
tia eſt interlocutoria. ſed non uide-
tur ſtare in iſta opinione:quia dicit,
uel dicas melius , quòd bannum eſt
quædam comminatio iudicis,: ideo
utile per inutile non uitiatur. & Bal.
in l.ſi quis filio.in §. eius. dixit quòd
eſt ſententia interlocutoria, & quo-
modo iſta intelligantur quando ſit
ſententia bannũ uel cõminatio,opus
eſſet uidere dicta Alberi.de Roſa
iiij.parte ſtatutorũ,in j.q. & uide
Bal.in l.j.C.qui accuſa.in illo arti
lo, quando dicatur nomen rei re
ptum inter reos.* Et inquantum
mi. Ange.hîc dicit, quòd banna de
contra minorẽ indefenſum ſine
toritate curatoris ualent:certè
doctor uidiſſet dicta Alberi.de R
in d.l.cum & minores.non ita
ter decidiſſet iſtam quæſtionem
reperio Albe.de Roſa. in quæſt
ſtatutorum in iiij. parte,q.lxxij.
piẽ.ſed quid ſi minor inculpat
contra eum inquirebatur de a
maleficio citatus nõ comparet
bãnitus fuit.ubi per quatuor co
putat iſtam materiam,an tale
nũ teneat,referẽs primo dicta
de Fontana.& poſtea Guil.de S
poſtea Richar. Malumbræ.
tenet hoc bannum nõ ualere
nere:& multa allegat,quę pare
ſet mihi hic tranſcribere,&
quod Dy.dicit,quòd poteſtas
cùm procederet contra mino
dit ſibi curatorẽ de cõſilio pe
& poſtea proceſsit contra eum
fert Azo.tenuiſſe iſtã ſentẽtia
tur tamen in fi.limitare:dic

4 *Statuta quæ communiter ho
Italiam fiunt,quòd abſens poſ
demnari : ſunt introducta de
ſitiuo: & bannum reuocatur,
primum citatus comparet
terminum aſsignatum etiam
prolationem ſententia.*

5 *Rectores terrarum non poſſ
de iure bannire , niſi expreſ
formá ſtatuti caueatur.*

6 *Abſens ſiue ſit uagabundus
ricus uel laicus , quando con
proceſſus,quomodo debeat*



7 *Bannum ſi extendit pœnam relega-
tionis,de iure communi nõ poteſt pro-
cedere.*

8 *Annotatio bonorum hodie non habet
locum niſi in bonis mobilibus.*

9 *Rectores terrarum , an poſsint aliquẽ
bannire.*

ANGELVS.

4 *E T tene menti , quòd cõmuni-
ter ſtatuta quæ hodie fiunt per Ita-
liam,quòd abſens poſsit condemna-
ri,ſunt introducta de iure poſitiuo:
ita dicit Bal.per illam l.ne diu.C. de
pœnis. quòd bannum ſeu ſententia
interlocutoria reuocatur , quàmpri-
a mum ille citatus comparet [a] , etiam
ſi poſt terminum in banno aſsigna-
tum compareat etiam uſque ad ſen-
tentiæ prolationem:quia ſic fit in ci-
uili,ad cuius ſimilitudinem procedi-
tur in criminali:nam ſicut in ciuili ci
tatus contumax patitur primum de-
cretum,ita in criminali patitur ban-
num prædictum,quod perſonam ſuã
afficit & nomen ſuum inter reos al-
ligat.facit l.j.ff.de requi.reis. & ſicut
in ciuil fit miſsio in bonis ut tædio
affectu reus ueniat reſponſurus : ut
l. ſi is quo. ff. ut in poſſ. leg. ita &
in criminali bannitus in perſona af-
ficitur & nomẽ eius inter reos aſcri-
bitur, licet ſit cõtumax in reos ut tæ-
dio affectus compareat:ut l. adulte-
ram.C.de adulte.& l.miles. §.ij.& bo
na eius annotantur:ut l.j.ff.de requi.
reis.Si fuit crimen à relegatione ſu-
prà: tunc regulariter in tali crimine
abſens nõ poteſt dãnari,etiã ſi ſit ab-
ſens poſt litis cõteſt.niſi in caſu l. ne
diu.C.de pœnis.& in caſu l.in l.§.qui
hoc.ff.de ſica. & in caſu extrauagan.
ad reprimẽ.ita dicit Bar.in d.l.j.ff.de
requi.reis.Si autẽ fuerit pœna à rele-
gatione infrà:tũc quia annotatio bo
norum nõ habet locũ:tunc ne iudici
inquirenti uel accuſatori ſit præiudi-
cium:quia non poteſt eſſe conſultus
ex prædicta bonorum annotatione:
tunc ſiue lis ſit conteſta. ſiue non,po
teſt ad diffinitiuam perueniri:dum-
modo de negotio principali cum iu
dice cognoſcatur:ut no.gl.in l.quo-
b ties [b]. de digni.lib.xij.& hoc uide la-
tè per Barto.in l.abſentem.ff.de pœ-
nis.& Sali.in l.ſi abſentem.C. de acc.
ideo iſto caſu admittitur qui cauſas
abſentiæ allegat:ut l. inter accuſato-
rem.& ibi Bart.& Imo.ff.de pub.iud.
& per eoſdem in l. pe. §. ad crimen.
co.tit. Vnde ſicut in ciuili comparen
do quadocunque intra annum refe-
ctis expenſis,& præſtita fideiuſsione
recuperat bona ſua:ut c.quoniã fre-
quenter. §.in alııs.extrà ut lit.nõ cõ-
teſt.ita in criminali quandocunq; an
te ſententiam comparendo annulat
uirtutẽ banni,perinde ac ſi nunquàm
fuiſſet bannitus:& ſic cõparendo &
faciendo nũc illud, quod ſi à princi-
pio feciſſet,nunquam fuiſſet banni-
tus,ergo bannũ tollitur.arg. no. per
Bart.in l. ſi pecunia. ut leg.nomi.ca-
uea. bona autẽ nõ recuperat niſi in-
tra annũ cõpareat, niſi à die dictę an
notationis & notificationis:ut in d.l.
j.in prin.& d. §.j. & ibi Bart.ff.de re-
5 qui.reis.* Sed aduertas:quia niſi ex-
preſsè ex forma ſtatuti caueatur,
quòd rector terrarũ ſiue præſes pro-
uinciæ poſsit aliquem bannire, non
c poteſt aliquem de iure bannire [c]:ut
not.Bar.in l.illicitas.§.qui uniuerſas.
ff.de offi.preſi.quod bene no.In quo
quidẽ banno certus terminus ſtatui-
tur intra quẽ cõparere debeat , aliàs
eſt,& intelligatur bãnitus in tali pœ-

na. Et aduertas quòd talis terminus
tali bannito nõ currit,niſi à die noti-
ficationis perſonaliter factæ, uel ad 7
domũ cũ ſchedula ſecundũ formam
ſtatutorum:nõ autẽ incipit currere à
die annotationis & facti banni.l.j.§.
j.& ibi Bart. ff. de requi.reis. Teneas
tamen ut ſuprà, quòd quàprimũ reus
cõparet in termino bãni, totũ bannũ
& eius uirtus annullatur:ut l.j.§.fi. &
ibi Bart.ff. de requir.reis. & perinde
eſt,ac ſi non fuiſſet bannitus:quoniã
fiebat ad hunc finẽ ut cõpareret. Vn-
de ſi cõparet,ſtatim expirat uirtus & 8
effectus banni : ut l.à filia.§. alumno.
6 ff.ad Trebel.* Quando autẽ fit pro-
ceſſus contra abſentem ſiue ſit uaga
bundus , ſiue non,clericus uel laicus,
an ſufficiat citatio ad domum uel ad
beneficium,uel rure uel in alio terri-
torio.not.Spe. tit. de acc.§. qualiter.
uer.ſed nunquid ſufficit. & ibi ponit
formã.Si autẽ reus cõparet qualiter
procedatur contra eum,no.Spe.in §.
j.uer.cũ autẽ fuerit coram præſide. 9

ADNOT. a ¶ Citatus comparet. *Adde ad hoc Pau. de Ca.in conſi. xxiij.& Capol.in conſi.xxxix. Bern.*

b ¶ In l.quoties. *Adde quòd uoluit allegare gl.in l.abſentem.ff.de pœnis. & glo. in l.quoties.tenet contrarium.*

c ¶ Bannire. *Adde circa hoc Alex. in conſi.xxvj.in j.uol.Bern.*

AVGVST. Tu autem in hac
materia adde quæ dixit Alber.de Ro
ſa.in iiij.parte ſtatu.queſt.j.qui dicit,
quòd bannum eſt quædam iudicialis
ſententia pœnalis contra contuma-
cẽ prolata in ciuili uel criminali, de
iure communi uſque ad relegatio-
nem , & de iure municipali uel con-
ſuetudine etiam ultra relegationẽ.
bãnum enim de iure communi po- 10
teſt dari abſenti , & lit. non cont[...]
uſq; ad relegationem , per l.abſen-
tem.ff.de pœ.cum ibi not.* Si autem
bannum excedit formam relegatio-
nis,tunc de iure communi procede-
re non poteſt , per d.l. abſentem.ta-
men ex conſuetudine & ſtatutis fere
totius Italiæ in quocunq; graui cri-
mine datur , & procedunt talia ban-
na & executioni mandantur, & dic
qꝰ ꝓ hoc bene facit gl. in l.amiſſi[...]
§.qui deficiunt. ff.de cap.dimi. & de
iſto banno aliquid uide per Bal.in c.
j.de pac.tenen.* Et not.bene quòd
dicit , quòd hodie ſecũdũ lac.de B[...]
non habet locũ iſta annotatio bono-
rũ,niſi in bonis mobilibus. Et omnia
iſta quæ dixit d. Ang. hic fuerunt
omnibus approbata à Modernis [...]
in ſolẽni repeti. c. qualiter & quãdo
in xj.q.prin.in lxxiiij. q.ubi etiam
ſequũtur dicta Bar.in d.l. j.de req.
reis.& l.abſentem. ff.de pœnis.appro-
bata opi.gl.d.l.quoties.& Pet.de
lapertica. *Et inquantum ſup[...]
eſt,an rectores terrarum poſſ[...]
quem bannire : addatis dict[...]
der. quæ ipſi poſuerunt latè i[...]
periũ. ff.de iuriſ.om.iud.& de [...]
tationibus faciẽdis in iſtis cau[...]
minalibus ubi debẽt fieri,& qu[...]
do,& maximè ad hoc, ut deue[...]
ad iſtam annotationem bono[...]
de Gand.in tract.malefic.ſub r[...]
citat. facien. ſcilicet quomodo[...]
quo loco,& earum obſeruanti[...]

10 *Iudex abſoluit reum bannitum [...] iſta conditione, uidelicet & ho[c addi]to ut non audeat de cætero ſimi[lia at]tentare , ſed ſi ſecus fieret,ipſo [iure ca]dat in primas pœnas : quid dic[...]*

ANGELVS.

*QVID autẽ ſi iudex uel
[domi]nus abſoluit reum & bannitum ſub
iſta conditione, uidelicet & hoc ad-
dito ut non auderet de cætero ſimi-
lia attentare , ſed ſi ſecus fieret, ipſo
iure cadat in primas pœnas? iſtam q.
ponit Bart.in l.tale pactũ. §.qui pro-
uocauit.in fin.ff.de pact.& in l.unus.
a §.pactus ne[a] peteret.eo.ti.circa fi.ubi
dicit , quòd iſta quæſtio fuit de facto
Bononiæ:& finaliter cõcludit, quòd
aut talis diſpoſitio & liberatio fit ab
eo qui habet poteſtatem legis con-
dendæ : ut eſt legatus Bononiæ , uel
alius dominus , & talis conditio eſt
lex:ut l. pen.C. de dona. inter uir. &
uxo.& ideo reus qui contrauenit,re-
incidit in primas pœnas , nec ab eis
fuit ipſo iure liberatus , neq; incidit
in alias pœnas tãquàm ex prioribus
delictis:quia ſublata ſunt ipſa & earũ
obligationes:ut d.§.pactus. Sed no-
uum delictũ propter quod cõtraue-
nit,meretur illas pœnas quas primò
incurrerat ex omnibus delictis,& hęc
potuit facere:lex punit enim ſecun-
dum delictũ grauius propter præce-
dentia,de quibus eſt condẽnatus uel
abſolutus : ut ff.de pœ.l. capitaliũ. §.
famoſos. Si uerò ille iudex qui fecit
talẽ diſpoſitionẽ,non poterat legem
condere,aut talis cõditio fuit ſtipula
tione uallata uel nõ : primò caſu aut
in pœna ueniebat aliquod pecunia-
rium, & tũc in illas pœnas incidit, &
non tãquàm debitas ex delicto , ſed
tanquam debitas ex ſtipulatione:po
teſt enim per ſtipulationẽ promitti
id quod eſt probabile per legem de-
beri:ut l.non impoſsibile.ff. de pact.
Si uerò pœnæ erãt tales quæ nõ po- 11
terãt in ſtipulationẽ deduci:tunc illa
adiectio nihil releuat : ut eſt caſus in
d. §. pactus.facit l. imperator. ff. de
manu.teſta.aut fuit pactũ nudũ & nõ
ualet:ut d.§.pactus.quia ex eo nõ agi
poteſt, & perſona non reſuſcitatur:
ut d.§.pactus.facit l.ſi tibi.§.j.ff.eo.

ADNOT. a ¶ Pactus. *Adde & uide ibi Moder.& uide Ro.in l.ſi quis accepto.ad ſi.ff.de cond. ob tur.cau. Ber.*

AVGVST.Tu antẽ in hac ma-
teria adde,quòd Bar.in terminis teti
git iſtam difficultatẽ in l.non ſolũ.§.
j.ff.de iniur. & arguit pro & contra,
& tandem in effectu approbat dicta
per ipſum in d.l.ſi unus.§. pactus ne
peteret.ff.de pact.Et adde Ang.in ſo
lenni ſua repetitio. exorta guerra.
Sed certẽ Bar.ibi in d.§.pactus ne pe
teret.uidetur nimis ſubtilizare iſtam
materiam,& dicit, quòd iſta quæſtio
fuit de facto in quodam Marchione
Ferrariẽſe cum quodam legato Bo-
noniæ , & ut dixi . audiui uiua uoce
aliquos Modernio. qui mordebant
Bart. bonis rationibus , ſed propter
autoritatem tanti uiri in iudicando
non eſſet recedendum ab opinione
ſua:& maximè,quia Bal.Ang.Pau.de
Caſt. & Raph.tranſire uidentur cum
doctrina Bart. licet ipſum non refe-
rant,tamen ipſum non reprobant.

11 *Comparans uel etiam præſens exiſtens in carceribus,quando non eſt fideiuſſoribus relaxandus,poteſt per ſe aut per legitimum procuratorem cauſam ſuæ relaxationis etiam criminalem agere.*

12 *Dominus non autem procurator damnandus eſt in criminalibus, in quibus poteſt procurator interuenire.*

ANGELVS.

*Et etiam not.quòd talis compa-
rens , uel etiam præſens exiſtens in
carceribus, quando non eſt fideiuſſo
ribus relaxãdus, poteſt per ſe aut per

 legi

legitimũ procuratorem cauſam ſuæ relaxationis, etiam criminalem agere, quecũq; cauſa ſit, cũ nõ ſit timor quòd ſentẽtia claudatur, nec habeat in fi. executionem. ita dicit Bar. Imo. & alii in d.l.pe.§.ad crimen.ff.de publi.iud. & ibi Bar. in uer. item opponitur de lege Lucius &c. ſi uerò nõ ſit detentus, & dicta pœna ſit corporis afflictiua, non poteſt per procuratorem comparere: ut no. Bar. in d.§. ſed ſi non eſt corporis afflictiua, & tunc eſt cautela, quòd ſemper per procuratorem compareat, quoniam ſi eſſet dãnatus ex proprio nomine, etiã ex leui iniuria ſtatim efficeretur infamis: ut eſt caſus in c. cũ te. de re iud. Secus ſi per procuratorẽ litigauit uel comparuit: quia alieno nomine damnatus, nec ipſe nec principalis infamatur: ut l. furti. §. qui alieno. & ibi gl. & doc. ff. de infa. quod not. quia eſt una cautela ad euitandã in-

12 famiam. * Vnũ adde, quod in criminalibus in quibus poteſt procurator interuenire: iuxta l. fi. C. de iniu. & regulam ſupra traditam, non procurator, ſed dominus eſt damnandus: ut no. gl. doc. in l. nihil. C. de procu. Bar a to. autẽ dicit in l. ſeruũ quoq;. §. publicè. ff. de procu. quẽ refert ibi Pau. de caſt. quòd ſi reus eſſet in carceribus, poſſet conſtituere procuratorẽ ad omnes actus præterquã ad ſententiam, & ita dicit practicari: quia ceſſant rationes prohibitiuæ. Ange. autem dicit cõtrarium, uidelicet, quòd ad reſpondendum accuſationi uel inquiſitioni, uel poſitionibus, nõ poteſt conſtituere procuratorem, ſed debet perſonaliter duci ad banchũ, & per ſeipſum reſpondere, & ita de facto obſeruatur, ne procurator cõfitendo inferat grauiſsimũ præiu-cium ipſi carcerato, uel negãdo in-gerat difficultatẽ curiæ in prob… Iſta ſunt uerba do. Pau. in d.§. publi-cè. ubi plenè tractat iſtam materia… utrũ in criminalibus admittat̃ pro-rator ſiue defenſor, & quando, & in quibus caſibus, dic ut ibi.

AVG. Tu autem in hac ma… adde, inquantũ tactum eſt, ꝙ qui… reus eſt in carceribus, poteſt inter-uenire procurator in cauſa capi… quod Ang. in d.§. ad crimẽ, ten… bat hoc ibi, in ſeptima fallenti… cens, quòd ſi reus eſt incarcerat… tunc interuenit procurator, ſ… medietatem non autem ad con… litis, admitteretur procurator, … reus cuſtoditus debet iudici pr… tari: ut litẽ conteſtet: ut l. ij. ff. de… reo. ubi eſt caſus, nec etiã inter… ad ſententiam audiendã, cuius… ba formãda ſunt in ipſum car… præſentem ad tribunal, non a… ſtentẽ in carcere: quia eſſet ab… ita obſeruat communis conſ… mundi, pro qua eſt caſus re… ti in l. ſi cuiuſdã. C. de publ. i… cit quòd hoc tenet Io. And.[a] … Spe. in ti. de procu. §. j. uer. ſe… quid ad media cauſæ. Et in h… teria adde Gandi. in tracta. m… rum. ſub rub. utrum procurat… ueniat in maleficiis, & quãd… quæſtione quæ incip. Itẽ qu… ne, ꝙ quis detinetur in carcer… caſione homicidii. ubi in ho… pro & cõtra arguẽdo multũ… loquitur referẽdo opi. antiq… dem uidetur tenere id quod… prà, ut præter lit. conteſt. & ſ… poſsit in aliis interuenire p… tor: & uide doc. maximè Bal. …



C. de acc. ibi, quæro circa iſtã partẽ. & doct. maximè Bal. qui aliter diſtinguit in l ſeruũ quoq;. §. publicè. ff. de procu. in iiij. col. & Ang. in d.l. reos. in iiij. col. dicit, ꝙ ita obſeruat communis conſuetudo mundi, ſecundũ quod dixit in d.§. ad crimen.

ADNOT. a ¶ Io. And. *Adde tu quòd opi. Io. an. in ti. de procu. §. j. uer. ſed nũquid tenet. & ſequitur do. Alex. in cõſi. cxvj. in ij. uol. & ibi latè examinat dicta Bar. in d. §. publicè. & quãdo carceratus pro pœna afflictiua corporis poſsit procuratorẽ conſtituere. uide Cæpo. in cõſi. xx. & ibi quod uxor filij & etiã extranei poſsunt cõparere ad informãdum iudicẽ de innocentia accuſati: quia etiam ipſe iudex ex officio debet innocentiã inquiſiti quærere. Adde tamen quòd opin. Bar. in d. §. publicè. tenet Ioan. de ana. in conſi. j. & etiam tenet Ro. in ti. de procu. deci. ccj. & ibi quòd poterit talis carceratus à quolibet etiam ſine mandato defendi: & ſubdunt fortius in d. tit. deci. cciij. quod uxor clerici detenti poteſt pro marito procuratorem cõſtituere. & uide eoſdem in deci. ccccclxxxij. ubi quando procurator fuit admiſſus in cauſa criminali, an poſsit poſtea opponere, quòd nõ poteſt admitti. & adde an admittatur defenſor in cauſa criminali. & uide Cæp. cõſil. xlj. conſi. l. & cõſi. lv. & an Iudæus in criminali poſsit eſſe procu. filij ſui, uide Cæpo. in conſi. lxxvj. & no. quod ubi accuſatio uel inquiſitio eſt inepta poteſt procur. interuenire. ita Bal. in conſil. cvj. in j. parte Calde. in tit. de procur. conſi. ij. quem uide & Ant. de Prato uete. in conſi. pen. & in conſi. Barba. Ber.*

13 *Bannitus per bannum quod eſt ſententia interlocutoria, an poſsit a tali banno appellare de iure ciuili.*

14 *Statuto dicẽte quòd abſens poſsit dãnari in capitali cauſa etiam à relegatione ſuprà, an poſsit interuenire procurator.*

ANGELVS.

13 * QVAERO an talis bannitus à tali banno quod eſt ſentẽtia interlocutoria, ut ſuprà dixi, poſsit appellare de iure ciuili. Bart. dicit quòd ſic, quando bãnum ſeu annotatio bonorũ ſiue nominis inter reos receptio ſtat pro ſentẽtia principali, & appellans à principali poſt bonorum annotationem non recuperat bona: ut l. j. de requi. reis. Bal. in l. ij. C. de epiſ. au. uer. tertiò quæritur utrum bannitus &c. dicit, ego formo iſtam quæſtionẽ in banno, qđ datur ex forma ſtatuti, quod confunditur cũ condẽnatione principali. arg. l. cũ quærebatur. ff. iud. ſol. Et dicit ꝙ nõ poſsit appellare, quia per appellationẽ in principali conſulitur in utraq;: ergo ſtat regula prohibitiua de iure ciuili. Sed tamen cõcludit ꝙ aut eſt uere contumax, & tunc à tali interlocutoria appellat, & eſt ratio: qa iſta interlocutoria trahit ſecũ præiudiciũ circa infamiam facti quã incurrunt bãniti: ideo merito poteſt appellari: iuxta regulã notabilẽ in l. ab arbitrio. ff. qui ſatiſda. cogã. & l. intra utile. ff. de mino. & Bar. in l. ij. ff. de appel. reci. ſed ſi ſemper fuit contumax: tunc aduerte: quia de iure ſi eſt crimen à relegatiõe ſuprà, regulariter nõ poteſt condẽnari dicto caſu: ut habetur in l. pe. §. ad crimen. ff. de pub. iud. & in l. j. an per aliũ cauſa appella. Si uerò ſit à relegatione infrà, quia tũc poteſt dãnari, admittit̃ quilibet ut quilibet de populo uolens allegare cauſas abſentiæ, non autẽ cauſas cauſæ: ut d. §. publicè. & in dicto §. ad crimẽ.

Ex quo-

Ex quo ſequitur, q̄ ſi ex forma ſtatutorum etiã à relegatione ſuprà abſens, & contumax poteſt damnari, q̄ etiã iſto caſu quilibet ad allegandũ etiam cauſas abſentiæ admitteretur: ut d. §. publicè. facit quod not. Bal. in l. reos. de accuſ. in ulti. col. uer. interdũ. & ibi Sali. & no. Bar. in d. §. ad crimen. in uer. quæro, & intro materiã legis noſtræ. Bal. in d. §. publicè. uer. reuoco in dubium. Et admittitur etiã fœmina: ut no. Bal. in l. alienam. C. de procu. & minor. & quilibet alius aliàs inhabilis: ut not. in l. exigendi. C. de procu. & in d. §. publicè. & de iſta abſentia fidẽ faciant iudici in iudicio, a & ſcribi etiam faciant apud acta, tũc ſi iudex ulterius etiã procederet contra talem abſentem, proceſſus eſſet nullus. arg. l. quæſitum. ff. de re iudic. & not. Bar. in l. ij. §. ſi quis in iudicio. ff. ſi quis cautio. & in d. §. publicè. in fi. & ibi Bald. & Ang. quod eſt uerum de iure communi, niſi per ſtatuta eſſet aliàs prouiſum. Si uerò uellet uenire defenſor ad defenſam allegans cauſas cauſæ non audiretur: ut d. §. ad crimen. niſi pœna eſſet pecuniaria, & confiteretur delictum: aliàs autem nunquam tu iudex admittas aliquem defenſorio nomine, niſi iſta duo concurrant, ſcilicet q̄ ſit pœna pecuniaria, & q̄ ipſe inquiſitionem confiteatur: non autem admittas eũ ſi uellet negare in totum uel in parte: ut eſt caſus & ibi no. in l. qui ſeruũ. ff. de interrog. actio. quod tene mẽti perpetuò, ne tu iudex ſis deceptus. ſed Bart. in d. §. publicè. ut ibi refert domi. Paul. dicit, quòd aliquãdo quis uult admitti, ut defenſor ſine mandato ad oſtendendum de innocentia, quòd uenit abſoluendus: & tunc admittitur ubicunq; poteſt ſen[...] tentia contra abſentem: quia e[...] ſi nullus comparet, iudex ex o[...] tenetur inquirere de hoc: ut l[...] defendatur. ff. de pœn. unde [...] ſolùm admittitur ad iſtum a[...] nec ſubiicit ſe ſententiæ, nec [...] ad plenariam cauſæ defenſion[...] poteſt aliud facere quod præ[...] abſenti: unde iſte dicetur defe[...] excuſator innocentiæ, non pro[...] tor. iſta ſunt uerba domi. Pau[...] §. publicè. & ita fuit de facto o[...] uatum Regii contra abſente[...] comparuit unus, tanquam u[...] populo [a], & defenſorio nom[...] allegandum cauſas innocenti[...] fuit admiſſus: uide etiam Ba[...] trauag. ad reprimendum. in [...] legitimè. uerſi. an iſte debea[...] ti &c. & hoc fuit in cauſa c[...] quia dicebat comparens qu[...] neratus erat mortuus ſua c[...] quòd uulnus non erat mor[...] omnia iſta fuerunt probata [...] ſtes per eum productos, & [...] fuit condemnatus de uulne[...] tum. Et quia eſt etiã una ca[...] euitandum infamiam, quam [...] currit ex confeſsione propri[...] Bart. in l. infamiam. ff. de pub[...] per defenſorem compareat [...] fiteatur: quia nemo ipſorum [...] famis: ut dic. §. qui alieno. & [...] bebit beneficium quod cõf[...] tribuitur.

ADNOT. a ¶ De popu[...] *de de hoc ut per Cæpol. in conſ[...] cõſi. xlj. & Frãc. de aret. in cõſi[...] dicit, quòd iſta eſt communis opi[...]*

ANGELVS.

AVGVST. Tu autẽ in h[...] teria adde ea quæ dixit Albe[...]



in iij. parte ſtatut. q. xxxviij. incip. cõſequẽter quæritur alia quæſtio, ſi cõtra talem bãnitum &c. ubi in effectu uidetur uelle quòd ſi bãnum eſt datum ſuper crimine, tunc licet appellare, niſi per ſtatuta aliter prouidere tur: puta quòd bannitus amplius nõ audiatur. Limitat tamen prædicta, niſi ſuperior tali bãnito faceret fiduciam, quòd ueniret ad ſe defendendũ: quia tũc illa defenſio nihil aliud importat, quàm q̄ poſsit appellari. & etiam remittit ad no. per ipſum in quæſt. lxxxvij. Et in hac materia adde pulchrũ conſiliũ Bal. quod incip. Cauetur ex forma ſtatuti, q̄ citatus ad ſe excuſandũ. faciunt not. per Gand. in tract. malefic. ſub rub. de bannitis.

14 *Et inquantũ ſuprà dictum eſt, quòd ſi ex forma ſtatutorũ de omni capitali caſu tunc abſens poteſt damnari etiam à relegatione, ſupra q^d tunc poteſt interuenire procurator, an hæc concluſio ſit uera, uel falſa ultra ſuprà allegata, uide omnino quæ infrà dicentur in proxima q. in tex. & in add. meis. & adde Io. an. in addi. Spe. in titu. de procuratore. §. j. uerſi. item quod cauſa eſt criminalis. in fi. & habetur per Gandi. in tract. malefic. ſub rubri. an in cauſis capitalibus poteſt procurator interuenire. & per Bart. in extrauag. ad repri. in uerbo, legitima. & per doct. in ca. ueniens. extrà de accuſat. & per doct. in l. reus. C. de accuſa. & in d. §. publicè. & in d. §. ad crimen. maximè per Imol. tamen nõ omitto ea quæ dicit Ange. in d. §. ad crimẽ. quod in crimine publico etiã quãdo in abſentem ferri poteſt ſententia condemnatoria, quòd nullo modo nominatur procurator: quia ita lege cautũ eſt expreſsè: ut patet in dic. §. ad crimen. in prin. nec eſt bona conſequentia, ferri poteſt ſentẽtia in abſentem: ergo poteſt interuenire procurator: uetat enim lex interuentum procuratoris in crimine publici iudicii. dicit tamẽ quòd propter hæc uerba in conſulendo, & iudicãdo non eſſet recedendum à cõſuetudine, & à communi opinione, quæ uult ut iſto caſu poſsit interuenire procurator. & ſubdit quòd iſto caſu non obſtat d. §. publicè. qui uult quòd ubi de crimine abſens poteſt damnari, ibi admittitur quilibet ad innocentiam excuſandam, & ſic ad plenariam defenſionem: quia dicit quòd ille text. debet intelligi in crimine priuati iudicii non publici, ne ille text. contradicat principio illius §. ad crimen. ſubdit tamen Angel. q̄ Bart. diſputationis gratia intellexit, quòd interuenire poteſt quilibet qui habeat prodeſſe reo accuſato, non autem poſsit obeſſe: dicit tamen in conſulendo, & iudicando tenendam eſſe opinionem communem, ſed dicit quòd iſta ſua opinio de rigore non uidetur uera: quia ſecundũ hoc poſſet interuenire p̄curator cõſtitutus: ut poſsit facere omnia quæ proſunt domino, & non quæ obſunt, q^d eſt falſum: quia forma eius procuratoris eſt inepta, & reprobata: ut not. Innocẽ. in c. conſtitutus. de procur. in princ. Et adde quæ dicã infrà in proxima q. ſubſequenti. ubi aliquid dicã. & uide quæ dixit Albe. de roſa. in ij. parte ſtatut. quæſt. xxxvij. qui allegãdo Dyn. dixit, ſi quis uulnerauerit aliquem mortiferè, poteſt ſe defendere per procuratorẽ, licet pro uulnere ſit pœna pecuniaria per ſtatutum: & cùm poteſt ex tali uulnere ſequi

qui mors: ibi uide. & uide Albe. in ij.
parte ſtatuto. q. cxxj. qui ponit, quan-
do pro homicidio eſt pœna pecunia
ria, an poſſit interuenire procura-
tor. in quæſtione ſequenti ponit, an
quando abſens poteſt damnari, poſ-
ſit interuenire procurator, & ibi ſe-
quendo Gandi. dicit quòd ſic.

*15 Reus citatus uel in banno poſitus, ſi ipſe nõ uenit, ſed mittit procuratorẽ, an ſit excuſatus.* a

*16 Procurator admittitur in crimine pro quo uenit imponenda pœna pecuniaria tantùm.*

*17 Statuta hodie extant per quæ poteſt abſens in cauſa capitali, & corporali damnari, an hoc caſu poterit admitti procurator ad plenam defenſionem.*

*18 Procurator an admittatur ad opponẽdum exceptionem dilatoriam.*

*19 Iudex an ſimpliciter poßit repellere procuratorem, quando de pluribus inquiritur contra unum, quorum aliquod infert pœnam ſanguinis, alterum non.*

*20 Abſens ubi poteſt damnari, maximè hodie per ſtatuta Italiæ, an tunc poßit procurator interuenire.*

*21 Cautela domini Angel. qua dicebat ſe habere indicia contra reum, ideo debere uenire perſonaliter, & poſtea eum retinebat & torquebat, an ſit bona.*

*22 Perſonaliter cogi poſſe comparere reũ in criminalibus limitatur, ſi contra eũ ſunt indicia.*

*23 Cautelam domini Ange. poſitam in ij. uerſi. præceden. uidetur tenere Gand.*

ANGELVS.

15 *QVAERO, quid ſi citatus eſt
reus, uel in banno poſitus, ipſe non
uenit, ſed miſit procuratorem, an ſit
excuſatus, & an procurator admitta-
tur. diſtingue, aut eſt delictũ ...
uenit imponenda pœna maior re...
gatione, & tunc non excuſatur ...
tendo procuratorem, ſed ipſe ...
tur comparere perſonaliter, & ...
curator non admittitur, aut eſt ...
nenda pœna minor relegatione, ...
tunc excuſatur mittendo procura...
rem, & procurator [a] admittitur ...
ut dicto §. publicè. & ibi glo. ...
Bar. plenè & Imol. in d. §. ad crimen ...
per Cyn. Bal. & Salice. qui Salice...
ter dicit in l. reos. C. de accuſatio...
Sed aduertas bene, quòd non ...
cit iſto caſu quòd habeat gene...
mandatũ: imò opus eſt, quòd ſpe...
ciale & expreſſum ad cauſas cri...
nales, & in ſpecie, ut ad tali ...
tioni reſpondẽdum: ut no. Iac...
Butriga. Barto. Bald. & Angel. ...
C. de procuratoribus. & not. ...
capit. ſuper his. in ultima col. ...
accuſationib. & Ioannes Andr...
16 men. ſecunda. de procuratorib. ...
quo ſequitur, ꝙ in crimine ...
eſſet imponenda pœna pecu...
tantùm, bene admittitur pro...
tor: ut dicto §. publicè. Secus ...
ſi eſſet imponenda pœna cor...
lis. Prædicta locum habent ...
communi, ſecundum quod ...
non poteſt damnari: ut l. ...
17 tem. ff. de pœnis. * Quid ...
cendum eſt hodie ſecundum ...
ta, per quæ poteſt abſens in ca...
pitali & corporali damnari, ...
caſu poterit admitti procura...
ad plenam defenſionem com...
re? Dyn. ut refert Cyn. in l. ...
C. de accuſationib. determina...
ſic: quia hoc caſu ceſſat ratio ...
communis: & pro hoc uide ...
ſus in dicto §. publicè. ſed B...



dicto §. ad crimen. & in dicta extra-
uag. ad reprimendum. in uerbo, le-
gitimè. dicit, quòd illud eſt uerum
ad allegandas cauſas abſentiæ: &
ita intelligatur §. publicè. non au-
tem ad plenam defenſionem ſeu
cauſæ defenſionem: ut dicto §. ad
crimen. & idem tenet Anto. de Butr.
in c. ueniens. de accuſa. allegat l. ij.
de procurato. iuncto eo quod habe-
tur in c. ueritatis. extrà de dolo &
contumacia. ſed de hoc uide plenè
Imol. in dicto §. ad crimen. ſed ego
nunquam uidi admitti aliquem pro-
curatorem, quando eſt pœna corpo-
ralis ſiue corporis afflictiua princi-
paliter uel in conſequentiam, ſiue ſit b
publicum crimen, ſiue priuatum: ut
l. j. coniuncto princ. cum ſimili. C. ut
tam ciuil. quàm crimi. cauſæ. & ego
eram ſolitus uti una cautela, quãdo
dubium erat utrum deberet admitti
uel non: quia dicebam quòd habe-
bam indicia contra inquiſitum, &
quòd principalis ut melius infor-
matus, deberet per ſe non per pro-
curatorem comparere, ut aliquãdo
contingit in ciuili: ut l. fin. cum ibi
nota. per gloſſ. & docto. C. de pro-
cura. & iſtam cautelam ponit Cyn.
in dicta l. reos. & Barto. in l. ij. §. de-
fendi. ff. quibus ex cau. in poſſeſ. ea.
& quòd aut ueniret ad confitendum
aut ad ſubiiciendum ſe torturæ, ut
dicta indicia purget, iuxta not. per
Barto. ſingulariter in l. penul. ff. de b
quæſtionib. ſi ipſe comparebat, re-
tinebam & torquebam quouſq; pur-
gauerat indicia: ſi uerò per ſe non
comparebat, licet compareret per
procuratorem etiam ſpecialiter ad
hoc conſtitutum, & plenariè inſtru-
ctum, reputabam eum contumacem.

arg. no. per doct. in l. fi. C. de proc. &
per Iac. But. ibi, & per Bal. in l. ſeruũ
quoq;. §. publicè. in ult. col. licet Sali.
in d. l. reos. in quæſtione finali ſen-
tiat contrariũ. Et facta declaratione
cõtumaciæ, tunc habetur pro cõfeſ-
ſo ſecundũ Bart. in d. l. pen. & ſic ſu-
peruacaneè, poſtquã eſt habitus pro
confeſſo, interuenit procurator, quod
tene menti: quia in practica faciet ti-
bi honorẽ: quia cũ Cy. dicat ꝙ doct.
ita tenent: & ita diceret Bar. obſerua-
retur in practica nõ obſtante aliorũ
opin. & iſto modo faciendo iudex
nunquã poteſt decipi. ita dicit Cy. in
18 d. l. reos. in fi. * An autẽ [b] admittatur
procurator ad opponẽdũ exceptio-
nẽ dilatoriã, uide Cy. Bal. & Sali. in d.
l. iij. & Bart. & Imo. in d. §. ad crimen.
19 * Aduertas tamen ꝙ ſi de pluribus
inquiritur cõtra unum, quorũ aliqua
inferunt pœnã ſanguinis, & aliqua
non: an iudex ſimpliciter poſsit re-
pellere procuratorem. dicas ꝙ non:
quia talis cõfeſsio poteſt ſcindi: ideo
pro illis quæ pœnam ſanguinis non
inferunt, poteſt interuenire procura
tor: ut not. Bar. in l. iam tamen. §. fi. ff.
iud. ſol. Et ſi iudex non admiſit hunc
procuratorem, læſit partem, & tene-
tur in ſyndicatu: ut ibi per Bar.

ADNOTA. a ¶ Et procurator. *Adde circa hoc, & uide Alex. in cõſ. cxlj. in iij. uol. & quæ ponit Pet. de Anch. in conſi. cclxxiij. Ber.*

¶ An autem. *Adde tu & uide Cæpol. in conſi. lxxiij. Ber.*

AVGVT. Tu autẽ in hac materia adde inquantum ſuprà dictum eſt, an in cauſa criminali à relegatione ſuprà, uel infrà admittatur procurator, licet hîc multa poſſent adduci, & allegari: quia aliàs uidi

diſput

diſputantes & tenentes cõtra com-
munẽ opinionẽ de qua ſuprà.& mul
tũ ſubtiliter allegando quæ poſſem
hic adducere,quæ non adduco,quia
hic in iſto argumento non intendo
recedere à communi opinione, de
qua ſuprà.Adde tamen quòd licet in
cauſa criminali non admittatur pro-
curator : tamen limita,quia fallit in
illuſtribus perſonis:quia iſto caſu in
cauſa publica , & criminali admitti-
tur procurator.ita not.Barto.in l.ſi
quando.C.de iniuriis.& eo maximè
quia detineri non poſſunt perſona-
liter.l.medicos.& ibi not.C.de pro-
feſ.& medi.nec duci poſſunt in quę-
ſtione.l.j.C.de quęſtionibus.iuncta l.
aduocati.C.de aduo.diuer.iudi.facit
quod no.Bal.in l.ij.C.de liber.& eo.
liber.fallit etiã d.regula,ut per Bart.
in l.fina.C.de iniur.per Specul.in ti-
tu.de procuratoribus.§.ratione igi-
tur.uerſic.ſed præcedens regula fal-
lit. Et pro intelligentia iſtius §.ad
crimẽ.uide deciſionem nouam Ro-
tæ cxcvj.& eius limitationem.& per
Bartol.in l.iam tamẽ.§.ſi tamen plu-
res.ff.iudi.ſol.& ĩ.dicetur in proxi-
ma q.ubi dicit,quòd ſi in accuſatione
uel inquiſitione deducãtur plura de
licta,inter quę ſit aliquod cuius occa
ſione pœna pecuniaria uenit impo-
nẽda,& in aliis corporalis,quòd de-
bet illo caſu procurator admitti , &
multas fallẽtias & limitationes ad di
ctũ §. ad crimen. proſequere:ut per
Ang.in d.§.ad crimen.& per Ang. in
d.l.reos,ubi ponit multas fallentias,
& etiam decem fallentiæ ponuntur
per gl,in c.ueniens. extrà de accuſa.
& ibi uide docto.& no. caſum ſingu-
larem in c.hoc quippe.iij.quæſtio.vj.
quòd ubi ageretur de nullitate ſentẽ
tiæ latè in cauſa criminali, tũc poſ
20 procurator interuenire.*Item mul
tum ſuprà tactum.eſt, an ubi abſẽs
poteſt damnari ibi poſsit interueni
re procurator,maximè hodie per
tuta Italiæ &c.licet addiderim al
in iſto articulo ſuprà in addi.in pr
xima quæſtione præcedenti:tam
Ang.multùm latè in l.reos.C.de ac
in vj.fallentia, dicit quòd Bar.in h
materia poſuit unã ſuã nouã opi
nem & pulchram dicens quòd ca
admittitur procurator, qui domi
poſsit obeſſe,& non prodeſſe.& d
cit eſſe caſum,in d.l.j.an per aliũ c
non interuenit procurator, ſi ca
eſt capitalis . & in cauſa appella
nis ferri poteſt ſententia in abſe
ut l.fi.C.de tempo.ordi.ſed bene
mittitur excuſatio ſimplex ad a
gandũ pro abſente cauſas innoc
tiæ criminis : quia allegatio pot
domino proficua,non autem ſu
quo nociua. Sed Ange.bene dic
iſta opi.Bar.non eſt bona: quia ſi
blicè.loquitur indiſtinctè, ibi,qu
&c. de habente & non haben
datum. Item quia forma huius p
curatorii eſt reprobata à iure per
nocen.in c.conſtitutus,de procu.&
ſi eius opinio eſſet uera, ſequeretur
quòd poſsit conſtitui procurator, q
domino proſit,& nõ obſit,quod fal
ſum eſſe dict.c.cõſtitutus.patet,quia
procurator debet ita cõſtitui,ut per
eius aduentum conditio aduerſarii
non efficiatur deterior.l.ij.§.pen.
ff.quib.ex cau.in poſ.eatur. & ad ra
tiones Barto. multùm eleganter re
ſpondet:dic ut ibi per eum,& in hac
materia quãdo ꝑcurator poſsit in
teruenire,uide Gaſpar.de cal.in
ſuo iij.in titu.de accu. & ibi pone
quodam



quodã Abb. qui petebat quoſdam
monachos detrudi in carcerẽ,pro-
pter eorũ crimina,an poſsit interue
21 nire ꝑcurator. *Et aduerte in quã-
tum ſuprà d.Ange.tetigit illã diffi-
cultatẽ,quòd citabat reũ perſonali-
ter,quòd ueniret in perſona ad re-
ſpondendũ,licet tali caſu procura.
poſsit cõparere,uel dubiũ,an procu
rator poſsit comparere : & poſtea
ipſum detinebat in carceribus:quia
aliàs uidi iſtã quæſtionẽ : dic, quòd
pro iſta opinio.certè uidetur gl.in
l.fi.C.de procur.in gl.pe.ibi melius.
& ideo colligũt doc.ex illa gl.quòd
ſi dominus melius nouerit uerita-
tem quàm procurator, quòd poteſt
iudex cogere dominũ perſonaliter
cõparere ad reſpondẽdũ, quod eſt
uerũ,etiam ſi procur. habet ſpecifi-
cũ mandatũ ad ſic reſpondẽdũ:quia
per aſpectũ domini poteſt iudex me
lius perpendere ueritatẽ inſpicien-
do,quo uultu & qua trepidatione lo
quatur.l.de minore.§.tormenta. ff.
de quæſtio.& per hoc Bar.ibi, in d.l.
fi.reprehendit Iac.de But.qui contrà
tenebat,& hanc ſententiã approba-
uit Dominicus de ſancto Gem.in c.
j.de iudic.in vj.poſt Ioan.de Imo.&
Imol.in l.qui bona.§.qui alieno.ff.
de dam.infec.& Bar.in l.ij. §.defen-
di.ff.ex qui.cau.in poſſeſsionẽ ea-
tur.& Cyn.in d.l.reos.C.de accu.&
Bar.in l.ſeruũ quoque.§.pub.ad fi-
nem.ff.de procu.aliqui uerò uolen-
tes ſaluare Iac.de Butr.dicunt, quòd
opi.Iac.de Bu.loquitur in ciuilibus,
ex quo procurator ſpecificũ habet
mandatum: quia tunc dominus per
organum reſpondere uidetur. l.qui
autẽ.§.fi.cũ l.ſequen.ff.de conſtituta
pecu.ſecus in criminalibus in qui-
bus ex indiciis iudex poteſt inqui-
rere ueritatẽ,& etiam torquere.d.§.
tormẽta. & iſtã partẽ expreſsè tenet
Io.And.in c.fin.extrà de iuramento
calumni.& Ange.in l.ſi actor.ff.de
procu.Ange.in d.l.ſi.C.de procu.&
Bar.in d.§.ſi alieno.& dicit Ang.in
d.l.ſi actor.quòd in palatiis ita ob-
ſeruatur. & adde quia d.Ange.ſ.re-
fert Sali.in d.l.reos. tenuiſſe cõtra-
riũ:& idem uoluit Imo.in d.§.ad cri
men.dicentes, quòd non ſolũ in ci-
uilibus,ſed nec in criminalibus po-
teſt quis priuari beneficio, quòd nõ
poſsit comparere per procuratorẽ
habẽtẽ ad hoc ſpeciale & ſpecialiſ-
ſimũ mandatũ : & quòd ipſo inuito
cõpareat perſonaliter:aliàs erit cõ-
tumax:quia hoc falſum:quia aliàs be
neficiũ cõparẽdi per ꝑcuratorẽ à le-
ge cõceſſum eſſet illuſoriũ,cũ ſemp
eſſet in facultate iudicis auferre il-
lud beneficiũ,dicendo,cõpareat do
minus perſonaliter, quia melius eſt
informatus contra regulã, indultũ.
de reg.iur.libr.vj.nec ob.§.tormẽta.
quia reſpondet,quòd ille non habe
bat ſpecialiſsimũ mandatum,uel ibi
cauſa criminalis talis erat in qua
procu.non poteſt comparere.& ſic
Imo.uario modo locutus eſt in iſta
materia:quia unũ dixit in d.§.ſi alie
22 no.aliud in c.j.extrà de iudi.*Limi-
ta tamen prædicta ſecundũ ea quæ
dixit Petr.de Ancha.in c.j.extrà de
iudi.in vj.& Bal.& Pet.de anch.in d.
l.ſeruũ quoque.§.publicè.ff.de pro-
cura.qui dicunt,quòd in criminali-
bus uerũ eſt,quòd quis poteſt cogi,
ut compareat perſonaliter, ſi indi-
cia ſunt cõtra eum:aliàs non.& uo-
luit Bal.ſi rectè ponderetur in d.l.ſi.
C.de procu.quinimo dixit Bal.in §.

Q publ

publicè,quòd etiam hoc eſt uerum
in caſibus,in quibus poteſt eſſe lo-
cus torturæ,ſecus ubi nõ poteſt eſſe
locus torturæ. Adde Gandinum in
tracta.maleſi.ſub rubri.utrũ procu-
rator poteſt interuenire in cauſa cri
minali.qui Gandi.fuit maximus pra
23 cticus,uoluit* quòd iſto caſu hęc cau
tela in criminalibus ualeret, quòd
dominus ueniat & perſonaliter re-
ſpõdeat:ſed omnino põderabis uer
ba ſua, & uidetur uelle, quòd opus
eſt, quòd aliqua indicia præcedant,
licet poſtea in fin.innuat,etiã ſi non
eſſent indicia,dũ dicit,uel tanquam
melius informatũ uenit reſpõſurus.
Subſequenter d.Ang.hic replicauit
id quod Bar.dixit in l.iam tamen. §.
penul.ff.iudic.ſol.quòd ſi compareт
procurator in pluribus cauſis capi-
talibus,& in quibuſdam nõ poterat
cõparere procurator,in quibuſdam
ſic:tunc poterat interuenire procu-
rator. Adde tamen quòd dixi ſuprà
in proxima præcedẽti quæſt.& ſi iu-
dex non admiſit procuratorẽ, lædit
partem: & tenetur in ſyndicatu.ita
dixit Barto.ibi.

24 *Contumacia an ſit delictum:ita quòd ſi ſtatuto dicatur,quòd bannitus propter delictum poſsit impunè occidi:an bannitus per contumaciam poſsit impunè occidi.*

25 *Bannũ quod ſit propter contumaciam & inobedientiã,æquiparatur multæ.*

26 *Multam impoſitam,ſicut propter paupertatem poteſt remittere rector terrarum ſine ſcientia uel conſenſu ſuperioris,ita & bannum.*

27 *Condemnatus ex contumacia, quando dicatur condemnatus ex maleficio.*

ANGELVS.

24 *QVAERO an cõtumacia ſit
delictum,ita quòd ſi ſtatuto dicatur
quòd bãnitus propter delictũ poſ-
ſit impunè occidi:an bannitus pro-
pter contumaciã poſsit impunè occi
di:hãc q.format Bar.in l.omne de-
lictum.ff.de re mili. & ibi concludit
quòd debet inſpici cauſa propter
quam fuit citatus: nã ſi citatur pro-
pter maleficium,& fuit cõtumax, di
citur damnatus propter maleficiũ:
aliàs autem ſi fuit ſimpliciter citatus
ex cauſa ciuili & fuit contumax, &
tunc ſi propter eius contumaciam
multaretur, non dicitur damnatus
propter maleficiũ.ita ſentit ibi Bar,
facit l.ictus fuſtiũ.ff.de infami.unde
iſto caſu non poterat impunè occi-
di, cũ ſemper propter cõtumaciam
condemnaretur: quia ſi eſſent par-
tes præſentes,de eis fieret executio
probato delicto.l.ij.C.quorũ appel.
non reci. & l. conſtitutiones.ff.de
appell.licet Bald.& Imol,uideantur
aliter dicere in l.mora.ff.ſolut.mat.
Cy.& Ang.in l.j.C.de crimine ſtel-
lio.ſed Bal.in l.fi.C.ui bo rap.uide-
tur in effectu tenere ſuprà dictã opi
nionem Bar.licet ibi dicat quòd fue
25 rat opi.Mar.de fano.*ſed tene men
ti præſes prouinciæ & rector terra
rum, quòd bannũ quod ſit propter
contumaciam & inobedientiã,æqui
a paratur multæ[a] ut no glo.in l.j.§.ex
hoc reſcripto.ff.de uẽtre inſpi.& in
26 l.j.poſt princi.ff.de admi.tuto.*Ex
quo ſequitur, quòd ſicut multã im-
poſitam propter paupertatem ſine
conſcientia, uel conſenſu fiſci, uel
ſuperioris,poteſt remittere præſes
prouinciæ,ita etiam bannum.ita di
cit ſingulariter Bar,in l.illicitas.§.ſi.
ff.de officio præſi.& prædicta pro-
cedunt de iure:cõmuniter autẽ ci-
ter proceditur per ſtatuta:quia con-
tumax in quocunque crimine,habe
tur pro conuicto & confeſſo,& po-
teſt damnari.

ADNOT. a ¶ Multæ. *Adde & uide Paul.de Caſtr. in conſi. cxcviij. in j.impreſſa.Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia
adde gloſ.in l.ſi filius.ff.de interro.
act.& gloſ.in l.j.§.fi.ff.ſi quis ius di.
non obtemp.in uerbo,pœna.& aliã
gloſ. in l.ſi plures tutelam.ff.de ad-
mi.tuto.quæ glo. non allegatur per
doct.& aliam glo.j.q.iij. in ſumma
tamen gloſ.tenuit contrarium,in c.
ex literis. extrà de cõſt.ſcilicet quòd
contumacia non dicitur eſſe male-
ficium: & ideo cùm ſtatuta propriè
debent intelligi.l.iij.§.hæc uerba.ff.
de negot.geſt. bannitus per contu-
maciã,per ſtatutum nõ dicitur ban-
nitus propter maleficium. Et de hac
materia uidenda ſunt d.per Bald.in
l.j.§.nam tractemus.ff.de tuto.& ra-
tionibus diſtrahen.Bald.in l.fi.C.de
crimine ſtel.per Bald.in l.in multis.
C.de app.per Bal.in l.j.§.fi.ff.ſi quis
ius di.nõ obtemp.aliquid per Imo.
in l.pe.§.ad crimen.ff.de publi.iud.
in xxiiij.col.& Moder. in d.l.ſi mo-
ra.ff.ſolu.matri.dicunt quòd iſta eſt
c communis opin. quòd bannitus ex
contumacia nõ dicatur bannitus ex
maleficio,quia contumacia non re-
peritur inter tract.de publi. uel pri-
uatis delictis. imò ponitur inter ci-
uiles,d.l.j.ſi quis ius di.nõ obtempe.
largè uerò & impropriè ſumitur
pro maleficio.Et in hac materia,ad-
de d.Alber.de Roſa. in quæſt.ſtatu-
torum,in iiij parte,q.xxij. qui ultra
omnes examinat iſtam materiã, ibi
refert omnia do.Cy.& uide Bal.in l.
j.ff.de in lit.iurãdo. qui colligit ar-
27 gumentũ,ex illa lege.*quòd cõdem
natus ex cõtumacia non dicitur con
demnatus ex maleficio: limitat ta-
mẽ hoc,niſi ſtatutũ ultra procederet
quòd contumax haberetur pro con-
feſſo,quia tunc dicitur condẽnatus
ex ficto maleficio, non ex uerò, per
legẽ,ſi tutor.C.de interdic.ma. & di
cit quòd Dyn.tetigit q.in l.cũ filius.
ff.de uerb.oblig. adde tamen quòd
contumacia non ſit delictũ. bene fa
cit glo.in c.cùm non ab homine. in
gloſ.magna,extrà de iudi.ſed quòd
imò,quòd contumacia ſit delictum,
allego in terminis gl.in c.ij.in glo.
morte.extrà de ma.& obe.quæ dicit
quòd propter delictum cõtumaciæ
peribit,& propter contumaciã quis
multatur,& multa pertinet ad fiſcũ.
Iſta probantur in l.reos. & l.multa-
tus.C.de modo multandi.& cũ pœ-
na pertinet ad fiſcũ,talis cauſa dici-
tur criminalis.gloſ. eſt ſingularis in
l.prætor.ff.de ſepul.uiola.nec obſt.
fundamentum Cy. dum dicit,quòd
ideo cõtumacia nõ eſt delictũ: quia
nõ erat poſita inter crimina publica
aut priuata:quia iſtud argu.nihil ua
let nec concludit.nam gl.in l.j.ff.de
fideiuſſ.tuto.& in l.j.§.ſi apud.ff.de-
poſi.dixerũt quòd dolus eſt delictũ:
& tamen titulus de dolo,nõ eſt po-
ſitus inter crimina publica,nec pri-
uata.Præterea pro hac parte allego
bonũ tex.in prima conſtit.ff.in §.il-
lud uero,uer.ludos exercere.& alia
crimina,ubi lex appellat ludũ deli-
ctũ,& titulus,ut alearũ uſus.non po
nitur inter crimina publica aut pri
uata.& de iſta materia,uide do.Nel-
lũ in tractatu bannitorũ, in ij.parte
ſecundi temporis quæſt.lix.& q.lx.

28 *Statutum diſponens quòd contumax habeatur pro conuicto & confeſſo, an ualeat de iure.*

29 *Contumax licet ex fictione ſtatutorū habeatur pro confeſſo, tamen requiritur declaratoria.*

30 *Cōtumax reus antequam cōdēnetur, an ſemper debeat fieri declaratoria.*

31 *Contumacia licet operetur confeſſionem rei, & quòd ſit conuictus tamen de cōtumacia, debet apparere in actis.*

32 *Reo ſponte confitente, etiam ex inordinato proceſſu: ſequi poteſt condemnatio: ſecus ex ficta confeſſione, putà per contumaciam.*

33 *Confeſſio uera delictum uerè probat: ficta autem nunquam uerè delictum probat.*

34 *Notarius cōdemnatus de falſo ex confeſſione uera uel conuictus: nunquam poterit amplius inſtrumenta conficere: tamen damnatus propter contumaciam non perdit inſtrumentorum confectionem. Et ſententia lata cōtra uerè & ſponte confitentem & conuictum, facit illum inhabilem, quò ad omnes. ſi autem lata ex contumacia, & ſic ex confeſſione ficta, præiudicat ſolùm quò ad perſonam ad cuius inſtantiam fuit damnatus.*

35 *Declaratoria, an ſit opus qua iudex pronunciet ſuper contumacia.*

36 *Contumacia negata pronunciandum eſt ſuper ea, aliter non eſt neceſſe.*

37 *Confeſſio ficta quid operetur.*

38 *Statutū quòd quis habeatur pro confeſſo intelligitur, quòad delictum, nō quò ad qualitatem perſonæ aggrauantem delictum.*

39 *Contumax licet habeatur pro confeſſo, tamē quando iudici cōſtaret ipſum non eſſe culpabilem, debet eum abſoluere, non condemnare.*

40 *Sententia lata propter cōtumaciam, an magis dicatur lata pro contumacia, quàm propter delictum.*

ANGELVS.

28 *QVAERITVR tamen, an tale ſtatutum quod diſponit, ꝙ contumax habeatur pro cōuicto, & confeſſo de iure ualeat.[a] Iſtā quæſtionem format Spec. & ibi Ioan Andr. de accuſati. §. ſequitur. & ibi tenent, quòd tale ſtatutū ualet. & Io. And. in c. ueritatis. de dolo & contu. & Bar. in tit. de pace iur. fir. §. iniuria. facit quod no. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. & pro hoc allegat glo. ord. in lege locorum. C. de omni agro deſer. lib. xj. ubi dicit quòd talis contumacia eſt ficta probatio. facit quod notatur per Barto. in leg. omnes populi. ff. de iuſti. & iure. & leg. j. C. de aſſer. toll. ita etiā dicit d. Nellus de ſancto Ge. doctor ſolennis in ſuo opere bannitorum, in ſui princip.

29 *Sed aduertendū eſt, quòd licet contumax ex fictione ſtatutorum habeatur pro confeſſo: tamen requiritur declaratoria: ut eſt tex. & ibi Bart. in l. eius qui delatorē. ff. de iure fiſci. & eſt text. cum glo. in c. cùm ſecundum. de hæreti. in vj. & hoc etiam tenet Bald. in l. tranſigere. in fi. C. de tranſactionibus. & in l. iubemus. §. œconomus. C. de ſacroſan. eccl. ubi plenè: & in uſu feudorum, quibus modis feud. amittatur. cap. j. & in c. j. de feu. ſine culpa non amitt. & in tit. generali alienatione. an feud. uaſal. conti. c. uaſallus.

30 *Ex quibus cautela eſſet, quòd quando reus eſſet contumax, antequam condemnaretur, ſemper fiat declaratoria, quando contumax fuit. Et uirtute illius cōtumaciæ ipſe habetur a

ſtatu





ſtatuto pro confeſſo delictū, & conuicto, de quo cōtra eum inquiritur: facit quod not. in ſimili Iac. But. per illam glo. in l. penult. §. cum autem. C. ad Trebel. & quod not. Barto. ſecūdum Iac. in l. hæc ſtipulatio. §. ij. ff. de oper. no. nuncia. Sed licet hoc eſſet tutius, tamē ſi iudex poſtea de delicto condemnet, & pœnam imponit limitatam à ſtatuto, uidetur tacitè declaraſſe ſuper dicta contumacia, & quòd habitus fuerit pro confeſſo. ad hoc facit, quod not. Barto. in d. l. ſtipulatio. §. pe. nā procedendo ad cōdemnationem uidetur tacitè pronunciaſſe illum haberi pro cōfeſſo: ſicut dicimus de iudice, qui non obſtāte declinatoria fori ad ulteriora procedit, tacitè ſuper declinatoria uidetur pronunciaſſe. l. ij. §. ſi dubitetur. ff. de iudi. & maximè, ſi iudex in ſententia ſua in illa clauſula, & quia conſtat &c. facit mētionem de ſua contumacia, tunc ſuper contumacia & ficta cōfeſsione declaraſſe uidetur: facit quod dicunt doct. quando iudex dicit, uiſo libello, uiſa litis conteſt. &c. quia ſententia facit fidem de prædictis: ut not. docto. in authen. ſi quis in aliquo. C. de eden. Teneas[b] tamen,

31 *quòd licet dicta ſua contumacia hoc operetur: debet tamē in actis hoc prius apparere antequam deueniatur ad condemnationem: nam licet eſſet citatus & ſtatutus terminus ad comparendum, & ipſe in ueritate non comparuit, ſi tamen hoc non apparet ex actis, uel quia notarius nondum ſcripſerat, uel nūcius nondum fecerat relationem: tunc iudex nunquam deueniat ad condemnationē; quoniam talis ſententia non ualeret. arg. not. per Bart. in leg. hoc autem. §. j. ex quib. cau. in poſſ. ea. & l. multum. ff. de condi. & demonſtra.

32 *Sis igitur multū cautus, tu iudex, ꝙ ordinatè facias proceſſum tuum: nam licet ex tali cōtumacia habeatur pro confeſſo & cōuicto: magna tamen eſt differētia inter ueram, & fictam confeſsionem. nam quando tu habes reum qui ſpontaneè confitetur, tunc etiā ex inordinato proceſſu ſecurè potes condemnare: ut not. Bartol. in lege, ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. & dicā infrà, in glo. quando comparent, & totum confitentur, tamen quando eſt ficta confeſſio, nunquam[c] ex tali confeſsione ficta poterit damnari, niſi proceſſus fuerit ritè, & rectè formatus: & ſi fuerit condemnatus, talis ſententia ex inordinato proceſſu ipſo iure non ualet. ita ſingulariter dicit Bald. in additio. ad Specul. in titu. de accuſ. §. & not. quòd accuſatio. uerſicu. & no. quòd ubi libellus &c. facit quod not. Bald. in lege, error. in fin. C. de iur. & facti ignoran. & quod notat. Bartol. in leg. abſentem. ff. de pœn.

33 *Secundò principaliter dicta ficta cōfeſsio habet alium effectum: nam licet uera probet uerè delictum, ut dicta lege, ſi conſenſus. & lege prima & tertia. ff. de confeſsis. & lege, inde Neratius. ff. ad l. Aquil. tamen ficta confeſsio nunquam probat uerè delictum.

34 *Ex quo ſequitur quòd ſi unus notarius damnatus ſit de falſo ex confeſsione uera, uel conuictus, quòd nunquam amplius poterit inſtrumēta conficere: ut in auth. de tabel. §. fin. & not. Bartol. in lege eadem. §. primo. ff. ad leg. Iuliam repetundarū, & tamen ſi eſt damnatus

 pro

propter contumaciam non perdit
d instrumentorum confectionem[d].ita
no.dicit Bar.in l.ſi ideo.in princ.ff.
de euict.& Bal.in l.tranſigere.circa
mediũ.C.de trãſa.magis enim pro-
pter contumaciam & abſentiã ſuam
dicitur eſſe lata ſententia, q̃ quòd
maleficium commiſerit:ut lege,qui
repudiãtis.in fi.ff.de inofficio teſta.
habet & tertium effectũ:nã licet ſen
tentia lata cõtra uerè & ſponte con
fitentem,& conuictũ,& declaratoria
ſuper delicto faciat illũ inhabilẽ &
infamem, quò ad omnes:ut d.l.ſi cõ
feſſus.ff. de cuſto.reorum. & lege,
quoniam de infami.tamen quando
eſt lata in contumaciam, & ſic ex fi-
cta confeſsione:tunc talis ſententia
non facit fidem, nec condemnatio
præiudicat nec ipſum inhabilitat,ni
ſi quò ad illam perſonam ad cuius
e inſtantiam fuit damnatus[e].ita ſin-
gulariter dicit Bar.in l.eius qui de-
latorem. in fin.de iure fiſci.per ca-
ſum in leg.ij.§.fi.ff.eod.

ADNOT. a ¶De iure ualeat. *Franc.de areti.in conſ.cxlvij.& ibi con-
tra talem fictam confeſsionẽ poſsit pro-
bari de innocentia rei,& ibi etiam quòd
talis contumax uidetur confiteri delictũ
cum omnibus qualitatibus ſuis in accuſa
tione uel inquiſitione deductis. allegat
Bal.in l.quoniam.de his qui no.infa. &
in leg.ij.C.de iura.calum.Ang.tamen in
conſi.cxlvj.dicit, quòd uidetur confiteri
factum,non qualitatẽ facti.& uide Pet.
de Ancha.in conſi.ccccix.ubi quòd mu-
lier accuſata de adulterio ſi fuit contu-
max,non uidetur fateri matrimoniũ:&
ibi quòd habetur contumax pro confeſſo
quò ad pœnam fiſco applicandã non quò
ad pœnã applicandam parti quo ad eius
intereſſe.& adde quòd tale ſtatutũ ua-
leat.& uide Cæ.in conſi.xlj.& ibi quòd
tale ſtatutum non debet intelligi taliter,
quòd contumax de cuius innocentia con-
ſtat haberetur pro cõfeſſo.& uide ad ma
teriam Bar.in conſi.ccvij.& conſi.cxvj.*

b ¶Teneas tamen. *Adde quod eam-
dem ſententiam tenet Franc.de Rampo.
in conſi.Cald.in titu.de re iu.conſi.viij.ſe
cutus Bar.in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de
dam.inſe.Ber.*

c ¶Nunquam ex tali. *Adde & uide
Pet.de Anchar.conſi.ccccix.& Abb.in
conſi.xxiiij.Ber.*

d ¶Confectionem. *Adde & uide
Pau.de Caſtr.in conſi.cxcviij.& Barto.
in conſi.xj.*

e ¶Fuit damnatus. *Adde & uide Ro.
in conſi.liij.Bar.in con.cvj.incip.ſtatuti
Peruſinæ ciuitatis.& Abb.in conſi.lxvj.*

AVG. Tu autem in hac materia
adde inquantũ dictum eſt,an ualeat
ſtatutum quòd contumax habeatur
pro confeſſo : quòd in terminis ui-
detur gl.in leg.ij. §.ſenatus.ff.de iu
re fiſci.quæ uidetur etiã uelle quòd
contumax habeatur pro cõfeſſo de
iure.&bonus tex.in leg.Arrianus.ff.
eo.tit.de iure fiſci.& boni text.alle-
gantur à Bart.in dicta leg.locorum.
C.de omni agro deſer.& omnino
ibi uide Ang.Sed in contrariũ mul-
tum faciunt ea quę notauit Ro.in l.
lege Cornelia.ff.ad Silla.qui diſpu-
tans illum articulum, an per ſtatu-
tum poteſt induci, quòd per fugam
inducatur uera probatio,dicit quòd
de iure habemus unam glo. ſingu-
larem.iiij.quæſt.j.in ſumma,quę di-
cit,quòd propter cõtumaciam quis
non poteſt cõdemnari ad mortem,
quæ glo.Bal.in leg.data opera.ſole
bat dicere quòd alibi non reperie-
batur:ſi ergo contumacia uera non
poteſt



poteſt facere quòd quis condemne-
tur ad mortem:quomodo ergo iſta
confeſsio ficta reſultans ex tali cõtu
macia operabitur hoc, quòd quis
poſsit decapitari,quãdo ſtatutum di
cit in criminalibus quòd contumax
habeatur pro confeſſo,cũ non poſ-
ſit plus fictio quàm ueritas : ut not.
in l.ſi is qui pro emptore.ff.de uſu-
cap.non obſtant illa iura quæ ſunt
allegata pro illa parte,quòd contu-
max habeatur pro confeſso : quia
ut dicit Ang.in dicta lege,locorum.
hoc non eſt regulariter : ſed ſolum
eſt in caſibus expreſsis.Et ideo Ro.
in dicta l.lege Cornelia.cõcludebat
non tenere ſtatutum in criminali-
bus,quòd per fugam inducatur ue-
ra probatio: quia illa fuga, quia eſt
abſens inducit contumaciã,& pro-
pter contumaciam quis non poteſt
puniri capitaliter.Idem eſſet dicen
dũ in caſu noſtro, quicquid ſit cum
ſtatuta ſint hodie præciſa per totam
Italiam.credo tale ſtatutum ualere:
quia ſtatuta ſunt ius ciuile. l.omnes
populi.ff.de iuſti.& iure.& ideo ca-
ſu iſto erit caſus expreſſus hoc in iu
re ciuili,poſtquam ſtatutum hoc ex-
preſsè dicit.& ſic militabit do.Ang.
in d.l.locorũ.ad illam glo.ſingula-
rem.iiij.q.j.in ſumma reſponde : ut
pulchrè dicit Imo.in c.ij.extrà de ma
ioritate,& obedien.qui latè exami-
nat materiã illius gl.in illo articulo
cũ dicitur, qui nõ obedit principi,
35 morte moriatur.*Et aduerte inquã-
tum ſuprà tactũ eſt,an opus ſit decla
ratoria, quòd iudex pronunciet ſu-
per contumacia,quòd Anto.de But.
in c.cũ dilecti.extrà de dolo & con-
tu.in ſeptima colum.ibi,ultimò ad-
uerte,ibi ponderabat eſſe text.bo-
num ad hoc dicens,quod aduerten
dum eſt ad illam literam quæ dicit
quòd papa illum ibi reputauit con-
tumacem:ex qua habes cautum eſſe
iudicem,quando procedit cõtra ali
quem ut contumacẽ, ut ante omnia
eum reputet contumacem, uel ali-
quid interloquatur, per quod oſten
dat eum eſſe contumacẽ:ut ſic oſten
dat ſibi de cõtumacia liquere : nam
non ſufficit eum contumacem eſſe,
niſi ſibi liqueat de contumacia.alle
gat leg.hæc autem.ibi, conſtare li-
querit.ff.ex quibus cau. in poſſ.ea-
tur.& dicit, uide Bar.in l.iiij.§.prę-
tor.ff.de dam.infect.& idem uoluit
Ant.de But.in c.cum dilecti.extrà de
electio.uel de dolo & cõtu. Et adde
omnino Bald.in leg.j.C.ne ex deli-
ctis defunctorum.in iiij.colum.qui
faciens mentionem de doctr.Barto.
in dicta lege,eius qui delatorẽ. pri-
mò arguit pro opinio.Bartol. poſt-
ea in contrarium arguit:& pro opi
nione Bartol.dicit, quòd ſi per le-
gem uel ſtatutum aliquis habetur
pro confeſſo, intellige & intelligi
debet ſi iudici uidebitur. Et ideo iu
dex debet interloqui, & pro hoc
allegat.legẽ,generaliter.§.j.C.de re
bus credi.ſed dicit, quòd in contra-
rium facit l.penult.C.ad Trebellia.
ubi ſatis eſt, quòd ex actis apparet:
quia, quod certum eſt,non indiget
declaratione.l.quoties.ff.de proba-
tio.§.fin.& quod not.in leg.j.in fin.
ff.de do.præleg.ſed ipſe Bald.ſaluat
dictum Bar.limitando:quam limita
35 tionem ſemper no.quia dicit,*ſi ne
gatur cõtumacia, eſt pronunciandũ:
aliàs non eſt neceſſe.ex quo liquet
ex actis,quia ſi negatur,iſta eſt quę-
ſtio emergẽs,& ideo pronũciãdum.

Item quòd non requiratur illa in-
terlocutoria,uidetur etiam Bald.te-
nere contrarium in c.j.de feud. ſine
culpa non amitt. quia in iſtis huiuſ-
modi quaſi notoriis non requiritur
alia declaratio, per ea quæ haben-
tur in c.peruenit. extrà de appella-
tio.& in c.ueſtra.extrà de cohabita-
37 tione clericorum & mulierũ.*Item
inquantum dominus Angel. hic cir
ca effectum ſecundum dictæ con-
feſsionis fictæ, quid operetur talis
confeſsio ficta, exemplificat, quod
aliud eſt, quod de delicto conſtet
per ueram confeſsionem:aliud pro
pter fictam confeſsionẽ:quia ſi no-
tarius propter contumaciam ban-
niatur,poterit confiteri alia inſtru-
menta. adde Bald. in l. in exercen-
dis.C.de fide inſtrumento.in iiij.co
lum. qui uidetur tenere contra Bar-
tol. ſed melius & expreſsius tenet
contra Bartol.Bald.in additionibus
Specul.in titu. de inſtrumen.edi. in
vij.colum.& cõtra doctrinam dom.
Angel.hic uide pulchra uerba, quæ
poſuit Ange.in l.ſi is qui.§.ſi tu Ti-
tium.ff.de fur.ubi ponit exemplum,
quòd licet per ſtatutum bãnitus ha-
beatur pro confeſſo: tamẽ propter
talem cõtumaciam debet uerè con-
ſtare de delicto:ac ſi per ueram cõ-
feſsionem, uel ac ſi per teſtes ueros
conſtaret de delicto.ibi uide. & ui-
de Pau.de Caſt.in conſil.ſuo cxcvij.
qui ponit latè multa allegando, an
iſti tales banniti per contumaciam
ſint infames, & quando, & allegat
bona iura tex.& glo.& Bartol.uide
tamen quod conſuluit Pet.de Anc.
38 in conſilio ſuo ccccix. qui dicit,*q
ſtatutũ,quòd quis habeatur pro con
feſſo, non debet intelligi, cùm eſt
actum cum accuſatore illegitimo:
ita tale ſtatutum intelligitur quò ad
delictum, nõ quò ad qualitatẽ per-
ſonæ aggrauantis delictum:& ideo
ibi conſuluit,quòd maritus qui uer
berauit acriter uxorem Bononiæ,&
ipſa aufugit Ferrariã, & poſtea ipſe
accuſauit eam de furto & adulte-
rio,ad hoc ut lucretur dotem,& per
contumaciam ipſa cõdemnetur ri-
gore ſtatuti,quòd contumax habea-
tur pro confeſſo, quòd propter hoc
iſte non lucratur dotem,licet ſtatu-
tum dicat, quòd habeatur pro con-
feſſo contumax.& idem dixit Ang.
in conſi.ſuo cxliiij.incipiente, ſuper
primo dicto. quòd licet cõtumax ha
beatur pro confitente factũ,non au
tem qualitatem facti. adde conſilii
Barto.xcvj.incipien.domino Cyni
39 de Bononia.qui ponit,*quòd licet
contumax haberi debeat pro con-
feſſo:tamen quãdo iudici conſtaret
ipſum non eſſe culpabilẽ,quòd de-
beat abſoluere & non cõdẽnare.&
uide in conſilio ſuo cij. qui ponit
ſtante ſtatuto prædicto, an iudex
poſsit recipere informationes quæ
ad abſolu.aut cõdemnatio. & quid
ſi terminus ſtatuti in quo compare-
re debebat eſt elapſus,an iudex hoc
poſsit, & quas exceptiones poteſt
ipſe bannitus opponere elapſo ter-
40 mino ſtatuti. *an autem ſentẽtia la
ta propter contumaciam magis li-
catur lata per contumaciam quàm
propter delictũ,adde Bart. in l.Papi
nianus.§.meminiſſe.ff.de inoff.teſt.
& quod habetur in l.qui repudiãt.
eo.tit.& quod not.Bal.Ang.& mo.
in l.inter ſtipulantẽ.§.j.ff.de uerbo.
oblig.Bar.in l.j.in fin.ſi quis iusdi.
non obtem.Bart.in leg.uinum.ſi
cer.



certum petatur.Bald. in l. prima.C.
de confeſ.& Bald.in l.fi. C. de pro-
cur.faciunt etiam not.in leg.abſen-
tem.ff.de pœn.cum ſimi.& Barto.in
l.omne. §.j.ff.de re mili.

41 *Inquiſitio regulariter non ſit contra*
*mortuum,& ſi pendente iudicio reus*
*moriatur,tollitur omne delictum con*
*tra eum.*
42 *Delicta quæ non ſunt publica non ex-*
*tinguuntur morte,ſi lis fuit conteſta-*
*ta contra defunctum,uel habita pro*
*conteſtata.*
43 *Cadauer rei mortui pendente iudicio,*
*an debet ſuſpendi uel circa illud ali-*
*quid aliud fieri.*
44 *Reo mortuo poſt appellationem,quid*
*erit,an hæres appellaret.*
45 *Contumax ſi habeatur pro confeſſo*
*& conuicto ex forma ſtatuti,& mo-*
*riatur ante condemnationem,an pœ-*
*na tranſeat ad hæredes.*
46 *Inquiri in quibus caſibus poſsit in cri*
*mine læſæ maieſta.reo mortuo,& il-*
*lius memoria damnari.*
47 *Mortuo reo ante ſententiã iudicium*
*criminale finitur regulariter,& me-*
*moria hominis non damnatur:limita*
*niſi hæres uellet ſententiam ferri pro*
*purganda infamia defuncti.*
48 *Cadauer rei an furca ſuſpendi poſsit.*
49 *Reo mortuo poſt appellationem an ta*
*lis ſententia afficiat hæredes.*
50 *Statuto dicente quòd quis habeatur* a
*pro confeſſo,& quis moritur ante con*
*demnationem, an pœna tranſeat ad*
*hæredes.*

ANGELVS.

41 *ET prædicta procedunt quan-
do proceditur contra uiuum. ſi au-
tem iam eſſet mortuus reus,uel pen
dente iudicio moreretur,tunc mors
tollit omne delictum,& contra eum
regulariter inquiri nõ poteſt,& in-
quiſitio formata debet circunduci:
niſi in caſibus qui habentur in l.ex
iudiciorum.& ibi gloſ.& Bart.ff.de
accuſa.Item quoties non principali-
ter pœna eſt corporis afflictiua:ſed
principaliter cauſa, & quæſtio erat
ſuper bonis, quoniam tunc quam-
uis reus ſit mortuus, tamen adhuc
quæſtio durat ſuper bonis:ut le.fin.
C.ſi reus,uel accuſa.mor.fue.& C.ſi
pen.app. mors interueniat.l.iij.alia
delicta publica etiam lit.conteſt.nõ
tranſeunt ad hæredem: imò morte
extinguuntur:ut d.l.ex iudiciorum.
42 *Alia autem delicta quæ non ſunt
publica,non extinguuntur morte,ſi
lis fuit conteſta. contra defunctum,
uel habita pro conteſt.l.j.& ibi glo.
& per Bald. ibi.C.ne ex delictis de-
fun.uel ſi aliquid ad hæredem per-
uenit:ut l.j. & ibi Barto.ff.de priua.
delic.facit quod not.gloſ. in §. per
contrarium. inſtit.de hæred.quæ ab
inteſta.defer.& nota bene quòd in
crimine læſæ maieſtatis,& ſimilium
quæ non expirant morte, & in qui-
bus etiam procedi poteſt poſt mor-
tem,quòd ſententia,& ſic etiam in-
quiſitio non debet eſſe cõtra illum
mortuũ,nec eum condemnari, cum
ſit mortuus,ſed contra eius memo-
riam inquiri,uel eius memoriã dam
nari[a], uel pronunciari, & declarari
eum contra principem,uel rempu-
blicam feciſſe:& per hoc eius bona
in fiſcum inferri: nam propter hoc
memoria eius damnatur,& infamia
quadã defunctus afficitur: ita dicit
ſingulariter gl.in d.§.per cõtrariũ.
quod ſingulariter not. in modo pra
cticandi,& ſemel in ciuitate Vulte-
ratum habui de facto:de quo etiam

uide quæ dixi ſ.eo.in gloſ.(che hai
tradito la tua patria.)in uerſicu.&
bene aduertas quòd tale crimen.
43 *An autē cōtra cadauer ſit aliquid
faciēdū:ut ꝙ ſuſpēdatur uel ut quid
aliud fiat.Ang.in l.j.ff.de publi.iud.
& ibi Imo.& Bald.in l.j.C.ne ex de-
lict.defunct.dicit,quòd nō, allegat
etiā Cy.in l.ij.C.qui teſtamēta face-
re poſſ.ubi uidetur hoc etiā tenere.
& ſic dicit Ang.caueat autem iudex,
quando delinquēs moritur proceſ-
ſu pendēte,quòd eius cadauer non
ſuſpēdatur,aliàs tenetur in ſyndica-
tu:ut l.j.§.quoties.ff.de iniu.dicit ta
men ibi Imo.quòd aliquando con-
trarium ſeruatur in famoſis malefa
ctoribus:& hoc in odium eorū ui-
detur poſſe tolerari:ut in c.mulier.
xv.q.j.dic ut ibi per Imol.ubi etiam
allegat quod habetur in c.inter mo
naſterium.§.j.de ſtatu monachorū.
44 *Quid ſi reus deceſsit poſt appel-
lationem,quid erit?Bar.in d.l.ex iu-
diciorū.dicit,ꝙ ſi decedat intra de-
cem dies qui dātur ad appellandū,
quòd hæres eius debet appellare:
aliàs cū lis ſit conteſta.& defunctus
dānatus,talis ſentētia afficeret hære
des,niſi appellarent:ſed de iſta quæ
ſtio.latius dicit Bald.& Imo.in leg.
qui latronibus.§.j.ff.de teſta.&Bal.
in leg.ſi quis filio.§.eius.ff.de iniu-
ſto rupto teſta.ubi cōcludunt,ut di-
cam j.in gloſ.ſuper uerbo,præſente
Titio & appellante &c.uide etiam
Imo.qui ſimiliter tenet glo.in l.de-
45 functo.ff.de publi.iudi.*Quid ſi ha-
beatur pro confeſſo & conuicto cō
tumax ex forma ſtatuti,& moritur
ante condemnationem: an pœna
tranſeat ad hæredes?uidetur quòd
nō:quia requiritur litis conteſta.&
ſententia ad hoc ut cōtra hæredem
tranſeat:ut d.l.ex iudiciorum.& ita
tenet Dy.Bar.tamen ibi determinat
contrarium:ſed de hoc dicit latius
Bald.& Imo.in d.l.qui à latronibus,
§.j.& in d.§.eius.ubi Bal.nititur cō-
cordare opinionem:quia dicit opi
nionem Barto.uerā,ſi poſt interlo
cutoriam bāni ſecuta ſit diffinitiua,
aliàs procedit opinio Dyn.facit l.j.
cum gloſſ.C.de modo multandi.&
iſtud mihi placet,licet Imo.uidea-
tur dicere,quòd indiſtinctè ſit uera
opinio Dy.etiam ſi ſecuta ſit diffini
tiua, quoniā illa conſueuit ferri con
ditionaliter: quia dānari conſueuit
ad mortem,ſi ueniret in fortiā com-
munis &c. Et licet pœna uideatur
capitalis:& in conſequentiā tenere
tacitam bonorū publicationē,iuxta
nota.in l.deportatorum.C.de pœn.
cum ſimilibus.tamē ex quo eſt con-
ditionalis,ſuſpenditur eius effectus
in conditionis euentum:ut l.j.§.ſi-
duum.ff.quādo appellandū ſit.& ſic
interim nō habet effectū cōtra dā-
natum in ipſa pœna capitali:ne cō-
ſequenter in bonorū publicatione:
ergo cōſequenter:nec contra hære
dem,ſi interim moriatur.argu.d.l.
qui à latronibus. §.j. Et hoc dicit
procedere multo magis hodie,ubi
bona damnatorū in conſequentiam
non publicātur: ut in authen.bona
damnatorū.C.de bonis dānatorum,
ſed etiā non obſtāte opinione Imo.
ego tenerē concordiā Bal.nec obſt.
quod dicit Imo.quoniā ſententia la
ta cōtra cōtumacem & abſentē fer-
tur purè & ſimpliciter, ſine aliqua
conditione:licet eius executio dif-
feratur in conditionis euentū,ut
licet, quòd dicitur, & quia cōtra
nobis



nobis cōmiſiſſe per ueram & legi-
timam cōfeſsionē habitā ex ſua con
tumacia ſecundū formā ſtatutorum
&c.idcirco ipſum Titium in ampu-
tatione capitis condēnamus & eius
bona publicamus: uerum ſi quo tē-
pore uenerit in fortiā communis,
quòd ducatur & duci debeat uſque
ad locum iuſtitiæ,& ibi decapitetur
&c.& ſic bonus iudex debet forma-
re uerba ſententiæ hoc modo,& ſic
formādo neceſſariò ſequitur,quòd
ſententia eſt purè lata non ſub cō-
ditione.Ideo habet,& ſtatim ſorti-
tur effectum:& ſic erit uera opinio
Bar.& Bal.& ita practicatur:& hunc
modum pronunciādi ſentit gloſſ.in
authē.de leno.§.ſi quis autē.in uer-
bo,expellatur.quam glo.allegat Ia-
cob.de Belui.in authen.de pace te-
nenda.in princi.& dicam j.in gloſſ.
ſuper uerbo, caput à ſpatulis am-
putetur &c.

ADNOTA. a ¶ Memoriam
damnari.*Adde circa hoc,& uide quæ
ponit Cæp.in conſi.xvij.& uide Bal.po-
nentem practicam in conſil.lx.in ij.uo-
lumi.* Ber.

AVGV. Tu autem in hac mate
ria inquantum ſupradictū eſt,quòd
mortuo delinquente,nō poteſt am-
plius formari inquiſitio uel accuſa-
tio cōtra mortuū,niſi in certis caſi-
bus expreſsis &c.adde hic quæ di-
cta ſunt ſ.in gloſſ.(Che hai tradito
la tua patria.)in uerbo,& bene ad-
uertas.ubi de iure canonico aliqua
allegaui in materia ad intellectum
tex.glo.& Bar.in d.l.ex iudiciorum.
ff.de accu.& uide gloſſ.magiſtrā de
iure canonico.xxiiij.q.ij.in ſumma.
quę ponit regulam & fallētias quid
de iure ciuili & quid de iure cano-
nico,& ibi uide multos text.allega-
tos de iure canonico ab illa gloſſ.
quos non allego breuitatis cauſa:
quia parū eſſet mihi hoc tranſcribe
re.Sed in materia tene menti unum
ſingulare uerbū quod poſuit Ang.
in conſi.ſuo ccxxj.incipiē.in Dei no
mine & ſuæ Matris uirginis glorio-
ſæ:pro deciſione cōſultationis præ-
46 dictæ,qui dicit*quòd licet in crimi
ne læſæ maieſtatis poſt mortē de-
linquentis poteſt quæri de delicto
tali,& memoria eius dānari: tamen
hoc habet locum ſolū in duobus ca
ſibus.Primus,quando cōtra perſo-
nam Imperatoris hoc fieret.Secun-
dus,quādo contra rempubli.Roma
manorum committeretur tale deli-
ctum:caſum allegat in terminis in l.
iij.ff.ad l.Iul.maieſtatis.In omnibus
autem aliis capitulis criminis læſæ
maieſtatis hoc non eſt, quia ceſſat
proceſſus damnādi memoriam ho-
minis.pro hac opinio.Ange.etiā eſt
glo.in d.l.ex iudiciorum.ff.de accu.
Et ideo conſuluit Ange.quòd cùm
in ciuitate Lucana quidā ciuis con-
tra illā rempubli.commiſiſſet crimē
læſæ maieſtatis,quòd cū illa non ſit
reſpu.Romanorū, nō tenuit illa ſen
tentia lata contra illū ciuē mortuū,
nec confiſcatio bonorum: dicit ta-
men quòd bene ualeret ſtatutum fa
ctum per illā ciuitatē Lucanā,ſi ex-
preſsè diceretur in ſtatuto,ꝙ poſt
mortem delinquētis poſſet proce-
di,& cōtra mortuum delinquētē,&
contra bona ſua.Dubito de iſta de-
ciſione Angel.quia hodie quilibet
princeps & quælibet reſpubli.uolūt
habere prærogatiuas Cęſaris & rei-
publi.Romanorū,iuxta ea quæ di-
xit Bart.in l.infamē.ff.de publi.iudi.
cum

cum ſimilibus.& quæ ſit ratio uiua
quare poſt mortē delinquētis non
poteſt quæri de delicto:uide omni
no pulchra uerba Ange.in l.j.C.ne
ex delictis defun.in prin.adde quæ
dicta ſunt ſ.in glo.(Che hai tradito
la tua patria.)in glo.in uerbo,& be
ne aduertas. & quando dānatur me
moria,uide Bart.in l.qui à latroni-
bus.§.fi.ff.de teſtamē.& uide gloſſ.
xxiij.diſ.c.quorundā.& c.officii.ex-
47 trà de pœni.& & remiſ.*Et inquan
tum ſuprà tactū eſt,ꝙ poſt mortem
rei delinquētis ante ſententiā iudi-
cium criminale regulariter finitur,
& memoria hominis damnari non
poteſt: limita hoc nō procedere ſi
hæres uellet,quòd pro purgāda in-
famia defuncti,quòd ſentētia ferre
tur:quia pro ſuo intereſſe poteſt
inſtare;ut ſentētia feratur poſt mor
tem,ita dicit Bart.in l.j.in ij.colum.
C.ne ex delictis defun.caſum alle-
gat ſingularem ſecundū ipſum, qui
alibi in iure non reperitur, in l.filię.
48 §.fœmina.ff.de adimē.leg. *Itē in-
quantum ſupradictū eſt, an cadauer
mortuum poſsit furca ſuſpendi.ad-
de quod Ange.in l.fi.C.ſi pendente
appella.mortuus fuerit.multùm ex-
clamat contra aſſeſſores,qui cadaue
ra mortuorū delinquētia quæ obie-
runt ante ſententiā, faciūt ſuſpende
re,uel igne comburi.& idem dixit
Ange.in d.l.ij.C.qui teſtamen.face-
re poſſ.licet ibi dicat,quòd aliquā-
do uiderit contrarium obſeruari &
malè:quia eſt contra text.in d.l.fi.C.
ſi pendente appella.mors interue.
ubi dicitur,quòd crimen eſt extin-
ctum per mortē, quòd nulla pœna
debetur,ſi nullū eſt crimen:ideo ra
tiones Bald.quas adduxit in d.l.j.C.
ne ex delictis defun.multùm urgēt
pro hac parte, quibus malè poteſt
reſponderi:licet Bal.in l.ij.C.qui te
ſta.facere poſſunt. dicat,quòd hoc
eſt arbitrarium:& in arbitrio iudi-
cis,per clemen. j.in uerbo,pœniten
tię.de pœni.& Fulgo.in d.l.ij.refert
ibi dictum Bald.& cū reprehendit,
quòd nihil inuenit ad propoſitū in
d.cle.j.ſed aduerte quia mihi placet
opinio Imo.quam poſuit in d.l.de-
functo.ſcilicet,quòd in famoſis la-
tronibus & malefactoribus hoc nó
procederet:quia in odium ipſorum
cadauera poſſunt ſuſpendi,uel igne
comburi.& iſtā partē tenet Ro.in l.
ſi uerò.§.de uiro.ff.ſol.matrimo.in
xlvj.fallētia.& Roma.in d.l.ij.C.qui
teſtamē.facere poſſunt.qui dicit ibi,
opinio Bal.hic poteſt procedere in
famoſo latrone, per id quod no.gl.
ſing.in l.ij.ff.arbo.fur.cæſ.dum dīt
latrones mortuos beſtiis ſubiici,&
ibi allegat multa quæ fuerūt allega
ta ab Imo.in d.l.defuncto.ſed con-
tra Bald.Imo.Ro.arguo ſic:ſi tan-
tum eſt lege, qui ſunt illi caſus
quibus poſt mortē quis poteſt iniu-
riari,calumniari & dānari:ut in l.ex
iudiciorum.ff.de accu.& lex noluit
ultra procedere, quomodo uolu-
mus nos ultra procedere cōtra leg.
ſcriptam? iudex ergo tenebitur in
ſyndicatu:ut dicit Angel.in d.l.de-
functo.& maximè quia ibi in d.l.ex
iudiciorum.& in gloſſ.enumerātur
illi caſus atrociſsimi,odio quorum
lex noluit,quòd poſt mortem dam-
netur memoria hominis: unde ſi
lex habuit conſiderationem eti⁊de
caſibus atrociſsimis:& ſicut lex ha-
buit conſideratione de crimine læ-
ſæ maieſtatis, hæreſi,& repetunda-
rum,ita dixiſſet de famoſis latro-
nibus & ſimilibus : niſi reſpondea-
mus,quòd lex etiam quādoq; com-
prehendit alios caſus ibi non enu-
meratos.& probo per illummet tex.
in l.iudiciorum.nam ibi dicit quòd
mortuo delinquēte iudicium expi-
rat: ſed fallit ibi in duobus caſibus
enumeratis in tex.ſcilicet in crimi-
ne læſę maie.& repetundarū:tamen
ibi gloſ.ultra illos duos caſus enu-
meratos in tex.addidit alios quin-
que,& ſic non eſt abſonū ultra alios
quinq; caſus enumeratos per gloſ.ſi
docto.addunt alios extendēdo per
bonas rationes.& maximè : quia ex
cauſa licitum eſt leges tranſgredi,
& ſtatuta,iuxta regulam uulgarem
Inno.in c.j.de conſti.& per no.in l.
quid ergo.§.pœna grauior.ff.de iis
qui not.infa.& de materia per Ang.
in l.qui à latronibus.§.j.ff.de teſta.
& adde dominum Catald.in tracta.
ſyndi.q.cxlvj.qui dicit, ꝙ eſt in ar-
bitrio iudicis,an corpus mortuum
uelit facere ſuſpēdere: quia illud eſt
49 corpus pœnæ. *Item inquantū ſu-
prà tactū eſt, quando reus deceſsit
poſt appellationem,quid erit an ta
lis ſententia afficiat hęredes? Tu de
hac materia adde omnino quæ ſin-
gulariter dixit Bald.in l.j.C.ne ex
delict. defun.in iiij.colum.ubi not.
loquitur.& ibi facit mentionē quo-
modo Bar.fuit in hac materia con-
tra ſententiam Dy.& omnino Bald.
in l.iij.C.ſi pendent. appella. mors
interue.& ibi in l.j.in fin.C.ſi reus
uel accuſa. mortu. fue. qui uidetur
uelle,quòd opinio gloſ.& Barto.ſit
communis.Et illa gloſſ.in d.l.ex iu-
diciorum.quæ allegatur in iſta ma-
teria Ange.in l.& poſt.ff.de tranſa-
ctio.dixit illam glo.ſingularē & nō
eſſe alibi.& idem magnifecit illam
gloſ.Bar.in l.furti.ff.de his qui not.
infa.in ij.colum.& ibi limitat illam
glo.& uide Bart.in l.ſi qua pœna.ff.
de uerbo.ſigni.& Albe.de Roſa.in
quarta parte ſtatutorum.quæſt.xxv.
& uide per dominum Angel. in-
50 frà,in ulti.colum.*Inquantum ulti-
mo loco tangit domi. Angel.hîc,
ſi ex forma ſtatuti quis habetur pro
confeſſo, & quis moritur ante con-
demnationem,an pœna trāſeat ad
hæredes.adde quod Bal.multū not.
loquitur in l.j.C.ne ex delictis de-
functorum.in iij.colū.& aliquid per
Bal.in authen.bona damnatorū.C.
de bonis damnato. & faciunt not.
per Bal.in l.j.C.de condi.inſer.Item
uide Alberi.de Roſa. in iiij. parte
ſtatutorum queſt.xxv.& omnino ui-
de in ulti.glo.in ulti.uerſicu.in ulti.
additione mea.

51 *Statuto cauetur, quòd non compa-
rens ponatur in banno,de quo nō ex-
trahatur,donec ſoluat condemnatio-
nem mille,quidam ſic fuit in banno
poſitus,& non uult ſoluere mille:an
fiſcus poterit facere executionem in
bonis iſtius uſque ad ſummam mille.*

52 *Statuto ſtante, ut ſuprà,ſi banni-
tus moriatur in banno, an habebit
bannum executionem contra hæredes
banniti.*

53 *Iudex poſuit Titium in banno cen-
tum librarum, quia Seium uulnera-
uit:an iudex compellatur illas libras
exigere.*

54 *Bannitus fuit quidā tali banno,quòd
trāſiuit in rem iudicatam,puta quia
reus nunquàm comparuit: quis po-
teſt petere,quòd talis bannitus exima
tur à banno.*

ANGELVS.

51 * QVID ſi ſtatuto cauetur, quòd
non cõparens ponatur in banno,
de quo non extrahatur, donec ſol-
uat condemnationem mille? modo
quidã eſt poſitus in banno, & non
uult ſoluere mille, an fiſcus poterit
facere executionem in bonis iſtius,
& accipere bona uſq; ad mille? Bal.
in d. authenti. bona. arguit primò,
quòd ſic: quia cũ ſit ſententia lata,
ergo meretur executionẽ, & mitte-
tur executioni per iudicẽ maleficio
rum qui eam tulit: ut l. ſi quis inter.
C. de bonis proſcri. aliàs ſi executio
nẽ nõ mereretur, fruſtra eſſet lata.
facit quod not. Dy. in l. poſt cõtra-
ctum. ibi Barto. ff. de dona. ubi dicũt
quòd bona damnati ſunt obligata
pro cõdemnatione ſoluenda. facit
gl. in l. reſcriptum. ff. de pac. in prin.
In contrarium allegat Bal. quia iſte
uidetur debitor alternatiuus: ideo
electio eſt ſua: ut l. plerunq;. in fin. ff.
de iure dot. facit quod not. Bal. in l.
quicunq;. & ibi not. Barto. C. de ſer.
fugi. Præterea donec paret banno
ſtando abſens, aliter in pecunia ſa-
tiſfacere compelli non poteſt: ut l. ſi
pecuniã. ff. de condi. ob. cau. Ex quo
52 infert Bald.* quòd ſi iſte moreretur
in banno, quòd tale bannũ execu-
tionem nõ haberet contra eius hæ-
redem: de quo tamẽ etiam latius ſu
prà dixi: nã quilibet bãnitus nõ co-
gitur ad ſatiſfactionem pœnarum:
ut l. ſed ſi unius. §. ſi ante iudicem. ff.
de iniur. Præterea ſi fieret talis exe-
cutio, bannitus conſequeretur præ-
mium: quia per ſolutionẽ rebanni-
retur: ſed hoc nõ debet fieri, cũ ſta-
tutum ſit in eius odium factũ. igitur
&c. ut d. l. ſi quis inter. Itẽ ſi ita eſſet,
non fueret bannitus aliquam pœ-
nam in corpore uel bonis, quia ipſe
non dedit: ſed ſi eſſet in banno, ha-
bet pœnam corporalẽ &c. iſtud di-
cit, quòd practicatur, quod nota, ma
ximè in ciuitate Bononiæ, ubi mul-
ti banniuntur in certa quantitate
pecuniȩ, ubi ſe abſentãt, an in com
bonis poſsit fieri executio: aliàs ego
audiui doctiſsimos aduocatos pra
cticaſſe iſtam ultimam partem: quia
fiſcus non poteſt accipere iſta mille
inuito ipſo bannito, & allegabãt ipſi
iſtam rationẽ: quia maior eſt pœna
corporalis minima, quàm alia maxi
ma pecuniaria. l. in ſeruorũ. ff. de pœ.
cum ſimi. Si ſit ergo tale ſtatutũ in-
quantum uult quòd banniti rebãniã
tur ſoluẽdo mille, hoc tẽdit in bene
ficium ipſius banniti: beneficium er-
go nõ debet cõferri in inuitũ in re-
gula, beneficiũ. de re. iur. nec crede-
rem iſto caſu etiã ſi magis expediret
ipſi bãnito ſtare in bãnum, quàm ſol
uere iſta mille, quòd in odium ſuũ fi
ſcus poſſet iſto caſu exigere illa mil
le ipſo inuito: quia cũ ſtatutũ alterna
tiuè quodammodo dederit ſibi hoc
beneficiũ, nõ poteſt amplius auferri
ipſo inuito, per ea quæ not. doc. in l.
omnes populi. ff. de iuſt. & iur. & per
c. j. extra de conſti. & imputetur con-
dentibus ſtatuta, quòd non fecerunt
53 ſtatutum clarius. * Aduertas tamen
ſecundum Iac. Butr. in l. j. C. commi.
uel epi. iudex poſuit Titium ex uul-
nere in Seiũ illato in banno centum
librarũ, an iudex compellatur illa
exigere: & dicit quòd non, niſi ſecu
ta ſententia condẽnatoria, quia tale
bannũ eſt quædam cõminatio dictæ
pœnæ: ergo non habet uim ſenten-
tiæ: ut d. l. j. & ideo iudex poſſet ex
cauſa



a cauſa & minuere[a] & augere dictam
pœnã cõminatã: ut l. illicitas. §. fin. ff.
de offi. præſi. & hoc ſequitur Salic. in
d. l. j. niſi aliter à ſtatuto eſſet proui-
54 ſum.* Quero, aliquis eſt bannitus ta
li banno q̄d tranſit in rẽ iudicatã, ui
delicet q̄a reus nũquam cõparuit, q̄s
poteſt petere ꝙ talis bannitus exi-
matur à bãno? reſpõdet Bal. in rub. C.
de iu. fiſ. lib. x. uer. econtra q̄s poterit
petere &c. ꝙ cognatus uel affinis bã
b niti, & non alius[b]. ff. de pœ. l. in me-
tallũ damnati. nec ob. l. non tantũ. ff.
de app. quia aut bannum uel ſenten
tia trãſit in rem iudicatam, & ſumus
in executiõe: & locũ habet d. l. in me-
tallũ. aut nondũ meruit executionẽ:
& quilibet poteſt impedire ne trãſ-
eat: ut d. l. non tantũ. cũ diſtinctione
tamen aut ante ſententiã aũt poſt ut
ibi. ego autem intelligo dictum Bal.
quando uoluit petere bannitum exi
mi de banno per uiam iuſtitiæ: utpu
ta, quia nõ fuit ritè bannitus. Si autẽ
uolũt uenire quòd nõ poteſt banni-
ri: quia aliũ bannitum interfecit: &
ſic reipubli. intereſt, & etiam ſuũ nõ
fuit delictũ ex forma ſtatuti: tũc di-
co quilibet de populo etiã non ha-
bens aliquod mandatũ à bãnito po-
teſt illud petere: ut elegãter no. Bar
to. in l. ubi pactum. C. de tranſac.

ADNOT. a ¶ Et minuere. *Adde tu & uide de hoc per Pe. de ancha. in conſi. cclxxiij. Ber.*

b ¶ Et non alius. *Adde ut per Cæp. cõſi. xxj. & Pau. de ca. in conſil. xxiij. in primo impreſsis.*

AVG. Tu autẽ in hac materia ad-
de ꝙ uera uidetur indiſtinctè eſſe il
la concluſio, ꝙ quilibet poteſt com
parere ad defendendũ illum qui in-
iuſtè fuit bannitus, maximè per regu
lam traditã per Bart. in l. pe. §. ad cri-
men. ff. de pub. iud. in iij. col. ibi. ſed
primò quæro, pone quòd in caſu q̄
dicit quòd ubi abſens poteſt damna
ri, ibi quilibet admittatur ad defen-
ſam: imò ſi nemo eſſet qui compare
ret ꝓ eo, debet quærere de eius in-
nocẽtia. l. j. in fi. ff. de queſt. l. ſi nõ de-
fendantur. ff. de pœ. & affirmat Sali.
in l. reos. C. de acc. & de hoc ſatis ſu-
prà dictũ eſt in hac eadẽ gl. in addi.
meis, ubi latè poſui iſtam materiã:
an in cauſa criminali poſsit procura
tor uel alius comparere, quando eſt
abſens. dic ut ibi: & maximè ſi de ci-
innocẽtia ipſius bãniti poteſt ex actis
colligi, ut in caſu noſtro de bãnito,
poſuit Bar. in l. pe. §. ad crimen. ff. de
pub. iud. in pen. col. in uer. quero ꝓ-
curator habens &c. dũ alleg. gl. repu
tatam ſing. in l. qui cũ maior. §. ſi pa
tris. in uerbo, uel calumnioſa. ff. de
bo. lib. & fuit ſentẽtia Cyn. in l. reos.
C. de accu. in vj. q. & ibi Bart. in xiiij.
col. Ange. & Sal. & Fulgo. & Pau. de
ca. in d. l. ubi pactũ ff. de trãſac. tenẽt
quòd quilibet poteſt cõparere in il-
lo caſu, ſcilicet quãdo allegatur, ꝙ il
le non debet banniri propter homi-
cidiũ cõmiſſum in perſona alterius
banniti: ſed ſi rectè põderẽtur uerba
Sal. in ultimis uerbis allegat alia ra-
tio, quare quilibet poteſt cõparere.
quia dixit illud arg. quod ſ. allegaui:
quia ubi abſens poteſt damnari, ibi
quilibet admittitur ad defenſam &c.
licet contra dicta d. Barto. in d. l. ubi
pactum, dixerit Ia. bu. in d. l. decurio
nes. C. quib. in cau. infa. irro. ſed Bal.
uidetur ſtare cum opi. Barto. ibi, pro
quo bene facit text. cum ibi not. per
Bar. in l. ſi ſeruus. C. de his qui ad ec-
cle. confu. & no. per Bald. in l. j. c. j. §.
iniur

iniuria.de pace iura.fir.& per Bal.in l.j.in ij.col.C. quomo.& quã.iud. & per Bal.in l.j.§.filius.ff.ne quis eũ qui in ius uo.eſt ui exi.

*55 Proceſſus formatus etiã in fauorẽ inquiſiti, an ualeat in quo interuenit procurator qui non fuit repulſus,licet eſſet cauſa in qua non poterat procurator interuenire.*

ANGELVS.

55 * QVAERO,pone quòd in cauſa criminali in qua nõ poteſt interuenire procurator iuxta l. ſeruum quoq;.§.publicè.ff.de procu.& l.pe.§.ad crimen.ff.de pub.iud.ſi qs procuratorio nomine compareat,& fuerit admiſſus tacitè,hoc eſt nõ fuerit repulſus:an tamen ualeat proceſſus etiam in fauorem inquiſiti.dic quòd

a ſic [a] ut no.glo.in c.j.de iud.lib.vj.in uerbo,criminalibus.quod no.

ADNOT.a ¶Quod ſic. *Adde & uide Ro.in conſi.ccxv.ubi multa ponit quæ fieri non poſſunt,& tamen facta tenent.& uide do.de Rot.in deciſio.cccclxxxij.in ti.de procu.Ber.*

AVG.Tu in hac materia.adde gl.in terminis.in l.quamuis.C.de adul.& Bart.in terminis format iſtam q.in l.penul. §.ad crimen.ff.de publ. iud.in ult.q.& Bal.uidetur tenere cõtra Bart.in d.l.reos.& doct.tangunt iſtam difficultatem in dicta l.ſeruum quoq;.§.publicè.ff.de procu.& in d. l.pen.§.ad crimen. & in d.l.reos.dic ut ibi per eos.

*56 Bannitus eſt Titius & ſic notatus de infamia,poſtea de banno eſt cancellatus,an infamiæ effectus ſit extinctus.*

*57 Statuto cauetur quòd elapſo termino bannitus poſſit impunè occidi. aliquis eſt bannitus niſi intra tertiam diem comparuerit,qui reperiatur Venetijs, & iam ſunt elapſi duo dies,& ſic eſt impoſſibile quòd uno die compareat, an interim poſſit occidi.*

*58 Bannitus æquiparatur deportato,& perdit ciuitatẽ,dicitur eſſe hoſtis ciuitatis,deſinit eſſe ciuis illius ciuitatis,& perdit omnia priuilegia ſuæ ciuitatis.*

*59 Bannitus de quo in ſecundo uer.præcedenti.offendi non poteſt,quia ille eſt terminus legalis.*

*60 Bannitus an æquiparetur deportato. uide remiſſiones.*

ANGELVS.

56 * QVAERO,aliquis fuit poſitus in banno,& ſic notatus infamia, iuxta id qđ no.p Bar.in l.infamẽ.ff. de pub.iud.demum de bãno cancellatus fuit,an infamiæ effectus ſit extinctus.Iſtã q.ponit Bart.in l.ſi.C.de ſen.paſ.& in l.nõ ſolũ.§.ſi.ff.de procur.Et in effectu uult ꝙ aut cancelatur:quia bannũ ſibi remittitur,& rebãnitur,& tũc infamiæ effect' extinguitur.idẽ no.Bar.in l.j.in fi.diæ queſt.aut cancellatur:quia ſolutũ bannũ:& tunc non cãcellatur niſi reſpectu quãtitatis ſolutæ,& ſic cãcellatur ſecũdum ſuã cauſam limitatur:ut l.cãcellauerat.& ibi Bar.ff.de his quæ in teſt.del.& ſic nõ erit extinct' effectus infamię:& ſic adhuc remanebit infamis [a].de quo tamẽ lati' p Bar.in d. l.ſi.

57 *Pone,ſtatuto cauetur ꝙ elapſo termino bãnitus poſsit impune occidi:& aliqs eſt bãnitus niſi intra tertiã diẽ cõparuerit,qui bãnitus eſt Venetiis,& iam ſunt elapſi duo dies,& ſic eſt impoſsibile ꝙ uno die cõparere poſsit,an interim poſsit occidi. Iſtã quæſt.format Bar.in l.cũ ſtipulatus ſim mihi à Proculo.de uerbo.ob. & ibi determinat ꝙ nõ: quia cũ pœna appoſita ſit à ſtatuto,& ſic lege, opus eſt,quòd totũ tempus primò tranſeat anteq̃ pœnã incurrat.

b dic ut ibi [b] per eũ,Ange.& Imo.*

58 & tene mẽti, ꝙ bãnitus æquiparatur

c deportato [c],ut no.gl.in §.deportati.inſtit.qb.mod.ius pa.pot.ſolui. & ideo ut deportatus p ciuitatẽ, ut l.ij.ff.de pœ.& dicit eſſe hoſtis ciuitatis, ut l. amiſsione.§.q deficiũt.de capi.dimi. & uide ibi Bar.Bal. & Ang.& deſinit eſſe ciuis illi' ciuitatis,ut no.Bart.in l.pe.ff.de le.& not.Bal.in d. §.q deficiũt.& in l.ſed milites.§.ſed ignominia.ff.de execu.tut. & perdit omnia priuilegia ſuæ ciuitatis: ut l.j.& ibi doc.C.de hær.inſti.& Iac.Bar.& doc. in l.ex facto. §.ex facto,ad Trebel.

ADNOT.a ¶Infamis. *Adde, ꝙ idẽ cõſuluit Alex.in cõſi.cxij.& cõſi.cxxiiij.in ij.uol.& uide Pet.de anch.in conſi. ccccix.& ibi,quis poſſit famæ reſtituere, & an dãnatus per contumaciã ſit infamis,& an cancellatio banni idẽ operetur ꝙ plena reſtitutio,uide Barb.in conſ.v.B.*

b ¶Dic ut ibi. *Adde tu & uide Paul.de caſt.in conſi.ccclxxiij.ubi ponit an mater priuetur ſucceſsione filij, cum certũ eſt, ꝙ tempus,quod ſupereſt, nõ eſt ſufficiens ad petendum tutorem.Ber.*

c ¶Deportato. *Adde de hoc & uide per Paul.de caſtr.an conſi.xxxij. Alexan. in conſi.xxvj.in j.uolu. & in conſil.cxv. in ij.uolu.Bernar.*

AVG.Tu autẽ in prima quæſtione hic inquãtũ ẽ.tactũ eſt, an per cãcellationẽ indiſtinctè tollatur infamia,ꝙ licet Bal.indiſtinctè ſecutus ſit Bar.ibi in d.l.nõ ſolũ. §. ſi.tamen uidetur ꝙ Bal.alibi tangens iſtam difficultatẽ in l.quid ergo. §.pœna grauior.ff.de his qui not.infa.in pœ.col. arguit primò per illum text.quòd cãcellatio indiſtinctè tollat infamiam: quia ſi cancellatio eſt gratuita,habet uim facti; ſi cancellatio eſt quia aliquo dato fit,iſta habet uim trãſactionis: tamẽ in fine uenit ad diſtinctionem l.cancellauerat.ff.de his quæ in teſta.delentur: quia aut eſt facta ratiõe totius ſolutionis,uel partis: nec obſt.d.§.quid ergo. quia ibi loquitur in infamia cõtrahenda: ſecus in iam cõtracta. & ibi ponit quid ſi quis cãcelletur: quia in integrũ reſtituitur.

59 * Et ad ſecũdam quæſtionem quam tetigit hic do. Ang.adde quod Bald. idem dixit in l.ij.C.ſi pẽdente appel. mors inter.quia ſi certum erat bãnitum non poſſe cõparere intra terminũ aſsignatũ à ſtatuto: tamen interim bannitus non poterit occidi uigore ſtatuti:quia ille eſt terminus legalis.

60 * Item inquantũ tractatur hic ultimo loco, an bannitus æquiparetur deportato. & allegat illam gl.inſtit. quibus mod.ius pa.po.ſoluitur.addatis uos,quòd iſta eſt maxima quæſtio, quam Alber.de roſa.multũ latè examinat in iiij.parte ſtatutorũ. in quæſtio.xiij.& Ray.Cy.Bar.Bal. Angel.& Sali.& oẽs doct.in l.j. C.de hær.inſti. p Ang.Imo.& doct.in l.ex facto.§.ex facto.ff.ad Treb.per Ioã.an.in tit.de accuſ.in iij.parte,in §.ſequitur.in additione Spec.in addi.incipiẽte,Odo. per Guil.de cu. Bar.& Bal.in l.ſi qua pœna.ff.de his qui ſunt ſui, uel alie. iuris.per Bar.in extrauagãti,qui ſunt. rebelles.in uerbo,rebellãdo.per Iac. de bel.in quæſtio.incipiẽte Sempronius & Titius inimici capitales.quã diſputationem poſuit in l.ij. C.ut intra certum tempus.per Specul.& Io. and.in tit.de inſtrumen.edit. §.compendioſè. uerſiculo,quid de bãnito. & in tit.de actore.§.j.uer. item quòd

R eſt ban

eſt bannitus. & in titul. de arbitris.§.
differt. uerſicu. quid de bannito.per
Dyn.in l.ſi quæramus. ff.de teſtamẽ.
per Iacob. butrig. in authentic. item
quæcunque. C.de epiſcopis & cleri-
cis.aliquid per glo. & Baldum in ca-
pitulo primo. hic finitur lex Conra-
di.per docto.in dicto §.qui deficiũt.
Barto.Bald.& Imol.in lege, eius qui.
§.primo.ff.de teſtamen.per Barto.in
lege, Gallus. §.& quid ſi tantùm.ff.de
liberis & poſthumis.per Ange.Imol.
in l.Gallus.§.ille caſus.ff.de liber.&
poſthumis.per Barto.in ſua diſputa-
tione Lucanæ ciuitatis, ſtatuto caue-
tur.per Ang in ſua diſputatiõe, duo
adinuicem litigantes compromiſe-
runt.ubi latiſsimè. & in ſua diſputa-
tione Bononienſi in tertia quæſtio-
ne,per Bal.in lege, ſeruum quoque.
§.publicè. ff.de procu. in quarta co-
lumna.per Angelum in l.ſi cùm do-
tem.ff.ſolut.matrimonio. in §.ſi pa-
tre.per Bal.in repetitione legis pri-
mæ. in undecima columna.C.de ſa-
croſanctis eccleſiis. per Baldum in l.
prima in fine.C.de monopol.& in l.
etiam.C.ad leg.Falcidiam.per Bald.
in l.corruptionem.C.de uſufruc.per
Bald. in l.fina.in ultima columna.C.
ſi à non compe.iudi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex non debet recipere aliquam reſponſionem in maleficiis, niſi iuret reus de reſpondendo ueritatem, qui reſpondere debet per uerbum ueritatis, non autem credulitatis.*

2 *Reus nunquam ad tribunal ducendus eſt, niſi prius aut cum tormentis, aut ſine, delictum fuerit confeſſus.*

3 *Reus tortus & qui purgauit indiciũ habitum ex confeſſione, non eſt amplius torquendus, nec cogendus, quòd in confeſſione perſiſtet.*

4 *Confeſſio extraiudicialis eſt ſufficien[s] indicium ad torturam, quæ purgatu[r] ſicut & alia indicia.*

5 *Indiciis nemo damnari poteſt, niſi ſin[t] indicia indubitata, & quæ dicantu[r] indicia indubitata.*

6 *Indiciorum indubitatorum exempl[um] eſt ubicunque ex qualitate & mult[i]tudine indiciorum indicatur uerita[s] oculis mentis iudicis, ſicut clara lux ue[ritatem] ritatem oſtendit oculis corporis. ut Titius uiſus eſt intrare domum Ca[ii] cum gladio: poſtea auditus eſt Ca[ius] acclamaſſe, & Titius uiſus eſt ex[ire] domum, & Caius reperitur inf[ra] uulneratus.*

7 *Teſtes quando nolunt uenire ad te[sti]ficandum, qua cautela ſint cogend[i].*

8 *Reus in maleficiis reſpõdere debet [per] iuramentum ueritatis, non autem [cre]dulitatis.*

9 *Confeſſus metu tormentorum, an [co]gatur perſeuerare in illa cõfeſſione: [et] qualiter iudex ſe habere debeat in [et] tormenta adhibenda huic malef[acto]ri in iſto caſu.*

10 *Iudex quomodo purgabit indiciũ ueniens ex confeſſione in torme[ntis] facta.*

11 *Cõdemnari ex indiciis indubitatis quis poſſit, & an exemplum poſitum ſuprà in uerſiculo præcedenti ſit ue[rum].*

12 *Cautela poſita ſuprà in uerſiculo pr[æ]cedenti de cogendo teſte ad teſtifican[dum], an ſit bona.*

Die xiiij. Decembris.

COmparuerunt dicti inqui-
ſiti coram dicto iudice, &
reſpondendo dictæ inquiſitio-
1 ni totum negauerunt. * Iu-
dex nõ recipias aliquam reſpon[ſio]-
nem in maleficiis, niſi iuret reus [de]
reſpondendo ueritatem, & non ſuf- 3
ficit, quòd reſpondeat per uerbum
credit, imò per ueritatem debet re-
ſpondere: ut not. Bar.in l.Marcellus.
ff.rerum amotarũ. & l.inter omnes.
§.rectè.ff.de furt. Et aduerte quia aut
reus comparet, uel eſt præſens, & ne
gat in totum, aut in totum confite-
tur: aut partim confitetur, & partim
negat: aut eſt contumax, & contra
eum contumacem proceditur, ut di- 4
ctum eſt in gloſſ. ſuper uerbo, qui
iudex &c. Primo caſu quando in to- c
tum negat, quid incumbat iudici, &
quid facere debeat, aduertẽdum eſt:
quia aut eſt tale delictum in quo po-
teſt torqueri, & tunc retinendus eſt,
& iterum de nouo ſubiiciendus tor-
turæ, ut perſeueret in eadem ſua cõ-
feſsione quam fecit in tormentis: ut
not. Bartol.in l.j. §.diuus.circa fin. &
§.fi.ff.de quæſtionibus. non tantum
enim quãdo prius confeſſus fuit co-
ram eodem iudice, cogitur in eadem
confeſsione perſiſtere: uerum etiam
coram alio iudice non ſuo aliquid
confeſſus fuit, cogitur coram iudice
a competenti [a] perſiſtere in ſua con-
feſsione: ut no. Innocen.in capitu-
lo, at ſi clerici. de iudic. quod tamen
intelligas, ut dicam in gloſſ. ſequen.
2 in fine. * Sis ergo cautus, quan-
do habes reum captum, quòd nun-
quam ducas ad tribunal, niſi prius ti-
bi aut in tormẽtis aut ſine, delictum
confeſſus fuerit: quia tunc ducendo
poſtea ad tribunal poſtpoſito metu
tormentorum, ſi aliquid confiteatur,
tunc poſsit puniri, & ſi in ſua confeſ- d
ſione non perſiſtit, cogitur perſiſte-
re: hoc eſt, quòd dicta talis confeſ-
ſio eſt ſufficiens indicium, quòd tor-
b tura poſsit de eo repeti [b] : ut l.unius.



§.ſecundo.ff.de quæſtionib. * Sed ſi
ſecundo loco fuerit tortus, intantum
quòd dictum indicium habitum ex
confeſsione purgauerit, non eſt am-
plius torquendus, nec amplius eſt co
gendus, quòd in confeſsione perſi-
ſtat, ſicut dicimus in aliis indiciis
purgatis: ut not. Bartol. ff.de quæ-
ſtionibus.leg.ſed ſi unius.§.primo. &
lege prima. §.diuus Seuerus. & leg.
fina.eodem titulo. * ſicut etiam di-
cimus in confeſsione extra iudicium
[c] habita, quoniam eſt ſufficiens in-
dicium ad torturã, ut l.capite quin-
to.ff.de adulte. & quod ibi not. gloſſ.
& Bartol.tamen credo, quòd tale in-
dicium ex dicta confeſsione extra-
iudiciali purgetur, ut purgatur u-
numquodq; indicium: quia non ui-
deo rationem differentiæ: ut l.illud.
ff.ad legem Aquiliã. Sin autem ſit ta-
le delictum in quo non poſsit tor-
queri, tunc reus negans eſt fideiuſſo
ribus relaxandus, ut ſtatim dicam in
gloſſ.in uerbo, pro quo Anto. fide-
iuſsit &c. Et iſto caſu quo eſt fideiuſ-
ſoribus relaxandus, ac etiam quan-
do poteſt torqueri, debet iudex ſub-
tiliter inueſtigare per teſtes, & alia
indicia de maleficio. Et etiam teſtes
quos primò examinauerat pro in-
diciis habendis, & ad hoc, ut poſsit
formari inquiſitio per capitulũ, qua-
liter & quando. de accuſatio. & quo-
rum dicta deſcribi fecerit in baſtar-
dello ſecreto ſcripto manu notarii
maleficiorum & malefactoris, tunc
non citato, ſed nunc citato, quòd
ueniat ad uidendum iurare [d] teſtes,
ſecundum Salicet.in l.fina.in fine.C.
de quæſtionibus. tunc repetat eos
& iterum examinet cum iuramento,
& eorum dicta poni faciat in li-

bro ordinario in dicto proceſſu præ
dictæ inquiſitionis:facit quod no.gl.
& Bartol.in l.repeti.ff.de quæſtioni-
bus.Et ſi ex dictis teſtibus,uel aliis ha
bet iudex indicia de maleficio, de
quo poteſt fieri tortura de iure, uel
ex forma ſtatutorum: tunc faciat ci-
tari reum quem fideiuſſoribus rela-
xauit, quòd ſub hac forma compa-
reat, uidelicet, quòd ueniat ad con-
fitendum delictum non obſtante ſua
negatione,aut ad purgandum indi-
cia quæ contra eum laborant,quo fa
cto ſi reus compareat eum retineas,
& torquebis immediatè, ſecundum
indiciorum qualitatem: ſi autem in
termino non comparuit,ponas eum
in banno,ſic habebitur pro confeſſo
dictum maleficium:ita dicit ſingula-
riter Bartol. in l.penulti. ff.de quæ-
ſtio. Et idem multò fortius faciat iu-
dex,& facere poteſt, ſi per dictos te-
ſtes probatur uerè,& directò malefi-
cium.argu.authenti.multomagis. C.
de ſacroſanc.eccle.licet etiam iſto ſe
cundo caſu, alio poſtea in contra-
rium per reum non probato iudex
faciat ipſum citari ad confitendum:
tra Nico. de mate. aliqui tenuerint,
tamen ego addo, quòd aliàs Ioan.
Andr. cùm iſta quæſtio fuiſſet de fa-
cto, habuit colloquiũ cum dicto do.
Nico. & eius opi. uidetur approba-
re ipſe in titu. de confeſ. §. ſequitur.
uer. ſecũdo loquitur in terminis no
ſtris propriis. & idẽ Ange. in l. certũ.
§. in pupillo. ff. de cõfeſ. ubi Ang. di-
cit, differt confeſſio à ſentẽtia, quia
ſentẽtia lata contra minorẽ indefen
ſum, eſt nulla etiã curatore carente:
ſed cõfeſſio facta per adultũ ualet,
licet cõtra eum poſſit reſtitui. & iſte
eſt caſus in d. §. in pupillo. nec requi
ritur autoritas curatoris. Et hoc in-
tellige quando confeſſio emanauit
non ad ſubſtantiandum iudiciũ, ſed
13 ad ueritatis indaginẽ. *Et ideo mi-
nor cõtra quẽ laborãt indicia ſuper
delicto, põt torqueri: & toties con-
fiteri abſque autoritate curatoris: &
alleg. Ioan. Andr. ubi ſuprà hoc uo-
luiſſe: & Cyn. in l. una. C. de confeſſ.
& Hoſtien. in ſumma de confeſ. §. j.
uer. maior. adde tamen quòd Albe.
de Roſ. in iiij. parte ſtatuto. q. lxxiij.
ibi latiſſimè diſputauit iſtam mate-
riam, dicit allegando Dy. ꝙ cùm po
teſtas Paduæ proceſſiſſet contra mi
norẽ, & eum inueniſſet culpabilem,
ei curatorẽ conſtituit: cuius autori-
tate proceſſit, & ſententiam tulit de
conſilio peritorum. & allegat quòd
Azo idem tenuit in ſumm. de auto.
præſt. niſi in caſibus ibi per eũ not.
& dicit idẽ in aliis caſibus in quibus
minor habet legitimã perſonã, ſine
curatore. qui not. in c. ex parte. extra
de reſtitu. ſpol. & dicit ꝙ do. Vgoli.
de Fonta. dicebat hanc opinio. in-
creſcere & inualeſcere & in iudi-
ciis, & in ſcholis. Præterea Ang. ip
in l. j. C. de cõfeſ. expreſſè tenet co
trariũ eius, quod dixit in d. §. in pu-
pillo per unam bonam rationem.
Propterea tenentes contrariã opi.
mouentur per rationẽ quam allegat
Nic. de Mate. ſed Bart. expreſſè con-
damnat in d. §. in pupillo. dum Bar.
dicit, quòd ubi minor debet reſpon-
dere de ueritate, ibi à principio de-
bet eſſe autoritas curatoris: & opti-
mè hoc probat Bart. ibi. ſed ego ha-
beo, quòd in criminalibus debet re-
ſponderi de ueritate: ut eſt doctrina
Bart. approbata ab omnibus in l. in-
ter omnes. §. rectè, in fin. ff. de furtis
ergo Bart. eſt contra opin. Nico. de
Materel. & Ioan. And. ſi rectè uerba
Bar. ponderentur in d. §. in pupillo.
hoc Bar. ibi decidit cõiuncta doctri-
na ſua, quam poſuit in dicto §. rectè.
Præterea Alb. de Roſ. & Raph. Fu.
in d. l. clarum. tenent quòd cõfeſ.





minoris in tormentis non ualet: &
dicit Raph. quòd Alb. de Roſa. dicit
quòd hoc obtinuit de facto: & dicit
ibi Raph. ꝙ iſta pars eſt tutior: & ui
de Modern. ibi. Et de materia uide
quę dixi ſuprà in gl. quæ incipit, qui
iudex uidens, ꝙ inquiſiti non com-
parent, & in ſua contumacia perſi-
ſtunt, ubi tractatur materia bãnito-
rum in illa quæſt. an bannum dari
poſſit minori. & uide Moder. in d.
§. in pupillo. & in d. l. clarum. & glo.
& doct. in dict. l. j. C. de confeſ. & ibi
Sali. & Bar. & Imo. in l. j. §. fuit quæ-
ſitum. ff. ad Trebel. & ibi per Mod.
dum Bar. & Imo. allegant l. certũ. §.
in pupillo. ff. de cõfeſſ. & Bar. & Bal.
in d. auth. ſacramẽta puberum. uide
Barto. in l. ij. §. quod obſeruari. C. de
iura. calũ. & ibi per doc. per Paul. de
Leaza. in c. ex parte. extrà de cõfeſſ.

14 *Confeſſio rei eſt tantæ potentiæ, quòd
facta etiam coram iudice incompe-
tenti, ubi non debet eſſe iudicium, ta-
men tenetur illam confirmare coram
iudice competenti.*

15 *Confeſſio non eſt tantæ potentiæ, ut
poſſit facere, quòd id quod in ueritate
non eſt, ſit: & ideo ſi confiteretur ſe
præſtitiſſe auxilium homicidio, &
uerba ſuæ confeſſionis hoc non impor
tent, iudex eum non condemnabit per
talem confeſſionem.*

ANGELVS.

14 *ET tene menti quòd confeſſio
rei eſt tantæ potentiæ, quòd facta
etiam coram iudice incompetenti,
ubi non debet eſſe iudicium, tamen
tenetur illam confeſſionem confir
a mare coram iudice competẽti.[a] ita
dicit Inno. in c. at ſi clerici. extrà de
iudiciis. quod eſt uerum ſecundum
Bar. in d. l. clarũ. ſi ex tali confeſſio-
ne exorta ſit ſuſpicio uel infamia,
aliàs ſecus. ita not. Inno. in c. per in-
quiſitionem. extrà de elect. & in c.
cùm ſuper. extrà de confeſ. & utrum
& quando quis tenetur perſeuera-
re in ſua cõfeſſione: uide Anto. de
But. in d. c. at ſi clerici.

ADNOT. a ¶Competenti.
*Adde tu & uide Abb. in conſil. xxv. &
dic quòd confeſſio non eſt tantæ potẽtiæ,
quòd poſſit facere, quòd id quod non eſt,
ſit: ſed iudex debet uidere an confeſſio ſit
ueriſimilis: ut per Alexan. in conſil. cxvj.
in ij. uolu. & de confeſſione facta coram
iudice incompetenti, adde. & uide Pet. de
Anchar. in conſi. cccj. incip. uiſo quodam
proceſſu. in ij. impreſſis. & uide Angel. in
conſil. clxxvij. cui contrariatur Abb. in
conſi. proximè allegato.* Ber.

AVG. Tu autem in hac materia
adde quòd do. Ant. de Butr. in d. c. at
ſi clerici. aliter loquitur: & aliter lo-
quitur ibi do. Card. & do. Abb. & do.
Cardi. in d. cap. interpoſita. ſe iactat
melius examinaſſe iſtam materiam
ibi, quàm alius. Bal. uerò in d. c. at ſi
clerici. aliter dicit. Imol. ibi dicit, ꝙ
cõmunis opi. eſt, quòd propter con
feſſionem factam coram incompe-
tenti iudice, quis cõpellatur perſe-
uerare. Adde Bald. in l. eos. §. ſuper
his. C. de appell. & uide Bald. in l. j.
C. de confeſſ. in pe. col. & Bald. in l.
magiſtratibus. ff. de iuriſd. omn. iud.
& Ang. in l. unica. C. de confeſſ. do.
Anto. in c. ſi. in iiij. col. extrà de con-
feſſ. latè per Butr. in d. c. per inquiſi-
15 tionẽ. *Adde tamen quòd cõfeſſio
non eſt tantæ potentiæ, ut poſſit fa
cere, quòd id quod in ueritate non
eſt, ſit: & ideo ſi quis confiteretur ſe
præſtitiſſe auxiliũ, uel eſſe tractato-
rẽ & ordinatorẽ homicidii: & uerba

ſuæ confeſsionis hoc non importa-
rẽt: quia iſta ſunt in iure diffinitiua:
iudex per iſtã cõfeſsionem nõ con-
demnabit reum. ita dixit Angel. in
conſil. ſuo xxij. quod incip. pro de-
ciſione quæſtionis hoc ſolùm.

16 *Iudex an & quãdo poſsit facere ſcri-
bi in actis in reſponſione malefacto-
ris, quòd ſponte confeſſus fuit.*
17 *Iudex qui torſit reum non præceden-
tibus indicijs non euitabit falſum, ſi
faciat ſcribere notario neſcienti, quòd
reus ſit tortus non præcedentibus in-
dicijs reum ſponte confeſſum.*
18 *Tormẽtorũ metus quãdo dicatur in-
ſtare in pſonã rei, etiã ſi ſit relaxatus.*

ANGELVS.

16 *VNVM non omittã, an tu iu-
dex, & quãdo poſsis facere ſcribi in
actis, in reſpõſione malefactoris, ꝙ
ſponte confeſſus fuit. Nam Ange. &
Imo. in l. qui aliena. §. fi. §. de acquir.
hære. dicũt, aut reus fuit tortus non
præcedẽtibus indiciis, uel nõ ſuffi-
ciẽtibus, & tunc etiã ſi perſeueret in
confeſsione, non poteſt ſcribi, quòd
ſponte cõfeſſus fuit: & notarius ſcri
bens, ſcribit falſum, ſi ſciret eũ tortũ
nõ præcedentibus indiciis: & ideo
dicit, ꝙ cautela eſt quòd notarii ma
leficiorũ retineãtur extra palatiũ, ne
habeãt notitiã tormẽtorũ: & ſic poſ-
ſunt ſcribere confeſsiones tanquam
17 ſpontaneas. *Sed tu aduertas, quòd
propter hoc nõ euitaret falſum iu-
dex qui hoc ſcribi fecit, qui ſcit, ꝙ
reũ torſit nõ præcedẽtibus indiciis.
Si autẽ iuſtè præceſſerũt tormenta,
tũc ritè & iuſtè poteſt ſcribi, ꝙ ſpon
te fuit cõfeſſus, dummodo inter tor
menta & confeſsionẽ aliquod mo-
dicũ interuallum interueniat, quod
a arbitrio boni iudicis relinquitur:[a]
ut not. in l. j. §. diuus Seuerus. & ibi
Bart. ff. de quæſt. Et doct. in d. §. Cel-
ſus. l. qui aliena. ff. de acquir. hæred.

ADNO. a ¶Relinquitur. *Adde
quòd hoc idẽ dicit do. Alex. in cõſ. j. in iij.
uol. & uide eundẽ in cõſ. iij. eo. lib. & ui-
de etiam Paul. de Caſt. in conſil. cclxviij.
& in conſi. ccc j in ij. impreſſi.*

AVG. Tu autem in hac materia
adde, ꝙ uerum eſt, quòd Bart. in l. j.
§. fi. in fi. ff. de quæſt. hic dixit in ter-
minis: & Bald. in c. j. §. iniuria. C. de
pa. iu. fir. quẽ alleg. Ro. in d. §. Cel-
ſus. uide pulchra uerba Bal. quæ po-
ſuit in l. j. C. de confeſſ. in xj. col. qui
dixit quòd generalis cõſuetudo ex-
cuſat notariũ, & iudicem de falſo,
quando ſcribunt, talis eſt ſpõte con
feſſus. & in hac materia do. Catal.
in tract. ſyndica. q. ccxv. multũ ele-
ganter loquitur: quãdo adhibita eſt
tortura, & iudex poteſt facere ſcri-
18 bere, ꝙ ſponte confeſſus fuit. *Et ibi
uide quando dicatur metus tormẽ-
torum inſtare in perſonã rei, etiam
ſi ſit relaxatus. Iac. Bu. & Bar. & Ang.
in l. ij. C. quod met. cauſ. Bald. in l. j.
viij. col. C. ne ex delicti. defun. bene
faciũt not. per cano. & maximè per
Ioan. And. in c. cùm in cõtemplatio-
ne. extra de re. iur. Et dicũt quidam
Moder. ꝙ idem uoluit Ange. in ſuo
trac. de queſt. qui Bar. attribuitur: ta
mẽ nõ eſt ſtylus Bar. Sæpius ego di
xi in iſtis addi. meis, cum ſupporta-
tione ille non eſt tractatus nec Bart.
nec Ang. ſed de uerbo ad uerbũ eſt
tracta. Gandi. de quæſtio. quẽ poſuit
in ſuo tract. malefi. Et adde hic cõſi.
Pet. de Anch. in cõſi. xxiij. quod con
ſilium etiam allegaui ſuprà in gl. fa-
ma publica. circa fi. in antepen. col.
qui in hac materia not. loquitur.





SVMMARIVM.

1 *Reo cõfitente factum & negante qua-
litatem per quam ſubſtantia facti al
teratur, aut condemnatio minuitur,
uel confiteatur factum, ſed dicat ad
ſui defenſionem feciſſe, aut negat qua
litatem, quid erit.*
2 *Reſpõdẽs poſitioni quòd occidit Titiũ
ad ſui defenſionẽ, an proinde habea-
tur, ac ſi negaſſet homicidiũ feciſſe.*
3 *Statuto dicente, quòd quis ſimpliciter
reſpondeat inquiſitioni, an poſsit re-
ſpõdere, ꝙ ad ſui defenſionẽ occidit.*
4 *Probãte Titio ſe Caium occidiſſe, ſed
ad ſui defenſionem, tamen debet puni
ri, niſi probet quòd fecit ad ſui defen-
ſionem neceſſariam.*
5 *Confitens ſe occidiſſe Titium, ſed ad
ſui defenſionem, poteſt condemnari de
homicidio, tamen non poterit decapi-
tari, ſed mitius punitur.*

COMPARENT inquiſiti,
& partim negãt, & partim
cõfitentur, aut in eorũ cõtuma-
cia perſeuerauerunt: oĩa iſta de-
bẽt apparere, & ſcribi in actis.
1 *ISTO caſu, quando partim ne-
gant, & partim confitentur: aut con-
fitentur factum, & qualitatem ne-
gant: & tunc Bartol. in l. eum qui. in
princip. ff. de iureiuran. & in ſua diſ-
putatione quæ incipit, per Italiam
communiter &c. dicit quòd ſi nega-
gatur qualitas per quã ſubſtantia fa
cti alteratur: utputà ſi inquiſitio ſit ꝙ
delictũ cõmiſit de uno mẽſe, & reus
cõfitetur quòd delictum commiſit,
ſed alio mẽſe, uel non in loco in in-
quiſitione contento, tunc dicitur to
tam inquiſitionẽ negare, quaſi ne-
get totũ quod deponitur: ut l. denũ-
ciaſſe. §. quod tamen. ff. de adulter.
quod tamẽ Ang. limitat in d. §. quid
a tamẽ. niſi ſit factũ nõ reiterabile,[a] ut
homicidiũ: quia ſi homicidiũ cõfite
tur, licet tẽpus in inquiſitione dedu
ctũ nõ cõfiteatur, uel p teſtes legiti-
mè probetur, ſequi debet condẽna-
tio. Idẽ uoluit Imo. in d. l. is qui reus.
in fin. ff. de public. iudi. in illa quæſt.
cùm dies ad partis inſtantiam ſit in
accuſatione inſerendus: item ſequi
debet abſolutoria, ſi negat aliquam
qualitatem per quam condemnatio
minuitur. ita intelligit quod no. in-
ſtit. de acti. §. item miſta. ſi uerò con
fitetur delictum, ſiue factum, ſed di-
cit ſe feciſſe ad ſui defenſionẽ, tunc
cum hoc ſit de genere prohibitorũ,
ut l. j. C. de ſica. cõtra eum præſumi-
tur: & per conſequens iudex poteſt
dictam confeſsionẽ ſcindere, & ac-
ceptare confeſsionem, & quòd reus
probet id quod ad ſui defenſionem
fecit: ita dicit Bar. in d. l. eum qui. &
in l. Aurelius. §. idẽ quæſiit. ff. de lib.
leg. & maximè quãdo ſunt duę ora-
tiones: utputà, ꝙ Titium interfecit,
ſed ad ſuam defenſionẽ. Sed ſi eſſet
unica cõſtructio, utputà, dico quòd
interfeci Titiũ ad mei defenſionẽ:
tunc Bal. in l. codicillos. C. de codic.
& in l. j. C. de confeſſ. & Salice. in l.
qui duas. C. de adult. uidẽtur dicere,
quòd non poteſt ſcindi: ſed in hoc
eſt dubium. per d. Barto. in dicto §.
idem quæſiit. quia eſt de genere
prohibitorum, & contra eum eſt iu-
ris præſumptio. Vnde ad euitan-
dam omnem dubietatem, cõſilium
eſt, quòd præcedat negatiua: quòd
non commiſi dictum maleficium:
& in caſu quo appareret, quòd cõ-
miſerim, feci ad mei defenſionem,
& aliter, & alia non feci, uel nõ con
fiteor: ut not. glo. Cyn. & Bart. in l. ſi

quidẽ.C.de excep.Si autẽ non præcederet negatiua, & eſſet totũ unũ conſtructũ, tũc ne delicta remaneãt impunita : & quia eſt de genere ꝓhibitorũ,& ius cõtra eum præſumit: dico quòd non poteſt ſcindi,ſecundũ opi.Bar.in d.§.idẽ quæſiit,quam
2 ego in practica [a] ſeruari uidi:licet Bal.in l.decẽ.ff. de uerb.obli.teneat quod ſuprà dixi. ſed ibi Imol.tenet opin.Bar.in d.§.idem quæſiit,quod tenendũ & obſeruandum eſt, quod nota:& idẽ tenet præfatus do.Io.de Imo.& Abb.ſicu.in c.cum ueniſſent. de inſtit.per illũ text.Et aduertas ꝙ prædicta procedunt de iure : ſed ſi eſſet ſtatutũ,quòd debeat ſimpliciter reſpondere inquiſitioni, tũc nõ poteſt reſpõdere ꝙ interfecit ad ſui defenſionem,ne dicta interrogatio dici poſsit calũnioſa ſimpliciter reſpondẽti:poterit tamen iudex tunc cogere reſpondentem,ut exprimat modũ defenſionis:ita dicit Bal. in l.j.circa princ.C.de ædil.edic.& Lud. in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de uerb. obli.uel dicas ꝙ imò iudex tunc poteſt cogere,ꝙ ſimpliciter reſpõdeat: ut uoluit Bal.in l.j.C.de cõfeſ.& tũc reus reſpõdeat,nego narrata prout narrãtur &c.nec eſt periurus,& poterit poſtea in exceptiõibus probare ſuã defenſionẽ,quod not.Si autẽ cõfitetur factũ, ſed negat qualitatẽ: ut quia dicit, quòd nõ fecit doloſè, uel quòd non fecit animo iniuriandi,uel quòd nõ eſt remanſura cicatrix,uel quòd non fuit de nocte, an ex tali proceſſu, & confeſsione, ſi qualitas non probetur intẽtata,poſſet ſequi cõdemnatoria de confeſſione.Bart.in l.eũ qui.in princ.ff.de iureiur.& in l.ſenatus. ff. de accuſa, dicit quòd ſic:& idem Ang.in l.de. nunciaſſe.§. quid tamen.ff.de adul. de quo ſuprà dixi in glo. ſuper uer. iudex detraxit &c.dic ut ibi.

ADNO. a ¶In practica. Adde *& dic quòd hoc idem uoluit* Bal.in cõſ. *ccxlv.incip.denante ad uoi.& uide* Bar. *in conſil.ſuo incip.* Catharina *accuſauit* G*ritam.& uide* Rom.*in conſi.clvij.* *per hoc ſententia* Ang.*in conſi.xxvij.* *detur æqua.* Ber.

AVG. Tu autem in hac materia adde,ꝙ uidetur quòd nulla ſit differẽtia,an quis ſimpliciter dicat Titiũ occidiſſe, uel cum iſta qualitate ad mei defenſionem:quia iſta eſt propriè cõfeſsio,& non negatio:ut uoluit Bald.in d.l.nec codicillos.& nõ eſt opus ut diſputemus,an poſſit ſcindi iſta oratio : quia reſpond. altero de duobus modis non cõ tur reus: & ꝓ hac parte uidetur in c.cum ueniſſent.extrà de inſt. dicitur ꝙ cõfeſsio qualificata pr bet contra confitentẽ,ac ſi ſimpliciter cõfeſſus fuiſſet:quoniã contra lem qualificationem erat iuris præſumptio : & ſic uera erit ſententi Bart.in d.l. Aurelius.quem ſequit do. Ant.de But.in c.ex parte decani extrà de reſcri.& do.Ant.de Butr. c.bonæ.extrà de poſtu.præla.Et a uerte quòd cõtra iſta uidentur fa re not.per Bart.in l.cum de indebito.ff.de proba.qui dixit.ꝙ ſi quis fitetur ſe Titiũ occidiſſe ad ſui defenſionẽ,nõ cogitur probare,ꝙ ſui defenſionẽ fecit,ſi uult:& ſic detur uelle Bart.ꝙ illa cõfeſsio non prçiudicet,ſed perinde hab tur,ac ſi negaſſet. Præterea rep tur ꝙ Bal.in c.j.§.porrò.quæ ſi cau.benefi.amit.& Bar.in q.inc





muniter ſtatuta per Italiam uolunt
2 multùm ſingulariter,*quòd ille qui reſpondet poſitioni , quòd occidit Titiũ ad ſui defenſionẽ,perinde habetur ac ſi negaſſet homicidiũ feciſſe,niſi dicamus quòd iſti loquuntur in caſu diuerſo, ſcilicet de ſtatuto puniente negantẽ maleficiũ ut duplici pœna afficiatur.Dominus autẽ Card.in c.bonæ.el.ij.extrà de poſtula.præla.ſolebat limitare prædicta, quòd in caſu, quo talis oratio poteſt ſcindi, non ſcindetur quando in ſcriptis talis oratio emanaſſet: quia opus eſſet,quod iudex aut totam acceptaret, aut totam reiiceret, per l.Publia.§.fi.ff.depo.quæ limitatio cõmuniter non approbatur per cano.ibi.imò domi.Abb.& Imol.ibi damnant iſtã limitationem : & uide Mod.in d.c.ex parte decani.qui uidentur ſeruare dicta do.Card.& iſta eſt ampla materia, & dependet ab illa,an confeſsio poſsit pro parte acceptari,& pro parte non:quæ materia in multis locis tractatur:& ibi in dictis locis tãgitur etiã de quæſtione noſtra in indiuiduo.& tangitur
3 *etiam,quid ſi ſtatuto cauetur,quòd quis ſimpliciter reſpondeat inquiſitioni, an poſsit reſpondere, ꝙ ad ſui defenſionem occidit.de qua per Ang.in l.j.§.ſi quis ſimpliciter.ff.de uerb.obli. Et de materia ſuprà tacta uide Bal.in l.iubemus. C. de app.& per Bal.ĩ l.j.C.de ędil.edic.& d.Arc. in c.j.de cõfeſ.in vj. quãdo cõfeſsio poſsit pro parte acceptari, & pro parte non.Et uide aliquid per Bar. in l.quidã. §.nũmularios.ff.de eden. do.Ant.Abb.& Imo.in d.c.cũ ueniſſent.extrà de inſti.& do.Anto.& alii in c.præterea.extrà de tranſac.Spec. in tit.de poſitio.§.fi.uer.pe.plenius q̃ aliquis ſcripſit.d.Card. in d.c.bonæ. Arch.in c.ſi quid ueri.xxxvij.di. per Bal.in l.j.§.editiones.ff.de ede. per Bal.in l.ea quæ.C.de cõdi. indẽ. & in l.ij.C.de dona.ante nup.& in l.ſi quidẽ.C.de tranſac.uide quæ dixi in d.§.ſi quis ſimpliciter.Et omnino uide Ro.in ſingu.primis.in ſin-
4 gu.xxvj.qui dixit allegãdo Bal.*ꝙ licet quis probet ſe occidiſſe Titiũ, ſed ad ſui defenſionẽ,tamen debet puniri niſi probet, ꝙ ad ſui defenſionẽ fecit neceſſariam. Vide in hac materia unũ mirabile uerbũ d.Abb. qđ poſuit in hac materia in c.auditis.in pe.col.extrà de pręſcri.qui uoluit ꝙ licet uera eſſet ſentẽtia Bar.in
5 d.§.idẽ quęſiit.in hac materia*tamẽ ille qui cõfitetur ſe occidiſſe Titiũ, ſed ad ſui defenſionẽ,poſsit cõdemnari de homicidio,tamẽ cũ talis cõdẽnatio procedat ex præſumptione quam habet occidens cõtra ſe,talis nõ poterit decapitari:ſed mitius agẽdum eſt cum eo,per ea quæ latiſsimè ſcripſi s.in gl. fama publica præcedente.in materia indiciorũ in illa addi.magna:ubi quæro, an ex præſumptionibus quis poſsit cõdẽnari corporaliter:& eſt in illo uerſic. an unũ indiciũ,uel plura requirantur.

6 *Statuto aut lege cauetur,quòd ex aliquo facto pœna imponatur ipſo iure, ſi per aliud ſtatutũ dicẽs, quòd confitenti minuatur, & neganti augeatur pœna,an per confeſsionem minuatur, & negationem augeatur pœna.*

ANGELVS.

6 *QVAERO per ſtatutũ,uel ꝑ legẽ,ex aliquo facto,uel delicto, ipſo iure imponitur pœna,an poſtea per negationẽ poſsit augeri, uel per cõ

feſsionẽ minui, ex forma alterius ſta
tuti dicẽtis, ꝙ cõfitenti minuatur, &
negãti pœna augeatur: dicit, ꝙ nõ:
ut eſt tex. & ibi Bart. ĩ l. ſi id quod. §.
j. ff. de pecu. leg. & eſt caſus in l. palã.
§. pen. uer. ergo. ff. de rit. nup. qđ ſin
gulariter not. in limitatiõe pœnarũ:
quia ſi quis cõmiſerit unũ delictũ,
ex quo ipſo facto, uel ipſo iure, ſta-
tim à ſtatuto infligatur certa pœna
pecuniaria: ut puta ſi ſtatutũ dicit, ꝙ
ſi quis tale maleficiũ cõmiſerit, ipſo
iure uel ipſo facto, uel ſtatim uel
mox incidat, uel incidiſſe intelliga
tur in pœnam cẽtũ, uel utatur ſimi-
libus uerbis: tunc licet poſtea alio
ſtatuto caueatur, quòd cõfitenti de-
lictũ quarta pars minoretur cõdem
nationis, quòd iſto caſu non poteſt
minorari, licet cõfiteretur: ſed inte-
grè debet imponi abſq; aliqua di-
minutione. qđ perpetuo tene mẽti.

AVGV. Tu autem in hac mate-
ria adde quòd Bal. in l. ea quæ. C. de
cõdi. inde. tetigit iſtam difficultatẽ,
& fecit mentionẽ de doctrina Bart.
in d. l. id quod. & reprehendit Bart.
qui ad hoc ponderauit illũ tex. quia
ille tex. in d. l. id quod. nõ probat iſtã
cõcluſionẽ: quia ibi ideo pœna non
poteſt creſcere, quia inter dominũ
& ſeruum nõ poteſt eſſe indicium:
ſed dicit, quòd doctrina Barto. ibi
certè eſt multũ elegantiſsima, & mẽ
ti tenenda: & ipſe multũ extollit eã
& approbat: ſed dicit, ꝙ concluſio
ſua rectè probatur, per tex. in d. l. pa
lam. uer. ego puto. ff. de rit. nup. ſed
certè ſi ille text. ponderetur, nec ille
tex. probat hoc: quia ibi materia eſt
odioſa. Nos autẽ loquimur in alio
caſu fauorabili, maximè quãdo per
confeſsionẽ pœna minuitur per ea

quæ dixit Bal. in c. j. §. porro. quæ
pri. cau. benefi. amitten.

7 *Statuto dicente, confitenti minor*
*pœna, & neganti augeatur, ſi*
*primò fuit confeſſus, & poſtea*
*gauit maleficium uel econtra,*
*erit circa talem confeſsionem &*
*gationem.*

8 *Negatio per quã augetur pœna,*
*modo ſit intelligenda.*

ANGELVS.

SED aduertas ad certa ue
Bald. in titu. quæ ſit pri. cau. bene
amit. c. j. §. porro. uer. nunc gene
7 liter quæro &c. ubi quærit, * ali
primò fuit cõfeſſus, & poſtea ne
uit maleficiũ uel econtrà. prim
gauit, poſtea confitetur, & pe
uult aliquando inducere ad e
tionem beneficii: aliquãdo ad
euitationem: & quia ſtatutũ di
cõfitenti pœna minoretur & n
augeatur, quæro quid iuris: & a
dentiã eius dic præmittẽdũ
negatio poteſt eſſe multiplex,
licet de ſubſtantia: ut quia qual
loci uel tẽporis negat, uel etia
animi qualitate, ut quia negat
quia dicit illud feciſſe ad ſui de
ſionẽ. Itẽ aliquando negat inf
iudicii, aliquando in iudicio
ram iudice nõ cõteſtata lite
libello oblato dicit, ꝙ tale ſta
debet intelligi de negatione
litis cõteſta. quando procedit
accuſationẽ quaſi cõteſt. quãd
ceditur per inquiſitionẽ. argu
uer. ſignifi. l. bonæ. §. hoc ſerm
8 *uel dicit, dic melius cũ trac
de pœna augẽda ratione ne
nis, intelligimus de ea neg
in qua perſeuerat: ſed ſi nõ p
rat, ſed cõfitetur, nõdum liq

noſcitur



negotio per teſtiũ probationes, tũc
euitat damnum quod ex negatione
emergebat: ut nota. inſti. de act. §. itẽ
miſta. C. de his qui. ut indig. l. alia
cauſa. tamẽ per iſtã cõfeſsionẽ non
cõſequitur beneficiũ cõfitẽtis, quia
primò negãdo uidetur tacitè renun
ciare illi beneficio: ut ff. de fideiuſ. l.
ſi dubitetur. & ibi Barto. facit quod
no. C. de nõ nu. pec. auth. contra qui
propriã. & in auth. de tri. & ſemiſ. §.
penul. & C. de iure do. impe. l. ij. Sed
Bar. in d. l. eũ qui. de iureiur. uidetur
ſimpliciter dicere, ꝙ nõ poſsit gau
dere beneficio ſtatuti de cõfitente:
quia ſtatutũ de negãte debet intelli
gi de primo actu facto in figura iu-
dicii: ut l. bona. §. hoc ſermone. de
uer. ſigni. & etiã quia per negationẽ
ius eſt quæſitũ reipublicę. igitur &c.
ut l. fi. ff. de pact. Sed Sali. in l. contra
negãtẽ. ad leg. Aquil. uidetur diſtin-
guere: aut incontinẽti ſe corrigit &
debet poſſe facere, aliàs ſecus: alle-
gat in ſimili quod not. glo. in c. ij de
cõfeſ. in vj. & iſta diſtinctio mihi pla
cet, ſaltẽ uſquequo iudex uel accu-
ſator nõ fuerit grauatus onere pro-
a bandi[a]: ut d. l. eũ qui. ſed etiã inſur-
git dubitatio, quid iuris ſi cõfeſſus
eſt in tormẽtis, & perſeuerauerit in
confeſſione. dicit Bal. in d. §. porro.
quòd beneficiũ cõfeſsionis nõ con
ſequitur: ut ff. ad Turpil. l. ij. §. ſi ma
ter. Sed certè etiã ibi dicit quòd nõ
incurrat pœnã negãtis, ſi ſtatutũ au-
geret pœnã neganti maleficiũ, quia
in negatione non perſeuerauerit.

ADNOT. a ¶ Probandi. *Adde & uide Rom. in conſil. lxx. ubi hoc idem dicit. Ber.*

AVGV. Tu autem in hac mate-
ria adde Bald. in l. quidã æſtimaue-
runt. ff. ſi cer. pet. & in d. l. eũ qui. te-
net, quòd poſt litem cõteſta. nõ po-
teſt reuocare illã cõfeſsionem ſicut
ante. Ange. uerò in d. l. eum qui. uult
quòd ſi quis reuocat negationẽ an-
te probationes factas, gaudeat bene
ficio ſtatuti. dicit tamen ibi Ange. ꝙ
dato, quòd poſsit cõfiteri, tamen in
expẽſis cõdemnabitur. idẽ ſequitur
ibi Sali. addit Raph. Fulg. & Paul. de
Caſt. in d. l. eũ qui. tenentes ibi cõtra
Bar. quia pœnitẽtia nõ eſt denegan
da pœnitentibus re integra. adde
Bal. in l. ea quæ. C. de cõdi. indebi. in
x. & xj. q. tenentẽ contra Bar. & tenet
ibi, quòd ille poſsit reuocare illam
negationem per cõfeſsionem an-
te probationes factã. adde quòd id
quod dixit Bal. in d. §. porro. appro
bat in l. contra negantem. C. ad leg.
Aquil. & in l. error. in vj. colũ. C. de
iur. & fac. igno. & Bal. in l. de ætate.
§. fi. ff. de interrog. act. adde Bal. in l.
ſi unus ex ſociis. §. fin. ff. pro ſoc. per
illũ text. uult, ꝙ negans à principio
non cõſequatur beneficiũ quod cõ
ceditur à ſtatuto cõfitenti: idẽ uo-
luit Bald. in d. §. item miſta. ibi uult
ꝙ nõ admittatur cõfeſsio poſt nega
tionem, licet Bal. in l. j. C. de fur. uo-
luerit, ꝙ poſt litẽ cõteſtatã nõ poſ-
ſit confiteri reuocãdo negationem,
ante uerò ſic. Et aduerte, quia licet
do. Ang. hic in hac difficultate alle-
gauerit Sali. in d. l. cõtra negantẽ. ta
men Sali. in d. l. eũ qui. contrariũ te-
net eius quod dixit in d. l. cõtra ne-
gantẽ. Et uide Bal. in l. j. C. de cõfeſ.
v. col. & Iac. de Are. & Ange. & Imo.
in l. ſed ſi ita. §. quod ait. ff. de re iu-
di. Ray. Ange. & Moder. in d. l. ſi du-
bitetur. §. j. ff. de fideiuſ. Et dicit do.
Catal. in tracta. ſyndica. q. clxxxviij.

quod

quod ille qui primò negauit,poſtea
confitetur,nō debet gaudere bene-
ficio ſtatuti.allegat Bald.& Bartol.
hoc uoluiſſe.

9 *Confitetur quis factum,ſed negat fa-
cti qualitatem,an habeatur pro ne-
gante.*

10 *Agens, accuſans uel inquirens ubi-
cunque innititur reſponſioni aduerſa
rij,ſicut aßumit eam pro ſe ad probā
dum,ita debet aßumere contra ſe ad
ſtatuti beneficium indulgendum.*

ANGELVS.

9 *QVAERIT Bald.in §.porro.
pone quòd cōfitetur factū, ſed qua-
litatem negat:& dicit, aut qualitatis
negatio habet alterare ſecūdū plus
& minus:& tunc reſpectu qualitatis
habeo eū pro negante:reſpectu ſor
tis habeo pro cōfitente:ita propor-
tionaliter pœna accedit qualitati &
accedit ſorti,licet alibi iſta conſide
ratio reprobetur.ff.de eo quod cer.
loco.l.fi.aut alteratio non eſt reſpe-
ctu plus & minus, ſed excluſio to-
tius pœnæ:& tūc habetur in totum
pro negāte.arg.d.§.quid tamen.&
ibi Barto.& l.prætor.§.docere.ff.ui
bo.rap.& per Bart.in d.l.eū qui.ubi
10 ipſe ſentit unā cōcluſionem,*quòd
ubicunq; agēs uel accuſans uel in-
quirēs innititur reſponſioni aduer-
ſarii inquiſiti, ſicut aſſumit eā pro
ſe ad probandū,ita debet aſſumere
a cōtra ſe [a] ad ſtatuti beneficium in-
dulgendū.argu.d.l.eū qui.quod di-
cit eſſe ſatis rationabile.quę omnia
ſubtiliter & pulchrè not.Cetera ui-
de latius per Bar.in ſua diſputatio-
ne,per Italiam &c.

ADNOT. a ¶Contra ſe. *Adde tu & uide nouiſ.in d.l.eum qui.& Ro. in conſi.ccclxiiij.in iij.colum.* Ber.

AVGV. Tu autē in hac mate-
ria adde, quòd iſta maxima eſt &
ampla materia:& opus eſſet uidere
dicta docto.maximè Bal.& Rapha.
Pau.de Ca.poſt Bar.in d.l.eū qui.&
per Bal.in l.elect.§.neq;.ff.de non
per Bal.in l.cū quid.ff.ſi cer.peta.&
per Bal.in l.ea quæ.C.de cōdi.inde.
per Ro.& Imo.in l.j.§.ſi quis ſimpli-
citer.ff.de uerb.obli.ubi reprehen-
dunt Ang.ibi.& not.quæ dixit Bal.
in l.edita.in penul.col.in repeti-
duana.C.de eden.quòd ad hoc ut
per negationē pœna creſcat,opus
eſt,ꝙ ſit facta ſuper libello apto &
non inepto: per text.in l.j.C.de li.
qui potē. Itē requiritur ꝙ ex cer.
ſcientia negetur,per text.in c.ſi ua
ſallus.in tit.ſi de feu.fuer.cōtrou.
inter do.& agna.& ibi not.Bal.
eſt de mente Bar.in d.l.eū qui.
allegat tex.in l.aliud.ff.de uerb.ſig.

11 *Inquiritur contra Titium,quòd oc-
cideri Caium tali loco,tali tempore
& proditoriè:ſi Titius reſpōdeat:
cidi,ſed non tali loco nec tali tempo
re uel non proditoriè, an iudex poßit
Titium cogere,quòd certū reſpōdeat.*

12 *Reſpondens inquiſitioni,occidi,ſi ho-
micidium appareat, an uideatur re-
ſpondiße ſufficienter.*

ANGELVS.

11 *QVID autē ſi cōtra te inqui-
runt,ꝙ occidiſti Titiū tali loco,tali
tēpore & proditoriē:tu autē reſpō-
dendo inquiſitioni,dicas ꝙ occidi-
ſti,ſed nō illo tēpore,illo loco, &
non proditoriè: an iudex poſſit te
cogere,quòd certum reſpōdeas.&
quòd ſic:quia non uideris omnino
ad interrogata reſpondiſſe:ita tenet
ſingulariter Bar.per illū text.in l.de
ętate.§.quod autē.ff.de interrog.

12 *Quid autē ſi reſpōdeas inquiſitio
ni,occidi,ſi homicidium appareat,
an uideatur reſpōdiſſe ſufficienter?
dicas,quòd nō.arg.not.per Bar.in l.
de ætate.§.nihil.ff.de interrog.act.
& firmat Lud.in l.j.§.ſi quis ſimpli-
citer.de uer.obliga.

AVGV. Tu autem in hac mate
ria adde Mod.in d.l.de ætate.§.qd
autē,& uide Ro.in l.j.§.ſi qs ſimpli
citer.ff.de uer.obli.qui uidetur trāſi
re cū iſta doctrina Bart.licet aliqui
ibi contrariū tenuerint & malè:quia
illa ratio ſuper qua Bar.in d.§.quod
autem.fundauit iſtam concluſionē,
eſt uera in iure,nec tenentes partem
contrariā reſpondent rationi Bart.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in licentia per reum ſibi data de procedendo debet facere apponere iſta uerba, uſque ad ſententiam incluſiuè.*

2 *Iudex in criminalibus ubi imponitur pœna relegationis, abinde infra, in quibus de iure poteſt procedi contra abſentem:nō poteſt procedere ad diffinitiuam lite non conteſtata,niſi ſit data licentia.*

3 *Aßeßores cauti ſemper faciunt ſcribi quòd pars dat licentiam explendi proceßum in abſentia.*

Dicta die.

QVI iudex fecit ſibi dari licē
tiam poſſe procedi uſque
ad ſententiam diffinitiuam,in-
cluſiue a dictis inquiſitis com-
1 parentibus &c.*Et ſis cautus tu
iudex,quòd in iſta licētia per reum
data apponere facias, uſq; ad ſentē
a tiam[a] incluſiuè:aliàs autē ſi diceres,
dedit licentiā dicto iudici procedē-
di,uſq; ad ſententiā,& non diceres
incluſiuè,eſſet dubiū an poſſet pro-
cedere ad ſententiæ prolationē nō
citato reo propter dictionē uſque,
an ponatur excluſiuè:iuxta not.per
glo.& alios in l.j.ff.de pigno.actio.
& per Bar.in l.patronus.§.Sempro
nio.ff.de leg.iij.aliàs ſi aliqua licen-
tia conceſſa non fuiſſet iudici per
reū,ipſe iudex nō poſſet ſine debi-
tis citationibus procedere: quia ſi
nō poteſt in pecuniaria,& cauſa ci-
uili,ut l.nam ita diuus.ff.de adopt.
& l.de unoquoque.ff.de re iudica.
ergo multominus poteſt in crimi-
nalibus,ubi maius uertitur pericu-
lum.Et de iſta licētia ponit Barto.
in l.is qui reus.ff.de pub.iudi.uerſic.
ſed quæro quomodo cū ſupra &c.
& ibi Imol.qui dicunt quādo cōpa-
ret accuſator,iudices faciunt eū iu-
rare de calumnia,& ſibi dari licen-
tiā procedēdi,& ſi nō dederit,tamē
ex ſuo officio poteſt cauſam inqui-
ſitionis uel accuſationis proſequi,&
finire:ut no.Bar.in l.penul.ff.de pu-
2 bli.iudi.*Sed aduertas,quòd in cri-
minalibus in quibus imponitur pœ
na relegationis abinde infra,in qui
bus poteſt etiā de iure procedi con
tra abſentem,quòd nō poteſt iudex
procedere ad diffinitiuā lite nō cō-
teſtata,niſi data fuiſſet dicta licētia.
uide quod not.Sali.in l.abſentē.C.
de accuſa.uer.quæro & ſeptimò in
criminalibus &c.Si ergo iudices fa-
ciunt dictā licentiā in accuſatione,
idē & fortius faciunt,& facere de-
bent dari in inquiſitione. & tenet
talis licentia cōceſſa:quia in ciuili-
bus partes poſſunt paciſci,ꝙ ualet
iudicium ſine citatione,ita quòd nō
ſit neceſſe eos citari:ut l.fi.§.fi.C.de
temp.app.ita dicit Bal.ad literam in
l.ut perfectius.C.de anna.excep.ibi,
octauò,

octauò, quòd partes &c. ergo idẽ in criminalibus in quibus ad ſimilitudinem ciuilium procedatur: ut l. abſentem. ff. de pœnis.

ADNOT. a ¶ Vſque ad ſententiam. *De hac dictione uide etiam per Oldra. conſi. xlix. Ber.*

AVGV. Tu autẽ in hac materia adde Bal. in l. diem proferre. §. ſi quis litigatorũ. ff. de arbit. ponderantẽ ibi glo. dicentẽ illã glo. ordinariã, quòd tenet proceſſus ſine citatione partis, quãdo partes renunciant citationi: & ideo dicit, quòd in criminalibus uidemus practicari quòd iudices faciũt ſibi dari licentiam procedẽdi ſine citatione, & in abſentia partis: & allegat Spe. in tit. de citatione. §. uiſo. uer. pone, quòd partes. & ideo dixit Bal. in l. ſi quando. C. de teſti. quòd in criminalibus uidemus practicari, ꝙ iudices faciũt ſibi dari licentiã, quòd poſsit recipere teſtes ſine præſentia partis, & per conſequẽs ſine aliqua alia citatione. adde Bal. not. loquentem in hac materia, in l. ſi accuſatoribus. C. de accu. qui dicit, ꝙ ibi licet in illo tex. dicatur ꝙ accuſatore nõ citato nõ poteſt ferri ſententia abſolutoria: tamen hoc eſt limitãdũ, niſi accuſatores dediſſent licentiã iudici, ſuper hoc, ꝙ ſentẽtia poteſt ferri ſine alia
3 citatione.* Et ideo dicit, quòd cauti aſſeſſores ſemper faciũt ſcribi ꝙ pars dat licentiam explendi proceſſum in abſentia, quæ datæ licentiæ ualẽt: quia hoc reſpicit ad fauorem partis: ut l. idẽ proferre. §. ſi quis litigatorũ. ff. de arbi. & dicit, ꝙ iſtam partẽ tenet Spec. & omnes: & nõ dubito, ꝙ uoluerit allegare Spec. in d. §. uiſo. uerſi. ſed pone, quòd partes.

SVMMARIVM.

1 *Monitio, quòd cõpareat ſingulis diebus, an ualeat.*

QVI iudex dictos inquiſitos, & quemlibet eorum monuit ſingulis diebus, & horis &c. qui inquiſiti & quilibet eorum promiſerunt ſtare, parere & pati omnem condemnationem &c.
1 * Et talis monitio licet uideatur grauare partem, tamen ualet propter licentiam preambulam quam reus dedit iudici: aliàs autem ſi dicta licentia non præceſsiſſet, licet talis monitio de iure ualeret: tamen quia eſt nimis oneroſa & grauat reum, ipſe potuiſſet appellare, & dicere ꝙ imò uult citari ſimpliciter quolibet actu. ita dicit Imo. in l. qui ante calendas. in fi. ff. de uerbo. o. Bar. in extrauag. ad reprimen. in uerbo, per edictum. & per Pe. de anc. clemen. j. de foro compet. in §. & quia ſi in ciuili ubi non uertitur preiudicium, propter hoc poteſt appellari, quantomagis ſi reus non acquieſcit dictæ monitioni in criminali debet poſſe appellari à tali monitione, ubi maius uertitur preiudicium argumen. l. non tantum. cum ſimi. de appellatio.

AVGVST. Tu adde quòd error quòd iſte doctor dicat, ꝙ Imo.
a in d. l. qui ante calẽdas[a]. dicat ꝙ poſsit appellari à tali monitione iudicis, quòd ſingulis diebus & horis compareat, niſi præcedat illa licentia, de qua ſuprà in proxima glo. nec Pet. de Ancha. nec Bart. in locis ſuprà allegatis per Ang. hoc dicunt nec Imo. in dict. l. qui ante calen. ſed Imol. ibi loquitur quando citatio generalis ad totam cauſam facta: quia dicit ſi eſt facta ſine cauſa: putà quòd ille citatus nõ ſit de lõginquo, non tenet, & poterit appellari. Quinimò etiã iſto caſu eſt maximũ dubiũ in iure, an ab illa citatione generali poſsit appellari: quia aliqui tenent ꝙ talis citatio eſt nulla: ut uoluit Ant. de bu. in c. fi. extrà de dila. & ipſemet Imo. in l. ex cõſenſu. §. fi. in xxj. colum. ff. de appel. & Imo. in l. de unoquoq;. §. j. ff. de re iud. & Domini. de ſancto Gemini. in c. ij. de do. in vj. licet Imo. in c. conſuluit. extra de offi. deleg. tenuerit quòd neceſſaria ſit appellatio. Sed de materia uide d. Abb. in c. fi. extrà de dila. & do. Ant. de butr. in c. ad petitionem. extrà de accu. & in c. cum dilecti. extra de do. & contu. Sed quia iſta non eſt materia noſtra aliter nõ examino: ſed remitto te ad ea quæ ultra omnes Moder. ſcripſi multa allegando in d. l. qui ante calendas. in ulti. addi. meis. Quinimo Bal. in l. ſi quãdo. C. de teſti. tenet quòd talis monitio iudicis quòd quis cõpareat ſingulis diebus & horis ualeat: & Bal. in l. item illa. ff. de conſti. pec. Et de iſta cautela facit mentionem Bart. in d. extrauagã. in uerbo, per edictum. & Pet. de anc. in d. clemen. j.

ADNOT. a ¶ L. qui ante calendas. *Adde tu & uide Alex. & Moder. in d. l. qui ante calẽd. is. & uide Bar. in extrauagã. ad reprimen. in uerbo, per edictum. & Bart. in conſi. ccxxviij. in iij. uol. ubi quòd talis citatio nõ ualet, ex quo nõ habet debitũ ſpatium temporis, quod requiritur inter dilationẽ & dilationẽ: & ibi uide quæ adducit per plures rationes. adde tamẽ ꝙ Fed. de Se. in cõſi. clxxj. incipiẽ. Caſus talis eſt: quidã fuit citatus. tenet talem citationem ualere. & ibi ꝙ ſi comparet ad unũ actum, non poteſt dici contumax: & quòd ad omnes actus ſequentes eſt citandus, per c. ij. de do. & cõtu. ut ibi per eum: & quando citatio generalis ualeat, uide Paul. de ca. in conſi. l. in primo impreſsis. Ber.*

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor quando præſtatur in delictis, & quando non.*

PRO quibus, & quolibet eorum &c. Antonius Thomæ capellæ ſancti Antonij de Bononia fideiuſsit &c.
1 * Hoc uerum quòd præſtatur fideiuſſor, quando eſt tale delictum ex quo non uenit pœna, nec principaliter, nec in defectum, uel in quandam conſequentiam corporis afflictiua imponẽda: iuxta no. per Barto. in l. j. ff. de cuſto. reo. & ſic in caſu noſtro iſte non fideiuſsit pro Caio: quia pro pœna uel ſub pœna corporali non poteſt fideiuberi: quia non eſt dominus mẽbrorum ſuorum: ut eſt bona gloſ. in c. cum homo. xxxiij. quæſtio. v. intantum quòd non ualet fideiuſsio de præſentãdo aliquem ſub pœna corporali: ut not. Barto. in l. quarta. ff. de cuſto. reo.

AVG. Tu autem in hac materia adde quòd iſtæ concluſiones domi. Ange. hîc non ſunt ita indiſtinctè ueræ: nam poterit eſſe pœna pecuniaria: & tamen etiã reus non eſt fideiuſſoribus relaxandus: putà in caſibus poſitis per Ang. in l. nullus. C. de exhib. reis. putà ſi reus uoluit à principio incarcerari, & poſtea in fine quãdo ſentẽtia fertur, dicit uelle dare fideiuſſores: nã non debet audiri. & allegat bona iura quæ parũ mihi eſſet iſta hic tranſcribere, dic ut ibi. Item ſecundum Bal. in d. l. nullus. ſi reus

reus confiteretur crimē, etiam ſi pœna eſſet pecuniaria, nō eſt reus fideiuſſoribus relaxādus. Præterea uide Ang. qui ponit etiam quandoq; reū relaxari fideiuſſoribus, quādo pœna eſſet corporis afflictiua: ibi uide practicam: & tene mēti glo. ſingularem quā magnifacit ibi Roma. in l. lege Corn. ff. ad Sillania. quòd ille qui ſemel aufugit de carcere etiam in caſu quo deberet relaxari dando fideiuſſores, amiſit priuilegiū: adeò ꝙ ſi iſta ſecūda uice per quā eſt carceratus, licet deberet fideiuſſoribus relaxari, quia pœna erat pecuniaria, nō relaxabitur: qđ no. bene. faciūt not. per Bar. & Bal. in l. ij. C. de epiſ. aud. Intellige tamē prædicta, quòd uerū eſt quòd in cauſa criminali ubi imponitur pœna mortis, nō poteſt intercedere fideiuſſor. Dicas niſi conſuetudo eſſet in contrariū: quia tunc ualet cōſuetudo. gl. eſt ſing. xxiij. q. j. c. cum homo. quā refert & ſequitur Ro. in ſing. ſuis primi anni, ſingula. cxx. quod incip. tu ſcis quòd in cauſa criminali.

1 *Iudex debet eſſe cautus ut in fideiuſſione recipienda, ita latè eā concipiat, ut etiam caſum comprehendat ſi reus appellaret, & per iudicem appellationis eſſet iudicatum.*

3 *Fideiuſſor apud primum iudicem acceptus quando teneatur, & quando non lata ſententia per iudicem appellationis.*

ANGELVS.

2 *ET ſis bene cautus tu iudex, ut dictam fideiuſsionem capias latè, ut comprehendat etiam quòd in caſu qui reus appellaret, & per iudicē appellationis fuerit iudicatum, ꝙ etiā fideiuſſor teneatur: & ſic dicas quòd 3

Titius promiſit ſtare parere pati & ſoluere omnem condemnationē de eo: & ex dicto proceſſu in omnem cauſam quotieſcunq;, qualitercunq;, & quandocunq;, & per quencunq; fuerit iudicatum. argu. l. cum poſtea & ibi glo. in ſimili. ff. de arbi. uel dicat, ſi per dictum iudicem fuerit iudicatum, uel per alium qui loco ſuiſſet ſucceſſerit, uel etiam per iudicē appellationis: aliàs autem niſi iſta uerba in dicta fideiuſsione apponātur, ſtatim cum appellatū fuiſſet, fideiuſſor eſſet liberatus: ut l. cum apud. & ibi per Bar. ff. de iudi.

AVG. Tu aūt in hac materia ad. de Moder. latè ponētes iſtā difficultatem in d. l. cum apud. ff. iudic. ſol. uide glo. in l. ij. ff. de queſtio. in quadam notabili ſolutione, uidētur ampliare d. l. cū apud. ut illa lex habeat locum, etiam quando nomen iudicis proprium non fuiſſet in ſatiſdatione expreſſum: & ſequuntur Cy. & Iaco. de rauen. ibi allegantes l. ij. in princ. ff. iudica. ſol. & idem uoluit Barto. in d. l. ij. Et plenius Bart. in d. l. cum apud. & ibi Ange. & Bald. in l. reos. §. cautionem. in prin. C. de appel. licet Marti. ſilli. contrariū tenuerit, & non bene: ut dixit Iaco. butr. in d. l. ij. qui tandem per ſuām diſputationem conatur opi. concordare & cum eo tranſit Salic. in d. l. ij. licet in effectu eorum uerba non uideantur diſcrepare à uerbis Bart. in d. l. cum apud. Adde tamen quod notāter dixit Bar. in l. Iulianus. ff. qui ſatiſdare cogantur. in vj. colū. qui dicit quod etiam ſi iuramentum interueniat, procedit diſpoſitio d. l. cum apud. allegat gl. no. iij. q. iiij. c. quod bene ibi in effectu ipſe cōcludit, ... des



dex appellationis ſimpliciter firmat primā ſententiam, cum tunc ex prima ſententia detur actio: tunc fideiuſſores tenētur etiam in cauſa appellationis: ſecus ſi iudex aliquid b adderet, uel detraheret ſententiæ: quia tunc ageret ex ſecūda ſentētia, tūc fideiuſſores dati in prima nō tenētur in iſta ſecūda: & dicit hoc utiliſsimū eſſe ſcire propter cauſas criminales, quando reus appellat an fideiuſſores dati teneātur etiam in cauſa appellationis.

4 *Iudex tenetur fiſco etiam ſi principalis non eſt ſoluēdo: ideo bene debet aduertere in recipienda fideiuſſione cuius diuerſimodè concepta diuerſi ſunt effectus.*

5 *In fideiuſſione an ſufficiat quòd dicatur, pro quo fideiuſſit & c. abſque hoc quod dicatur, & renunciauit & c.*

6 *Fideiuſſor de ſiſtendo quandocunque curiæ placuerit, an teneatur ſiſtere reum etiam lata ſententia.*

ANGELVS.

4 *DEBES etiam animaduertere qualiter iſtā fideiuſsionē tu accipis: & etiam ſi principalis nō eſſet ſoluendo, tu iudex teneris fiſco in ſyndicatu: quoniam ſi acciperes de iudicio ſiſti, clarum eſt quòd expiraret adueniente ſententia, quæ apprehēderet reum: ut l. Græcè. §. poſt litem. ff. de fideiuſ. Idem ſi eſſet fideiuſſor b
a de repræſentando [a], qm̄ ſtatim lata ſententia quæ reum apprehendat liberatus eſt: ut no. Bar. in l. ſi quis reū. ff. de cuſto. reo. Idē ſi eſſet fideiuſſor qui promiſit ſtare, parere, & obedire mādatis curiæ, & dicti iudicis, quia talis fideiuſſor liberatur per ſententiā: ut not. Bal. in add. Spec. in tit. de reo. in prin. uerſi. ſed quid ſi facit &c. fa-

cit quod not. Dyn. in l. continuus. §. cūm quis. ff. de uerb. oblig. debet ergo addi, promiſit ſtare, parere mandatis dicti iudicis, & ſoluere, & pati omnem condemnationem [b] & pœnā quā de eo dictus iudex, uel alius uel etiam iudex appellationis ꝓ dicto maleficio faceret ꝓ quo &c. Seius fideiuſsit &c. * Et bene nota, quòd ſa- 5 tis eſt, ꝙ dicatur pro quo Seius fideiuſſit &c. nam eo ipſo, quòd dicit fideiuſsit, licèt non dicatur, & renūciauit &c. ſe obligauit, nec etiam alias clauſulas apponat: & licèt eſſet pœna furti: tamen fideiuſſor tenetur: ut dicit gloſſ. in l. inter ſtipulantem. in princ. & in l. cūm filius. in princ. ff. de uerb. obli. & Bart. in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo. in princip.

ADNOT. a ¶De repræſentando. *Adde tu an promittens reum præſentare intra octo dies dicatur in mora lapſis octo diebus, ſi non eſt ſibi præceptum per curiam, & an tempus octo dierum dicatur appoſitum gratia faciendæ obligationis, an gratia differendæ præſentationis, uide Paul. de caſt. in conſil. cxviij. in primo impreſſis. an autem liberetur fideiuſſor repræſentando antequam ſit requiſitus, uide Roma. in conſi. cxxxvij. & an promittēs repræſentare toties quoties &c. quādo teneatur, per do. Alex. de Imo. in conſi. cxlvj. col. 1. in ij. uolumine.* Ber.

¶Omnē cōdemnationē. *Adde tu & uide Bal. in cōſ. cclxxxv. in iij. uol.* B.

AVG. Tu autem in hac materia adde primò quæ dixit Catal. in tract. ſyndic. q. ccxlj. quòd iudex maleficiorum qui recipit fideiuſſores minus idoneos, ipſe de ſuo poſtea tenetur, per l. quoties. ff. qui ſatiſda. cogan. Et adde ea quæ dixit Angel. in l. ij. §. in fideiuſſorem. qui ſatiſda. cog. qui di-

cit ꝙ ille text.in d.l.Græcè.§.poſt li-
tem.eſt ſingularis, & non eſt alibi in
iure:qui etiam dicit ꝙ ſi actor differt
proſequi litē tanto tempore,quanto
poteſt durare inſtantia: & ſic ſit per-
empta inſtantia,ꝙ liberatur fideiuſ-
ſor iſte de repræſentan.niſi obligaue
rit ſe in ſcriptis, & pro republica:per
l.pe.C.de fideiuſ.& ibi uides quid in
cauſa appellatiōis,& quid ſi fideiuſ-
6 ſor eſt tēporalis. * Item adde quòd
Bar.in d.l.ſi quis reum:imò expreſsè
uult,quòd fideiuſſor aliquē quando-
cunque curiæ placuerit, etiam tene-
tur ſiſtere reum poſt latam ſententiā:
licet Bald.in l.eum pro quo. ff.de in
ius uocan.nō auſus ſit decidere: ſed
remittit ſe ad no.per Dyn.in d.l.con
tinuus. §.cùm quis.ff.de uerb.oblig.
Adde tamen quod Bald.in l.qui cri-
men.C.qui accuſ.in ij.col.ubi latiſ-
ſimè diſputat, & ponit materiam iſtā
de fideiuſſore qui promiſit de repræ
ſentando aliquem: tamen in indiui-
duo iſtius quæſtionis faciēs mentio-
nem de doctrina Barto. in d.l.ſi quis
reum. dicit quòd Bar.ibi peſsimè eſt
locutus,& quòd Dyn.uidetur tenere
contrarium in d.l.continuus. dicens
quòd ſua opinio eſt uerior quàm ſit
illa Bart. quòd uerba generalia de-
bent reſtringi ad id quod iuſtum eſt,
& non ad id quod iniuſtum eſt. l.ſi
cui.ff.de ſeruitu. Adde, Angel.tamen
in d.l.ſi quis reum. uidetur ſequi ſen
tentiam Bar.Adde quòd Roma.in l.
ſi finita.in prin.ff.de damno infec.fa
cit mentionem de hac altercatione
inter Bart. & Bal. & ibi nihil decidit:
& ibi uide Rom.& Moder.& ea quæ
latiſsimè ſcripſi poſt ipſos in addi-
tio.meis,an fideiuſſor de repræſen-
tando aliquem toties quoties curiæ
placuerit, an repreſentando bis ſit
liberatus:& faciunt no.per Roma.in
conſil.ſuo xiiij. ubi concludit, quòd
bis præſentando quis eſt liberatus:
& iſta eſt materia profunda, & latiſ-
ſimè ſcripſi in dicta l.ſi finita.

7 *Malefactor unus an poßit pro alio fi-
deiubere.*

ANGELVS.

7 * QVAERO an unus ex male-
factoribus poſsit fideiubere ꝓ alio.
Barto.in l. Romanus.in fi.ff.de tuto.
& cura.da.ab his.uidetur uelle quòd
ſic: ſed ibi uidetur loqui in crimina-
libus leuibus: tamē idem eſt in alijs,
quia eadem eſt ratio,dummodo,ut
ſuprà dixi, ſit tale delictum, quòd ſit
fideiuſſoribus relaxandus:unde ſi iu-
dex unū ex reis ꝓ alio reo fideiuſſo-
rē acceperit,non tenet̃ in ſyndicat.

AVG. Tu autem in hac materia
adde,ꝙ Ange.in l.reos.in prin.ff.de
duob.reis. uidetur in terminis hoc
uelle ibi.Sed aduerte,quia intelligo
iſta cum grano ſalis,ſcilicet,ꝙ unus
malefactor poteſt pro alio fideiube-
re:hoc uerum,ſi non eſt ſuſpectus.Et
ad hoc allego bonam gloſſ. in auth.
de exhi.reis.col.v.§.ſuſcepto.in uer.
fideiuſsione. quòd tene menti, quia
fruſtra totum eſſet, ſi intelligeretur
de eo qui nihil poſsideret.

8 *Fideiußor an teneatur ad illud quar-
tum plus,in quo incurrit reus ex for-
ma ſtatuti, ſi non ſoluerit originaliter
condēnationē intra decē dies, & quo
modo debeat eſſe cautus iudex in reci-
piendo fideiußionē dicendo, fideiußit
non tantùm pro pœna delicti, ſed pœ-
na dicti proceßus.*

ANGELVS.

8 * QVAERO an fideiuſſor te-
neatur ad illud quartum plus,in quo
incurrit



incurrit reus ex forma ſtatuti,ſi non
ſoluerit originaliter condemnatio-
nem intra x.dies.dic ꝙ non: quia il-
lud quartum plus, uel etiā ſi in plus
cōdemnaretur per ſuam negationē
habitam poſt fideiuſsionem: dic ꝙ
non:quia talis pœna quarti pluris ſi-
ue augmēti, nō eſt pœna delicti, ſed
eſt pœna notationis ſeu cōtumaciæ,
ad quam non interceſsit fideiuſſor.l.
fi.ff.de fideiuſſo.& l.j.& ibi Bar.ff.de
in lit.iuran. Sis ergo cautus tu iudex
finis, ꝙ ad hoc etiam fideiuſſor te-
neatur,ꝙ dicas, ꝙ fideiuſsit non tan
tùm pro pœna delicti,ſed pro pœna
dicti proceſſus,ut ſuprà dixi:ſed pœ-
na negantis, uel contumacis eſt pœ-
na ꝓceſſus, ergo fideiuſſor tenebit̃:
ita dicit Bar.in d.l.j.in fi.uel dicas, ꝙ
promiſit ſoluere iudicatum: ut l.iu-
dicatum.ff.iudi.ſol.ita elegāter dicit
Bar.in l.ſanctio legum. ff.de pœn. Si
autem alio modo quàm per negatio
nem pœna augeatur,an fideiuſſor te
neatur?uidetur ꝙ ſic: ut l.ij.in princ.
ff.quo.leg.dic tamen,ut ibi per Ang.
& omnino uide Barto.in l.fideiuſſor
magiſtratus.ff.de fideiuſſo.

AVG. Tu autem in hac materia
adde & dic,ꝙ contra iſtam deciſio-
nē Bar.expreſsè uidetur deciſio Ioā.
And.in addi. Specu.in tit.de fideiuſ.
§.j.in additio. quæ incip. extant etiā
quæſtiones. Guid.de Suza.qui dicit,
ꝙ ſi reus principalis condēnatus eſt
in duplū ex eo, quia nō ſoluit ſimplū
tempore debito,fideiuſſor ſoluit ſim
plum & duplū, ꝙ fideiuſſor poterit
repetere illud duplū à reo:per tex.in
l.ſi mādato meo. §. fideiuſſor.ff.mā.
niſi ſaluando Bar.dicamus limitādo,
quia doctrina Io.And.militabit quan
do talis fideiuſſor datus eſt poſtquā
pœna illa accreſcit, & non ante au-
gmentum pœnæ. Quòd ſi ante au-
gmentum,militabit doctrina Bar.in
dicta l.j. ita uidetur ſentire Bald. in
dicta l.j.licet non alleget Ioan. And.
in loco ſuprà allegato. Ad prædicta
etiam uide doctrinam auream Bart.
quam poſuit in l.ij.ff.de public.iudi.
per quam poteris limitare prædicta,
quando pœna creſcit in quarto plu-
ri,an ſit pœna delicti, an contuma-
ciæ: dic ut ibi. Et adde quæ dicentur
j.in gloſſ.quæ incip. quas ſi non ſol-
uerit intra decem dies, ſoluat cum
quarto pluri.in j.addi.mea.& Alb.de
Roſa.in j.parte ſtatuto. quæſt. cxliiij.
ibi determinat, ꝙ fideiuſſor non te-
netur ad iſtas pœnas contumaciæ.

9 *Fideiußoribus relaxandus,ſi idoneum
fideiußorem offerat, iudex autem reū
detineat in carcere, poterit agere con-
tra iudicem actione iniuriarum.*

ANGELVS.

9 *ET not. quòd ſi aliquis eſſet fi-
deiuſſoribus relaxandus, & iudex i-
pſum retineret aut carceraretur, ꝙ
cōtra iudicem cui fideiuſſorem ido-
neum reus offerret,poteſt reus age-
re act. iniuriarum: ut not. Bartol.in
l.ſi uerò pro condemnato. §.j. ff.qui
ſatiſ.cog.

AVGVST. Adde, quòd in ter-
minis idem uoluit Angel.in dicto §.
primo. & ibi Moder.ſequuntur opi.
Barto.ubi Angel. multùm exclamat
contra officiales detinentes inuen-
tos cum armis, quia debent relaxari
dando fideiuſſores. Et idem dixit
Bal.in l.ſed & ſi is. ff.de in ius uocā.
& hoc tene menti.

10 *Fœmina quæ non poteſt fideiußio-
nem præſtare, quomodo per cau-
tionem iuratoriam ſatiſfacit.*

ANGELVS.

10 * Et aduertas, quòd prædicta pro-
cedunt in maſculo qui tenetur dare
fideiuſſorē: aliàs detinebitur, ut infrà
in fi. dicam. In fœmina autem delin-
quente ſi poteſt præſtare fideiuſſorē,
eum præſtabit, in caſu quo ſit fideiuſ-
ſoribus relaxanda: ſi autem præſtare
non poterit, ſtabit ſuæ iuratoriæ cau
tioni: ut in auth. ut nulli iud. §. neceſ-
ſarium. facit auth. cui relictum. C. de
indi. uid. tol. & in authē. ſed hodie. C.
de offi. diuer. iud. quod no. tu iudex
ad tui defenſionem, ſi non coëgiſti
mulierem ad præſtandum fideiuſſ. &
eam relaxaſti ſuæ iuratoriæ cautioni
tantùm ſtando.

AVG. Tu autem in hac materia
adde quòd Bald. in l. ſatis. §. j. ff. de in
ius uocan. dicit, ꝙ licèt inuenti cum
armis debeāt poni in carcere, niſi ſa-
tiſdent, & dent fideiuſſorē: quia dan-
do fideiuſſorem nō debent incarce-
rari: hoc uerum in maſculo, in fœmi-
na autē non: quia fœmina ſi non po-
teſt præſtare fideiuſſorē iurando, ſta-
bitur ſuæ iuratoriæ cautioni de ſe p̄-
ſentando. tex. allegat quem dicit no-
tabilem in auth. ſed nouo iure. C. de
cura. quæ lex eſt extracta ex authē. ut
nulli iudic. ſuprà allega. Adde tamen
limitando prædicta; quia d. auth. ſed
nouo iure. habet locum ſolum in fœ
minis honeſtę uitę, quæ non poſſunt
incarcerari, ſed iuratoria cautiōe re-
laxari. ita dicit Pet. & ſequitur Cy. in
l. quoniam. C. de cuſto. reo. & Bar. in
dicto §. neceſſarium. faciunt no. per
Sali. in dicta l. quoniam.

11 *Fideiuſſorē præſtās, in ꝗbus caſibus pœ
nalibꝰ ueniat relaxādꝰ, & in ꝗbꝰ nō.*

ANGELVS.

11 * Scis etiam, quòd fideiuſſoribus
quis eſt relaxandus, quando ſimplic
ter eſt pœna pecuniaria, aut ex for-
ma iuris, uel ſtatutorū: ut l. j. ff. de cu-
ſto. reo. & ibi Bar. Si uerò eſſet pœna
corporalis, uel corporis afflictiua, tūc
reus non eſt fideiuſſoribus relaxan-
dus, ſed ſeruādus eſt in carcere: aliàs
poſſet recedere tempore ſententiæ:
& ſic pœna eſſet eluſoria contra l. ſi
prætor. ff. de iud. Item non eſt relaxā
dus ſi pœna licèt ſit pecuniaria, tamē
eſt in ſubſidiū corporalis: ut quia ſta-
tutum dicit condemnetur in cētum
libris, quas ſi non ſoluerit intra men
ſem, amputetur ei manus: ut no. Bar.
ff. de cuſto. reo. l. j. uel ſi ſtatutum di-
cat alternatiuè, utputa, ꝙ amputetur
manus, uel ſoluat lib. centum Bono.
uel fortius ſi eſſet copulatiuè, ut con
demnetur in amputatione manus &
in lib. centum: ita dicit Dyn. & Bar.
in l. ij. & ibi Imol. ff. de pub. iu. de quo
latius dixi ſuprà in gl. ſuper uerbo, ſi
ma publica. in uerſic. decimò quæro
&c. & ſequen. dic ut ibi: ubi etiam ui-
deas quādo uult, uel quando pōt fa-
cere depoſitū, & in qua forma, recur
ras omnino ad ea quę ibi plenè dixi.

AVG. Tu autem in hac materia
adde hîc no. per Bal. & Ang. in l. ij. C.
de exhi. re. qui in hac materia ponit
multas fallentias & limitationes, &
maximè quādo pœna eſt arbitraria,
an quis fideiuſſoribus ſit relaxādus
& ibi dicit cōſuetudinem inſpici de-
bere; per l. quid ergo. §. pœna gra-
uior. ff. de his qui nota. infa. quia ſi
conſuetum eſt, illam pœnam fore
corporalem, non eſt fideiuſſoribus
relaxandus, aliâs ſic; aliqui uerò ca-
ſus etiam ibi ponuntur per Angel.
ubi prædicta poteris limitare, dic ut
ibi: & ſatis dictum eſt ſuprà in hac ea
dem gl. in prin.

11 *Fideiuſſor eſt qui patitur ſe nominari
in actis pro fideiuſſore, pro maleficio
alieno: & non contradicit incontinen-
ti, licet non dicat expreſſè, ita promit-
to & fideiubeo &c.*

ANGELVS.

12 * CAVEAT tamen iſte Ant. qui
hîc fuit fideiuſſor uel alius quilibet:
quia quoties pro maleficio alieno,
iſte talis fideiuſſor patitur ſe nomi-
nari in actis pro fideiuſſore dicti in-
quiſiti, & ipſe incontinenti non cō-
tradicit, ſtatim tenetur, licet expreſsè
non dicat, & ita promitto & fideiu-
beo pro dicto inquiſito. iſte eſt ca-
a ſus, & ibi Bar. in l. cū oſtendimus[a]. §.
fi. ff. de fideiuſ. tut. quod not. quando
aliquis inquiſitus te præſente nomi-
nat te pro fideiuſſore, ſi nō uis obli-
gari, non permittas te ſcribi apud a-
cta, imò ſtatim contradicas, aliàs au-
tem tacens obligaris.

ADNOT. a ¶ In l. cum oſten-
dimus. *Adde & uide Ro. in cōſil. cccxj.
& ibi de uendente rem, qui dixit ꝗ erat
obligata eccleſiæ pro annua penſione, ꝗ ſi
emptor tacet, quia obligetur eccleſiæ, po-
teſt cogi ad ſolutionem. Ber.*

AVG. Adde tamen tu quòd mul
ti doctores uoluerunt, quòd ideo in
d. l. cum oſtendimus. §. fi. ibi induca-
tur ſtipulatio per patientiam cū ſcri
ptura, quia concurrebat fauor pupil
li: & hoc uoluerunt ibi Bar. & Bal. in
d. §. fina. Barto. in l. j. in princip. ff. de
uerborum obliga. dixit ibi quòd ne-
dum hoc erit in pupillo, ſed etiam
erit generaliter in omnibus: ut per
ſcripturam inducatur illa ſtipulatio
quæ parit fideiuſsionem illam: ſed
quia iſta eſt maxima materia, adda-
tis quòd opus eſſet uidere dicta Dy.
Bartol. & Bald. in d. l. cùm oſtendi-
mus. §. finali. & Cy. in l. inuitus. C. de
procuratoribus. & dominus Anto. &
Abb. in c. nonne. extrà de præſum-
ptioni. & domi. Benedic. de plumbi.
& Pau. de caſtro, & Rapha. & Imo. in
l. ſciendum. ff. de uerborum obliga.
& Bar. in l. fin. ff. de præto. ſtipu. in pe
nul. colum. Bald. in l. tale pactum. §.
qui prouocauit. in vij. col. ff. de pact.
& Bart. in l. j. §. j. ff. à qui. app. non lic.
& Barto. in l. cum quis incendiis. in
prin. ff. de lega. iij. Bal. in c. j. §. fin. de
inue. inter domi. & uaſal. conte. per
gl. in l. ſi fideiuſſor. in prin. ff. qui ſa-
tiſda. cog. Bal. in l. ſtatutis. in fi. C. de
ſent. ex breuic. reci. & Bal. in d. l. ſi fi-
deiuſſor. in fi. Bal. in l. ſiue apud acta.
C. de tranſac. in j. colū. Bal. in l. filius.
§. inuitus. ff. de procu. Bal. in l. ij. §. uo
luntatem. ff. ſol. matrimo. Roma. in l.
dot. in xxv. col. ff. ſol. mat. & ibi Imo.
dicit & Ioan. an. in regu. qui tacet. de
de reg. iur. & alia reg. is qui tacet. eo.
tit. & do. Card. not. loquitur in cle. j.
extrà de procurat. & Bal. in l. j. C. de
decu. lib. xj. ego latiſsimè ſcripſi ue-
ritatem iſtius concluſionis poſt Ro-
ma. & Moder. in d. l. j. ff. de uerb. obl.
dic ut ibi dixi.

13 *Conſuetudo eſt per Italiam, quòd iu-
dices quando accipiunt fideiuſſores, ꝗ
accipiant approbatores fideiuſſorum,
quæ eſt bona cautela.*

14 *Præſens licèt ſit tacens neque humeris
aut capite annuat, ſi patitur nomen
ſuum ſcribi in actis, quod ipſe appro-
bet dictos fideiuſſores pro idoneis, ſta-
tim tenebitur.*

ANGELVS.

13 * Not. etiam quòd conſuetudo eſt
per Italiam, ꝙ ſemper iudex quan-
do accipit aliquem fideiuſſorem, ꝙ

etiam uult unum approbatorem qui
approbet dictos fideiuſſores eſſe ido
neos:nam eſt bona cautela pro iudi-
a ce:aliàs autem ſi fideiuſſores [a] ido-
neos nõ acceperit,ipſe iudex in ſyn-
dicatu tenetur poſtea ad intereſſe
reipublicæ. arg.l.j.§. ſciendum.ff. de
magi.conue. & inſtit. de ſatiſd. tu.§.
ſciendum eſt autem. quia ſi ibi iudex
tenetur pupillo, quando nõ accepit
fideiuſſores uel minus idoneos à tu-
toribus:ergo eodem modo tenetur
iudex reipublicæ quando minus ido
neos fideiuſſores accepit,cum reſpu
blica & pupillus æquiparētur:ut no.
gl.& docto.in l.imperatores.ff. de re
iudic.Et ideo cùm de more iudicum
ſit uelle approbatores fideiuſſorum
14 quos recipiunt, * caueat etiam ali-
quis ne patiatur ſe præſente, licet
etiam fuerit tacens ſcribi nomen ſuũ
in actis, quòd ipſe approbet prædi-
ctos fideiuſſores pro idoneis: quia
ſtatim quamuis non loquatur, nec
humeris uel capite annuerit,tenebi-
tur:ut in d.l.cum oſtendimus.§.fi.

ADNOT. a ¶ Fideiuſſores. *Adde tu an in ſententia approbationis fideiuſſorum ſint citandi illi quorum intereſt. & uide Roma.in conſi.lxxij.Bern.*

AVGVST. Inquantum do. Ange.hîc tangit materiam d.l. cùm oſtẽdimus, addatis hic ea quæ dicta ſunt ſuprà in proxi. præce.q. ubi apparebit, an ſit uera uel falſa illa cõcluſio quam affirmat hîc do.Ange. & adde in hac materia Moder.in l.j.§.ſciendum.ff. de magi. conue. ubi tractant materiam horum approbatorum fideiuſſorum.

15 *Inquiſito abſoluto, ſi poſtea fiat ſtatutum quòd reuideātur proceſſus,qua reuiſione facta qui fuerat abſolutus eſt condemnatus, an fideiuſſor quipi mò interceſſit teneatur.*

ANGELVS.

15 *ET menti habeas, quòd ſi ali-
quis ex iſtis inquiſitis eſſet abſolu-
tus,poſtea inde ad annum fieret ſta-
tutum, quòd non obſtante quacun-
que abſolutoria poſſint reuideri p-
ceſſus præteriti,& uiſo proceſſu iſto
rum fuerint condemnati, an iſte An-
tonius fideiuſſor teneatur.dic quòd
nõ:& ita dicit Bar. quòd fuit aliàs de
facto obſeruatum per illum tex.in l.
fin.ff.de pactis. quia ius liberationis
quæſitum dicto fideiuſſori propter
abſolutoriam non potuit poſtea tol
a li per dictum ſtatutum,quòd not [a].

ADNOT. a ¶ Quod not. *Adde tu & uide Barb.in conſi.v.& ibi quando credatur alicui ſine cautione.Bernardinus.*

AVGVST. Tu autẽ in hac materia adde, quòd ad corroborationem doctrinæ Barto.poſitæ in d.l.fi. faciunt not. per Bald. in l. pacta nouiſſima. in antepenul. col. C. de pactis.& d.Bal. in l.fi. in prin.C.ad Macedenonia. Sed Raph. Fulg. in d.l.fi. ff.de pactis.non approbat rationem Barto.ibi,ſed fundat ſe ad defenſionem iſtius quæſtionis per aliam rationem quàm per illã Bar. dic ut ibi.

16 *Inquiſitus uel accuſatus ſi non poteſt fideiuſſores præſtare, quid erit faciendum.*

ANGELVS.

16 * QVAERO, quid ſi inquiſitus
uel accuſatus de aliquo crimine nul-
los poſſit præſtare fideiuſſores, dic
quòd in carcere detinetur:ut eſt tex.
& ibi per Bart. & docto. in l.reos.§.
ſuper his. C. de appella.& in l.ij.in
prin.ff.de cuſto.reo.

AVGVST. Tu adde quòd iſta eſt uera concluſio:& ita etiam determinat Ang.in l.ij.C.de exhiben.reis. & ibi uide Bal. notabiliter loquentẽ: non extendo eorum dicta ne ſim nimis longus.

17 *Fideiuſſor ſi pendente lite moriatur, an obligatio fideiuſſoria tranſeat ad hæredem ſuum.*

ANGELVS.

17 * QVID autem ſi iſte Antonius
fideiuſſor pendente lite moriatur,
an obligatio ſua fideiuſſoria trãſeat
ad hæredem ſuum?gl.eſt ſingu. inſti-
tu.de fideiuſ.§. fideiuſſor non tantũ.
quæ dicit quòd non:quod intelligũt
ibi docto. uerum, quando fideiuſsit
pro tali maleficio: ſecus ſi certã pœ-
nam: puta centum promiſiſſet, licet
dicat pro tali maleficio, quoniã pœ-
nalis ſtipulatio qualificata tranſit cõ
tra hæredem & hæreditatem iacen-
tem:ut l. ad diem. & ibi Bar.Ange.&
dominus meus Ioan.ff. de uerb. ob-
lig.quod nota.

AVGVST. Tu adde quæ latè dixi poſt Moder.in d.l.ad diem.ff.de uerborum obligat.dic ut ibi.

18 *Fideiuſſor ad quid teneatur,ſi inquiſitus ſit relaxatus & poſtea aufugiat.*

ANGELVS.

18 * AD quid autem teneatur iſte
fideiuſſor, ſi dicti inquiſiti ſunt rela-
xati,poſtea aufugiant:uide Pe.& Cy.
in l.ad commentarienſem.C. de cu-
ſto.reo. Sed omnino uide ibi latius
per Sali.

ADNOT. a ¶ Aufugiant. *Adde tu & uide Raph.conſil.xxxij.& quid ſi unus ex duobus iudicibus perſuadeat q fugiat,uide Cæp.in conſil.xxv.*

AVGVST. Tu adde & uide notabilia ueba Ang. in l. nullus. C. de exhib.reis. qui notabiliter loquitur: aliquid ibi per eum.



SVMMARIVM.

1 *Carceratur inquiſitus de crimine capitali.*
2 *Carcerandus eſt reus ubicunque uenit imponenda pœna corporis afflictiua.*
3 *Carcerandus eſt reus ubi indicia ſunt ſufficientia ad torturam.*
4 *Carcerandus eſt reus in omni cauſa criminali,quando fideiuſſores præſtare non poteſt,fallit in fœmina.*

QVI iudex dictũ Caiũ deti-
neri & carcerari iuſsit &c,
Super iſta gl. bene caderet materia
carcerationis: uerum quia dixi ali-
quid ſuper gl.in uerbo,fama publica
præcedente &c.uerſic.poſtquam ue-
rò reus ſe præſentauerit &c.hîc omit
1 tam.dic ut ibi.* carceratur ergo iſte
homicida & meritò:quia eſt inquiſi-
tus de crimine capitali: ut l. ſi quis
2 poſt. ff. de teſta.* Secundò quis eſt
carcerandus ubicunque ueniret ex
delicto intentato imponenda pœna
corporis afflictiua.l. ictus fuſtium. ff.
3 de his qui notan.infa.* Tertiò ſi con
tra accuſatum uel inquiſitum ſunt
indicia ſufficientia ad torturam,quia
tunc carcerandus eſt,ut torqueri poſ
ſit:iuxta no per Bar.in l.fi.ff.de quæ-
ſtio.& Cy.& docto.in l.fi.C.de quæ-
ſtio.& Bal.& Io.de Imo.in l.fi.de hæ-
re.inſti. qua tortura habita ſi reperia
tur culpabilis,poſsit puniri, aliàs ſi in
nocens relaxari:ut l.ij.C.de exhi.reis,
ibi dum dicit, donec reperiatur co-
gnitio.& ibi Iaco. de Butr. & Salice.
4 * Quartò ſemper reus eſt detinẽdus
in omni cauſa criminali:quando nõ
poteſt præſtare fideiuſſores:ut l.j.C.
de cuſto.reo. & quod ibi Bart. Fallit
hoc in muliere, ut d.l.ij.C. de cuſto.

reo.& aut.ibi poſita:& not.Inn.extrà de ſenten.excom.c.ut famæ. ita dicit Bal.& Io.de Imo.in d.l.ſi quis poſt.ff. de teſta.uide tex.gl.& Sal.in l.nullus. c.de exhib.& intro.re.Et an carcer di a
a catur ad cuſtodiam [a] uel ad pœnam: uide Sali.in d.l.nullus. uide tu tex.in d.l.aut damnum.§.ſolent.ff.de pœn.

ADNOT. a ¶ Ad cuſtodiam. *Vide Fulg. in conſ.xliij.& Raph. Cu.in conſ.cv.& ibi quòd carcer eſt inuẽtus ad cuſtodiam:& quòd eſt locus ſanctus nõ profanus,& illum frangens debet capite puniri. & adde Ange. in conſil.ccxiij. ubi quòd per carcerationem dicitur corpus affligi.Bern.*

AVGVST. Tu autẽ in hac materia adde,quòd iſta omnia originaliter fuerunt dicta primò à Bald. in l. iij.C.de epiſco.audien.in fi. qui ponit materiam quando quis poteſt in carcere detineri.& allegat d.Inn.ubi ſuprà. Intellige tamen prædicta ſecundum quod intelligit Bart.in l.j.ff. de cuſto.reo.

5 *Iudex imponit militi quòd faciat detineri & carcerari ipſum reum periculo militis:& eodem modo miles facit cuſtodi carcerum , uel iudex recta uia tradit ſaluandum cuſtodibus.*

6 *Carceratus ſine cauſa aut carceratione exiſtente nulla, ſi carceratus aufugiat,cuſtodes non tenentur:& ſi carceratus ueniret abſoluendus, cuſtodes non ſunt in culpa , ſi non tenent illum ſub tanta cuſtodia.*

ANGELVS.

5 * ADVERTAS tamẽ quòd iudex imponit militi ſocio, ut dictum Caium detineri & carcerari iubeat uel faciat pro ære & perſona ſub periculo ipſius militis:& eodem modo poſtea facit miles cuſtodibus carcerum,uel recta uia iudex recommẽdat,& tradit ſaluandum,& cuſtodiendum dictum Caium pro ære & perſona dictis cuſtodibus ſub omni pe-
a riculo [a] dictorum cuſtodum:& nec mireris quòd iſta detentio incumbat ipſis cuſtodibus de iure & ex ſtatuto quia hoc probatur de iure per totũ tit.& maximè in l.pe.ff.de cuſto.reo. Et ſecundò quoniam cum probatur iudex uel alius officialis etiam quibet ſibi ſubdito,qui tamen ſit habilis ad hoc:& in loco condecenti poteſt hoc committere, ut malefactorẽ cuſtodiat, detineat, ſaluet, & ſibi reſtituat : ut eſt text.in aut.ſi quis ei.C.ad leg.Iul.de adul.ubi Bal.&Sal.dicunt. Not.caſum,quando miles ex mandato poteſtatis capit aliquem bannitũ uel malefactorem in aliquo caſtro: poteſt dictũ malefactorẽ tradere officialibus,in loco tenendũ, & ſaluãdo , donec poſteà cum pluri famil. pro eo ad ciuitatem cõducendo uenerit:& ibi officiales eorũ periculo caſu , debent dictum malefactorẽ mandatũ officialis ſuperioris detinere & ſaluare,per illum tex.quod...

ADNOT.a ¶Sub omni periculo. *Adde tu ut per Io.de Ana.in c. liij.& quòd pulchrè Fran.de Aret.in conſil. xxxviij. & adde quòd ſi carceratus iniuſtè fugiat,cuſtos non tenetur:iniuſto facto licet reſiſtere.ita conſuluit Ang. conſil.cxliij. in ij. uol. nec talis aufugiens habetur pro confeſſo.Bern.*

6 AVGVST. * adde tamen quòd ſi iſte aufugeret qui eſt incarceratus, & ſine cauſa ſit incarceratus,non tenẽtur iſti.Bar.in l.ius eius. C.de pub. Et ideo rectè dixit Ang. in l.quæ ſub conditione. §. fi. ff. de condi.inſti. quòd ſi etiam carceratio eſſet nulla, funditus non tenentur iſti cuſtodes : quinimo ſi carceratus ueniret abſoluendus, non ſunt in culpa iſti cuſtodes, ſi non tenent ipſi carceratum ſub tanta cuſtodia. Dic tamen de materia,ut per Bar. & doct.in l. ſi pecuniam. §.pe.ff.de condi. ob cauſ.

7 *Carceratus ſi ſe uulnerat , uel interimit,an iudex teneatur.*

ANGELVS.

7 * QVAERO aliquis carceratus ſe uulnerat uel interimit, uel laqueo ſe ſuſpendit, ut aliquando cõtingit, an iudex teneatur:dic quòd non : ut eſt tex.& ibi Floria.in l.quemadmodum.§.magiſtratus.ff.ad legẽ Aquil. quod tamen intellige niſi carceris ſit cuſtos, quia tunc an cuſtos teneatur eo ipſo,quòd aliquis reperitur mortuus in carceribus,& ignoratur quomodo mortuus ſit:no.gl.in l.cum ita legatur.§. ſpecies.ff. de leg.ij. & dixi ſ.in gl.in uerbo, fama publica &c. in materia carcerationis.

AVG. Adde quæ ibi dicta ſunt.

8 *Damnatus ad perpetuum carcerem, an intelligatur damnatus de publico iudicio.*

ANGELVS.

8 * ALIQVIS damnatus eſt ad
a perpetuum carcerem [a],an intelligatur de publico iudicio damnatus.dic quòd ſicut not. Bart. & ibi Imo. in l. ij.ff.de publi.iud. & Bal. in l.j.C. qui accuſ.non poſ.

ADNOT.a ¶ Carcerẽ. *Adde tu & uide Fulgo.in conſil. cxliij. ubi quòd quis non eſt damnandus ad perpetuos carceres.& adde etiam Ang.in conſil.cclvj. ubi damnatus ad perpetuos carceres poteſt iniuriarum experiri contra iudicem. Bernard.*

AVGVST. Adde tamẽ tu quòd Bald.in l.reos.C. de accuſa.in ij. colum.tranſportauit ibi dicta Barto.de uerbo ad uerbum, ubi ſuprà, licet de eo non faciat mentionem:& allegat etiam dicta Inn.in c. qualiter & quãdo.extrà de accuſa.

9 *Iudex ſecularis an poßit damnare ad carcerem perpetuum.*

ANGELVS.

9 * QVAERO an iudex ſecularis poſsit damnare aliquem ad pertuum carcerem:dic quòd non:ut no. Bart.in d.l.ij.& eſt text.in l. aut damnũ. §.ſolent.ff.de pœ.& l.ſeruus.cum ſi.ff. de pœ. Vnde ſi de facto fuit carceratus:& per iudicẽ ſecularẽ damnatus:& ita moriatur,nõ efficitur inteſtabilis:ita dicit Ang. & Imo. in l.ſi quis mihi bona.§.j.ff. de acquir. hæred.facit l.aut dãnũ.in prin.ff.de pœ.

AVGVST. Tu adde quòd licet de iure ciuili non poſsit imponi iſta pœna, tamen per ſtatutum poteſt imponi : ut dicit Bal.in l. reos.in ij.col. C. de accuſa. & ibi ponit quomodo de iure canonico:& intelligo prædicta de iure ciuili, non poteſt imponi in homine libero:ſecus in ſeruo : ut pulchrè declarat Bal. omnia iſta in l. j.C.qui ad lib.perue.non poſ.per tex. illius l.j.& l. capitalium.§. ſolent. ff. de pœn.

10 *Detinens aliquam perſonam non ut captam teneat,ſed alia cauſa, ut puta mulierem libidinis cauſa, an teneatur de carcere priuato.*

ANGELVS.

10 * QVID autem ſi quis retineat aliquam perſonam non ut captam teneat , ſed aliqua de cauſa : ut quia retinet aliquam pulchram mulierem
a recluſam cauſa libidinis [a] , an dicatur in carcere tenere : & ſic teneatur

de carcere priuato: ut C.de priua. carce.l.j.dic quòd non:ut not.Bar.in l.uerum.ff.de fur.

ADNOT.a ¶Cauſa libidinis. *Adde & uide do. Alex.in conſi.j.in iij.uolumi.Ber.*

AVG. Adde quòd imò Bar.ibi in d.l.uerum.nõ ita indiſtinctè dicit id quod autor iſte hic.imò Bart.multũ eleganter ibi diſtinguit, dic ut ibi. Præterea contra ſuam deciſionem facit multùm l.quoniam multa facinora.C.ad legem Iul.de ui.ſed uera deciſio iſtius quæſtio. poteſt colligi ex his quæ dicta ſunt per Bartol. & Ang.in l.diuus.cum materia.ff.ad legem Cor.de ſica.

11 *Soluens condemnationem pro carcerato ex cauſa maleficij, an poſſit repetere.*

ANGELVS.

11 *QVID ſi quis ſoluit cõdemnationẽ pro aliquo carcerato,an dicatur in dubio ſoluere animo donãdi, uel poſſit repetere? dic quòd poteſt repetere:ut no.Bal.in l.quamuis.cũ l.ſeq.ff.ſol.mat.licet in piam cauſam dicatur ſoluere: unde executor datus ad aliquid in piam cauſam exequendi,poteſt ſoluere cõdemnationem pro carcerato,etiam pro maleficiis,& dicitur ſoluere in piam cauſam:ut no.Bal.in d.l.quamuis.

AVG. Tu ibi adde & uide Imo. notabiliter loquentem,ſed eleganter ibi loquitur Ro.ego ibi latiſsimè dixi,poſt Moder.

12 *Delictum cõmiſſum fuit de nocte, & illi de Caſtro tenebãtur capere malefactorem,ex forma ſtatuti,qui nõ potuerunt exire caſtrũ,quum rector claues haberet,an tenebuntur de non captura.*

ANGELVS.

12 *QVID ſi de nocte commiſſ fuit maleficiũ,& illi de Caſtro ex for ma ſtatuti tenentur capere malefactorem,& ipſi nõ potuerũt exire caſtrũ,qa rector habebat claues,an teneantur de non captura? dic quòd no ut not. Barto.in l.iij.§.ſubuenitur. ad Sillania.

AVGVST. Tu addeᵃ quòd di concluſio Barto.approbatur à doc maximè à Ro.& Moder.in d.l.ſi quis in graui.§.ſubuenitur.ff.ad Sillania. bene faciunt not.in l.j.§.occiſorum. ff.eod.titu.

ADNOT.a ¶Tu adde. *Vide Barba.in conſi.xvj.Ber.*

13 *Carceratus pro cauſa ciuili uel cri nali,an omni die etiã poſt latam ſ tiam per decem dies poſſit appe*

ANGELVS.

13 *QVAERO, aliquis capt & carceratus pro cauſa ciuili uel c minali, an omni die etiam poſt ſententiam per x.dies poſſit app re: dic quòd ſic:quia ſtando in car ribus omni die grauatur: & ſic p pter nouum grauamen poteſt ap lare ᵃ: ita dicit Specu. in titu.de pel.§. reſtat. uerſi.& not. ſecund & uer. ſed quid dices.in fi.facit no.gl.& doc.in l.ij.C.de ſer.& uerſic. alii dicunt quòd non.& uult Bal.in l.ij.C.de epiſ.audi.

ADNOT.a ¶Appellare. *& uide Ang.in conſil.cclvj.Ber.*

AVGVST.Tu adde quòd maximè Ant.de But. approbant ctrinam illam Spe.& eam alleg ſequuntur, licet ad aliud prop in c. ex parte. extrà de appel.& Anton.de But.in c.dilectus fili trà de reſcrip.



14 *Carcere detineri, & in uinculis eſſe, quomodo quis dicatur.*

ANGELVS.

14 *ET aduertasᵃ quòd carcer dicitur quoties quis non poteſt exire de loco pro libito uoluntatis:unde poteſt aſsignari pro carcere totum palatium poteſtatis uel tota ciuitas.Si autem ponũtur cuſtodes, tunc dicitur eſſe in uinculis:ut l. ſuccurrit.ff. ex quibus cau.maio.ita dicit Ang.in l.qui in carcerem.ff.quod me.cauſa. quod not.tu iudex, quando ex forma ſtatuti debes aliquem carcerare,uel non.

ADNOT.a ¶Et aduertas. *Vide tu Cap.in conſi.xl.*

AVG. Tu adde quæ dixi ſ.in gl. in uerbo,fama publica præcedente. in materia carcerationis:quando dicatur quis detentus.Et adde Ang.& Ro.in l.ſi quis in graui.§.clauſos.ff. ad Silla.quem.§.legit Ro.ſub.§.ſi ſubuenitur. & quòd una ciuitas poſſit aſsignari pro carcere:hoc dixit Ange.in l.nullus.C de exhib.reis.

15 *Carceratus an poſſit contrahere, uel teſtari,uel confiteri in carcere.*

ANGELVS.

15 *AN autẽ carceratus ᵃ poſſit cõtrahere uel teſtari, uel confiteri in carcere:uide ibi Ang.& Bar.& doc. in l.qui in carcerẽ.ff.quod met.cau. & Bar.in l.qui neq;.de uerb.ſigni.& Bar.Bal.Ang.& Raph.& plenè Ioan. de Imo.in l.q à latronib.ff.de teſta.

ADNO.a ¶Carceratus. *Adde an contractus carcerati ualeat:& quãdo quis dicatur in carcere:& uide Fulg. in conſi.clxxvj.& uide Raph.cu.in cõſil. cxliij.ubi ꝙ poſtquam quis fugit de carcere quòd poteſt teſtari.& uide eundem in conſi.clvij.Ber.*

AVG. Tu adde Bal.in d.l.qui in carcerẽ.& uide Bal.in l.j.C.de cõfeſ. Bal.in l.necnon.§.j.ff.ex quib.cauſis maio.Bal.in l.ſi quis in hoc.C.de epiſco.& cleri. Pulchram limitationem Ange.in l.nemo carcerẽ.C. de exa.tribu.qui ponit quãdo promiſſio facta in carcere tenet.Bal eo.C. quo.& quan.iud.

16 *Carcer quid dicatur: & carceratus quis dicatur.*

ANGELVS.

16 *ET ad id quod dixi,quid dicatur carcer,uel quis dicatur carceratus:adde quod habetur in l.uerum. & in l.uinculorum.de uer.ſig.& Inno.& Ioan.an.in c.nuper.in prin.de ſen.exc.& Ang.in l.quoniã.de cuſto. reo.& in l.ij.C.de exhib.re.facit quòd uoluit Bart.& domini mei: ubi uult quòd omnis locus aſsignatus alicui pro carcere ſit carcer.& idẽ ipſe uoluit in l.ij.C.de exhib.reis.facit l.Titio.§.j.ff.de cond.& demonſt.& quòd ibi Bar.uide Iac.de Are. & Bart.in l. qui neque.de uer.ſigni.

AVGVST. Adde quòd de his ſatis eſt dictum ſ.in d.glo.in uer.fama publica præcedente.

SVMMARIVM.

1 *Nemo damnandus eſt,niſi prius ei dato termino ad faciendum ſuã defenſionem:& hanc practicam totus mũdus ſeruat, quòd ſponte cõfeſſum iudices mittunt ad carceres:& apud acta aſſignant ei terminum ad allegandum quicquid uult ne condemnetur, & ad faciendam omnem eius defenſionem.*

QVI iudex dictis inquiſitis, & cuilibet eorũ ſtatuit terminum decem dierum, ad eorum defenſionẽ faciendam &c. Hoc

1 * Hoc fit per l.unius.§.cogniturũ. ff.de quæſt.nemo enim debet damnari, niſi prius dato termino ad faciendã ſuam defenſionẽ: ut l.rei.§.ſi ad diem.ff.de re milit.& eſt text.cum gl.in l.j.ff.de fur.ita dicit Bar.& Imo. in l.cuſtodias.§.j.ff.de publi.iudi.& Salic.in l.ij.C.de cuſto.reo.in uer.& hãc practicã ſeruat totus mũdus &c. dic ꝙ totus mũdus ſeruat hanc practicam,quia ſponte confeſſum iudices mittunt ad carceres,& apud acta præfigunt ei terminũ ad allegandũ
a quicquid uult ne condemnetur [a],& ad omnẽ eius defenſionẽ faciendã, intra quem ſi nullã faciat,ſatis in cõfeſſione ſua perſeuerare uidetur: ut in ſimili dicitur de donatione quæ non reuocatur: ut l.iij.§.ſi maritus. ff.de do.inter uir.& uxo. Si uerò cõfeſſionẽ ſuam reuocat, oportet ꝙ cauſam dicat,quare reuocat,& illam ꝓbet:ut l.error.C.de iur.& fac.igno.

ADNOT. a ¶Ne condemnetur. *Adde & uide Alexã. in conſi.lvij. in iij.uol.ubi an repertus in flagranti crimine poſſit damnari.*

AVGVST. Adde hic quæ dicã infrà in iſta glo.in additione ultima.

2 *Reus confeſſus eſt maleficium, ſtatim iudex miſit eum ad furcas non dato ei termino ad ſe defendendum, an poterit iudex in ſyndicatu ſuſtentari.*

3 *Dilationem per legem ſcriptã, aut per ſtatutũ conceſſam,non eſt neceſſe petere,neque à iudice concedi.*

4 *Defenſio per reũ fieri poteſt,etiã quòd ei non daretur terminus ad faciendũ defenſionem ſuam.*

ANGELVS.

2 * SI autẽ aliquis fuit confeſſus maleficium,& ſtatim iudex miſit eum ad furcas, nõ data ei dicta dilatione ad faciendum ſuas defenſiones, [...] dex poſſit de iure ſuſtentari [...] ſyndicatu.Bal.in l.nouerint.C.[...] tra cert.temp.dicit ꝙ aut reus [...] dilationẽ prædictã:& tunc iudex [...] lè facit,quia eam dare debuit: [...] petiit, tunc iudex nõ habuit ne[...] dare:ut l.qui ſententiã.& l.cum [...] C.de pœ.
3 * In dilatione autẽ q[...] ſet per legem ſcriptã, uel per ſta[...] conceſſa,non eſt neceſſe ꝙ pet[...] nec ꝙ à iudice concedatur:ut [...] dicari.C.de pœ.ita dicit Bal.[...] dicit Bald.in d.l.cum reis.C.[...] ubi dicit not.argu.ad quæſt.ſi [...] dedit dilationẽ cõuicto ad face[...] ſuã defenſionẽ, & amici proc[...] in multis: uel procurant ꝙ [...] nantia generalis ut liberetur, [...] iudex non debet iſta expecta[...] debet facere reum conuicti[...] ciare dilationi, & facere o[...] ſuũ &c.
4 * Sed bene not.ꝙ lice[...] ſi non daretur terminus ad fac[...] ſuam defenſionẽ, uel excuſati[...] poſſet tamẽ per reum fieri de[...] ut d.§.cogniturũ. habetur.&[...] Bald.in l.in crimine.ff.de adul[...] extrauag.ad reprimen.in uerſ[...] figura iudicii.in uerſ.an debe[...] dilatio &c.& non eſt mirũ: q[...] fenſio eſt de iure naturali: un[...] ſi uellet iudex, non poſſet e[...] ferre reo: ut in cle.paſtoralis.[...] iudic.quis autem defenſiones [...] facere,dicam j.in glo.proxi.

AVGVST. Tu adde qu[...] j in iſta glo.in ulti.addit.[...] autem defenſiones poteſt face[...] cam j.in glo.proxi.quę incipit [...] rẽt inquiſiti in termino defen[...]

5 *Reus an poſſit renunciare term[...] fenſionis.*



6 *Defenſioni an poſſit renunciare reus, de qua conſtat nullam habere defenſionem.*

7 *Defenſionis renũciatio,an teneat,quãdo conſtat reum habere defenſiones.*

8 *Defenſionis renũciatio an admittatur, quando dubiũ eſt, an reus habeat defenſiones.*

9 *Defenſionibus quibus poſſit renunciare reus,& quibus non.*

10 *Confeſſus maleficium ſi petat terminum,nõ obſtante confeſſione ad ſe defendendum,quem ei lex denegat,quia maleficium eſt notorium,an iudex ſtatim poſſit procedere ad condemnationem & executionem.*

11 *Defenſionibus ſuis an poſſit renunciare qui in flagrãti crimine eſt repertus.*

12 *Latro famoſus, an poſſit ſuis defenſionibus renunciare.*

13 *Defenſionibus quando poſſit renunciari,ponitur caſus tertius.*

14 *Defenſionibus de præſenti competentibus,an quis poſſit in iudicio generaliter renunciare.*

15 *Iudex ut ſedet tumultũ populi, poteſt pendente dilatione facere executionẽ corporalem.*

ANGELVS.

*AN autẽ reus poſſit tali termino defenſionis renunciare. Bart.in l.cuſtodias.in fi.ff.de pub.iud.& in l.quidam ſunt ſerui pœnę.ff.de pœn.& in l.nõ tantùm.ff.de appel.uidetur uelle ꝙ non poſſit renunciare: & in d. l.nõ tantùm,fiebat executio de facto, quod credo uerum.dicit tamen Bal. in l.raptores.C.de epiſc.& cler.quòd hoc eſt uerum, niſi dicatur talis inquiſitus ſciens ſe non habere aliquã defenſionẽ:imò carere omni defenſione ſponte, & ex certa ſcientia dicto termino defenſionis renũciauit, tunc talis renunciatio ualet:unde tu iudex bene nota quæ uerba apponi facias, ut ualeat dicta renunciatio, quando reus termino defenſiuo renunciat: uide Angel. & Imol.in d.l. cuſtodias.& Ang.in l.pacto quod in
6 hæredem.ff.de pact.qui dicunt * ꝙ ſi conſtet reum nullam habere defenſionem,fortè quia eſt inſignis latro,tunc poteſt renũciare:ex quo ius defendendi non habet, per ea quæ habentur in l.prouinciarũ.C.de fer. quia per talem renunciationem non læditur, niſi quia citius moritur, de quo non uidetur curandum: ex quo certum eſt ipſum non habere defenſionem,per d.l.cum reis.C.de pœn.
7 * Si uerò conſtat eum habere defenſionem,& tunc non tenet renuncia-
8 tio:ut d.l.non tantũ.ff.de appel. * Si autẽ dubium ſit, tunc admittitur renuntiatio,ſed ſi eum pœnitet, poteſt ſe defendere: ut l.j.cum gloſ.& ibi Bald.C.de fur.ſed gloſ.in d.l.j.dicit quòd ſi aſſerat ſe nõ habere aliquas defenſiones quas facere poſſit,tunc renũciare põt termino:ut ibi etiã tãgit Ang.hoc etiã fuit de mẽte Bal.in l.fi.ff.de fur.ubi dicit ꝙ nõ poteſt renunciari defenſionibus:termino autẽ ſic.alleg.Innoc.in c.cũ olim. Abb. de offi.dele.Bal.in l.nam & poſtea.§. ſi minor.ff.de iureiur.dicit ꝙ ſi certũ eſt reũ habere defenſiones, ꝙ nõ tenet renũciatio, quia læderetur:ſed ſi nõ haberet liquidas probationes, nõ præſumitur habere: & ego ſemper practicaui dictũ Bal.in d.l.raptores. Aduertas tamẽ ꝙ Bal.in l.fi.C.q accu.nõ poſ. uerſi.& præmitto ꝙ omnis eorũ defenſio &c. & uer.ſuper
9 quinto dicit &c.dico* ꝙ legitime defenſioni per quã funditus extinguit termi

terminus defenſionis non poteſt re-
nunciari:ut l.pactum inter hæredē.ff.
de pact. ſed defenſionibus quæ ſunt
de apicibus iuris ſtatutorū, & nō de
iuregentium poteſt renunciari: ut l.
ſi accuſatoribus.C.de accuſ.in gl.qđ
dicit procedere de expreſſa renun-
ciatione: ſed tacita & uelata renun-
ciatio per lapſum termini bene po-
teſt fieri: & quoniā fortior eſt exclu-
ſio temporis, quàm renunciationis:
ut l.ex facto.§.ſi quis bonorum.ff.
ad Treb.ad hoc ut termini datio a-
liquid operetur: ut ca.paſtoralis.de
exceptio.quod nota.

AVGVT. Tu autē in hac ma-
teria adde ea quæ dicit Bal.in l.j.C.
de cōfeſ.in iiij.char.in illa quæſt.quę
incip.quæro de quæſtione quotidia
na: Titius accuſatus uel inquiſitus,
qui dicit allegando text.in l.iij.§.ſi
ad diē.ff.de re mili.quē tex.dicit eſſe
notabilem ad hoc,ꝙ ſi Titius confi-
tetur occidiſſe Seium,de more eſt,ut
detur ſibi terminus ad omnē ſuā de-
fenſionē faciendā: & quomodo iſte
talis ſic cōfitens reuocare poſsit ſuā
confeſsionē iam factam corā iudice.
adde quæ dicam ĩ.in ſeq.glo. Itē ad-
de inquantum do. Ang.hic allegauit
Bal.in l.nouerint.C.de aboli.addatis
ꝙ error eſt, quia illa l.nouerint. eſt
in tit.ut intra cer.temp.&c. Item ad-
datis ꝙ non eſt uerū,ꝙ Bal.in d.l.cū
reis.dicat id ad quod allegat eū do.
Ange.hic. Itē adde ꝙ dubito ualde,
ne iſti doct.errauerint dum uolūt ꝙ
cōtra tales ratificantes & confitētes
debeat dari ille terminus ad ſe defen
dendū, quia cū tales cōfitentes pro-
pter ſuā confeſsionē dicantur indu-
cere quandā notorietatē ad quid dā
da eſt talis dilatio,& talis terminus:
& ideo reperio Bald.notabilite
quentē in iſto paſſu,& aliter loq
tē & dicentē ꝑ text.in l.à proce
10 C.de dilat.ibi in fi. * Vltimò in
caſu collige,ꝙ ſi aliquis eſt cōfe
maleficiū,& petit non obſtante c
feſsione terminū ad ſe defende
quē iudex denegat, qa malefici
notoriū, ꝙ iudex ſtatim poteſt p
cedere ad condēnationē & ex
tionē,per quā interloquatur dila
nē non dandā, tanquā petitā per ca
lumniā. Vtile eſt ergo in talib. in
terloqui,& alleg.etiā no.per lex
c.ad petitionē.extrà de accu.Sic
go in d.l.ij.& ſequentes nō rec
quuntur,niſi ſaluádo dicamus, q
ctrina Bar.in d.l.cogniturū.pro
quādo conſtabat aliter de deli
per cōfeſsionē:& ideo in hoc t
hendo magis Ludo. Ro.q̄ aliū
qui omniū rerū ſingulariū prop
eſt habere memoriā, qui Ro
uit illā ſingularē doctrinā Bal
à procedente,dum ipſe Ro la
ſuit iſtā materiā in rub.de arti
char.& maximè illū articu. an
modi defenſionibus poſsit renu
11 ri: * qui dixit,ꝙ ſi quis eſt inue
in flagranti crimine, talis pot
nūciare defenſionibus ſuis,qui po
teſt de facto puniri:alleg. Bal
12 uim.ff.de iuſti.& iur. * Itē hoc
etiam in publico & famoſo la
alleg.Bal.in l.prouinciarū.C
13 * Aliā & tertiā limitationē ibi
& multa ibi allegat quæ parum
hîc tranſcribere:&facit mentio
doctrina Bal.in l.j.C.q accu
modo in hoc paſſu eſt alterca
ter Bar.d.l.cuſtodias.& Bal in
cuniariis.ff.de fer.Tene tamē
pulchra uerba quæ poſuit



ſed ſi quis.§.quæſitū.ff.ſi quis cau.q
14 dicit * ꝙ defenſionibus de præſenti
cōpetentibus quis bene pōt renun-
ciare generaliter in iudicio: habet
enim notitiā cauſarū, unde imputet
ſibi.auth.iubemus.C.de iudi.Et ſub-
dit ꝙ hac practica hodie utūtur aſ-
ſeſſores, cùm faciunt damnādos re-
nunciare termino,adiuncta cauſa,ꝙ
nullā defenſionem habent. Clamat
enim Ang.ipſe cōtra tales,& maximè
exclamat,dicens ꝙ caueāt ipſi aſſeſ-
ſores, ne ſupra ſe & filios eorū con-
uertantur,ſi iniquè fecerint,per text.
in auth.in corpore, iuſiurandū.adde
not.in l.ictus fuſtiū.ff.de his qui not.
infa. Adde in hac materia dicta Bal.
in l.raptores.C.de epiſc.& cle.& Bal.
in auth.habita.C.ne fil.pro pat.Bald.
in l.fi.C.de fer. Bal.in l.ſi accuſatori-
bus.ff.de accu.Bal.Ang.& Sal.in au-
thē.iubemus.C.de iud.per Ang.in l.
j.ff.de fur.& balnea.per Ro.in l.alia.
§.eleganter.ff.ſol.mat.per do. Abb.
in c.fi.de pact.in j.col. Bar.in c.j.in j.
col.extrà de iudi. Bart.in l.Stichus.ff.
de pen.leg. Bal.in c.cū nō ab homi-
ne.in fi.de iud.Io.And.Pet.de Anch.
Domi.de ſanc.Gemi.in c.cum C.lai-
cus.extrà de fo.compet.in vj.Bart.in
l.qui ulti.in fi.ff.de pœn. Et certè ul-
tra omnes locutus eſt Angel.in hac
materia in l.tale pactū.§.qui prouo
cauit.ff.de pac.in repe.ſua,in xij.col.
ibi eum omnino uide, ſi uis habere
ueritatē iſtius paſſus:& uide quæ di-
xit Ro.in ſingul.ſuis ccccxcij.quod
incip.licet iudex procedere nō poſ-
15 ſit.ubi dixit * ꝙ iudex ut ſedet tumul
tū populi,poteſt pendente dilatione
facere executionē corporalem:uide
doc.in l.ſi filio exhæredato.ff. de in-
iu.teſt.maximè Ang.& dixit d.Catal.
in quæſt.cxcvij.in materia ſyndicat⁹.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſus in parte uel in toto, an poſ-ſit ſuam confeſſionem reuocare.*

2 *Cōfeſſio in criminalibus perſeuerata, an reuocari poſſit.*

3 *Confeſſio iurata, an reuocari poſſit.*

Die xv. Decembris.

COMPARENT dicti inqui
ſiti,& quilibet eorum in ter
mino defenſionis, & pro eorū
defenſione produxerunt inſtru-
mentū pacis,& alia,quod eſt in
filza & infraſcriptos teſtes &c.
Sunt tria aduertēda. Nā aut reus pri-
mò confeſſus fuit omnia, aut negat
omnia, aut partim negat, & partim
cōfeſſus eſt,ut ſ.dictū eſt in tribus gl.
1 * quādo cōfeſſus fuit in parte, uel in
totū,tunc in termino defenſorio pōt
confeſsionē ſuam reuocare,ut erro-
2 neā [a] in prima inſtācia:& ſi eā in pri
ma inſtātia nō reuocauit,poteſt eā in
cauſa appellationis reuocare,& cau-
ſam reuocationis exprimere,ut not.
gl.Bar.& Ang.in l.creditor.§.j.ff.de
app.& ibi Ang.no. Bar.in l.ij.C.quo.
app.nō reci.& no. Bal.in l.in minori
bus.C.de his quib.ut ind. ſed Nicol.
mata.& Bal.in l.fi.C. de prob.dicunt
ꝙ talis reuocatio cōfeſsionis nō po
teſt apud acta fieri, ut proſit reuoca-
tio, ſi adſint alia indicia indubitata,
quæ iuncta cū confeſsione faciūt fidē
iudici,niſi reuocans ꝓbaret cōtrariū
per alia indicia cōtraria:quod debet
eſſe notandū:ſed Sali.ibi hoc exem-
plū non placet, præſuppoſito ꝙ alia
indicia per ſe nō eſſent ſufficientia
ad condemnationē. Ratio eſt,qa fru
ſtra eſſent leges, q̄ reuocationē per-
mittūt,ſine alicuius cauſę ꝓbatione:
dic ut ibi ꝑ Bal.& Sali.& ſic uides ꝙ

Salic.

Salí.tenet indiſtinctè quod ſuprà di-
xi, uidelicet omni caſu prodeſſe re-
uocare ſuam confeſsionē: & ita uidi
practicari, ſicut dicimus in ciuili, ꝙ
indiſtinctè poteſt confeſsio, ut erro-
nea reuocari: & reuocabitur probā-
do rem ſe aliter habere: ut plenè no.
Bar. in l. nō fateť. ff. de cōfeſ. & in cri-
minali ad ſimilitudinē ciuiliū ꝓcedi
tur: ut l. abſentē. ff. de pœn. igitur &c.

ADNOT. a ¶ Vt erroneam. *Adde, & uide Rom. latè exordientē ma-
teriā in conſi. cccxcj. Alex. de Imo. in cōſi.
xc. & in conſi cij. in j. uol. & in cōſi. cxx.
in iij. li. & quomodo cognoſcatur cōfeſsio
erronea, uide Raph. Cuma. in cōſi. xxvij.
& conſi. clx. & an confeſsio in criminali
poßit reuocari, uide Franc. de aret. conſi.
cxlvij. & quando poßit modificari con-
feßio in criminali, uide Alex. in conſi. j. in
iij. uol. Ber.*

AVGVST. Tu autē in hac ma-
teria adde & conſidera, quòd Bal. in
d. l. fi. C. de probat. expreſsè dicit, ꝙ li
cet cōfeſsio iudiciata non poſsit re-
uocari, tamen reuocatur probando
cōtrarium, ſcilicet rem aliter ſe ha-
bere: & ita etiam refert eum ibi Sali.
2 * Item adde, & limita non procede-
re in criminalibus ubi cōfeſsio fuiſ-
ſet perſeuerata: quia talis confeſsio
non poteſt reuocari: hoc fuit ſingula
re uerbum Spec. in titu. de confeſ. §.
fi. uer. ſed nunquid in criminalib⁹. &
ipſum ſequitur ibi Ioan. And. allegā-
do, ꝙ Iaco. baldui. & Alber. gal. idem
uoluerunt: & certè iſta eſt mirabilis,
& noua deciſio in iſta materia, & pi-
culoſa: & corroboratur iſta mirabi-
lis doctrina per ea quæ latiſsimè dixi
in l. j. ff. de leg. j. in addi. meis, ubi po-
ſui materiam, quantum plus poteſt
actus geminat⁹ quàm actus ſimplex:
& per ea quæ tradit Bar. in l. cum ...
mus. C. de agric. & cenſi. lib. xj. q...
cit, quòd licet cōfeſsio facta per ue...
ba enunciatiua nō præiudicet, ...
ſi eſt confeſsio geminata præiudic...
bit. Item confirmatur per doctri...
Ioan. And. in tit. de dona. inter ...
uxo. in rub. qui uoluit, ꝙ contra ...
feſsionem geminatam nō poteſt ...
poni exceptio non numeratæ ...
Sed aliàs audiui illuſtrem gen...
meum tenere contrariam parte...
in medium adducebat in indi...
doctrinam do. Ant. de But. in c. ...
trà de confeſ. in xix. col. qui fac...
mentionem de illa doctrina Spe...
d. §. fi. ibi do. Ant. de But. dicit ...
pro dicto Spe. eſt gl. in terminis ...
ex literis. extrà de diuor. & quo ...
prædictā doctrinā datur iſta re...
ꝙ ubi cōfeſsio eſt deliberata, q...
tus eſt terminus ad reſponden...
ad liberandū, nunquā admittit...
uocatio cōfeſsionis: ſed dicit ib...
Ant. ꝙ putat ꝙ in criminali ad...
tur reuocatio, niſi iurauerit ple...
dicere ueritatē circa inquiſit...
nō poſſet tūc tanquā oſtēdēs ſe ...
iurū admitti ad reuocationē, ...
cuſationē bene admitteretur ...
dilecti. extrà de accu. dum tam...
talis excuſatio quæ in toto non ...
meret cōfeſsionem quo ad fac...
ut ibi not. & ubi deliberatè quis ...
tetur, licet difficilius admittatur ...
mittitur tamē, ſed cū maiori co...
tione: & ad hoc allegat Io. And...
cùm in poſitionibus. de iureiu. ...
in nouel. Quinimo fortius ibi ...
do. Ant. de but. ꝙ fortè poſſet de...
dato ꝙ iurauerit plenā dicere ...
tatē, poſſet illā reuocare: qui...
plenā dicere ueritatē de eo ...



ſi ergo probabili errore facti dece-
ptus ſit in eo quod cōfitetur, ex hoc
non eſt periurus iurās falſum. Non
obſt. d. c. dilecti. quia dicit ibi, quòd
illa non probant errorem proba-
bilē: & certè iſta ſunt menti tenēda,
quia communiter iſti malefactores
cōfitētur, dato primo ſibi iuramēto
per officiales: & uide doct. maximè
do. Ant. de But. & Abb. in d. c. dilecti.
an iſta confeſsio iurata poſsit reuo-
cari, adde quæ infra allegabo. Adde
no. per Bal. in l. j. C. de confeſſis pe.
col. quomodo iſti malefactores re-
uocant confeſsionē ſuam, ne ſubii-
ciantur tormentis, quādo corā alio
iudice confeſsi ſunt. Ego nō dubito
quòd ſemper confeſsio poteſt reuo
cari probando contrarium, loquor
in criminalibus: quia ad defenſam
ſemper probationes, & quandocun
que debent recipi, ne innocens in-
debitè puniatur. per l. diui fratres.
ff. de pœ. etiā ſi ſententia eſſet lata.
Intelligo prędicta dūmodo calūnio
ſè iſta non fiant, per ea quæ no. Bal.
3 in l. à procedēte. C. de dila. * An autē
cōfeſsio iurata poſsit reuocari, ad-
de Ro. in l. ſi uerò. §. de uiro. ff. ſolu.
matr. in xxj. fallen. & do. Ant. in c. cū
dilectus. de ſucceſſ. ab inteſt. in pen.
col. & Bart. in l. cum quis decedens.
§. cum quis codicillis. ff. de lega. iij.
Ange. in authen. de iureiur. à maio.
preſti. circa fi. & Bal. in l. cum pater.
§. filius matrem. ff. de leg. ij. Domini.
de ſancto Gem. in c. fi. de iureiu. lib.
vj. Imo. ultra omnes ponit in repeti.
c. cum contingat. de iureiur. in xxxj.
char. Bal. in l. ſi creditoris. C. de fide-
iuſſ. & Bald. in rub. C. res inter alios
acta. in ul. col. Bal. in l. rationes. in ij.
col. C. de proba. & Bald. in authen.
quod obtinet. C. eo.

*4 Inſtrumenti pacis productio quando fieri ualeat.*

ANGELVS.

4 *ITEM poteſt producere inſtru
mentū pacis, ſi ſtatuto cauetur, quod
propter pacē minoretur pœna, ſiue
ſit habita pax ab offenſo, ſiue à pa-
tre ſui, quando filius fam. eſt offenſus,
quoniā de iniuria filiofa. illata pa-
ter eius poteſt facere pacem: ut not.
Bar. in l. in perſonam. in princ. ff. de
pact. & eſt text. & ibi Bart. in l. ſed ſi
unius. §. filius. ff. de iniur.

AVG. Adde quod infrà dicam.

*5 Inſtrumenti pacis uulnerum tantùm, productio, an ſibi proſit, ſi ex dictis uulneribus mors fuerit ſecuta.*

ANGELVS.

5 *QVID autē ſi producit inſtru-
mentum pacis, & de uulneribus tan
tum: & tamen ex dictis uulneribus
ſecuta eſt mors, an ſibi proſit: Bar. in
l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infe. di
cit, aut eſt remiſſa actio iniuriarū: &
nō uidetur facta pax de morte: ut l. ſi
duo patroni. §. Iul. ff. de iniu. aut re-
miſit iniuriā, & tunc aut uulnus erat
letale, & oīa remiſſa uidētur: ut d.
§. Sabini. aut prima facie nō erat le
tale, & mors nō uidetur remiſſa: ut l.
ita uulneratus. ff. ad leg. Aquil. Intel
lige tamē quādo uerè mortale erat:
aliàs ſi ex alia cauſa mors ſequere-
tur, nō teneretur: ut l. qui occidit. in
fi. ff. ad leg. Aquil. quia tūc magis ex
ſui culpa quàm ex uulnere dicitur
mortuus: ut d. l. itē uulneratus. & l.
idē iuris. & ad hoc ſingulariter uide
Bal. in c. j. quib. mod. feu. amit.

AVG. Adde tamē quòd inquan
tum ſ. dictum eſt, quòd pater poteſt
remittere iniuriā factā filio. Limita

duobus modis:primò dũmodo illa iniuria facta filiofa.ſit facta à quodã extraneo:ſecus ſi à perſona coniuncta:quia pater illam iniuriã non remittit: hoc eſt ſingulare uerbum Bar.per illũ tex.in l.Luc.ff.ſol.ma.& ibi etiã Ro.ſequitur : & Ro.in ſing. ſuis ſing.lx. & uide Mod.in d.l.Luc. &quod ibi dixi.Itẽ adde aliã limitationẽ,ſi dicta iniuria etiã ſit facta ab extraneo, ad hoc , ut pater remittat illã iniuriã,opus eſt, quòd pater nõ ſit uilis perſona:per tex.& ibi Bar.in d.l.ſed ſi unius.§.filiofa.& an producto inſtrumento pacis de uulneribus uidetur pax remiſſa de morte. Ad hæc etiã uide d.Bar.& Mo.in l. fideiuſſor magiſtratus.ff.de fideiuſ. & uide Moder.in d.§.Sabini.

6 *Productio pacis à defuncto , ſi ſtatutum dicat quòd debet habere pacem ab hærede,an ſibi proſit.*

ANGELVS.

6 *QVID ſi producit pacem à defuncto, & ſtatutũ dicit,quòd debeat habere pacẽ ab hærede,an ſibi proſit?Barto.not.in d.§.Sabini.& dicit, quòd uidetur quòd idẽ ſit,cum aliàs dicatur, ꝙ qui habet aliquid à defuncto,dicatur habere ab eius hærede:ut l.tale pactũ.ff.de probat. Sed cõtrarium determinat Bar.ibi, quia fauore hæredis hoc eſt introductũ. Igitur teſtator non poteſt remittere. l.pe.ut in poſ.lega.quia ex hoc quis inuitaretur ad delinquendũ,cũ uulneratus expectãs mortẽ de proximo de facili faceret pacẽ:ut dicit Bar.in d.§.Sabini.quòd eſt tenẽdũ,ſecũdũ Imo.ibi:licet Bal.in l.ij.C.de libe.& eo.libe.teneat contrarium & male.

AVG. Tu in hac materia adde, quòd Imo.latè poſuit iſtã materiã in l.iiij.§.Cato.in fi.ff.de uerb.ob.& ibi facit mentionẽ de iſta altercatione inter Bar.& Bal.& tandẽ reprobat opi.Bal.ſequitur Bart.& idem dicit Imo.in d.§.Sabini. ſed Sali.latiſſimè diſputans iſtã materiã in d.l.ij. C.de libe.& eo.libe.ſequitur Bal. cõtra Bar.& uide in hac materia bonum tex.in l.ſi ego.§.j.ff.de iur.de. quoniã ad iſtud propoſitũ allegat Bal.in l.j.C.com.de leg.in fi.ibi,ſed pone,teſtator. qui tex.uidetur uelle innuere quòd neceſſariũ eſt hæredẽ ſequi uolũtatẽ defuncti.nõ recedit ab opi.Bar.quã ſequitur Ro.in d.§. Sabini.& eam probat per bonas rationes : & ibi dicit, quòd iſtam partem doct.ſequuntur.

7 *Statuto dicente quòd habeat pacem ab hæredibus, ſi ſunt plures hæredes & offendens habeat pacem ab uno tantum, quid erit dicendum.*

ANGELVS.

7 *QVID autem ſi ſtatutũ dicit quòd habeat pacẽ ab hæredibus, ſi ſint plures offenſi, & ipſe habeat pacem ab uno tantũ?not.doc.in l.ij.C. de libe.& eo.lib.ibi dicũt per illam gl.quòd fuit Bononiæ cõſultũ quòd nõ ualeat: nec tali producenti talis pax ſibi prodeſt : quia omnes hæredes inſolidũ ſunt offenſi:igitur non ſufficit pax ab uno facta.Bar.in d.l. §.Cato.in fi.ff.de uer.ob.dicit,quòd ſtari debet maiori parti:ut l.ſi.C. bo.ce.poſ.& ſic nomen hæredis eſt nomẽ diſtributiuũ:unde in diſtributiuis quod facit maior pars ab omnibus factũ uidetur.Bal.autẽ in d.l. ij.dicit ꝙ debẽt attendi uerba ſtatuti.Nã aut loquitur in ſingulari aut plurali. Primò caſu,ſi in ſingulari, ſufficit,ſi ab uno hærede ſit be

de facta:ut l.furti.§.qui pactũ.ff.de infa.Secundo caſu aut in plurali, & tũc oẽs collectiuè debent facere pacẽ,aliàs non prodeſt reo.Ang.uerò in d.§.Cato.dicit aut ſtatutũ totaliter pœnã remittit,& tũc omniũ cõſenſus requiritur : ut l.per fundũ.ff. de ſer.ruſt.præd.& ibi uide Flo.circa fi.Nec ob.l.maiorẽ.ff.de pac.quã Barto.allegat:quia loquitur in caſu quãdo pars & nõ totũ remittitur. Si uerò ſtatutũ loquitur,quòd propter pacẽ minoretur pœna,tũc tenet opi. Bar.cũ tribus limitationibus.Primò ſi unus fecit pacẽ corã aliis nõ contradicẽtibus:quia illi alii uidẽtur cõſentire:ut l.cõſilio.§.fi.ff.de cur.fur. Sc̃do,niſi in numero illius maioris partis ſit fœmina, quia illa uox non debet attendi, ut augeat numerum: quoniam fœmina nõ dicitur leuare faidã:ut no.gl.c.j.an muli.uel ali.imper.c.j.col.x.& qui feu.da.poſ.c.j.§. hic autẽ.in fi.gl.magnæ.Tertiò limita,niſi in numero maioris partis eſſent cõſanguinei occiſi,in alia parte eſſent hæredes extranei:quia cõſanguineorũ uox præualet:ut l.ſi cui.§. j.ff.de accuſa.& l.ij.ff.de libe.cau.& hanc opin.ſequitur Imol.in d.§.Cato.& Ro.ibi.de hoc uide etiam per Flo.in d.l.per fundũ.ff.de ſerui.ruſt. præd.in d.l.ij.C.de lib.& e.libe.uide Ang.& latius Bald.in l.j.ff.de pactis. ſed in dubio quãdo ſtatutũ dicit, ꝙ habeat pacẽ ab hærede, intelligitur de filio ad quẽ principaliter ſpectat uindicta:ita dicit Bar.in l.pro hærede.§.fi.ff.de acqui.hære.& in l.ſi filius qui patri.de uulg.& pupilla.

AVG. Tu autem in hac materia adde quòd Pet.de Anch.in d.c.ij.extrà de iure pat.tenuit opi.Bar. in d.§.Cato.& idẽ facit Bald.in c.cũ oẽs. extrà de cõſt.in ij.char.& ad idẽ allego Bal.in l.cũ inter.C.de fideicom. lib.Sed ibi limitat opi.Bar.quòd uerũ eſt, quòd ſufficit habere pacem à maiori parte hæredũ,& nõ ab uno, niſi ille unus fuerit magis idoneus: quia maſculus,& alter fœmina : ſed quòd unus hæres ſolus poſsit facere pacẽ,tenuerũt Cy.in l.j.§.fi.ff.de acqui.hære.& Bal.in l.j.ff.de pac.cũ limitatione,de qua ibi per eũ.Ange. uerò & Paul.de Caſt.in d.§.Cato.dicũt,quòd de ęquitate approbãt opi. Bar.aliàs nõ.Et de materia uide per Guil.Ang.& Bal.in l.& ſeruũ.§.hodie.ff.de pactis.& uide Imol.Ro.& Raph.multũ ſubtilizãtes in iſta materia iura, quæ allegãtur pro & cõtra in iſta materia:ſed latiſsimè uide Albe.de Roſa.ponentẽ in iſta materia,& latè diſputãtẽ in iij.parte ſtatuto.q.xxviij.& breuiter ibi cõcludit quòd ſufficit habere pacẽ ab uno, cum hoc ſit quid indiuiduũ:& ibi refert Dy.& Oldra.ita tenuiſſe in iſta materia : & allegat Rapha.dixiſſe in iſta materia, quòd pro iſta parte ita fuit iudicatum.Gand.uerò in tracta. malefi.ſub.rub.an pax facta de uulnere uideatur facta de morte.in uerſicu.ſed pone ſtatuto caueri,quòd ſi bannitus habuit pacem à defuncto uel eius hærede,tenet,quòd omnes debẽt conſentire,& non ſufficit habere pacẽ ab uno hærede. Et miror quia dicit,quòd Dyn.hoc uoluit : & Sali.multũ eleganter loquitur in d. l.ij.de lib.& eo.lib.ubi optimè probat iſtã partẽ:& hæc affirmauit Bal. in l.fi.C.de aut.pręſt.& uide Alb.de Roſ.in iiij.parte ſtatuto.q.xj.& uide Imo.& Rom.in l.pro hærede.§.fi.ff.

de acqui.hær.Itẽ in quantũ ſuprà cõ-
cluſum eſt, quòd propter uocẽ fœ-
mina non dicitur maior pars: quia
fœmina nõ poteſt leuare inimicitiã.
Addatis quòd Bal.in l. Titia. §.Lu-
cius.ff.de lega.ij.& Bal.in l.pro hæ-
rede.§.fi.ff.de acquir.hæred.dicit ꝙ
illa opi.gl.eſt falſa: quia illa glo.lo-
quitur ſecundũ conſuetudinẽ Lom
bardiæ,ſecus in aliis locis. Secundò
quia permiſſum eſt mulieri,ꝙ uin-
dictã iniuriæ alienæ faciet.l.ſororẽ.
cum ſimil.C.de his quib.ut indig.&
idem facit Rom.in d.§.Cato.& iſti
allegant pro iſta parte tex.in l.iij.§.
prohibuiſſe.ff.ad Sillan. ubi ancillæ
ſicut ſeruo permittitur defenſio pro
domino: & idem dixit Rom.in d.§.
prohibuiſſe. Reliqua dicatis ut la-
tiſsimè ultra omnes Moder. dixi in
additio.meis,in d.§.Cato.quem §.
ſolenniter legi in xxvj. anno ætatis
meæ: & an fœmina poſsit reddere
pacem, uide omnino Ang.in conſi.
cc'xxxvj. quod incip.uiſo facto & ſta
tuto.& in conſi.ſuo lxxv.incipiente,
ex themate præſumpto duo oriun-
tur dubia. & materiam iſtam pacis
latè poſuit domi.Nel.in tracta.ban-
nitorum,in iij.parte ſecũdi tempo-
ris, in pluribus queſtionibus,ibi ui-
de:& maximè in quæſt.xlix.

8 *Statuto dicente quòd habeat pacem à filijs occiſi,an ſufficiat habere à ſpurijs.*

ANGELVS.

8 *QVID ſi ſtatuto dicitur quòd
habeat pacem à filiis occiſi,an ſuffi-
ciat habere à ſpuriis? uidetur ꝙ ſic:
quia ſonat in naturalitate:ut l.tute-
las.ff.de capi.dimi. ergo uidetur,ꝙ
ſufficit,ꝙ ſpurius faciat pacẽ:& hoc
uidetur expreſsè tenere Cyn. in l.
quiſquis.C.ad legem Iul.maieſta.&
Bar.in l.ij.ff.de accu.& l.tutelas.ff.de
cap.dimi.& in l. pronunciatio.§.fa-
miliæ.ff.de uerb.ſign.Sed contrariũ
uidetur,quia ſpurius non eſt nomi-
nãdus filius:ut in auth.ex cõplexu.C.
de inceſt.nup. & ibi Bart.& intãtũ
quòd à patre nõ eſt alendus,nec aliꝗ
qđ participiũ haberet cũ patre de
iure ciuili,ut ibi habetur,& in dictã
auth.& in corpore unde ſumitur fa-
cit auth.licet.C.de natur.liber.& in
cap.per uenerabilẽ.qui filii ſint leg.
ergo non comprehẽditur à ſtatuto
quod eſt ius ciuile municipale:ut
omnes populi.ff.de iuſtitia & iure.
& ſic ſtatutũ nõ reſtringitur,ut ſpu-
riũ cõprehẽdat:ut l.lege Iulia.§.j.ff.
de ritu.nup.& ſic ſtatutũ recipit in-
terpretationẽ paſsiuã de habilitate
l.ut gradatim.§.ſed ſi lege.ff.de mu.
& hono.cõfirmatur hoc,quia ad hæ-
redẽ ſpectat uindicta occiſi,l.j.in fi.
hæredes.ff.de his quib.ut indig.
de ſtatutũ quod dicit de filio,intel-
ligitur de filio, qui ſit uel eſſe poſ-
ſit hæres,ad quẽ ſpectat uindictã:
per conſequẽs pacẽ facere:unde po-
ſito quòd ex mẽte dicti ſtatuti non
loquitur de filio, ſimpliciter poteſt
etiã intelligi de filio naturali tamẽ
& ita loquatur opin.Bar.& iura ſta-
tandẽ nõ poteſt intelligi in ſpurio,
ut dictũ eſt: facit gl.in l.quia natu.
ff.de in ius uocan.& not.plenè Iac.
in l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ff.ad
Trebel.& ad iura Bar.patet reſpon-
ſio per notata per glo.in clem.j.de
baptiſ.& ita conſuluit Franc.de Ra-
po.& Sali.& plures alii doc.in conſ.
quod incip.ſuper primo dubio,ui-
delicet,an filius ſpurius &c.

A V G. Tu autem in hac mate.
cõſidera, quia pro deciſione



quæſtionis uidẽda eſſent d.Bal.in c.
naturales.ſi de feudo defun.cõtrou.
fue.& Bal.in l.ius ciuile.ff.de iuſti.&
iure.& Bal.in l.parentes.ff.de in ius
uoc.& Bal.in l.generaliter.§.aũt.C.
de inſti.& ſubſt.& Bal.in l.j.§.domi-
ni.ff.ad Silla.& Bal.& doct.in l.Luc.
§.fi.ff.de leg.ij.& Bal.in rubr.C.qui
acc.nõ poſ.& Bar.in l.hos accuſare.
§.omnibus.ff.de accuſ.& Bal.in l.id
quod pauperibus.C.de epiſ.& cler.
ubi allegat Dy.conſuluiſſe ꝙ ſpurii
dicũtur cõiũctæ perſonæ:& Mod.in
c.in his.de fil.presb.& latiſsimè per
Mod.in c.nonnulli.extrà de reſcrip.

9 *Inquiſitio fit cõtra Titium,opponitur quòd eſt clericus uel aliquid aliud,cuius cognitio ad iudicẽ laicum non ſpectat,quid erit faciendum.*

10 *Clericũ ſe fecit Titius in fraudẽ delicti cõmiſsi,an iſtud patrocinabitur ei:& dato ꝙ nõ,iudex tamẽ laicus nõ faciet ipſo facto executionem contra eum.*

ANGELVS.

9 *QVID autẽ ſi opponitur,quòd
ipſe inquiſitus eſt clericus uel ali-
quid aliud, cuius cognitio ad iudi-
a cem ſecularẽ nõ ſpectat, quid erit[a]?
Reſpõdeo,interim morabitur in car
ceribus ſub iudicis ſecularis cuſto-
dia, ſi erat tale delictũ, ꝓpter quod
poterat detineri, uel ſi erat fideiuſ-
ſoribus relaxandus, manebũt adhuc
fideiuſſores obligati:& interim iu-
dex laicus ſuperſedebit, donec talis
cauſa incidẽs fuerit per iudicẽ eccle
ſiaſticũ terminata:ut not.Inno. in c.
ut famæ.de ſent.excõ.& facit quod
not.Bal.in l.addictos.C.de epiſc. au
10 dien.*Aduertas,ꝙ ſi fecit ſe clericũ
in fraudẽ delicti cõmiſsi,an ſibi pa-
b trocinetur:uide Io.And.[b] & doc.in
c.j.de oblig.ad rat.& Bar.in l.j.ff.de
pœ.& Bal.& Sali.in l.officiales.C.de
epiſ.& cler.Sed etiã ſi nõ patrocine-
tur tamẽ iudex ſecularis non poteſt
cõtra eũ ipſo facto facere executio-
nẽ in ipſum ipſo facto:ita not.Bald.
in auth.cauſa quæ cũ monacho.C.
de epiſ.& cleri.& Dy.& Bar.in d.l.j.

ADNOT. a ¶Quid erit. *Adde & uide* Fulg.*in conſi.cxix.ubi etiam ponit quis debeat cognoſcere, an clericus amiſerit priuile.cler.& ſub cuius cuſtodia teneri debeat,ſi autem poſt delictum quis eſt effectus clericus, quis debeat puniri,uide Oldr.in conſi.iiij.*Ber.

b ¶Ioan.And. *Vide eundem in quadam queſtio. quam reperies in tract.*Bonifa. *de Vitalinis.*

A V G. Tu autem in hac materia
adde pulchra uerba Pet.de Anch.in
repet. regulæ, ea quæ.extrà de reg.
iur.in xij.q.prin.& uide in terminis
doc.maximè domi.de ſancto Gemi.
in c.j.de cle.coniug.in §.fin.in fi.qui
not.loquitur,qui tenet,ꝙ ille deten
tus nõ debet remitti ad iudicẽ eccle
ſiaſticũ:ſed iudex eccleſiaſticus de-
bet pronunciare, an ille ſit clericus
uel nõ:& gaudeat priuilegio cleri-
cali: & interim ſuperſedebitur per
iudicẽ laicũ: & allegat do.de Rota
hoc idẽ uoluiſſe:& certè reperi do.
de Rota in deciſiõe.ccxxiiij. qui no
tabiliter loquuntur. Et de materia
uide Pet.de Anch.in ſua diſput.quæ
inci.laicus quidã. & do.Abb.in c.at
ſi clerici.de iu.& do.Card. in c.per-
pẽdimus.de ſent.exc.& Cald.in con
ſiliis ſuis. Itẽ de eo qui poſt delictũ
facit ſe clericũ:uide per Io.Andr.in
addit.Spec.in tit.de reo.in prin.per
do Ant.de But.in c.propoſuiſti. ex-
trà de fo.cõpe.qui multa allegat per
Bal.in l.fi.ff.de pœ. per legiſtas in l.

pe.ff.de noxa.poſt Barto. plenè per
Pet.de Anc.in repet.regulę,ea quę.
in xij.q.principali,per Mod.in l.nõ
ſolũ.§.ſi.ff.de excu.tut. poſt Bar.per
Bal.in l.cum quædã.ff.de iuriſd.om.
iu.ibi latè per Mod.bene faciũt no.
per Bal.in l.ſi crimẽ.C.de ordi.cog.
qui ponit de eo qui poſt citationẽ
de ſe facit ſe clericũ: & ultra ſuprà
allegata uide Bald.in l.ſi quis decu-
rio.C.de fal.per do.Barto.in d.l.j.ff.
de pœ.per Bal.in l.j.C.an ſer.ex ſuo
fa.per Ange.in l.ſi quis poſtca.ff.de
iud.per Mod.latè in l.cum quædam
puella.ff.de iuriſd.om.iud.Alber.de
Roſa.in j.parte ſtatutorũ.quæſt.xlj.

11 *Fure dicente quòd ſubtraxit rem Titio putando illum eſſe permiſſurum, quid erit dicendum.*

12 *Fur an liberabitur ſi cõpareat dominus p ſuo intereſſe: & furẽ excuſando dicat illud fuiſſe factũ ſua uoluntate.*

ANGELVS.

11 *QVID ſi fur dicat, ꝙ quando
rem ſubtraxit Titio, putauit ſibi do
minũ permiſſurũ? Reſpõdeo, nõ cre
ditur ei, cũ furari ſit de genere pro-
hibitorũ, & nemo creditur cõſenti-
re, niſi expreſsè probetur cõſenſus:
ut l.qui uas.§.uetare.ff.de fur.niſi ex
a aliquibus cõiecturis [a] id probet: ut-
putà, quia dominus cõmodauit equũ
uſque ad uillã, credere potuit ꝙ etiã
pro longiori uia concederet: unde
excuſatur, iuxta not.per gl.in §.pla-
cuit.inſt.de obli.quæ ex quaſi delic.
naſc.ita determinat Barto.in l.inter
12 oẽs.§.rectè.ff.de furt.*Quid ſi cõpa
ret dominus pro ſuo intereſſe, & fu
rem excuſat dicẽs, illud factũ fuiſſe
ſua uoluntate, an propter hoc reus
liberetur? Bar.in d.§.rectè.dicit ꝙ in
dubio talis confeſsio domini non
b præiudicat [b] reipublicæ, quin res
ad uindictam publicã puniatur.arg.
not.in l.ij.§.ſi.ff.ſi ex noxa.cau.arg.
niſi appareãt aliqua indicia de ſuo
cõſenſu, ut quia erat cõſanguineus
uel amicus ualde, & erat res parua,
uel erat cõſuetus talia cõcedere.ar.
l.ſi ſeruus.ff.de don.inter uir.& ux.
aliàs de facili multi fures poſſent
euadere contra ius: & iſtam opi.ſe-
quitur Bal.in l.tranſigere.C.de tra.

ADNOT. a ¶ Coniecturis. *Adde Fulg.in conſi.cccxc. Ber.*

b ¶ Pręiudicat. *Adde Ro.in cõſ.cccc & Alex.de Imo.in conſi.j.in iij.uol. Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia
adde ea quæ dixit Bal. in l.falſus.C.
de furt.in iij.col.qui dixit, ꝙ uerum
eſt, ꝙ non creditur domino rei ſub-
tractæ, quòd de cõſenſu ſuo fur cõ
miſerit furtũ: tamẽ limitat hoc non
procedere, niſi ultra aſſertionẽ do-
mini iuramentũ interuenerit, quia
tunc creditur ei: & ibi uide Bal.alle-
gantẽ bona iura: & dixit Ange.in l.
qui uas.§.uetare.ff.de fur. ꝙ ſi furtũ
eſt cõmiſſum perſonæ cui erat glo-
ria ignoſcendi, quòd excuſatur fur,
qui dicit quòd fecit furtũ credẽs do-
minum permiſſurum: allegat Iac.de
Are.ita uoluiſſe in l.ſi qs hoc gene.
C.de epiſ.& cler. Sed Ang.in d.§.re-
ctè.dicit quòd de facto hoc nõ ob-
ſeruatur. Et inquantũ dictũ eſt, quòd
ſi fur eſt perſona cõiuncta uel alias
habet amicitiã cũ domino rei ſub-
tractæ, & dominus confitetur quòd
de cõſenſu ſuo furtũ eſt factũ, quòd
releuatur iſto caſu fur à pœna ſtat.
Adde ꝙ ad hoc idem affirmãt etiã
canoniſtæ, maximè do.Abb.in c.
dudum.el.ij.extrà de electio.Et
domi.Abb.poſt doct.in c.j.extra
pra



præſump. qui faciunt mẽtionem de
doctr.Bar.in hac materia in d.§.re-
ctè.& uide Bal.in d.l.falſus.& Salic.
& Moder.in d.l.tranſigere. & dicit
Ange.in d.§.rectè.quòd omnia iſta
relinquuntur arbitrio iudicis, & be-
ne per l.ait prætor.ff.de iure delib.

13 *Inquiſitus ſi compareat & dicat, potuit impunè occidere, quia erat bannitus, quid erit dicendum.*

ANGELVS.

13 *QVID ſi dicat quòd potuit im
punè occidere, quia ille erat banni-
tus? Reſpondeo, ꝙ non tantũ inqui-
ſitus poteſt hoc facere deducere &
allegare per ſe, ſed etiã quilibet ut
tanquã unus de populo poteſt hoc
facere & comparere coram iudice,
& oſtendere & producere bannum
illius occiſi, & allegare ſtatutũ quo
potuit impunè occidi, & ſtatim ac-
cuſatio uel inquiſitio nõ recipitur,
nec ſuper ea proceditur: & ſic talis
exceptio ualet, uidelicet quòd ille
potuit impunè occidi, ſi opponitur
ad proceſſum: ita dicit Barto. in l.ſi
ſeruus.C.de his qui ad eccl.confug.
& etiam quamprimum iudici con-
ſtiterit de dicto banno, ſtatim iudex
poteſt circũducere dictũ proceſſum
contra occiſorem: quia ſibi conſtat
notoriè, quòd illud delictũ eſt impu
nibile: ita notabiliter dicit Bart.in l.
ubi pactũ.C.de tranſac.& in l.penul.
§.ad crimen.ff.de publi.iudi.uerſic.
quære procurator habens manda-
tum &c.& ibi Imo.& dominus Fran
ciſcus de Alberg.de Aretio in l.iij.
a C.de accu.quòd perpetuò [a] no.quia
iſto modo uidi multos defendi, nec
eſt opus quòd homicida cõpareat
uel procuratorẽ, ſiue defenſorẽ con
ſtituat, ſed unus ut quilibet de popu
lo compareat, & prædicta alleget, &
bannum producat occiſi pro ſuo &
dicti populi intereſſe, & ita Bono-
niæ unum amiciſsimũ meum euaſi.

ADNO.T a ¶ Quod perpetuo not. *Adde tu & uide Pau.de Ca. in conſi.xxxiij.in primo impreſsis.ubi uoluit quòd ſtante ſtatuto quòd contumax habeatur pro confeſſo, & occidens bannitum patiatur ſe poni in banno propter contumaciã, quòd tamẽ poteſt comparere & allegare quòd occidit bannitũ, quia non negat crimen, ſed qualificat. Ber.*

AVG. Tu autem in hac mate-
ria adde quòd Iac.de But.tenet con
trarium in l.decuriones. C. ex quib.
cauſis infa.irroga.Et ibi hor ponde
rat Bal.ſed uerior uidetur opin.Bar.
ut patet ibi ex notatis per Bal.& iſtã
partem ſequitur Ang.& Salic.Fulg.
& Paul.de Caſt.& Moder.in d.l.ubi
pactũ.& uide not.per Cyn.in l.reos.
in vj.quæſtio.C.de accuſa.& ibi per
Bal.in xiiij.col.& Bald.in c.j.§.iniu-
ria.de pace iuramen.firm.per Bald.
ibi in ij.col.C.quomodo & quando
iudex.& per Bal.in l.j.§.Offilius.ff.
ne quis eũ qui in ius uocatus eſt ui
eximat.bene faciunt notata per Bal.
in l.planè.ff.de petitione hæredit.&
Imol.in l.ſi.ff.à quibus appellare nõ
licet.in xxj.col.& Richar.malũbræ.
in l.filiusfami.§.inuitus.ff.de procu.
& Franc.de Aret.in d.l.reos.

14 *Reus ſi compareat & dicat occiſum fuiſſe bannitum, ſed quòd uariatum fuit nomen banni & inquiſitionis.*

ANGELVS.

14 *QVID ſi dicat occiſum banni-
tum fuiſſe, ſed uariatum eſt nomen
banni & inquiſitionis? Reſpondeo,
quòd debent fieri articuli de iden-
a titate [a] perſonæ: ut notat Bart.in l.j.

C.ſi unus ex pluribus.& in l.demõſtratio.in fine princi.ff. de condi.& demonſt.quod bene not.

ADNOT. a ¶Identitate. *Adde ad hoc bene facere no.per Alex.in conſi. lxxiij.in iij.uolu.& quod uoluit Paul.de Caſt.in conſilio cclxviij. in ſecundo impreſſu.* Ber.

AVG. Tu adde quæ dixi in d.l. demonſtratio.in fin.& bene faciunt ea quæ dixi in l.ſi quis in fundi uocabulo.ff.de leg.j.

15 *Inquiſitio ſi fiat contra filium de parricidio:& opponatur quòd pater erat bannitus, an potuit ipſum impunè occidere.*

ANGELVS.

15 *QVID ſi inquiritur contra filiũ de parricidio: opponitur quòd pater erat bãnitus, an potuit ipſum

a impunè occidere? dic quòd ſic:[a] ut l.minimè. ff. de reli.& ſum.fun.nam pater eſt effectus hoſtis patriæ:& ſic patriam poteſtatem perdiderat: ut l.poſtliminium.§.filius.ff.de cap.dimi. & ibi hoc dicit Bartol. in l. ſi adulterium. §.ſi.ff.de adul.

ADNOT. a ¶Quod ſic. *Adde quòd hoc idem tenet Abb.in conſil.ciiij.& Ang.in conſi.ccxxiij.* Ber.

AVG. Adde glo.xxiij.q.iij.c.fortitudo.adde tamen quòd gl.in l.minimè.ff.de religioſis & ſum.funer. uidetur uelle, quòd tunc licet filio occidere patrem,quando ſe defendendo filius hoc facit,aliàs ſecus:licet Bar.ibi hoc nõ dicat,& alii doc.& doctrinã Bar.in d.§.liber.approbant doc.maximè Rom.in l. quamuis.cum l.ſeq.ff.ſol.mat.& Sali.in l.j.C.de his qui parentes occiderunt: ibi hoc diſputat: tandem nihil decidendo remittit ſe ad notata per ipſum in repetitione legis prima. C.de hæred.inſti.adde tamen quòd cõtrariũ tenuerũt antiqui.Gandi.in tractatu maleficiorũ ſub rub.de bannitis pro maleficio.& Alb.de Roſa in iiij.parte ſtatutorũ q.vj.& in iiij. iiij.parte ſtatutorũ q.xxvij.& ibi allegat antiquos tenentes iſtã partem.

16 *Reo opponente quòd aliàs fuit inquiſitus de eodem crimine, an exceptio erit peremptoria uel dilatoria.*

ANGELVS.

16 *QVID ſi opponitur quòd aliàs de hoc crimine fui inquiſitus,an talis exceptio ſit peremptoria uel dilatoria.glo.in j.ſol. & ibi Barto.in l.ſenatus.ff.de accu.dicunt,quòd talis exceptio eſt dilatoria:& ſic proceſſum impedit,& ad proceſſum debet opponi: ut eſt caſus in d.l.ſenatus: dic ut ibi plenè per Bart.

AVG. Tu adde quòd Ang.aliàs & diuerſo modo locutus eſt in l.qui de crimine.C.de accuſ.qui dixit per illũ text.quòd hæc exceptio eſt peremptoria: nihilominus impedit litis ingreſſum:licet Ang.in d.l.ſenatus multùm magnifaciat.& ſequitur doctrinam Bartol.ibi.Addatis quòd cum Bart.tenet practicus Papienſis in forma inquiſitionis in glo.Hæc eſt quædam &c. in iij.col.uerſicu.præterea quæritur.refert & ſequitur fe ly.in c.exceptionem.de except.ol. xiij.uerſicu.idem dic de exceptione fuit aliàs.& col.xiiij.uerſi.& iſta exceptio fuit aliàs &c.

17 *Interfector ſi dicat quòd occiſus erat fur nocturnus,& quòd aliter res ſuas uel perſonam ſuam defendere non poterat,an ſit abſoluendus.*

18 *Furem poſſe interfici, de qu fure intelligi debeat.*

ANG



ANGELVS.

17 *QVID ſi interficiẽs dicat,quòd occiſus erat fur nocturnus, & quòd aliter non poterat, uel res ſuas uel perſonã defendere: an talis reus ſit abſoluendus?dic quòd ſic:quia ſpeciale eſt in fure nocturno, quòd propter res poſsit quis hominẽ occidere.ita dicit Bar.in l.mulierem. §. j.ff.de ſica & Floria.in l.itaque.ff. ad leg.Aquiliam.

AVG. Tu autem in hac materia adde pulchra uerba Angeli quæ poſuit in l.j.C.unde ui.qui dicit, quòd uerum eſt quòd poſſum occidere furem nocturnum,dummodo res ſubtracta ſit non paruæ æſtimationis,ſecus ſi uilis:quia iſto caſu nõ poſſum occidere furem nocturnum: & hæc dicit relinquẽda arbitrio iudicis:& ponit exemplũ de doctore cui ſubtractus fuit codex ſuus, in quo ſtuduerat,& aliqua ponit ibi circa intellectum l.furem nocturnum.ff.ad leg.Corn.de ſica.& hoc idem quod dixit Ang.& uoluit Bal.in l.j.C.loca. in j.col.& Mat.in ſuis notabi.dictis. cxxxv.& ibi dicit,quòd res uilis poteſt eſſe illa quæ eſt à duobus aureis

18 infrà.*Et an prędicta habeant locum in fure nocturno tantum qui nõ poterat cognoſci,& ſe defendebat,uel ſe non defendebat cum telo: uel in illo qui occidebat furem nocturnum, qui non clamabat à ladri, à ladri, uel etiam in fure diurno qui cognoſcebatur, uel nõ cognoſcebatur:uel ſi cognoſcebatur, tamẽ erat in actu fugiendi & aſportãdi res extra territoriũ:& quid in clericis an prædicta habeant locũ,& an de iure canonico prædicta procedant. De materia uide per canoniſtas: maximè per domi.Abb.in c.ij.& in ca.ſi perfodiẽs.extrà de homi.& latè per Ang.& Sali.qui multa allegant,contra communem ſententiam in l.ut ſi allegas.C.ad leg.Cor.de ſica.& eleganter loquitur Salic.in l.quoniam multa.C.ad leg.Iul.de ui publi.uide per Pau.de Ca.in cõſiliis ſuis, conſ. cxc.qui ponit de fure diurno,qui cũ telo ſe defendebat.& per canoniſtas in c.olim.extrà de reſtitu.ſpol. maximè per do.Ant.de But.in xviij. col.qui tractat etiam de intellectu d. l.furem nocturnum.

19 *Inquirentis perſonæ quæ exceptio opponi ualeat.*

ANGELVS.

19 *QVID ſi contra perſonam inquirentis excipiat? dic quòd omnis exceptio quæ regulariter poteſt opponi contra accuſatorem,ut quia eſt ſibi inimicus,poteſt opponi regulari-

a ter cõtra inquirentem[a]:ut c.diuerſis.& quod ibi no.de cle.coniuga.ita dicit Bart.in l.ij. §.ſi publico.ff.de adult.in uerſi.quæro utrum contra iudicem &c. Et dic omnino ut dixi ſuprà in gl. hæc eſt quædam inquiſitio &c.in uer. quintò principaliter. & in uerſi.ſeq.ubi plenius uidebis, & dicetur infrà in gloſſ. ſuper uerbo,iudex ſtatuit terminum &c.

ADNOT. a ¶Inquirentem. *Adde tu Alex.de Imo.in conſi.clxxvij.in ij.uolu.ubi quòd etiam cõtra iudicem inquirentem non poteſt opponi, quòd non poſsit recipere teſtes minores.* Ber.

AVGVST. Adde hic quæ ſuprà dicta ſunt, in dicto uerbo, hæc eſt quædã inquiſitio, in dictis uerſiculis.

20 *Teſtibus de falſo accuſatis ex quibus reus conuictus eſt,an differatur ſentẽtia condemnatoria cõtra inquiſitum.*

·16 135· at 134· ubi [illegible]· citat [illegible]

 ANG.

ANGELVS.

20 *QVID ſi dicat teſtes ex quibus conuictus eſt falſos, & eos de falſo accuſet, an differetur ſentẽtia condemnatoria cõtra inquiſitũ? Cy. in l.j.C.qui accu.non poſ.ſecundũ Richar.malũb.dicit ꝙ nõ: unde cautela eſt, quòd accuſentur teſtes & producens de falſo.ad hoc ut differatur ſentẽtia cõdẽnatoria: quia ſi teſtes cõuincẽtur de falſo, clarum eſt quòd inquiſitus nõ cõmiſit illud delictum: ut d.l.j.ſed ut refert Salic.in d.l.ſi docueris.C.de fal.plures doct. Bononiæ cõſuluerunt, ꝙ etiã ex ſola teſtiũ accuſatione differetur cõdẽnatoria: quia ſi ſententia eſſet per falſos teſtes lata, retractaretur: ut l. iij.C.ſi ex fal.inſtru.Cautius tamẽ eſt utrunq; accuſare: quæ omnia ſingulariter not.ad impediendũ cõdemnatoriã. Sed Bal.in l.j.C.de quæſtio. per glo.ibi limitat ſingulariter hoc uerum, ſi accuſantur teſtes neceſſarii ad probationem: ſecus ſi aliqui ſunt ultra debitũ numerũ illorum qui probarẽt: quia propter aliorum accuſationẽ proceſſus neq; ciuilis neq; criminalis retardaretur, qđ no.

a AVGV. Tu autem[a] in hac materia adde quòd miror, ꝙ iſte doctor nõ alleget Bar.in terminis in l.ſi teſtamẽtũ.ff.de peti.hære.in fi.qui expreſsè dicit, uel ꝙ opus eſt, ꝙ accuſentur teſtes, & producẽs ipſos, uel ꝙ opus eſt, ꝙ excipiatur de falſo ad hoc ut ſuperſedeatur in principali cauſa.& ideo uide Bal.not.loquentẽ in l.j.C.qui accu.in fi.qui eleganter loquitur. Sed ultra omnes loquutus eſt ampliſsimè in iſto paſſu Alber.de Roſa.in l.j.C.ſi ex fal.inſtru.& plenius ipſe Alberi.in prima parte ſtatutorũ.q.lxiij.quæ in … modo ſubiicio quæſtionẽ diſputa… per do.Richar.limita tamen præ…cta ſecundũ quod elegãter limi… bat Bal.in l.j.C.quomodo & quã… iud.in uerſi.modo quæro.q dict… licet aliàs eſſemus in caſu, in q… propter quæſtionẽ falſi ſuperſe… retur in cauſa principali: tamẽ … nõ militaret, ubi eſſent diuerſæ … riſdictiones iudicũ diuerſi fori, q… prætẽdũt iuriſdictionẽ æqualiter … ibi dat pulchrũ exẽplũ, ibi uide … allegat Federicũ de Senis ita cõ… luiſſe.adde Pet.de Anch.in cõſi.… lxj.dicẽtẽ, quòd cauſa homicidii … differẽda, ſi teſtes accuſant de fal…

ADNOT. a.¶Tu autem … *circa hoc, & uide Abb.in conſil.… ij.uolumi.& Pet.de Anchara.in co… lxj.Ber.*

21 *Reo dicente, quòd commiſit tale delictum dormiens, an excuſabitur.*

ANGELVS.

21 *QVID ſi dicat & probat, … ipſe dormiẽs cõmiſit tale delict… an excuſabitur? Reſpõdeo, aut ſc… bat, ꝙ ille erat ſuus mos, quòd … dormiens alios percutiebat, & ta… quia nõ præcauerit, ꝙ ſolus dor… ret, tenetur: quia fuit in culpa.l.… tator.ff.ad leg.Aquil.Si autem … erat mos ſuus dormiens, habet… furioſus[a] & excuſatur: ut l.j.§.… acqui.poſ.ita dicit Bar.in l.fin.… parri.Flori.in l.ſi ſeruus ſeruum … fornicarius.ff.ad leg.Aquil.Petr. Ancha.in clemen.j.de homic.

a Vt furioſus. *Adde de hoc & … Alex.in conſi.clxx.in ij.uolu.Ber.*

AVGV. Tu autem in hac ma…ria adde Guil.de Cu.in l.diuus … offic.præſi.& uide Bal.in l.j.C.…



…ni.in repe.circa fin.& Cardi.& Imo. in cle.j.de homi.qui referunt quòd Laud.dicebat, ꝙ cũ eſſet in ciuitate Peruſij in eccleſia ſancti Benedicti, quidã eius ſocius Anglicus ſurrexit & armauit ſe de nocte dormiens, & iuit ad fluuiũ, & interfecit quendã puerum, & quaſi ego hoc nõ credebam niſi uidiſſem. Bar.in l.ut uim.ff. de iuſti.& iure.qui dicit, quòd ſemel fuit quidã Piſanus qui ſe armabat de nocte dormiens, & ibat per ciuitatem cantando. Aduertas: quia credo, ꝙ iſta ſunt ſomnia: nam impoſsibile eſt, ꝙ ille qui nõ uidet, ut eſt dormiens, poſsit ire de nocte: & maximè, quòd non percutiat caput in muro, & maximè cũ ſit extra mentem, qui dormiẽs æquiparatur furioſo, qui nullũ intellectũ habet, in c.maiores.extrà de baptiſ.cũ ſimilibus.

22 *Fure dicente eſt furtum domeſticum: & ſic impunè licuit, & patre inquiſito dicente eſt filius meus: ergo licuit in eum ſæuire, quid dicendum erit.*

ANGELVS.

22 *QVID ſi fur dicat, quòd fecit furtum domeſticũ, & ſic impunè licuit ſibi facere, uel ſi pater inquiſitus dicat, eſt filius meus: ergo licuit in eum ſæuire:[a] ut l.reſpiciendũ.§. furta domeſtica.ff.de pœn.Reſpon. aut eſt furtũ leue & paruæ quantitatis: & licuit, aliàs non: ut not.in l.ad ea.ff.de reg.iur.ita dicit Bart.in d.§. furta.& in l.j.ff.re.amo.& in l.ſi libertus.ubi eſt tex.ff.fur.Et quæ perſonæ dicantur domeſticæ, dic ut no. per Bar.in d.§.furta.ut ſcire poſsis quæ perſonæ poſſunt ſe excuſare ſub hoc colore, ꝙ furtũ domeſticũ cõmiſerint.Et idẽ in iniuria per patrem in filiũ illata, uel dominum in ſeruum: iuxta l.j.C.de emẽ.propin. & de ſer.corrup.l.j.quia ſi ſit atrox, ut quia eſt mutilatio membri uel ſimilis, eſt punienda: ut d.l.ſi adulterium.§.ſi.ff.de adul.ita dicit Bar.in l.qui accuſare.§.j.ff.de accuſa.

ADNOT. a ¶Sæuire. *Adde tu & uide Alexan.de Imo.in conſi.lxxv.in iij.uol.& ibi an puniatur de exceſſu, & quæ dicantur furta domeſtica, & qualiter puniantur, uide eundem in conſil. cxxxvj.in j.uolu.Ber.*

AVGV. Tu autẽ in hac materia adde, ꝙ Sali.in l.apud antiquos. C.de fur.dat duas limitationes in hac materia, qui dicit, ꝙ uerũ eſt, ꝙ ſit diſtinctio inter furtũ rei magnæ uel paruę, qñ inter furantẽ & eũ qui furatur, eſt uera ſubiectio, & affectio: ſecus ubi eſt erronea ſubiectio & indebita affectio: quia tũc tenetur indiſtinctè, ſi ſit res magna uel parua.Et ad hoc põderat text.& glo.ibi in d.l.apud antiquos.Itẽ dat aliã ſecũdã limitationẽ & ſingularẽ, ꝙ uerũ eſt, ꝙ in furto domeſtico nõ cõſideratur res parua: tñ ſi unus domeſticus faceret plura furta uiliũ rerũ diuerſis tẽporibus, tũc cẽſetur eſſe unicũ furtũ magnũ, tũ ex rerũ cumulatarũ æſtimatione, tũ ex aſſuefactione uel cõſuetudine: ut l.nemo.in fi. C.de epi.audi.adde ꝙ iſta fuit ſentẽtia Bal.ibi in d.l.apud antiquos.refert Odof.& Nico.de matheſil.ita uoluiſſe ibi, licet Bal.non auſus ſit decidere in c.j.§.furtũ.de pace iura. fir.qui allegat Cy.ita uoluiſſe in d. l.penul.C.de furtis.

23 *Reus ſi opponat quòd illa iniuria eſt ſibi remiſſa per offenſum, quid faciendum erit.*

ANGELVS.

23 *QVID ſi opponat, quòd illa iniuria eſt ſibi remiſſa per illũ contra quem deliquit? Reſpõdeo quòd ex omni crimine poteſt dupliciter agi ad pœnã applicandã parti,& ad publicam uindictã: ut l.qui nomine. ff.de fal.mo.in l.fi.ff.de priua.delic. unde licet pars poſsit in ſui præiudicium iniuriã remittere.l.penulti.C. de pac.tamen nõ poterit remittere in præiudiciũ reipublicæ: ut not.gl. Ange.in l.ij.ff.ad Silla.& ibi Bart.& Bal.in l.j.§.ij.ff.de iniur.& Bald.in l. tranſigere.C.de tranſact.

AVGV. Tu autẽ in hac materia adde not.per Barto.in l.inter omnes.§.rectè.ff.de furt.per quæ poteris limitare prædicta,& dicta per Bart.in conſi.ſuo,domino poteſtati terræ rochæ contractæ. & faciunt notata in l.j.C.de aboli.

24 *Inquiſitus dicens quòd offenſus erat bãnitus tẽpore offenſionis,licet poſtea ſit reſtitutus & rebãnitus,quid erit.*

ANGELVS.

24 *QVID ſi dicat,ꝙ offenſus tẽpore offenſionis erat bãnitus: an ſi tẽpore inquiſitionis erat iã reſtitutus & rebãnitus,nec potuit impune offendi: an offendẽs inquiſitus debeat abſolui? dic ꝙ ſic[a]: quia ſufficit ꝙ tpe offenſionis eſſet bãnitus: licet tẽpore quo cõtra offendẽtẽ inquiritur ille ſit rebãnitus.ita dicit Bal.& Imo.in l.ſi cõſtãte.§.uxor.ff.ſol.mat.

ADNOT. a ¶Dic quod ſic. *Adde & uide Alex.in cõſi.cvij.in ij.uol. & Bar.in conſi.clxxxviij.Ber.*

AVG. Tu adde & uide Mod.& quæ ibi ſcripſi in d.§.uxor.& uide dñm Nellũ in tractatu ſuo bãnitorũ qui elegãter loquitur ſup iſto paſſu.

25 *Statuto dicẽte quòd bãnitus poſſit impunè occidi,ſi inquiratur contra Titiũ,quòd Scium uulnerauit:an poſſit opponere, quòd eum licuit occidere quia bannitus, ergo fortius licuit uulnerare.*

ANGELVS.

25 *QVID ſi ſtatutũ dicit,ꝙ bãnitus poſsit impunè occidi,& ſi inquiratur cõtra Titium quòd ipſum uulnerauit, an poſsit opponere, eum licuit occidere: ergo fortius licuit uulnerare: dic ꝙ ſic: ut l.nec ea.& ibi Barto.ff.de adulte.

AVGV. Tu autẽ in hac materia adde Bald.in l.j.C.de interdi. in l.cũ ancillis.C.de nupt.docto.maximè Bal.& Imo.in l.in ſuis.ff.de libe.& poſthu.Cy.in l.j.C.quę ſit lõ. cõſue.do.Ang.in c.ſi.extrà de cõ. Ioã.And.in addi.Spe.in tit.de c. in §.j.in fi.Imo.in l.nõ ſolum.§. ſolu.mat.& adde Alber.de Ro. quæſt.ſtatutorũ.in iiij.parte q. & incipit,dubitari etiã uidi.ubi expreſsè firmat hoc,quòd talis bãnitus qui poteſt impunè occidi,poteſt in carcere priuato detineri.

26 *Crimine inquiſitionis oppoſito per modum exceptionis,an debeat ſe ſubſcribere ad pœnam talionis.*

ANGELVS.

26 *QVID ſi opponat crimen inquiſitionis per modũ exceptionis an debeat ſe ſubſcribere ad pœnam talionis? Bar.in l.ſi cui.in princ.ff.de accu.dicit, aut ſimpliciter opponitur dictũ crimen cõtra illum offenſum, ut ſe ab inquiſitione & accuſatione defendat, & nõ tenetur ſe ſubſcribere: ſi autẽ nõ tantũ ut ſe defendat: ſed etiam ut alius de tali delicto puniatur,iuxta l.ij.§.ſi extraneus de adulte.& tũc debet ſe ſubſcribere: ut l.iij.C.qui accu.non poſ.

AVGV. Tu autẽ in hac materia adde ꝙ Ange.in l.qui crimen.C. qui accu.nõ poſ.facit mentionẽ de hac doctrina Bart.in d.l.ſi cui.& eã approbat & ſequit:& dicit ibi in hac materia aliquas concluſiones pulchras,quas omnino uide ibi,in d.l. qui crimen.glo.& doct.& tex.& Bal. in l.ij.C.de fide inſtrumen.Bald.in l. ſi.C.ſi ex fal.inſtrumen.

27 *Inſtrumento pacis producto quòd habitum fuit à filijs maſculis interfecti, ſi tamen filia unica contradicat quid erit.*

ANGELVS.

27 *QVID ſi producitur inſtrumẽtum pacis habitũ à filiis maſculis interfecti,cõtradicẽte tamẽ eius filia unica fœmina: nã Bal.& Ange.in l. pro hærede.§.ſi.ff.de acq.hęre.dicũt ꝙ ſatis eſt,ꝙ producant pacẽ habitã à maſculis: licet fœmina cõtradicat: ꝗa fœmina nõ leuat faidã: ut not.gl. in tit.qui feu.da.poſ.§.pe.& in ti.an mutus aut aliter imperfe.c.j.ſed Ludo.Ro.in l.j.§.potiſsimè autẽ.ff.ad Silla.in uerbo,ſiue corpore ſuo &c. tenet cõtrarium: quia per illũ tex.uidetur,ꝙ fœmina potuerit uindicare mortẽ patris: unde eius cõſenſus fuit neceſſarius,pro quo etiã allegat tex.in l.j.C.de his qui ſe defen.li.x.& quod ibi no.Ang.in apoſtil.ad Bar.

AVGV. Adde hîc ea quæ dixi ſuprà[a] in eademmet glo.dũ tractaui materiã: an omnes hæredes debeãt facere pacem,ſi ſunt plures hæredes:& quid ſi erat ibi una fœmina.dic ut ibi dixi in addi.latè.

ADNOT. a ¶Dixi ſupra. *Adde & uide Ang.in conſi.cclvj.Ber.*



28 *Remiſsio iniuriarum facta in foro pœnitentiali an proſit in foro iudiciali.*

ANGELVS.

28 *QVAERO quid ſi allegat, quòd in foro pœnitentiali per iniuriatum fuit ſibi iniuria remiſſa,an proſit in foro iudiciali? & Bal.in l.ij. ff.ad Silla.refert Cy.determinantẽ, ꝙ ſic, per glo.in §.fi.inſti.de iniuriis.& idẽ no.in l.ij.C.de libe.& eorum lib.idẽ uoluit Bart.in l.nõ ſolũ. §.qui iniuriarũ.ff.de iniur.ubi allegat dictũ magiſtri ſentẽtiarũ, & idẽ uult in l.ſi tibi.§.j.ff.de pac.ubi allegat orationem dominicã.ſed Bal.in d.§.iniuriarũ.notabilius diſtinguit: aut eſt facta plena remiſsio: aut tantũ rancor: aut dubitatur. Primo caſu talis remiſsio prodeſt in foro iudiciali ex eo: quia pro altero uulnerãte interuenit perſona publica,hoc eſt ſacerdos,qui potuit alteri acquirere: ut l.j.§.ius publicũ.ff.de iuſtitia & iure.& ibi Barto.& in c.quanquam.de uſur.in vj.& maximè liberationem iuxta gl.in l.nõ ſolũ.§.liberationis uerba. ff. de libe. leg.& no.Innocẽ.in c.ueniẽs.de renun.& no.Ang.in l.idẽ.§.ſi.ff.de pac. Secũdo caſu quoniã cõſtat de eius mente actio iniuriarũ,quæ competit ad pœnã uel intereſſe,non uidetur remiſſa. Tertio caſu & tunc præſumitur tantũ rancorẽ remiſiſſe præſumptione.l.cũ de indebito.ff.de probat.& ſufficit quòd alterũ remiſerit. allegat de ſerui.ruſti.prædi.l.ſi mihi.& l.ſi domus.de ſeruit.urba.prædi.& ibi Bal.

AVGV. Tu autem in hac materia adde,ꝙ contrarium tenet Cy.ut refert Bald.in l.ij.ff.ad Silla.& Ioan. And.

And.in addi.Spec.in titu.de inſtru.
edi.§.nunc uerò aliqua.in addi.per
hoc non uidetur bene &c.Cõmunis
tamen opi.eſt illa Guliel.de Cug.&
Bar.in d.l.ſi tibi.§.j.ff.de pact.quam
communiter ibi approbãt docto.&
Bar.in l.nõ ſolũ.§.j.ff.de iniur.licet
dominus Ange.hic alleget Bar.in l.
eum qui.§.iniuriarũ.ff.ſi quis cau.&
idem uoluit Bal.in l.ſi domus.ff.de
ſerui.urba.prædi.& Anto.de But.in
c.de his.extrà de accu.Saluarem ta-
men opi.Cy.& Ioã.And.& ita limi-
tarẽ prędicta, niſi remittens dixiſſet
ſe facere plenã remiſsionem,ut ele-
ganter uoluit Bald.in c.j.§.iniuria.
de pace iura.fir.& Bal.in addi.d.l.nõ
ſolũ.& Roma.in d.l.ij.ff.ad Silla.in
hac materia adde Spe.in ti.de accu.
§.j.uerſic.quid ſi uulneratus.& uide
Bal.in d.l.ſi tibi.§ j.& Bal.in l.ſi pro
fure.in princi.in lectura.ff.de con-
dictio fur.& uide doct.& in d.§.fin.
inſtit.de iniur.Et ultra prædicta ad-
de gl.& doc.& maximè do.Abb.ĩ c.
j.extrà de maledi.& ibi Abb.multũ
magnifacit doctrinam magiſtri ſen
tentiarũ allegatã à Barto.in d.l.ſi ti-
bi.§.j.ff.de pact.Et adde gloſ.in ter-
minis.j.q.iiij.c.quia præſulatus.&
aliam gloſſ.in c.ſi quis contriſtatus.
xc.diſtinctio.& aliquid per glo.xlv.
diſtinctio.c.tria ſunt. & xxij.quæſt.
iiij.c.ſi is.

29 *Remiſsio iniuriarum facta cum iura-
mento,metu mortis inſtantis teſta-
mentum condendo: an poſtea eo re-
conualeſcente proſit talis remiſsio.*

ANGELVS.

29 *QVID ſi allegat,quòd inimi-
cus metu mortis inſtantis teſtamen
tum cõdẽdo corã ſacerdote cũ iura
mento remiſit iniuriã,an eo poſtea
reconualeſcente proſit talis re-
ſio?& Bal.ubi ſuprà allegat Io.
in Spec.de inſtru.edi.§.nũc aliq.
uer.no.glo.& glo.inſtit.de iniur.
ſi.& Bart.brixeñ.in ſuis quæſtio-
bus dominicalibus in xij.quæſt.
incipit,quidã.ut refert Io.And.
loco,dicit ꝙ aut conſtat,ꝙ talis re-
miſsio facta fuit metu mortis inſtan-
tis,& tunc eo reconualeſcente re-
catur,ut in ſimili,quòd dicitur de
na.cauſa mor.in l.ij.& l.ſenatus.
de dona.cauſa mor.aut ſimplici-
remiſit, & tũc ulterius nõ recõ-
ſcit ex regula,quia actio ſemel e-
cta &c.ut l.quæ res.§.areã.ff.de
hoc tenet Ludo.in l.ij.ff.ad Sil.
Bart.& adducit pro hoc:quia cũ
interuenit iuramẽtũ:ergo quæ-
etiam abſenti.l.cũ quis.§.codic.
ff.de leg.iij.& maximè quando
remitto actionem iniuriarum.

AVG. Tu autem in hac mat-
adde,& dic indiſtinctè,quòd ſi ſ-
dos nomine & uice illius qui o-
dit,licet ſit abſens offenſor rec-
rit illam remiſsionem iniuriæ,
moriens ipſe offenſus pacem re-
derit in manu ſacerdotis per ſt-
tionẽ, quòd talis reconualeſcens
reuocabit talem remiſsionẽ,per
quæ notanter dixit Gandi.in tra.
maleſi.ſub rub.de tranſac.male-
uer.itẽ pone,quòd quidã mor-
uulneratus iacẽs in lecto accep-
nitẽtia &c.quia cũ ſacerdos cen-
tur eſſe perſona publica,l.iur pu-
cũ.ff.de iuſt.& iur.poteſt talis pe-
na ſtipulari abſenti.l.nõ aliter.
adop.maximè cum factũ pacis fa-
uorabile.l.j.in prin.C.de cad.to-
Cũ ergo ſtipulatio ſit contractus
quem promiſſor obligatur,non



terit talis remittens ſolus à tali ſtipu
latione recedere,iuxta ea quæ habẽ
tur in l.j.ff.de pac.&l.j.ff.de uer.ob.

30 *Crimine oppoſito per modũ exceptio-
nis, utputa,dicendo,accuſans eſt crimi
noſus,homicida,adulter & c.q̃d erit.*

ANGELVS.

30 *QVID ſi opponit de crimine
per modũ exceptionis : utputa quia
dico ꝙ accuſans eſt criminoſus,ho
micida,adulter,uel leno,&c.& tunc
ſi hoc probat,abſoluitur ab accuſa-
tione:& tamen ille contra quem cri
men per modũ exceptionis opponi
tur,non punitur:quia talis exceptio
criminis nõ opponitur ad finẽ puni-
a tiuũ[a].aut dicitur, dico ꝙ talis nõ po
teſt me accuſare:qa homicida uel le
no, & de dicto crimine peto ipſum
condẽnari,& tunc tali crimine pro-
bato nõ tantũ ab accuſatione repel-
litur,ſed etiam de crimine contra eũ
obiecto punietur:ut l.Luci⁹.& quod
ibi habetur per gl.Bar.Bal.& Ange.
ff.de infa. & p Bar.in l.ij.§.ſi publi
co.ff.de adul.& ꝓbatur in c.cũ dile-
ctus.de or.cog.& no.plenè Anto.de
but.in c.j.de excep.dic ut dixi inſti.
de excep.in rub.Sed Cy.& Salice.in
l.ſi magnum.C.qui accuſa.non poſ.
tenent quòd imò in genere crimino
ſus & non ſocius eiuſdem criminis
poteſt accuſare:quia non reperitur
lege prohibitum, per no.ff.de publ.
iudi.l.is qui reus.non ob.glo.in l.qui
accuſare.ff.de accuſa. quia procedit
in caſu legis quam allegat.Et hoc de
iure ciuili. de iure uerò canonico
omnis criminoſus repellitur ab ac-
cuſando:ut extrà de accuſatio.c.j.Et
an poſsit opponere exceptionẽ cõ-
tra perſonã iudicis inquirẽtis & eius
iuriſdictionem,& eius proceſſum,&
contra accuſantis perſonam uel of-
fenſi,& alias exceptiones declinato
rias & perẽptorias : uide quæ dicta
ſunt ſ.in gl.in uerbo,hæc eſt quædã
inquiſitio &c.uer.quinto principali
ter quæro &c.cũ uer.ſeq.& in uer.iu
dex inquirit de delicto &c. Et circa
modũ & formã defenſionis, ſcilicet
quas defenſiones reus facere poteſt,
& quomodo debeat articulare & ꝓ-
bare,adde quę dicta ſunt in gl.ſuper
uerbo,& dict⁹ Titius &c.& maximè
quãdo opponit & dicit, ꝙ quicquid
fecit ipſe,ad ſui defenſionem fecit.

ADNOT. a ¶ Punitiuum. *Ad-
de ut per Oldr.latè in conſi.ciij.& Pe.de
anc.in conſi.cccxxvj.& quãdo quis poſ-
ſit puniri,quando crimen obijcitur per
uiam exceptionis,uide Pe.de anc.in con-
ſilio clxxij.Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia
adde pulchra uerba Bal.in l.falſam.
C.ſi ex fal.inſtr.ubi ponit an per ex-
ceptionem poſitam quis poſsit puni
ri.uide do.Anto.de but.in c.ij.extrà
de cõfeſ.& do.Ant.de bu.in c.ij.ex-
trà de or.cog.per Bar.in l.j.§.ſed ſi is.
de ope.no.nun.& Bald.in auth.ſtatui
mus.C.de epiſ.& cle.in princip.uide
Roma.in l.cum mulier.ff.ſol.ma.ui-
de no.in c.ex conqueſtione.extrà de
reſtitu.ſpolia.& in c.cùm ſuper.extrà
de conceſ.præben.

31 *Inquiſito dicente quòd non eſt mor-
tuus ex dictis uulneribus,ſed iam ſunt
plures dies quòd fuit uulneratus,uel
quòd non paruit medicis,uel ſimilia,
quid erit.*

32 *Maleficio probato per teſtes,ſi dicatur
commiſſum de nocte,inquiſitus poteſt
inducere teſtes quòd illa nocte luna nõ
lucebat,ſed erat obſcurum.*

33 *Probatiõe facta quòd Titius fuit per-
cuſſus*

*cuſſus à Caio tribus uulneribus, ex quibus mortuus eſt, ſi dicatur ꝙ hoc non eſt uerum, poteſt ſubijci cadauer Titij oculis iudicis, ut uideatur, quo nõ reperto uero abſoluitur.*

ANGELVS.

31 * QVID autem ſi inquiſitus opponat & dicat ꝙ dictus mortuus nõ
a eſt mortu' ex dictis uulneribus: a ſed iam ſunt plures dies quibus fuit uulneratus, & quòd uulnera ſui natura c
non erant letalia &c. & quòd ſui culpa mortuus eſt, quia concubuit cum uxore, uel quia non paruit medicis: & ſic de ſimilibus: dic ut plenè dictũ b
fuit ſuprà in gl. ſuper uerbo, ex interuallo mortuus fuit & eſt &c. Et an c
tales defenſiones uel alias quis poſſit & debeat per ſe facere uel comparere poſſit ali' defenſorio nomine, uel ut legitimus procurator rei, uel accuſati, uel inqſiti, & in quo caſu, uide s. in gl. ſuper uerbo, q iudex. uidẽs ꝙ dicti inquiſiti non comparent &c. in uer. ſemper fuit cõtumax. & uer. quæro quid ſi eſt citatus &c. poteſt etiam inquiſitus opponere ꝙ dicã j. in glo. ſuper uerbo, qui iudex ſtatuit terminum ad opponendum
32 contra proceſſum.* Quid autem ſi maleficiũ ſit probatũ per teſtes, & dicatur cõmiſſum de nocte b? tũc inqſitus
b poteſt inducere teſtes quòd illa nocte luna non lucebat, ſed obſcurũ erat. nã tunc licet poſsit probare maleficium commiſſum, non tamẽ poteſt probari per quẽ commiſſum fuerit: ut eſt gl. ordinaria, in l. ſi cũ exceptione. §. in hac actione. ff. quod metus cau. per quã gl. Oldr. ut ibi refert Bal. euaſit quẽdam accuſatum, quod
33 bene no. in practica.* Et aduertas ꝙ ſi probatũ fuit quòd Titius fuit percuſſus à Caio tribus uulneribus, ex illis mortuus ſit, ſi dicatur ꝙ hoc non eſt uerũ, poteſt ſubiici Titius oculis iudicis, & ſi nõ reperitur uulneratus abſoluitur: unde dicit Bal. in l. ſi quibus. in fi. C. de teſti. ꝙ cũ hoc ... de facto fuit copus exhumatũ, & repertũ quòd non fuerat uulneratus, hoc uidens iudex abſoluit inquiſitum licet cõtra eum plenè probatũ fuiſſet, quod eſt menti tenendum c.

ADNOT. a ¶ Vulneribus. *Adde ut per Pe. de anc. in conſi. cclxxv. & Corpo. in conſi. xlj. & conſi. lxij.* Ber.

¶ De nocte. *Adde tu & uide Ang. conſi. cxciiij.* Ber.

¶ Menti tenendum. *Adde ... de Raph. cu. in cõſi. cxliiij. & Bal. ... xxviij. in v. lib. ubi uoluit ꝙ confeſsio ... qui cõfitetur habuiſſe & recepiſſe ... oculo corporeo uerum non eſſet, pr... cat cõfitenti. & uide melius Pau. de ... in conſi. cclxviij. in ſecũdo impreſſ...*

AVG. Tu autem in hac ma... adde quæ dixit Bal. in l. de quib... de legi. in ult. char. qui alleg. ... in l. ſi cum exceptione. & in ter... uide Bald. in l. j. ff. de his qui ſui ... uel alie. iur. Idem dixit in c. j. § ... ro. quæ ſit prima cauſa benefi... aliquid per Bal. in l. non ignor... qui acc. nõ poſ. Bal. in l. Aretbu... de ſta. homi. Bart. in trac. de teſt... ix. col. faciunt dicta Specu. in ti... noto. crimi. §. iam de notorio cri... ne, uerſicu. iij.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis partes in termino defenſiuo ſunt, teſtes repetere, alios de nouo inducere.*

2 *Item oſtendere quòd ille qui fuit interfectus non erat bannitus, ... tur, & inquiſitus hoc ſciebat.*



3 *Item replicare, quòd licèt interfectus eſſet bannitus, tamen appellauit à ſententia.*

4 *Item ſemper inducat qualitatem offenſi, puta quòd erat homo debilis, infirmus, delicatus, & paruæ uitæ.*

5 *Item quando examinat teſtes deponentes rectè ſuper loco & tempore faciat ſcribi, Reſponderunt de loco & tempore, in inquiſitione, uel accuſatione contentis.*

6 *Confeſsio uulnerati, quòd Caius eum percuſſerit, nihil facit.*

7 *Item iudex poteſt dicere, quòd licèt ille qui fuit interfectus, fuerit bannitus, tamen poſtea fuit rebannitus & cancellatus ſaltem uerbo.*

8 *Item opponere contra teſtes rei, & ꝙ reus tranſegit, uel pactus eſt de crimine.*

9 *Occidens illum qui non erat legitimè bannitus, an teneatur lege Cornel. de ſica. & an ignorantia excuſet, uel nõ.*

10 *Occiſo bannito appellatione pendente, quid erit.*

11 *Vulnus illatum ſano, licèt mortale non dicatur, tamen illatum infirmo mortale dicitur.*

12 *Aſſertio uulnerati an ſaltem faciat indicium ad torturam.*

13 *Bannito an ſufficiat, quòd ſit cancellatus de banno uerbo uel facto.*

Die ij. Ianuarii.

QVi iudex ad probationẽ ſuæ inquiſitionis, & proceſſus produxit infraſcriptos teſtes quos examinauit &c. facta prius citatione de dictis inquiſitis ad uidendum iurare teſtes.
1 *Nunc tempeſtiuũ eſſe arbitror uidere, quæ ſint partes iudicis inquirẽtis in dicto termino defenſiuo: dic ut ſuprà dixi in gloſſ. comparent dicti inquiſiti, & totum negant &c. Et etiam ꝙ teſtes repetat, & de nouo etiam inducat alios teſtes, ad reprobandum ſuam inquiſitionem negatam, uel etiam ad infringẽdũ defenſiones quas inquiſitus fecit. Caueat tamen iudex, ut Deum ante oculos habeat, ne per tormenta, uel alio modo cogat teſtes aliquid dicere in criminali contra ueritatem: quoniam ipſe in ſyndicatu conueniri poterit ob hoc de ſica. ut eleganter no. Bart. in l. j. in prin. ff. de ſicar. quod ſemper
a ante oculos a habeas.* Secundò po-
2 teſt oſtendere & docere, quòd ille qui fuit occiſus ab inquiſito, & qui ad defenſionem dicti inquiſiti, allegat quòd poterat impunè occidi, quia bannitus nõ erat legitimè ban-
b nitus b, & quòd occidens hoc ſciebat, tunc occidens illum quem ſciebat non legitimè bannitum, tenetur de ſica. aliàs autem ſi probari nõ poteſt, quòd ipſe ſciebat, tunc ipſe oſtẽdat, ꝙ nõ fuit legitimè bannitus, tũc licet occidens de ſica. non teneatur propter ignorantiam, & ſic ceſſat dolus, tenetur tamen culpa, & extra ordinem punitur: ut l. ij. § hæc actio. ff. ui bono. rapt. ita dicit Bar. in l. pe. ff. de adul. ad idem facit, quod ipſe no. in ſimili in l. iuſtè poſsidet. in fi. ff. de acq. poſſ. & in l. j. §. j. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſſus fue. uide tamen latiùs & aliter per Salic. in l. eum qui duas.
3 C. de adult.* Tertiò ſi iudex replicãdo probabit, quòd licet ille eſſet bãnitus, tamen à ſentẽtia appellauit, & appellatione pendente fuit interfectus, qđ non licuit, ut nil nou. app. pẽden. & idem ſi alio modo petebat ſe eximi de banno: quia proceſſus non tenuit, uel alio modo: ut l. cum uerò

in prin.ff.de fideicom.liber. ita dicit
Bar.in l.iij.§.ſi ſeruus quem.ff.de ac.
poſſ.& no.Bal.& Imol.latiùs in l.qui
à latronibus.ff.de teſta. & Sali.in d.l.
eum qui duas.uerſi.ſed dubium for-
4 tius eſt &c.* Quartò utile eſt ut ſem
per inquirens deducat qualitatẽ of-
fenſi, uidelicet quia erat homo debi
c lis,infirmus [c] ,delicatus,& paruæ ui-
tæ,tunc ex quolibet uulnere etiã le-
ui, præſumitur ex dictis uulneribus
mortuus.iſte eſt tex.nota.in l.qua ra-
tione.§.ſi quis ſeruũ ægrotum.ff.ad
leg.Aquil.& uide Bal.& Flor.in l.ita
uulneratus.in prin.& pleniùs ꝑ Flor.
in l.item Mela.§.ſi plures.ff.ad legẽ
Aquil.quod ſingulariter no.quia ui-
di multos aduocatos uolentes defen
dere inquiſitos,q̃ articulãt,ꝙ uulne-
ratus aliàs erat infirmus , uel debilis
&c.quia contra ſe articulant, & pro-
bant:nam quælibet percuſsio quæ in
homine ſano non eſſet mortalis, in
homine delicato & infirmo præbet
cauſam mortis,ut dictis iuribus: igi-
tur &c.uñ tu aduocate,quãdo ponis
te ad defenſam,caueas ne à tali erro
re cadas:quia periclitare faceres tuũ
amicũ , & tu eſſes cauſa mortis pro-
pter ignorantiã tuam : & ita contigit
Nurſiæ,me ibi aſsidente,in quibuſ-
dam aduocatis duorum inquiſitorũ.
5 Quintò * bene notet iudex, quando
ſuper accuſatiõe uel inquiſitione te-
ſtes examinat ſuper aliquo delicto,
quãdo deponunt ſuper loco & tem-
pore , ꝙ ſcribi faciat,interrogati de
loco reſponderunt de loco & tem-
pore,in inquiſitione ſeu accuſatione
contentis.hoc intellige uerum, ſi de
loco & tẽpore deponerent,aliàs au-
tem ſi ſcribi faceres tempus & locũ,
& te non referes ad inquiſitionem

uel accuſationem non probata
tione iudicis, uel accuſatoris. arg.
in ſi.ff.de incen.rui.naufrag.& 
cit Bart.eleganter per illum tex.
6 j.in prin.ff.de aleat.qđ not.* Vn
tamen non tradatis obliuioni, ꝙ
d debet credi uulnerato [d] ,quòd C
eum percuſſerit:quia talis confeſ
& aſſeueratio nihil facit.imò alio
do delictũ debet probari, ut eſt te
& ibi Bart.in l.ſi quis in graui. §.
ad Silla.quod nota cõtra aliquos
dices imperitos : quia ex ſola aſſ
tione uulnerati inquirunt cõtra
quem,& ex tali ſola confeſsione
7 lunt punire inquiſitum.* Poteſt
iudex dicere & allegare , ꝙ imò
qui fuit interfectus, licet fuerit ba
tus,tamen fuerat rebannitus, & ca
e cellatus ſaltem uerbo [e] ,licet de
non eſſet de banno cancellatus
ſufficit cãcellatio facta uerbo:ut
Bar.per illum text. in l.emptor.§.
7 cius.in ſi.ff.de pact.quod no.* Po
etiam iudex opponere contra te
rei,ea q̃ ſcripſi infrà in gl. ſuper
bo, qui iudex ſtatuit terminũ ad
ponendũ contra proceſſum , ac
ꝙ inquiſitus uel accuſatus eſt tra
f actus [f] uel pactus de crimine: na
cet in certis caſibus licitũ ſit trãſ
re:ut l.trãſigere.C.de trãſact.illud
telligitur in preiudiciũ partis,& n
reipublicæ:ut no.Bart.in l.j.§.& 
operis.ff.de noui oper.nunciat.
quod not. glo.in l.ij.ff.ad Sillan.
quod no.gloſſ.in l.iuriſgentium.
paciſcar.ff.de pactis.

ADNOT. a ¶Ante oculos
*de tu & uide Fran.de Are.in cõſi.*
b ¶Bannitus. *Adde latè Alex.in*
*lxvij.in ij.uol. & conſi.cxiiij.in j.*
*cõſi.lxv.in iij.uol. & Cæp.in conſi.*

*conſil.ſeq.Bernar.*
c ¶Infirmus. *Adde an teſtis debeat eſſe peritus in eo quod deponit. & uide Fran. de Are.in conſi.l. & an uulnerans ægrotum non letaliter,teneatur de occiſo.uide Raph.Cuma.in conſi.cxliiij.Ber.*
d ¶Vulnerato. *Adde & uide Alexã.de Imo.in conſi.xxiiij.in ſecundo uolu.Bern.*
e ¶Verbo. *Adde & uide Alex. in conſi. cxiiij in. j.uolu. & in conſi.clxxvij in ij. uol.Cæpol.in conſi.xxxix. & Pau.de ca. in conſi.xxxiij. & conſil. cxcij.in j.impreſsis.Ber.*
f ¶Tranſactus. *Adde & uide Paul.de caſt.in conſi.cxix.in j.impreſsis.Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia
circa primam concluſionem , quam
tetigit domi.Ange.in illa gloſſ.de il-
la ſingulari doctrina Bartol.in l.j.in
princ.ff.de ſicar. dic quòd Bald.in l.
presbyteri.in ij.col. C.de epiſcop.&
clericis. hæc magnifacit , & allegat
Bart.& ipſum ſequit̃.& uidi ego mul
tos errare in hoc,qui ponentes teſtes
ad torturam , faciunt ꝙ falſo metu
tormentorum deponunt contra reũ,
& teſtes de facili hoc faciunt, dicen-
tes , melius eſt ut deponamus hoc,
quàm patiamur tormenta:unde non
tanta fides eſt adhibenda huiuſmodi
teſtibus qui per tormenta hoc dixe-
runt, quàm qui ſponte hoc fatentur.
per ea quæ habẽtur in l.iij. ff.de teſti.
9 Item * inquantum do. Angel. tetigit
illam difficultatem, an occidens illũ
qui nõ erat legitimè bannitus, tenea
tur lege Cornelia de ſicar. & ſic etiã
tangit an ignorantia excuſet uel nõ:
addatis : quia materia iſta eſt ampla.
nam Bal.in l.ex quacunque. ff.ſi quis
in ius uoc.non ierit.unum dixit,poſt-
ea mutauit opin. & latè & multùm
ſubtiliter & elegantiſsimè ſcripſit in

l.j.C.ſi à non competen.iudic. Adde
doct. in d.l.eum qui duas. & Bal.in l.
ex morte.C.ad leg.Aquiliã. latiſsimè
ſcripſit ultra omnes poſt doct.ibi Ro
ma.in l.ſi duo.ff.de acquiren.hæred.
ibi uidebis multas deciſiones. & ui-
de Barto.qui non eſt auſus decidere
in l.non ſolùm. §.morte.in uerſicu.
circa ſecundum nota. ff.de oper.no.
nunc.Vide quæ ibi ſcripſi in l.huiuſ-
modi.§.ſi ita cui.ff.de leg.j.per Bald.
in lege,noſtram.C.de teſti. & ibi per
Moder.in l.j.ff.de legib.per Bald.in
l.quid ſi fugitiuus. §.apud Labeo-
nem.ff.de ædil.edict. & in materia,
an in delictis ignorantia excuſet, o-
mnino uide Salic. latiſsimè ſcriben-
tem in lege,ſenatus.C.de his qui ſibi
aſcrib.Alias deciſiones adde quæ po
ſui in materia in dicto §. ſi ita cui. &
per Ro.in d.l.ſi duo. adde pulchram
q.Ioan.And.in regula,quòd quis.ex-
trà de regu.iur.in vj.in mercur.uide
Albe.de Roſa.in quarta parte ſtatu-
10 torum q.xxx.* Item inquantum do.
Ang.tangit quæſtionem de illo ban-
nito,qui fuit occiſus pẽdente appel-
latione,uel lite pendente:quia dice-
bat bannum eſſe nullum uel iniuſtũ.
adde Roma.& Pau.de caſ.in d.l.iij.§.
ſi ſeruus quem. ff.de acqui.poſ.adde
Ang.in l.cũ uerò.§.ſubuentum. ff.de
fideic.lib. & Bal.in l.appellatione in-
terpoſita.C.de appel.ad ſi.per Bal.in
l.j.C.ſi à non cõpe.iudi.circa iiij.col.
in uerſi. & per prædicta determina-
tur quæſtio.& Bal.in l.eum qui duas.
per Bar.& doct. in l.ſi quis filio exhæ
redato.§.quod ſi quis.ff.de iniu. rup.
& irri.teſta. per Bald,in authen.quæ
ſupplicatio. C.de precib. imper. per
Bald. in l.lite ordinata. C. de liber.
cauſ.per Bartolum, poſt Dyn. & per

 doct.

doct.ibi in l.qui à latronibus.ff.de te
ſta.in §.ſi quis in capitali. adde Alb.
de Roſa.in quarta parte ſtatutorum,
11 q.xxiij. * Item inquantum d. Angel.
hîc reprobat illam cautelam aduoca
torum imperitorum, qui capitulant
uulneratum eſſe debilis uitæ,& non
ſanum.adde,ꝙ miror, ꝙ iſte doctor
non alleget illam pulchram doctri-
nam Bart. quã poſuit in l.ſi in rixa.in
pe.col.ff.ad leg.Corn.de ſicar.qui di
xit,quòd licet uulnus quoddã in ho-
mine ſano non dicatur mortale, ad
hoc ut ille teneať de occiſo, tamen
tale uulnus nõ mortale dicetur mor
tale,ſi eſt illatum in homine non ſa-
no.& alleg.d.§.ſi quis ſeruum ægro
12 tum.& d.l.ita uulneratus.* Item in-
quantum do.Ang.hîc tetigit illã pul-
eccle. ibi, cõſilii tenore perpenſo. &
ibi Bald. facit l. dubium. C. de diuor.
& maximè cùm de hominis uita tra-
ctatur, quòd ſit multis oculis ſubie-
cta, ut bene & maturè uideatur, ſi ali
qua fraus uel error per aliquẽ com-
mittatur. l. fi. C. de fideicõmiſ. & ita
etiam uult Bal. in l.j. in illa q. quãdo
dicatur nomen rei receptum inter
reos. C. qui accu. non poſſunt. & ad-
uertat prouinciæ præſes, ne cogat
aliquẽ ex ſuis officialibus inuitum
ad conſentiendũ ſibi minis uel alio
modo, ut faciunt proterui præſides,
ut condemnetur qui non ueniebat
condemnandus, uel puniatur acrius
quàm de iure debuerit, quòd ipſe
præſes in ſuo ſyndicatu ex hoc ſolo
de ſica. tenebitur. ita dicit Bar. in l.j.
2 in prin. ff. de ſicariis. *Caueãt etiam
anciani & in ciuitate præſidentes.
ne cogant officialem ad condem-
nandum illum qui debebat abſolui,
& ad abſoluendũ qui ueniebat con
demnandus, & ſic cogunt officialẽ
facere iniuſtitiã: quia Anciani de-
poſito officio l. Iuli. de ui publica. te
nentur: ut l. lege Iulia. & l. qui dolo.
& ibi Bar. ff. ad l. Iul. de ui publi. Item
tenentur de ſicariis, ut no. Bar. in d.
3 l.j. de ſicariis. *Sis tamen cautus tu
aſſeſſor, ſi non uis cõſentire, quan-
do uidetur tibi, quòd iuſtitia nõ mi
niſtretur, ne ex taciturnitate tua ui-
dearis conſentire, & per cõſequens
tenearis quòd proteſteris & pertina
citer reſiſtas præſidibus, & in actis
appareat de tua proteſtatione, quid
ius in dicta cauſa dicte. Iſte eſt caſus
in appellatione à ciuili, ergo for-
tius in criminali, in l. quoniam iudi
ces. C. de appellatio. Bart. in tractatu
ſuo repræſaliarum. in vj. q. princ. &
quæſt. ij. ubi ponit elegantia uerba,
4 *an officialis teneatur de iniuſtitia

facta per principalē rectorē, ſiue per ſuū præſidē, ſic dicit: quidā ſunt officiales qui iuuerunt, uel induxerunt, præſidē ad talē iniuſtitiā faciēdā, & proculdubio talis officialis tenetur: ut C. de aduo. diuer. iud. l. per hanc. ibi, adiutores etiā eorū &c. & C. de excu. mune. l. pe. li. x. Quidā ſunt qui expreſsè contradicūt & proteſtātur, ut ſuprà dixi, & illi nō tenētur: ut di. j. quoniā. Quidam tamē nec cōſentiūt, nec cōtradicūt, qui ſunt abſentes uel ignorātes, & nec illi tenētur: ut l. j. in fi. de magi. cōue. ibi, præſentes, & qui ibi poſitus ſit &c. Quidā ſunt officiales præſentes, qui nec cōtradicunt nec cōſentiūt: tunc aduertendū eſt, ꝙ quidā ſunt officiales ad id quod eſt meri facti, nec ad cōſilia requirūtur: ut ſunt notarii & bi-
b ruarii[b], & iſti non tenentur: quia ſuperiori reſiſtere nō poſsūt ſine dedecore, ideo reſiſtere nō tenētur: ut l. j. §. officiū. C. ut tam ciui. quàm crimin. nec obſt. quod ibi dicit gl. eſſe correctū, quia uerū eſt in illo caſu, quia quilibet reſiſtere poteſt faciēti, non autem in aliis caſibus, ubi iuris peritia requiritur: ut ar. l. ij. ff. quod quiſque iur. & quod ibi not. Quidā ſunt officiales qui adhibētur ad cōſulendū, & hi tenētur ſi nō cōtradicunt, ut d. l. quoniā. Sed ſi dubitatur, an officialis fuerit præſens uel abſens, an ſciēs uel ignorās, quid præſumatur in dubio cogitādū reliquit ibi Bar. Sed pro nunc tu potes dicere, quòd ex facti qualitate & iniuſtitiæ & perſonæ, præſumitur ꝙ fuerit præſens uel abſens, ſciens uel ignorans: nam ſi factū fuit multū agitatū in curia & publicè ſciebatur, præſumitur quòd etiam aſſeſſores ſciuerint, & ꝙ etiā cùm ut plurimū ſteat recluſi in palatio, quòd ipſi fuerint præſentes. argu. gloſ. in l. tutor. C. de pericu. tuto. aliàs autem præſumitur ignorantia uel abſentia, cùm ſit in facto præſidis, & ſic in facto alieno: ut l. fi. ff. pro ſoc. quod no. ut ſcias articulare, quādo uis cōuincere unum aſſeſſorē, & quādo ſciuit quòd ſuus præſes iniuſtitiā adminiſtrauit, nec ipſe fecit reſiſtentiam pertinaciter.

ADNOT. a ¶ Iſta practica. *Vide ad propoſitum* Old. *in conſi. cclj. ubi conſuluit & reprobat quandam ſententiam epiſcopi* Rhegini, *latam cōtra clericum abſque conſenſu ſui capituli.*

b ¶ Biruarii. *Adde & uide tu* Alex. *in conſi. j. in iij. lib. ubi ponit de torto iniuſtè per ancianos* Bononiæ *&* Biruarios *præſente poteſtate: & an officialis qui poſuit aliquē ad torturā de conſil. aſſeſſoris, teneatur in ſyndicatu. uide eundē* Alex. *in cōſi. lxv. in j. uol. & an officialis negligens in adminiſtrāda iuſtitia obliget ſuperiorem, uide* Rom. *in conſi. cccxxviij.* Ber.

AVG. Tu autem in hac materia adde, ꝙ illæ deciſiones Bar. in tract. repræſaliarū in vj. q. principali. in ij. q. ibi Bart. loquitur quādo repræſaliæ poſſunt cōcedi cōtra officiales qui ſtant cum alio officiale maiore, & propriè Bart. ibi non loquitur, an tales officiales in ſyndicatu teneantur: & ſi iſte doctor de repræſaliis uult arguere & inferre ad caſum noſtrum, ut uidetur uelle Bar. in d. q. ij dubitās de iſta deciſione quādo ſumus in caſu, quando ſentētia deberet ferri per plures officiales, puta per præſidē, per uicariū, & iudicem maleficiorū, etiā ſyndicū & maſſariū, & eſſemus in caſu, ꝙ in caſu diſcordiæ maior pars obtineret: ꝙ



ſi minor pars expreſsè diceret & proteſtaretur, & cōtradiceret, quòd non uult aſſentire ſentētiæ cōdemnatoriæ capitaliter latæ contra talē, an iſti poſtea ſic contradicentes te-
neantur in ſyndicatu, ſi maior pars 5
& officialis maior iniuſtitiam fecit: quia uideretur quòd licet aliqui horum officialiū expreſsè contradicerent & proteſtarētur, tamē teneātur. Et moueor per illa iura & rationes, quas mihi parū eſſet adducere, quæ adducit Alb. de Roſa. in j. parte ſtatutorū q. lviij. qui ponit materiā repræſaliarū, & ponit quando aliqui de uniuerſitate cōmiſerunt delictū, & aliqui ſunt qui expreſsè cōtradicunt & proteſtātur, an nihilominus illi contradicentes teneantur ad repræſalias conceſſas contra illos de uniuerſitate. & uidetur quòd nō, per illa iura quæ allegauit Bart. ſuprà in illa q. & allegat dictā l. quoniā. C. de app. & omnia alia iura, per quæ iſte doctor fundat hîc iſtā ſuam concluſionē. tamen ibi Albe. de Roſa. multa cōcludendo tenet contrariū, quia poteſt eſſe quòd aliquis contradicat & proteſtetur, nihilominus tenetur, quādo eſt pars illius corporis cuius maior pars contradicit: & ſic infero ad caſum noſtrū, poſtquā de repræſaliis uolumus arguere ad materiā ſyndicatus. Sed certè iſta concluſio mihi nō placet, & ſolutionē horum cōtrariorū potes uidere ex dictis in loco ſuprà allega. Item miror quòd iſte doctor non allegauerit in hac glo. ſua bonum tex. & ibi Ang. in l. j. C. de his qui latro. & tex. Ang. in l. ſi ille. C. de decurio. li. x. & tex. & Ang. in auth. de litigio. §. omnem. in ult. colū. quæ omnia fuerunt allegata à quodā excellentiſsimo doctore do. Cataldi. qui fecit quaſdā addit. ad d. Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de offi. proconſ. & leg. in materia ſyndicatus, ut elegantiſsimè ſcripſit. & præfatus doct. dicit,* quòd licet poteſtas ſit iuris ignorans, tenetur in ſyndicatu, ſi tulit ſentētiam iniuſtā, licet de conſilio ſuorū iudicū: quia iudices ignorantes conduxit, ſecundum Ang. in l. j. ff. de uar. & extraor. cogn. Sed poſtea ſubdit præfatus doctor, ꝙ poteſt dici, quòd non tenetur poteſtas, ſed iudex ſub cuius examine, & conſilio talis ſententia lata eſt. & dicit quòd caſus uidetur in l. ij. ff. quod quiſq; iur. & allegat Ang. in illis tribus locis ſuprà allega. Credo quòd ille tractatus domi. Catald. ſit corruptus, & uelit dicere, ꝙ non tātùm poteſtas iſto caſu tenetur, ſed etiā iudex ipſe, ſub cuius examine talia proceſſerūt iniuſta: quia Ang. in d. §. omnē. hoc expreſsè dicit: quem Ange. ipſe do. Cataldi. allegat. & ibi do. Cataldi. in iſto propoſito iſtius gl. allegat quandā doctri. Guido. de Suza pulchrā, qui per illum tex. in l. quoniā. C. de appel. dixit, quòd ſi uicarius eſt ad banchū, dum poteſtas profert ſententiā iniuſtā, & ipſe uicarius non contradixit, præſumitur conſuluiſſe ei: & ex hoc punitur ſicut ſi ſentētia cōtineret, quòd eſſet lata de ſuo conſilio. unde ſubdit, ꝙ cautè faciūt iudices, qui nō aſſociāt poteſtates ad tribunalia, quādo ſentiunt quòd ſentētia quam uult ferre poteſtas, eſt cōtra ius: & dicit quòd hoc ſæpe uidit de facto. Et ſic ex prædictis potes ampliare illā doctr. Bar. quam poſuit in materia repræſaliarū, in illa vj. q. ſuprà allegata. &

ſic etiã patet, quòd ſi inferior officialis nõ cõtradicit ſuperiori, tenetur in ſyndicatu: quia præſumitur cõſenſiſſe. Ita etiam potes dicere, ꝙ conſenſus præſumitur, ſi aſſociat ſuperiorẽ ad locũ ubi ſentẽtia fertur, licet nõ dicatur de cõſilio talis iudicis: & hæc nota, quia pulchra. & omnino uide Bald. & Ange. & Raph. Fulg. in d. l. quoniã. & maximè Ang. qui docet practicã quomodo officiales ſuperiori debẽt proteſtari ad hoc, ut in ſyndicatu nõ teneãtur: & bene faciunt not. per Bal. in auth. & omnino. in v. col. C. ne uxor pro marito. in uerſ. & quæro circa reos, utrũ repræſaliæ extẽdantur circa eos qui dederunt conſiliũ in hac materia. & ibi do. Cataldi. ponit, ꝙ ſi miles, & familia poteſtatis decapitarunt aliquem iniuſtè, ꝙ cõtra militem non poteſt dari libellus tempore ſyndicatus, ex quo de mãdato ſuperioris hoc fecit: ſed ipſa poteſtas tenetur, & allegat bona iura, ibi uide: parum eſſet mihi tranſcribere hoc. Sed in contrarium allegat, quia ſi executor uidet ſententiã iniuſtam, non debet exequi in cauſa criminali. not. Inno. in c. paſtoralis. de offic. delega. facit quod not. eo. tit. c. cum in iure. & ibi do. Cataldi. non ſoluit. ſed ſolue tu, ut dixit Alb. de Roſa. in d. l. quoniã. qui dicit, ſi certũ eſt quòd iuſſus maioris iudicis & ſuperioris ſit ſecundum legẽ, uel ſaltẽ eſt dubiũ, an ſecundũ legẽ, tunc excuſat: ubi autem eſt certũ, quòd ſit cõtra ius, non excuſat: allegat multa, ibi uide, maximè not. in l. nõ uidetur. §. qui iuſſu. ff. de reg. iur. cum ſimil. Et hæc ſufficiant pro addi. quas ponere deberẽ in gl. ſub examine do. Sabe. iudicis, ubi do. Ange. allegat. Sed non uidit Guido. de Suza. nec domi. Cataldi. in locis ſuprà allegatis.

SVMMARIVM.

1 *Verba ſub examine iudicis maleficiorum, quæ in ſententijs criminalibus ponuntur, unde ſumpta ſint.*

SVB examine D. S. iudicis
malcficiorum &c.
1 *Iſta uer-
a ba [a] ſunt ſumpta ex tex. l. ij. C. de his
qui lat. & d. l. ſi ille. C. de decuri. lib.
x. & de lega. l. fi. lib. x. cum aliis alle-
gatis per Angel. in d. l. ij. & aduerta
tu iudex maleficiorũ, quia ſi inqui
tio ſit formata per d. poteſtatem ſub
examine tui iudicis, tu etiam iudex
una cum d. poteſtate debes ferre ſen
tentiã. & ita ibi eleganter, & proba-
tur per Ang. & etiam aduerte, ut ibi
dicit idem Angel. quòd ſi inquiſitio
ſit facta per d. poteſtatẽ ſub exami-
ne iudicis maleficiorum, quòd licet
ſentẽtia ſit formata ſolummodo in
perſonam ſolius poteſtatis, tamen ſi
hoc dicatur, quòd fuit ſub examine
iudicis maleficiorũ, & ſententia fer
tur iniuſta & iniqua, propter hoc iu
dex non euitat, quin in ſyndicatu
poſsit cõueniri: quod dicit eſſe ſin-
gulariter notandũ. idẽ not. Angel. in
auf. de litig. §. oẽm uerò. & bene ad-
uertas ne fiat iniuſtitia per poteſta-
tem ſub examine tuo, aliàs tu pro-
teſteris, ut ſuprà dixi in gloſ. ſuper
uerbo, de conſenſu & deliberatio-
ne omnium iudicum.

ADNOT. a ¶ Iſta uerba. *Adde quòd hanc formam ſeqnitur* Capo. in con*ſilio xvij. & uide ad materiam* Alex. *in conſil. lxvij. in j. uolu.* Ber.

AVG. Tu autẽ in hac difficultate adde ea quæ dixi ſuprà in gloſ. prox. in addi. meis. & maximè in his qu



materia uide domi. Cataldi. in illo ſuo tractatu ſyndica. qui omnia iſta allegauit, quæ allegat do. Ange. hîc, & de ipſo nullam mentionem fecit, qui eleganter loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Verba, ad noſtrum ſolitum iuris banchum, ponuntur in ſentẽtijs criminalibus: quia regulare eſt ut ſententias iudex ferat in loco maiorum ſuorum.*

2 *Iudex an poſsit ferre ſententias in criminalibus in alio loco quàm in loco maiorum ſuorum.*

3 *Iudex ordinarius licet debeat ferre ſententiam in loco maiorum, an poſsit alium locum eligere.*

4 *Locus in quo ſolitũ eſt ſentẽtias ferri, an poſsit de partium uoluntate omitti: & ſi non opponitur de loco, an partes uidentur conſentire.*

NOS T. poteſtas prædi-
ctus ſedẽs pro tribunali ad
noſtrum ſolitum iuris bãchum
1 maleficiorum &c. *Iſtud appo
nitur, quia hoc eſt regulare, quia
etiã in ciuili debet ferre ſententias
2 in loco maiorũ [a] ſuorum: ut l. fi. ff. de
iuſtitia & iure. & ibi Bartol. & alii.
2 *Quæro an poſsit in alio loco, q̃ in
loco maiorũ ſuorũ ferre ſententias
in ciminalibus. Reſpõdeo, aut hoc
fect ex partiũ prorogatione, quãdo
agitur per accuſationẽ, & tunc fieri
poteſt: ut l. quæro. ff. de ſol. aut nõ fit
ex prorogatione: & tũc aut non po
teſt ibi iudicare aliquo impedimen
to, & tunc põt alibi iudicare, & ſen-
tẽtia alibi lata tenet. ut no. gl. de eo
q ſedit ſuper equo, in l. ij. C. de ſent.
ex breui. recitã. aliàs autẽ ſi põt iudi
care in loco maiorũ, & conſueto, in
illo debet iudicare, aliàs non ualet
ſententia: ut d. l. fi. Sed intellige uerũ,
ſi eſt præſes prouinciæ reſidẽs in loco, & qui poteſt in loco maiorũ iudicare. Sin autem eſſet quidã Bariſellus diſcurrẽs per comitatũ uel prouinciam, dicendũ eſt, ꝙ etiã in agro poteſt ius dicere & ſentẽtiam ferre, maximè ſi res dilationẽ nõ recipit: ut l. prouinciarũ. C. de fer. & in l. cõſtitutiones. ff. de appella. nam ubi te inuenero, ibi te iudicabo. ita dicit Bal. in effectu in dicta l. penul.

ANGELVS.

ADNO. a ¶ In loco maiorũ. *Adde tu & uide Cal. in cõſil. xj. in tit. de off. ord. Bal. in cõſi. cclxxxiiij. in ij. uol. & ibi, ꝙ quis non dicitur præueniſſe ex eo q̃ inſtrumentũ productũ fuit in camera iudicis, & commiſſa fuit nuncio citatio.*

AVG. Tu autem in hac materia adde, quòd Bart. in l. j. C. de ſent. ex breui. reci. dicebat, ꝙ uerũ eſt, ꝙ iudex in turri, uel ſuper equo põt ferre ſentẽtiã. hoc intelligẽdũ eſt in eo q non habet locũ maiorũ deputatũ; & ſic in delegato: non autẽ in ordinario iudice. Sed tẽpera d. Bar. quia ſi eſt ſuſpicio uel timor, poteſt iudex etiã ordinarius ferre ſentẽtiam ſuper equo uel in alio loco. Ita dixerũt ibi Alber. de Roſa. Bal. & Ang. & doct. in d. l. j. C. de ſen. ex breui. reci. & hoc expreſsè contra Azo. tenet Hoſt. in ſumma. de ſent. & re iud. §. qualiter. uerſi. ij. Et de materia uide per Spec. in tit. de ſen. §. iuxta popoſitionis ſeriẽ. uerſi. & eſt hoc etiã ar-
3 gumentum ad quæſt.* Tene tamen menti in hac materia, ꝙ licet iudex ordinarius in loco maiorũ debeat ferre ſententiã, tamẽ poteſt ordinarius eligere ſibi alium locum, & mutare illũ, dũ tamẽ publicè & notoriè hoc faciat: ita dicit Alber. de Roſa.

multùm eleganter in l.cùm ſententiā.C.de ſent.& interlo.om.iu.& ita dicit quòd uidit ſæpe fieri & practicari : & ſic intelligitur tex.in c.cùm epiſcop.extrà de offi.ordi.li.vj.& ita poſſumus intelligere d. Innoc.in c. qua fronte. de appel.ibi, in camera regis. & ibi uide canoniſtas. Et ad hoc facit quod multū elegāter dixerunt Pet.de Anch.& Domin. de ſancto Gemi.in d.c.cùm epiſcopus.qui allegando Hoſtien.dixerūt,ꝙ locus maiorū intelligitur in iudice ordinario,omnis locus qui eſt intra territoriū illius iudicis ordinarii:quilibet ergo locus eſt ſufficiens,dūmodo ſit intra territoriū. Intellige tamē prædicta,limita & tempera, niſi cōſuetudo eſſet ꝙ talis iudex etiam ordinarius in camera uel in horto, uel alibi ius diceret. allegatur gl.& do.in l.cum ſentētia.C.de ſen.& interlo.om.iud.Sed uide glo.meliorē in auth.de teſtib.§.multæ.quæ incipit, apud eundē.quæ uult quòd conſuetudo in hoc attēdatur. per quam gl.dicit Alb.de Roſa. in d.l.cum ſententia,quòd iudex etiā in alio loco, quàm in loco maiorū poteſt ferre ſententiā,puta in camera ſua,uel in domo cōmuni, ſi ita eſt cōſuetudo. & ita ſæpe fit Pergami. dicit tamen Alber.ꝙ difficilis eſt probatio conſuetudinis,& ꝙ tutius eſt,quòd feratur ſentētia in loco maiorū. & uide Bart.in l.j.§.dies.ff.quādo appel.ſit. qui dicit, ꝙ iudex de conſuetudine poteſt ferre ſententiā in domo ſua.
4 *Tene tamen menti ea quæ dixit Bal.in l.ſi.ff.de iuriſ.om.iudi.qui dixit,quòd de uoluntate partiū poteſt omitti locus ſolitus communis,& ſi non opponitur iſta exceptio,partes uidētur cōſentire. Quinimò ibi dixit, ꝙ ſi iudex debet ſedere in loco cōſueto, tamē ſi nō ſedet ſtando in palatio, uidetur quòd ille locus ſit habilis,cùm partes non opponāt. & de materia iſta omnino uide Abb. in d.c.qua fronte. & do. in d.l.ij.C. de ſen.ex breui.reci.& per Bar.in l. ſi ut proponis. la ij. C. quomodo & quando iudex. uide gloſ. Bartol. & Angel.in l.ubi cœptum.ff.de iud.& uide in l.ſi locus.ff.de iudi.

SVMMARIVM

1 *Clauſula,ſaluo ſemper & reſeruato, quando debeat poni in ſententiis.*

2 *Iudicis factū nihil operatur.ſi plus cōdēnaret,uel minus q̄ deberet etiā ſi ſit clauſula, ſaluo ſemper & reſeruato, in his pœnis quæ à lege imponuntur.*

3 *Practica eſt quòd clauſula,ſaluo ſemper & reſeruato, apponatur in principio ſententiæ ante narrationem inquiſitionis & delicti.*

4 *Iudex quādo poßit aliquā clauſulam addere ſentētiæ,uel ab ea detrahere.*

SALVO ſemper & reſeruato &c. 1 * Iſta clauſula ſolum apponi debet,quando eſt pœna pecuniaria,non autem corporis afflictiua : nam licet pœna ſit pecuniaria,ſi tamen ſit fiſco applicanda dicitur criminalis, ſecus autem ſi tantum parti eſſet applicanda : ut in gloſ.& ibi Bal.in l.ij.§.j.ff.de ſer. uiola. & in iſtis operari poteſt ista clauſula. Si autem fuiſſet corporis afflictiua,tunc cum ſtatim executio fiat, uidetur quòd non debeat nec poſsit operari:quoniam cùm ſtatim fiat executio,poſt executionem iam factā parū aut nihil operatur dicta clauſula,ut argu.l.ſi quis prouocatione.C.de appel.niſi diceremus ſaltē quādo eſt fuſtigatio uel bullatio,uel mitra cōtra ius uel ſtatuta, & eſſet talis clauſula,operabitur, ut uideatur redactū ad legitimū terminū ꝙ nō ſit infamis:ut l.ictus fuſtiū.& l. quid ergo.§.pœna grauior.& quod ibi plenè habetur.ff.de infa.Sed hoc etiā contingeret,ſi dicta clauſula nō apponatur,quoniā nō ictus fuſtium ſed cauſa uera,uel propter quā fuſti
a gatur infamat[a] uel nō,ut d.l.ictus.& quod ibi gl.& doc.Si uerò eſſet pœna mortis & fieret ſtatim executio, dicta clauſula nil operaretur:ut d.l. ſi quis.unde dicta clauſula ſolet apponi,& operatur quādo eſſet pœna
b pecuniaria:& tunc cautela[b] eſt, ꝙ in principio ſentētiæ apponatur ante uerbū cōdemnamus,nō autem poſt cùm ſit functus officio ſuo,nō uidetur ꝙ debeat operari,de cuius clauſulæ uirtute not.Bart.& Imo.in l.iudex poſtquā.ff.de re iud.& in l.j.in fi. ff.de quę.& in l.aut dānū.§.iſte fere. ff.de pœ.& in l.j.in prin.ff.ad Turp. ibi, ſed iuxta hoc quæro &c.& uide Bal.in l.ſi qs à filio.§.fi.ff.de iniuſto
2 teſtamē.*Ex quo ſequitur,ꝙ ſi plus condemnaret uel minus q̄ deberet, tunc etiam ſine dicta clauſula in his pœnis quæ à lege imponūtur, ut in infamia, tūc factū iudicis nihil operatur.nec impedit quin dicta pœna intelligatur impoſita:ut l.non poſſunt.ff.de fur. Quædā eſt pœna quæ imponitur à iudice,& tunc ſuæ ſententiæ ſtabimus,ut nō poſsit augere uel minuere niſi appoſuiſſet dictā clauſulā:tunc de iudicis intentione apparet manifeſtè reducere ad debitum terminū & modum, & pœna condigna ſtatuti uel iuris intelligitur impoſita:ut no.Bar.in d.l.j.ff.ad Turp.& Imol.in d.l.iudex. Ideo ſis ſemper cautus iudex,ut dictā clauſulam ſemper apponas in prin.ſentētiæ ante uerbū, condēnamus.Bar.in d.l.iudex.facit differentiā an ſit ſentētia cōditionalis uel reſolutiua in certā conditionē.& idē tenet Salic. in l.ea quidē.uerſi.ſed quia propter denunciationē &c.& in uerſic.ſed ſi pœna adiiceretur.cū uerſi.ſeq.C.de accu.Sed Ang.in d.l.iudex.tenet cōtra Bar.uidelicet, quòd imò ſemper operetur dicta clauſula,arg.gl.in l. item Labeo.§.j.ff.famil. erciſc. Sed Imol. in d.l.iudex. allegando etiam gloſ.ordin.in c.prædicator.xvj. q.j. quæ dicit condemno Titiū in centum,imò abſoluo.multum latiſsimè concordat opi.ibi.Sed non eſt opus hic apponere præfatorum doct. diſceptationē quæ eſſet multum longa, & impleret folia : quoniam ipſi ſemper loquuntur,quando unà cum uerbo condemnamus, uel poſt dictam clauſulam apponit.
3 *Sed practica eſt, quòd dicta clauſula in principio ſententiæ ante narrationē inquiſitionis & delicti apponatur.unde cùm apparet de intentione iudicis proteſtantis, ꝙ iuris terminū nō uult tranſgredi & ſtatutorum : tunc ſufficit, ꝙ ipſe declaret delictum,& ſtatim ius pœnam condignā imponit:ut l.j.§.j.ff.ad Turpil.& ibi Bar. ergo dicta clauſula operatur ad iudicis excuſationē,& perinde eſt ac ſi tantūmodo delictū declaraſſet,pœnam autē non imponit,nec intendit imponere niſi iuſtam.igitur excuſatur : ſicut quando dubitat utrum ſit probatū,pronunciat iudex,abſoluo uel condemno, ſi eſt probatum uel nō,ut no.Bar.in l.ait prætor.ff.de re iud.

iudica.quam ſequuntur omnes do. igitur &c.& de iſta clauſula uide Cy.& omnes doct.in l.terminato.C. de fruc.& lit.expē.& per Bal.in l.nō dubiū.C.de leg.in uer.ſed iuxta hoc quæritur &c.& in prima cōſtitutione C.§.quibus.& in l.ſi ſeuerior.vij. col.uerſi.tertiò quæro quid ſi iudex &c.C.de infa.Si tu tamen uelles in hoc articulo concludere,dic ut di-
4 cit Imo.in d.l.iudex.* uidelicet,aut iudex uult addere uel detrahere aliquam clauſulam ex interuallo poſt ſententiā,& nō poteſt: ut d.l.iudex. fallit in l.Paulus reſpondet.ff.de re iudi.aut addit incontinēti,& tūc aut uult dictā clauſulam apponere poſt ſentētiā habitā pro abſoluta & perfecta,& non poteſt.ita uidetur uelle Bar.& Ang.in d.l.iudex.aut uult apponere clauſulam antequam ſentētiam habeat pro abſoluta & perfecta,& tunc aut illa clauſula uenit ad modificationem & qualificationē ſententiæ,aut uenit ad correctionē uel mutationē in totū uel in parte.
Si uenit ad modificationē,tunc ui- b
detur quòd dictā clauſulā poſsit addere,& hoc clarū,quando in contextu eiuſdem orationis addit uerè uel interpretatiuè:ut quia dixit,adiudicio talē fundum Titio,ita quòd Seio debeat ſeruitutē uiæ: uel quia dixit,adiudico Titio fundū, ſaluo eo quod infrà dicā.Nā ſi poſtea addit in alia oratione de ſeruitute,uidetur ꝙ poſsit:ut d.l.itē Labeo.cum gloſ.ſinautē uellet hoc facere in diuerſa oratione,& nō in eadem uerè uel interpretatiuè,& tūc uidetur ꝙ facere non poſsit:ut d.l.itē Labeo.à cōtrario ſenſu.& Cy.in d.l.terminato.Sed Imo.tenet cōtrariū,quia apponitur antequam ſentētia ſit habita pro perfecta & abſoluta:ut l.contractus.C.de fide inſtr.Si autē clauſula uenit ad correctionē ſententiæ,& tūc aut apponitur in eadē oratione aut in alia,argu.not.per glo.in l.exceptionem.C.de probat.& in l.quidē.C.de except.uel dic,quòd ſi in eodē orationis cōtextu apponitur,& tūc aut apparet iudicē lapſu linguæ erraſſe,& ſic in eo ꝙ prætereà ſit nullatenus ſenſit,& tunc ualet dicta adiectio:ut eſt glo.xvj.q.j.c.prædicator.aut id non detegitur,& tūc aut ex uerbis clauſulæ redditur ſententia conditionalis,& poteſt addi: unde ualet ſi dico,cōdemno in centum,ſi uenit in centū cōdēnādus ex forma ſtatuti.l.ij.§.biduū.ff.quando appel.ſi ſecus ſecundū Bar.ſi eſt ſub cōditione reſolutiua:ut l.ij.cū gl. ff.de in diem adiec.uel ſecūdū l. idem cū incontinēti dicatur:ut d.§.biduum.& l.lecta.ff.ſi cer.peta.

ADNOT. a ¶Infamat. Adde *& uide Oldra.in conſi.xcij.in fi.Ber.*

¶Cautela. *Adde tu circa hoc,& uide Pau.de Ca.in conſil.cccxix.& conſil.xvij.& Pet.de Ancha.in cōſi.clxxiij in conſi.cclx.Cal.in conſil.vij.in tit.de iudi.& Ro.in conſil.xiiij.& latius hæc omnes per Alex.in conſil.xc.in j.uol.& conſi.cxviij.in iij.uol.Ber.*

AVGV. Tu autē in hac materia adde Bal.in l.aſſe toto.ff.de hæredu.inſtit.qui dū diffinit illā concluſionē, quare iudex in ſentētia circa expēſas poteſt adiicere illā clauſulā,ſaluo & reſeruato,dicit ꝙ glo.in l.Labeo.§.j.ff.fami.erciſ.decidit ut in principali iudex poteſt adiicere iſtā clauſulā.Itē adde quòd Bal.in l. quid ergo.§.pœna grauior.ff.de



qui notan.infra.multū eleganter loquitur in x.col.& ibi dicit quòd iſta clauſula,& reſeruatio quæ fit in ſententia,debeat multū operari,per d.l. Labeo.Secūdò quia cū iudex dixit ſaluo & reſeruato &c.apparet quòd de mente eius nō fuit uelle augere uel minuere,imo fuit de mēte eius uelle ſe referre ad ſtatuta:& ſententia non' debet plus poſſe operari quàm fuerit de mēte iudicantis,per l.quid tamē.in princ.ff.de arbi.Præterea dicit Bald.poſito quòd iudex errauerit in ſpecificatione minoris pœnæ tantū,errorē ſuum ſtatim correxit,quod potuit facere tā per uerba generalia,ut extrà de accu.c.qualiter.el primo.quàm per uerba implicita & generalia:ut in c.damnamus.§.ſi.extrà de ſumma trini.& fide catholi.nec obſt.ſi diceretur,ſpecies derogat generi : unde uerba ſpecialia derogāt generalibus:quia reſpondetur quòd hoc falſum:quia quādo genus uenit derogatiuè ad ſpeciem,generalis locutio ſpecialibus derogat:ut l.ſi ita ſcriptū.& l.talis ſcriptura.ff.de leg.j.Refert poſtea Bald.quomodo in hac materia fuit altercatio & opi.inter Iacob.de bel.& Bar.& quomodo Bart.in hac materia diſtinguebat: an clauſula apponatur in fine,an in principio: ſed Bal.ibi damnat ſententiā Bar.& ſequitur opi.Iaco.de bel.quia dicit quòd idem debet operari clauſula appoſita in principio,ſicut clauſula appoſita in fine,per c.ſecundò requiris.extrà,de appel.Itē nō eſt uerum ꝙ prius trāſeat in ſentētia una clauſula quàm altera:quia oēs clauſulæ in fine cōcludunt,& in eodem inſtāti tēporis: ut l.contractus.C.de fide inſtr.& in l.fideicōmiſſaria.§.j. ff.de leg.iij.Et per prædicta dicit falſam eſſe ſententiā Bart.& ueriorem illā Iaco.de bel.quia prædicta clauſula nō ſolū eſt generalis:ſed incerta & generalis proteſtatio nō tollit factū ſpeciale.c.cū M.Ferra.extrà de conſtit.& dicit quòd ita ſeruat ordo iudiciorū.Si ergo ita obſeruat ordo iudiciorū,fatuus eſſet iudex qui recederet ab iſta obſeruātia ſequēdo Bar.& idē dixit Bal.in d.l.itē Labeo. §.j.nā ibi dicit ꝙ iudices maleficiorum adiiciūt in finibus ſententiarū iſtā clauſulā,ſaluo & reſeruato,ſi ſententia iſta eſſet præter formā ſtatutorum,ꝙ ex nūc intelligatur redacta ad debitū modū:an iſta clauſula aliquid operetur.& dicit ꝙ uidetur quòd ſic,per illā gl.ibi refert poſtea quomodo Iaco.de bel.diſputauit cōtrariū,& hoc dixit Iaco.in l.ſi pacto quo pœnā.C.de pac.in addi.ſuis.& reſpondet ad illā glo.in d.l.itē Labeo.quia illa gl.debet intelligi circa nō deciſa, ſed omiſſa.Sed circa ea quę ſunt ſpecialiter declarata,nō ualet reſeruatio:quia eſſet ſibi contrarius,& contrariæ ſentētiæ ſuper eodē nō ualēt,ſed prima præualet de iure:ut l.j.C.quādo prouo.nō eſt neceſ.Præterea dicit Bal.illa clauſula cōtinet incertā quantitatē:ergo nō ualet.Sed aduertas qa Rap.Fulg. in d.l.itē Labeo.§.j.dānat ſententiā Iaco.de bel.& Bald.dicit, ꝙ uidetur quòd dicta clauſula aliqd operetur, quia ex quo illa clauſula eſt in eadē ſentētia,ordo ſcripturæ nō eſt attēdēdus:quia quòd primū dictū eſt,habetur pro nō dicto.argu.l.lecta.ff.ſi cer.pet.& l.ſi certarū.C.de teſt.mili. nec obſt.l.j.C.quando prouo.nō eſt

neceſ.quia illa lex loquitur in ſentẽtiis diuerſo tẽpore factis,q̃ prior derogat poſteriori:ſed in eadẽ ſentẽtia poſterior derogat priori.ſic in pactis.l.pacta nouiſsima.C.de pact. ſic in teſtamẽtis.l.ſi tibi.ff.de lega.j. nec obſt.ꝙ ſentẽtia dicatur incerta: quia dicitur certa tanquam referẽs ſe ad certũ: argu.l.hæc uenditio.ff. de cõtrahen.emp. Aduertas tamẽ ſi quis iſtã opi.Fulg.uellet tenere pro ſe,uideat Bal.in l.certa.C.quãdo prouo.nõ eſt neceſ.in fi.qui per c.damnamus. extrà de ſumma tri.& fide catho.tenet iſtã partẽ,& ita dicit ꝙ ſeruat cõmunis uſus,& de materia uide aliquid per Bal.in addi.Spe.in ti.de ſen.in iij.char.qui allegat dict. gl.in d.l.item,Labeo.quam pro ſingulari allegat do.Cardi.in c.interpoſita.extrà de arbi.& Ang.in cõſiliis ſuis,cõſi.xxvj.& uide doct.in d.l. terminato. C. de fru. & lit. expen.& multa allegant Mod.in d.l.iudex.ff. de re iudi.Et adde Albe.de Roſa.in tract.ſtatutorum.in ſecũda parte.q. clxxvj.& latè per Ange.in l.nõ quẽadmodum.ff.de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa quæ mouit iudicem,quãdo de neceſsitate debeat poni in ſententia, & quid important illa uerba,quia conſtat nobis,uel per confeſsionẽ inquiſiti,& ſimilia in ſententijs.*

2 **Iudex uolens recedere à pœna legali, debet in ſententia cauſam inſerere.**

3 **Iudex licet non exprimat cauſam in ſententia,in caſibus in quibus deberet exprimere,tamen ſententia ualet.**

4 **Cauſa debet inſeri in ſententijs criminalibus.**

ET quia nobis conſtat &c.
1 *Nota ꝙ licet in ciuili nõ ſit necesſaria apponi cauſa quæ mouit iudicem:ut no.in c.cõſuluit.de rei[...] & in l.ij.§.fina.ff.de infa.& ple[...] Ange.& Imo.in l.qui Romæ.§.[...] fratres.ff.de uer.obli.tamẽ in cri[mi]nali uidetur ꝙ cauſa ſit inſeren[da] ſicut dicimus in ſentẽtia excõm[uni]cationis,quę non ualet niſi in e[a in]ſeratur cauſa quare excõmunice[tur] ut habetur in c.j.de ſentẽ.excõ.l[ib.] vj.& ibi not.Et ſic uidetur quòd [ubi] de graui præiudicio tractetur,[ſic] in criminalibus,quòd cauſa ſit i[nſe]renda,ſicut cũ ſentẽtia excõmu[nica]tionis profertur,quæ eſt magni p[ræ]iudicii,& ligat animam: uel pote[ſt] dici quòd iſta uerba nõ importe[nt] cauſæ inſertionẽ,ſed perinde in c[ri]minali apponuntur ſicut in ci[uili] iſta uerba apponuntur,Viſo libe[llo] uiſis &c.de quo per Bar.in auth[.ſi] quis in aliquo documẽto.C.de e[...] & ibi doct.unde tantũ importa[nt] uerba,uidelicet,& quia conſtat [no]bis &c.uel per cõfeſsionẽ inqui[ſiti] uel per teſtes uel per eius cõtum[a]ciã,& ſic propter fictã cõfeſsion[em] &c.ac ſi diceretur,uiſa eius confe[ſ]ſione uel uiſis atteſtationibus,[uel] uiſa eius cõtumacia ex forma ſta[tu]torũ,ex qua habetur pro confe[ſſo] &c.quæ omnia cõſtãt ex actis,u[n]de ad talẽ peruenimus cõdẽnatori[am] uel abſolutoriã.Et nõ eſt mirũ,q[uia] in criminali proceditur ad ſimilitu[]dinem ciuiliũ:ut l.abſentẽ.ff.de pœ[nis].

AVGV. Tu autem in hac mate[]ria,quia ſuprà tactũ eſt,an cauſa [ſit] exprimẽda in ſentẽtia:iſta materi[a] maxima eſt,& doct.& glo.uariã[]do loquuntur,ideo remiſsiuè ti[bi] per Spe.in titu.de prola.ſentẽtia[.§.] qualiter.uer.uerũ.& ibi ponit ſe[nten]tias,quãdo cauſa ſit exprimenda in ſentẽtia,& per Io.And.in c.ſicut nobis.extrà de re iudic.ibi uide text.& doct.omnes ſcribẽtes, maximè do. Abb.uide gl.& Cy.Bal.Ang.& Sali. & omnes in l.properandũ.§.illo.C. de iudi.& per Iac.But.& Bart.in l.ij. 3
§.ignominię.ff.de infa.latè per Bal. in l.præſes.C.de ſenten.& Bald.in l. generaliter.§.j.C.de rebus credi.& Ange.in l.ſciendũ.ff.de appel.recipien.& Ang.in l.utiq;.ff.de rei uendi.& Bal.in authen.ſed nouo iure.C. de iudi.Io.And.& alii in c.finẽ litibus.extrà,de dolo & cõtu.Specu.in 4
ti.de expẽſis.§.poſtremo.circa principiũ.Sed aduertas quia iſte doctor hîc non allegat aliquid boni,an in ſentẽtia criminali ſit cauſa inſerenda:ego in indiuiduo allego Bald. quòd ſic,in c.ſicut nobis.extrà de re iudic.qui hoc dixit in terminis, qui dixit ꝙ in ſententia criminali cauſa eſſet inſerẽda.Quinimò dixit Albe. in d.§.illo.qui multa ſcripſit in hac materia allegando multas gloſſ.de iure ciuili & de iure canonico.dicit ibi quòd Iac.de Are.dicebat,ꝙ in cauſa criminali cauſa eſt inſerenda in ſentẽtia.Itẽ ꝙ do. Oldra.hoc uolebat,quia maius periculũ ibi uerti-
2 tur,per l.in ſeruorũ.ff.de pœn.*Sed aduertas quia poſſumus limitare prædicta ut procedãt cũ iudex uult augere uel minuere pœnã in criminalibus,quia hoc ipſe nõ poteſt facere ſine cauſa:tũc in tali ſententia cauſa eſt inſerenda,aliàs non:ut uoluit Salic.in d.§.illo.& ſic cũ iudex uult recedere à pœna legali in criminalibus, debet inſerere cauſam, & ſic poſſumus tẽperare prædicta. Tene tamen mẽti quæ dixit domi.



Abb.in d.c.ſicut nobis.& eleganter referunt Mod.in d.§.illo.ubi latiſsimè ſcribũt,ꝙ in illis caſibus ſpecialibus allegat.à doct.qui ponũt quòd cauſa exprimi debet in ſentẽtia,tamen ſi nõ exprimitur teneret ſentẽtia.*Et pro hac concluſione noſtra bene facit quod dixit Bart.in l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui notan.infa.in ij.col.qui dixit ꝙ licet iudex in ſententia ſua,ubi auget uel minuit pœnam in criminalibus,debeat facere cũ cauſa:tamen ſi in ſententia ſua nõ exprimit cauſam,ſententia tenet.* Scias tamen ꝙ Albe. de Roſa.in d.§.illo.indiſtinctè dicit quòd in criminalibus cauſa debet inſeri in ſententia,& dicit ꝙ ita continuè ſeruatur de facto:quia iudices maleficiorum ponunt in ſententiis ſuis,quoniam talis accuſatus fuit de tali maleficio,cõtra eũ inquiſitũ, & doctũ eſt per teſtes,uel eius confeſſionem ipſum maleficiũ cõmiſiſſe, ideo eũ cõdẽnamus:uel quia nõ eſt repertus culpabilis,ideo ipſum abſoluimus.Si ergo iſta ſunt in obſeruãtia, nõ recedamus ab ipſa:& hæc teneas mẽti:quia iſta fuerunt incognita nedum iſti doctori hic, ſed nec fuerũt allegata à Moder.in d.§. de illo.& de materia uide aliquid per Bal.in l.pe.C.de fideicom.lib.& in l.fi.C.de conſti.pec.& per Bald.in d.§.ſi ignominiæ.& per Ange.in d. §.illo.& ibi per Fulgo.

SVMMARIVM.

1 ***Condemnatio in qua dicitur,cõdemnamus Titium pro dictis uulneribus in lib.ccc.an differat ab illa in qua dicitur,condemnamus in ccc.libris,uidelicet,pro tali in 50.pro tali,in 200. pro tali in alijs 50.et pro tali in 200.***

DICTVM Sempronium in
ccc.lib.Bononien.ſententia
1 liter condẽnamus. * Iſta eſt pœna
pecuniaria: quando autẽ eſt corpo-
ralis, infrà dicam. Et aduertas, ꝙ eſt
maxima differentia, an dicatur, pro
dictis uulneribus cõdẽnamus ipſum
in ccc.lib. an pro tali uulnere in 50.
& pro tali in aliis 50. & pro tali in
centũ: uel etiã ſi dicat, cõdemnamus
in ccc.lib. uidelicet, pro tali uulne-
re in 50. & pro tali in cc. & pro tali
in 50. ut eſt gl. in l. ubi fideiuſſor. ff.
a de ſolu. quod facit ſi[a] ſtatuto caue-
tur, ꝙ bãnitus à cẽtũ libr. ſuprà im-
punè poſsit occidi, ſi ſit condemna-
tus ſuprà dictis modis, exprimendo
quãtitatẽ pro quolibet uulnere, nõ
dicitur condẽnatus ultra centũ libr.
licet unica ſententia fuerit cõdẽna-
tus ſimul: & ſic non poterit impunè
occidi. ita dicit Bar. in l. ubi fideiuſ-
ſor. & in l. ij. ff. de condi. inſtitu. & ibi
Imo. facit quod not. Bar. plenè in ſi-
mili, in l. qui fundum. §. cohæres. ff.
ad legẽ Falcidiam. & quod not. Bar.
& Imo. in l. quoties in ſtipulationi-
bus. ff. de uerb. obli. ſed Ange. in l. ſi
qui ſeparatim. §. j. ff. de appella. dicit
quòd ſi dictæ ſummæ deſcendẽt ex
cõdemnatoria facta ex una accuſa-
tione & numero, dicetur bãnitus in
centũ: aliàs tene opin. Barto. Sed ibi
Imo. indiſtinctè tenet opi. Bart. quia
cũ ſumus in materia pœnali: & ſic
reſtringẽda uidetur quòd indiſtin-
ctè dicta ſummarũ coaceruatio non
ſit facienda, ad hoc ut nõ poſsit im-
punè occidi. Quinimo fortius dico
quod dicit Bar. in d. l. ubi fideiuſſor.
ſi iudex dicit, cõdẽno Titiũ in ccc.
uidelicet, pro tali uulnere in xl. pro
tali in 50. & pro tali in xc. an dica-
tur cõdemnatus ultra cẽtũ lib. ita q
poſsit impunè occidi ex forma ſta-
tuti: nã ſi attẽdimus numerationẽ
quantitatũ, de per ſe nõ eſt cõdẽna-
tus ultra centũ libras: ſi cumulũ, quia
dixit in trecẽtis libris, tũc eſt cõdẽ-
natus ultra centũ, & finaliter Bar.
dicit ꝙ attẽdi debet quantitatũ
numeratio & nõ cumulus, & ſic nõ
dicetur cõdemnatus ultra centũ li-
bras. alle. l. ędiles aũt. §. ſi. cũ gl. ff. de
ędi. edic. & l. Lucius. §. q habebat. ff.
ad Treb. & hoc etiã tenet ibi Bar.
& hoc etiã tenet Bal. in l. an & ſi ſi.
ff. ſi cer. pe. facit quod no. Bar. in ſi.
li, in l. de pupillo. §. ſi pluribus. uerſ.
Item ſciendũ. ff. de no. ope. nun. Sed
contra hoc eſt tex. ſecundũ Frãc.
in l. oues. in prin. cõiuncto uer. q ſæ-
pius. ff. de arbi. ubi etiã in odioſis
pœnalibus ſit cumulatio: facit quod
no. in l. ſi idem. cũ eodem. ff. de iuriſ.
b om. iu. unde fortè de iure[b] uerior eſt
diſtinctio Ang. in d. l. qui ſeparatim.
Sed opi. Bar, maximè cũ ab aliis cõ-
probeť ꝓpter eius autoritatẽ, tene-
tur in practica, quod tene mẽti, quia
ſæpe occurrit de facto.

ADDITIO. a ¶ Circa iſtam ſta-
tuti cauẽtis ꝙ condẽnatus in centũ poſſit
impunè offendi: et un⁹ fuit cõdẽnatus
in quinquaginta, nũquid poſſit impunè
offendi tanquã cõdẽnatus in centũ: et
nõ, ut hic habetur. adde etiam Bal. et
diſcipuli. in prima cõſti. fforũ. & in l. ſan-
cimus. in ſi. C. de dona. & Ang. in l. quo-
ties. ff. de uerb. obl. fallit quando cõdẽna-
tus ad certã pœnã, & propter nõ ſolu-
tionem
illam, incurriſſet in aliã pœnam, ſecundũ
limitationem Ange. in l. ſcire debemus. ff. de
uerb. obl. item quando eo tempore fuiſſet
condemnatus in dictis duabus quanti-
tatibus, licet ex diuerſis cauſis: ſecus ſi
diuerſo tempore: facit id qđ habetur in l.
ſi idem cũ eo. ff. de iuriſ. om. iud. & in l. ſi
plures. ff. de pac. uide omnino d. Alex. in d.
l. ſi idẽ cum eodem in ſi. princ. Adde Cyn.
in rub. & in l. j. de crimi. ſtel. Quid ſi ſta-
tuto cauetur ꝙ bãnitus in quinquaginta
libris poſſit impunè occidi, & an tale ſta
tutũ habeat locũ in proditore occidente?
Ange. dicit ꝙ non. in l. j. C. de delat. lib. x.
& in l. j. §. non fuit. ff. de dolo.
b ¶ De iure. Nã ſecundũ opi. Ang. fuit iu
dicatum Vincen. in conſulatu 1480. die
17. Maij. dum eſſet iudex maleſi mag. do.
Nico. Michael, in cauſa illorũ de quinto,
qui interfecerũt Zampetrum Martinel-
lum, qui erat condemnatus in xxv. quas
ſi nõ ſoluerit intra duos menſes, pœna du
plicetur, ſtante ſtatuto quòd condemna-
tus in 50. poſſit impunè offendi.

AVG. Tu autem in hac materia
adde Ange. in l. ſcire debemus. ff. de
uerbo. obli. qui hoc expreſsè affir-
mauit dicẽs, quòd ſi ſtatuto cauetur
quòd bãnitus in eodẽ banno in cẽ-
tum poſsit impunè offendi, quòd ſi
aliqs eſt bãnitus in 50. & in aliis 50.
in eodem bãno, non dicetur banni-
tus in centum: & dicit ꝙ de hoc eſt
glo. magiſtralis in d. l. ubi fideiuſſor.
& in l. quoties inſcriptionibus. ff. de
uerb. oblig. & ſequitur Pau. de caſt.
in d. l. ſcire debemus. & uoluit Bal. in
l. ſancimus. §. ſi quis autem. el. j. C. de
dona. & Ang. in l. ſi idem cum eodẽ.
ff. de iuriſ. om. iud. & Imo. in l. ſi quis
teſtamento. in princi. ff. de lega. j. nec
obſtat text. in l. fina. ff. de abige. per
quem tex. etiam Rom. in d. l. ſi idem
cum eodẽ. ff. de iuriſ. om. iudi. tenuit 2
contra Bar. quia non tantum dicitur a
abigeus qui decem oues furatus eſt,
ſed etiam ille qui ſæpius decẽ oues
furatus eſt. & uide Ange. in d. l. ij. de
condi. inſti. qui approbat dicta Bart.
ibi. adde Ang. in l. ſi plures. ff. de pac.
& ibi limitat iſtam materiam. & An-
ge. in d. l. nam & ſi fur. & Pet. de anc.
& Imo. in c. pe. extra de dona. in viij.
col. Et intellige prædicta non proce
dere ubi quis in eadem rixa fecit plu
ra delicta, propter quę fuit condem-
natus in uno delicto in 50. puta ꝓ-
pter inſultum, & propter aliud deli-
ctum, puta propter uulnus illatum in
aliis 50. quia tunc habebit locum ſta
tutum, quòd bannitus in centum po
terit impunè offendi e. legãs eſt de-
ciſio Ang. in d. l. ſi idem cum eodem.
ff. de iuriſ. om. iud. q ita limitat præ-
dicta: quia cum illa delicta ſint facta
in una & eadẽ rixa, cenſentur unum
factum: ut not. gl. magna in l. j. C. un-
de ui. & in l. hos accuſare. §. lege. ff.
de accu. & hoc etiam tenuerũt An-
ge. & Rapha. in d. l. ſi quis ſeparatim.
§. j. & Pau. de ca. ibi, licet Imo. in d. l. ſi
quis ſeparatim. tenet contrarium. ibi
Raph. in d. l. ſi idem cũ eodem. & ma
lè. & hoc eſt quòd uoluit dicere do.
Ange. ſ. adde quæ dicta ſunt per me
poſt Moder. in d. l. ſcire debemus. ff.
de uer. ob. & in l. quoties in ſtipula-
tionibus. e. ti. Et adde do. Nellum in
tracta. bannito. in ſecundo tempore
de concurrentibus poſt perfectum
bannum, q. vij.

2 *Dãnatus ex inquiſitiõe an ſit infamis.*
3 *Damnatus actione iniuriarum, an ſit infamis.*
4 *Dãnat⁹ ex forma ſtatuti, an ſit ĩfamis.*

ANGELVS.

* AN damnatus ex inquiſitione
ſit infamis[a]? Iſtam q. format Bart. in
l. infamem. ff. de public. iudic. & Ra-
pha. Imol. & Angelus, in l. ſi uacan-
tia. circa finem. C. de bon. uacan. &
Sali.

Sal.in l.ea quidem.uer.ſed quia propter denunciationem.& uer.ultimò quæro.C.de accu.ubi in effectu concluditur:aut eſt damnatus ex inquiſitione, & punitur aliqua coërtione quæ eum infamat,& tũc eſt infamis: ut l.ictus fuſtiũ.ff.de infa.aut non punitur,ſed ſimpliciter condẽnatur,& tunc aut inquiſitio permittitur tanquam à publico iudicio ſeparata:ut l.nullũ.C.de teſti.in ulti.gl.& tũc nõ eſt infamis.Sin autẽ inquiſitio ſuccedit directò in locum accuſationis publici iudicii,tũc cõdemnatus eſt infamis:ut probatur in l.athletas.§.calumniator.ff.de infa.& ibi uide Bar. & Bal.in l.etiã.C.de fur.& in l.j.C.de calũ.& Ang.ultra alios in l.eum qui non probaſſe.eo.titu.& glo.Cyn.& doc.in l.ſi.C.de ſuſpe.tu.& gl.& Dy. in l.iij.§.præterea.ff.de ſuſpe.tuto.

3 d * Quæro an damnatus actione[d] iniuriarum ſit infamis.dic ꝙ ſic,etiam pro leui iniuria:ut in c.cum te.de re iud.Conſilium tamen eſt ad euitandam infamiã,ut non compareat per ſe,ſed per procuratorẽ, quando poteſt procurator interuenire:ut l.furti.§.qui alieno.ff.de infa.uel ꝙ ſoluat ante cõdẽnationẽ ut abſoluatur: ut l.ſi reus paratus.ff.de procu.& no. Bar.Ang.& Imol.in d.l.infamẽ.

4 * An autem damnatus ex forma alicuius ſtatuti ſit infamis,uel an cõfeſſus crimen ſit infamis,ſiue in iudicio,ſiue extrà,dic ut plenè per Barto.& Imo. in d.l.infamem.

ADNOT.a ¶Infamis.*Adde & uide Pau.de ca.in cõſi.cxcviij.in primo impreſſis.Bar.in conſi.clxxix.& Calde. in tit.de accu.conſi.j.Fulg.in conſi.lxxj. & Cæp.lxv.Ber.*

b ¶Actione.*Adde & uide Ioã.de ana. in conſi.xlviij.Ber.*

AVG. Tu autem in hac materia adde,quæ dixit Bal.in l.certa ratione.C.quando prouo.non eſt nec. qui dicit,quòd licet regulariter condemnatus ex inquiſitione ſit infamis,tamen ſi condemnatus ex inquiſitione ſit condẽnatus propter contumaciam,iſto caſu nõ erit infamis: & hoc dicit quòd uoluit Dy.& dicit quòd omnes doct.hoc non ſequuntur, quia contumacia non infamat. Sed ſi ex confeſsione ſunt condẽnati,iſto caſu ſunt infames:ſi uerò ex teſtibus ſunt condemnati,cùm rei nũquã cõfiteri uoluerint,nullo iure cauetur ꝙ ſint infames,qa nulla lex dicit ꝙ merum officium iudicis infamet:imò de iure cõi talis proceſſus eſt ꝓhibitus:ut ff.de mune.& hon. l.ex reſcripto.§.ſi quis accuſatore. aliàs ſunt famoſi:ut l.congruit.ff.de offic.preſi.& uide Alb.in l.j.C.ſi tut. nõ geſ.qui dicit:hęc gl.ſæpe allegatur per aduocatos, ꝙ dãnatus ex aliquo crimine per inquiſitionẽ non ſit infamis:ſecus ſi per accuſationem: ut d.l.infamẽ.& dicit quòd hãc opi. tenuit Dy.de facto cõſultus in ciuitate Florentiæ:& illud conſilium incipit: quòd Ser croſſus laudi non ſit infamis &c.& dicit Alb.ꝙ Oldra.tenet cõtraria opi.& multa allegat pro & contra:ibi uide.& dicit Alb.ꝙ [illegible] pſit in iſta materia in l.iuriſiurandi. de teſti.in uer.& quia dignitate [illegible] ma teſtiũ.& iſtæ cõcluſiones an ſint ueræ uel falſæ,uide de materia [illegible] in l.ſi his.C.de fur.ꝑ canoniſtas [illegible] qualiter & quãdo.extrà de accu. [illegible] to.& doc.in l.ict⁹.ff.de his q̃ no. infa.per Bal.in l.edita.C.de eden.[illegible] Bar.in d.l.j.C.ſi tut.nõ geſſe.per [illegible]



in d.l.j.C.ſi tut.non geſſe.per Bar.in d.l.ij.§.præterea.adde Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.ibi,quintò quęro.ff. de offi.procon.& leg.Bal.latè in l.ij. ff.de ſenat.& adde pulchra uerba Bald.in l.athletas.§.calũniator.ff.de his qui no.infa.in j.col.qui ponit qñ inquiſitio ſit facta ſecundum formã iuris:uel quando ſecundum formam ſtatutorũ:& quomodo aduocati antiqui & Gand.habuerũt unam opi.& Bar.aliam in hac materia.& Bart.ibi approbat dicta ſua in d.l.infamẽ.uide pulchra uerba Bal.in l.quoniã.& ibi Ang.ff.de his qui not.infa.qui ponunt de cõfeſsione uera uel ficta an infamet:& Bal.pulchrè in d.l.ictus fuſtiũ.eo.titu.& in l.j.& in l.quid ergo. §.ex cõpromiſſo.ff.de his qui no.infa.& omnino Abb.in rub.extrà de iudi.in fi.unum longum conſilium fecit Calde.in conſiliis ſuis.in titu.de accu.in conſi.j.qui per ſubtiles rationes defendit unum qui per inquiſitionẽ fuerat cõdẽnatus, ꝙ falſos teſtes produxerat,ꝙ iſte talis nõ ſit infamis:& ultra omnes diſputat iſtam materiam do.Nellus in tracta.bannitorum.in ſecũdo tempore de cõcurrentibus poſt bãnum pefectũ in xlix. & in hac q.& ibi ponit,qđ ſi eſt dãnatus per inquiſitionem, uel ex forma alicuius ſtatuti,an ſit infamis: de omnibus iſtis adde pulchrũ cõſilium Bar.in conſi.ſuo clxix.& Pau.de caſt. in conſi.cxcvj.an autẽ condemnatus actione iniuriarum ſit infamis, adde Bal.& Salic.in l.decuriones.C.de his qui no.infa.ꝙ nõ eſt infamis niſi ſit atrox iniuria.& Ange.in d.l.infamẽ. dicit,ꝙ omnes doct.ita tenent, licet Imol.ibi aliter recitet ipſum & gl. in c.cũ te,extrà de re iudi.uideẽ tenere hoc.& ibi Abb.põderat ipm & Imo. ibi allegat Spe.licet Bar.& Imo.in d. l.infamem.uideatur uelle,ꝙ etiam ſi ſit modica iniuria,illa infamet.&hoc uoluerunt Inn.Hoſt.Ioan.Andr.do Anto.de butr.& Imol.in d.c.cum te. extrà de re iudic.

5 *Statutum tempore delicti imponebat pœnam grauem pro aliquo maleficio: tempore inquiſitionis uel accuſationis fuit factum ſtatutum imponens minorem pœnam :qđ ſtatutum attendetur.*

6 *Statuto dicente quòd pro tali delicto ſoluantur decem libræ,ſi poſtea mutetur moneta , quæ moneta attendetur.*

7 *Statuto dicente quòd homicida puniatur pœna librarum mille. Titius occidit Seium: & antequam de illo homicidio accuſaretur,ſuperuenit ſtatutum imponẽs homicidis pœnam mortis,& Titius accuſatur : quod ſtatutum attendetur.*

ANGELVS.

5 *QVAERO, tempore delicti erat unum ſtatutum imponens grauem pœnam pro aliquo maleficio: tempore uerò accuſationis uel inquiſitionis factũ fuit nouum ſtatutũ imponens minorem:qđ ſtatutũ attẽdetur.

a [a] uide latè ꝑ Bar.in l.omnes populi.in xv.& xvj.col.de iuſti.& iur.in uerſ.iuxta prædicta quæro in delicto &c.ubi poſt multorũ opiniones recitatas cõcludit, quòd quædam eſt pœna ordinaria & propria delictorum, & in iſta ſemper inſpicitur tẽpus delicti,ſiue ſit publicum ſiue priuatum: ut l.j.ff.de pœ.& l.ſi quis decurio.C. de fal.& in l.iniuriarum.ff.de iniur. & l.ſtatuliberi à cęteris.ff.de ſtatulib. Quædam eſt adiectio pœnę quæ adiicitur ex aliqua cauſa uel minuitur: ut l.quid ergo.§.pœna grauior.& ibi no.

ibi no. ff. de his qui not. infa. & tamẽ
in tali adiectione uel minutione fa-
cienda inſpicitur tempus ſentẽtiæ: ut
l. pe. ff. ſi ex noxa. cã aga. & iſtud ſen-
tit ibi gl. in ult. ſolutiõe. & in §. opor
tet igitur. in authẽ. ut iudi. ſine quo-
quo ſuffra. ex quo etiam ſubiungit
ibi ſecundum quãdam rationẽ Ray.
aut per ſtatutũ imponitur pœna de-
linquenti: aut iam impoſita mitiga-
tur. Primo caſu aut ſtatutum cõtinet
pœnã delicto cõuenientẽ, & inſpici-
tur tempus delicti: aut continet pœ-
nam grauiorem quàm conueniat, &
inſpicitur tempus ſententiæ, ut patet
ex prædictis. Secundo caſu quando
pœna iam impoſita mitigatur: uerbi
gratia, dicit ſtatutũ quòd bãnitus li-
beretur ſoluendo centum, iſtud etiã
porrigitur ad bãnitos anterioris tẽ-
poris, ſecundum qđ erat aliud ſtatu-
tũ: ratio, quia talis modus liberatio-
nis contingit poſt delictũ cõmiſſum,
ut ex prædictis patet: & ita ibi intel-
ligitur quod no. Cyn. in l. leges. C. de
6 legi.* Quid autem ſi ſtatutum dicat
ꝙ pro tali delicto ſoluantur decem
b libræ, poſtea moneta [b] mutatur, an
debeat ſoluere ſecũdum æſtimatio-
nem antiquam uel nouam? uide Pet.
de Anch. in cle. j. de deci. in pen. col.

ADNOT. a ¶ Attendetur. *Adde tu & uide Paul. de caſt. in conſil. xvij. & ibi quid ſi eſt ſtatutum antiquum, ꝙ poteſtas non inquirat de delicto poſt mẽſes quatuor: & fiat aliud ſtatutum, quòd de inceſtu inquiratur uſque ad trienniũ, an poterit inquiri.* Ber.

b ¶ Moneta. *Adde tu & uide Rom. pleniſſimè loquentem in conſil. xxiij. & ibi quid in reſcriptus, quid in contractibus, & quid in teſtamento: & etiã per Abb. in conſi. lij.* Ber.

AVG. Tu autem in hac materia
adde, quòd ex notatis per Bart. in l. j.
ff. de pœn. poteſt colligi bona doctri
na in hac materia. & uide Alb. de ro-
ſa. in l. leges. C. de legi. in vij. col. qui
in terminis ponit iſtam q. quã diſpu-
tauit Richar. malum. quam de uerbo
ad uerbum poſuit Bart. in d. l. omnes
populi. & ipſe Albe. de roſa. ſequitur
opi. dicti Richar. pro qua opi. dicit ꝙ
alleg. no. per Io. and. in cle. de æta. &
quali. in c. ut hi qui. in gl. quę incipit,
quod poſteris. & allegat Gãdi. in tra.
ſuo malefic. de pœnis & percuſſioni.
& inſultationibus. uerſi. pone me ac
cuſare Titiũ de quæſtione illa. qui
dicit etiam diſputaſſe Ray. de forl. in
6 ſtudio Bononiæ, quæ talis eſt:* ſtatu
to cauetur, ꝙ homicida pœna mille
librarum puniatur: Titius occidit Se-
ium: antequam de illo homicidio ac
cuſaretur, ſuperuenit ſtatutum noui
imponens homicidis pœnam mor-
tis. Titius de dicto homicidio accu-
ſatur: quæritur utrum puniri debeat
traria, nō refertur ad ſpecificata, ſiue eadem lege uel ſtatuto, uel eadē reformatiōe, ſiue diuerſis, ſiue lege cōmuni & ſtatutaria: ut d. l. ſanctio. ſecūdum lectu. gl. Si uerò utraq; pœna eſt certa & determinata: & tūc refert an utraq; pœna imponatur eodem ſtatuto uel eadem reformatione, & generalis non refertur ad ſpecificata, ſecundum lecturam Dyn. in d. l. ſanctio. & ſic ſpecialis tantum imponitur. Si uero imponuntur diuerſis legibus, uel diuerſis ſtatutis, uel diuerſis reformationibus, uel de iure communi una, ex ſtatuto alia: & tunc aut una pœna infertur à lege, alia ab homine: & tunc utraq; habet locum etiā quò ad executionē. aut utraq; infertur ab homine, & tunc utraq; non habet locum quò ad executionē: ut patet ex prædictis ſecundum Barto. ibi, quod ſingulariter liga ad digitum: quia eſt not. De quo etiam uide Bal. in dicta l. qui ſepulchra. ubi etiā Angelus allegat Spec. in tit. de accuſ. circa princ. ubi dicit, quòd propter pœnam impoſitam per ſtatutum, non uidetur eſſe receſſum à pœna iuris cōmunis. dat tamen Ang. cautelā iudici, quòd nunquā recedat à pœna ſtatuti, & illā imponendo ſufficit.

7 * Adde tamen quod no. Innoc. in c. ſi pro debilitate. de offic. delegat. quòd ubi unum delictum pluribus pœnis, uel legibus punitur, & diuerſimode, mitior pœna imponēda eſt. quod tu intelligas ſecundum ſupradicta. & uide Bart. in l. j. §. j. in penul. col. in fin. ff. de oper. noui nunc. & addas quod no. Iaco. but. & Bal. in l. placet. in penulti. q. C. de ſacroſact. ecc.

8 * Quādo autem pœnæ eſſent alternatiuæ: dic ut dictum fuit ſuprà in gl. ſuper uerbo, quòd manus dextra amputet &c. Sed Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infa. uerſiculo. ad huius gl. declarationem &c. dicit quòd ſi duplex pœna imponitur diuerſis legibus, una tantùm debet puniri: ut l. ſenatus. & quod ibi gl. & Bart. ff. de accuſat. ſi in eadem lege uel ſtatuto, & tūc aut copulatiuè, & tunc poteſt imponi utraq;, l. nemo. la ij. C. de epiſc. audien. aut alternatiuè, & tunc una tantum: ut l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugit. aut imponitur ibi abſolutè: quia non eſt ibi neq; copulatiua neque diſiunctiua cōiunctio: & tunc dicit aſſumēdam benigniorem interpretationē, ut una tantùm imponatur: ut d. l. ſi de interpretatione. ff. de pœn. licèt alii fortè dicant cōtrariū in l. alienationis. in ſi. ff. de uerb. ſign. quod eſt no. ſed id quod dicit Bart. in d. l. ſanctio eſt plenius.

ADNOT. a ¶ Nouæ pœnæ. *Adde quòd tenet idem do. Abb. in c. de cauſis. de offic. deleg. ubi plenè per cano. maximè Moder. & ultra ea quæ infrà ponit Ang. adde quod opi. Bar. uoluit Oldra. in cōſi. xciiii. in iiij. col. & Bal. in conſi. ccxx. in ij. uolu. incip. in cauſa do. Miliani. ubi relata opinione ſua ſubdit, q̄ alij dicunt quòd uni legi per aliam non uidetur derogari, cùm correctio ſit euitanda. l. quo. ff. de act. & oblig. ſi tamen fieret executio unius pœnæ, ceſſaret alia, niſi eſſet inuenta ad ſupplementum primæ: quia delictum quod non eſt plenè purgatum, debet purgari: ut no. de iudi. in c. at ſi clerici. & in l. ij. C. de ſpor. & de accu. l. ſenatus. & Deus non iudicat bis in idipſum: & cum iſtis uerbis ultimo relatis tranſit Capo in conſi. xiiij. & uide Barto. in l. j. ff. ui bono. rapto. & Bal. in l. eum. C. de fur. ubi quādo per legem nouam ſit ſublata pœna legis anti*



*gis anti*

*gis antiquæ. & uide etiam aliud per Ro. in conſi. cxvij. in fi. Bernard.*

AVG. Tu autē in hac materia inquantum do. Angel. hîc tractat iſtam materiam, quando duæ pœnæ uel diuerſæ imponuntur à lege ſiue à ſtatutis, ſiue à lege una, & à ſtatutis alia, qua pœna feriatur reus. & dixit quòd ipſe practicauit de facto Nurſiæ, ꝙ decapitauit unum homicidam, licèt ſtatutum eſſet ibi, quòd pœna pecuniaria imponeretur pro homicidio: addatis quòd ego non ita feciſſem: & credo iſtam ſuam ſententiam falſam. Et moueor primò per illam auream doctrinam do. Bald. quam poſuit in l. nō eſt nouum. ff. de legi. qui

9 dixit. * Quæro ſi per ius commune imponitur una pœna, & per ſtatutū imponatur alia pœna, an prima pœna iuris communis ſit ſublata. dicunt doctores communiter, quòd nō: per l. quoties. ff. de actio. & oblig. & per l. qui ſepulchra. C. de ſepulchro uiolato. Alii dicunt, quòd aut pœnæ ſunt incompaſsibiles, & ius cōmune imponit mortem, & ſtatutū minuit pœnam, & imponit membri mutilationē: & ſtamus ſtatuto tanquam poſteriori: nam ſtatutum minuit pœnam à toto integrali ad partem, & quia reſtringit gladii poteſtatē, receſſum eſt ab atrocitate legis, & ſic ab eius pœna. l. j. ff. de his qui ſunt ſui uel alieni iuris. §. penul. & l. qui cum uno. §. qui poſt. de re militari. idem ſi pœna pecuniaria ſit diminuta: nam in pœnis minimum debetur in eodē genere pœnæ, puta utraq; corporali uel utraque pecuniaria: quòd enim immutatˀ, nō remanet in prima ſua figura. l. cum in plures. §. lege data. ff. locati. Si autem ſunt diuerſorum generum, non fit nouatio. l. ſenatus. ff. de acce. Subdit poſtea Bal. ibi indiſtinctè iudicem debere ſequi pœnam ſtatutariam & ipſam imponere, & non pœnam iuris communis: & eſt ratio quia poteſtas iurauit ſeruare ſtatuta, & iuramētum obligat in forma: unde eſt ſeruādum omnino: ut l. ſi pecuniam. ff. de condictio. ob cauſam. Præterea pro hac parte contra dominum Angel. allego id quod elegantiſsimè dixit Petr. de Anch. in c. canonum ſtatuta. extrà de conſti. in materia pœnali, quando tractat de ſtatutis punientibus delicta, in uer. quæro etiam utrū ſicut ſtatutum ſecundum tollit primum, ita declarat ius commune aliud fore pœnam ſtatuentis quàm ſtatutum. & multa ibi allegat dicens, referendo opin. quomodo Ioan. andr. in addi. Spec. in titu. de pœna temere litigā. refert Vbertum de bob. tenuiſſe, quòd per pœnam impoſitam per ſtatutum tollitur pœna iuris communis: & ita dicit iudicatū fuiſſe Ianuæ. facit quod not. inſtitu. de offi. iudi. in princ. Alii dicunt hoc uerum, ſi appareret de mente ſtatuentium ita uoluiſſe ſubrogari pœnam ſtatutariam loco pœnæ legalis, aliàs ſecus. c. maiores. de baptiſ. & dicit Petr. de ancha. ibi, quomodo Ioan. andr. in d. addi. refert poſtea opin. Iac. de bel. qui tenet legem municipalē derogare iuri communi. Refert poſtea d. Pet. qualiter Bar. in l. j. ff. ui bono. rapto. tenet quòd per pœnam ſtatuti non ſit receſſum in dubio à pœna iuris communis, niſi hoc appareat ſaltem tacitè, prout Bar. ibi exemplificat, & ſicut ſuprà dixit do. Ang. hic refert poſtea Pet. de Ancha. quomodo præceptor ſuus Bald. in l. data opera. in ſecunda



charta. C. qui accuſare. in uerſi. item no. eſt. tenet quòd per pœnam ſtatuti uidetur receſſum à pœna iuris cōmunis, & fatuus eſſet iudex qui pœnam iuris cōmunis imponeret: quia poteſtas iurauit ſeruare ſtatuta. Nam ſtatutum ſe habet ad ius cōmune, ut ſpecies ad genus. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. Illud enī habetur loco ſpeciei qđ minˀ generale eſt, & illud loco generis, quod magis generale eſt. not. Dy. in regula, generi. de reg. iur. in vj. ergo ſtatutū habetˀ loco ſpeciei: quia ſpecialiter prouidet in eſſe tantùm: unde dicimus, quòd leges locales ſunt leges ſpeciales & non generales. C. de epiſcop. & cle. l. priuilegia. & l. generali. & poſtea refert ibi do. Petr. de ancha. quomodo Cyn. in l. qui ſepul. C. de ſepul. uiola. format iſtam quæſtionem, & dicit communiter teneri pœnam ſtatuti non tollere pœnam iuris communis in origine: quia ad utrunque agi poteſt. Sed in exactione, utrū una tollat aliam, uel cōcurrat ſaltem in eo, ꝙ plus: ibi uide, & per Bar. in d. l. j. ſubdit tamē ibi do. Pet. de ancha. ꝙ ſi de facto iſta q. contingeret, inclinaret ipſe in opin. Bal. & ſemper imponeret pœnam ſtatutariam, ut poſteriorē & magis ſpecialē: ſic ergo ut uidetis Vbe. de bo. Iaco. de bel. Ioan. and. Bal. & Petr. de anch. nō tenent opi. quam tenet Bar. in loco ſuprà allega. & illam opin. quam tenet iſte bonus doc. hic. & hæc etiā mihi magis placet, maximè per dicta Bald. in l. ij. C. de rebus credit. & iureiuran. in fi. qui per text. in dicta l. qui cum uno. §. qui poſt. ff. de re milita. dixit quòd ubi per ſtatutum minuitur pœna, uidetur receſſum ab alia pœna capitali, hoc eſt maiori. Quinimo allego Bald. hoc uoluiſſe in l. fina. C. de ædific. priuat. qui dixit quòd ubi per legem antiquam imponitur pœna grauis, & per legem nouam imponitur pœna minor: per iſtā minorem intelligitur derogatum & receſſum à maiori, per illum tex. no. in dicta l. qui cum uno. Addatis tamen quod Albericus de roſa. in prima parte ſtatutorum, quæſtio. viij. ibi latè diſputat iſtam materiam: & in fi. allegat omnia quæ poſſunt allegari, & authoritates multorum doctorum pro & contrà: concludit quòd totus mundus obſeruat, quòd per pœnam ſtatuti ſit derogatum pœnæ iuris cōmunis. Vide tamen ad iſtud propoſitum: ſi uis habere iſtam materiam integraliter, recurre ad doctrinam Ioan. andr. & ibi Dominicus de ſancto Gemi. & Petr. de anchara. qui no. loquitur in cap. fœlicis. extrà, de pœnis. libr. vj. qui loquuntur de materia totius iſtius gloſſæ. quam materiam tetigit hic domi. Angel. & ibi Petrus de anchara. facit mentionem de doctrina Barto. in dicta lege prima. ff. ui bono. raptorū. perpulchra uerba Barto. in l. ſi. C. de aquæductu. libr. xj. Ex cuius dictis poteris etiam limitare dicta d. Angel. hic, & uide etiam pulchram doctrinam Bal. quam poſuit in iſta materia in cap. primo. in fi. de prohi. feu. ali. per Lotha. Et omnino uide pulchra uerba Angel. qui latè loquitur in dicta l. j. ff. ui bono. rapto. qui multùm clarè loquitur in iſta materia. Et Bal. Ang. & omnes doctores in dicta l. qui ſepulchra. & ibi Ang. multùm ſubtiliter diſtinguit quaſi omnes caſus comprehendendo iſtius materiæ: quæ omnia ſi uellē hic extendere, parum mihi eſſet: ſed

implerē chartas. uide Bal.in l.extat.
ff.quod me.cauſa.Per quę poteris li-
mitare prædicta, & per Angel.in l.ſi
quis ab alio.ff.de calum.& per Ang.
in l.quoties.ff.de actio.& obli. & per
doct.maximè per Domini. de ſancto
Geminia.poſt gl.in c.licet canon.ex-
trà de electioni.libr.vj.per quæ pote
ris limitare prædicta: omnino per
Bal.in l.data opera.in ij.colum. & ui
de etiā ipſum Bald.in loco quem ſu-
prà allegauit Petr.de anch.in d.l.da-
ta opera,in ſecunda charta.qui ponit
quòd per ſtatutū augetur quandoq;
pœna iuris communis, aliquādo mi-
nuitur.& per gl.xliiij.diſtin. c.frater-
nitatis.& per glo.in c.de cauſis.extrà
de offi.deleg. & per gl.xxj. quæſtio-
ne ij.in princ.gl.lxxiij.diſtin.in ſum-
ma,per Ioā.and.in addi.Spec.in titu.
de fur.circa medium.per Bal.& Ang.
in l.qd ergo. §.pœna grauior.ff.de
his qui notantur infa.per Bal.in l.&
ſi ſeuerior.C.de his qui notan. infa.
& in omnibus iſtis locis uide an ſint
uera ea quæ dicit domi.Angel.hîc,&
Bald.in l.in eum. C.de furtis.Imol.in
l.cùm mulier.ff.ſol.matrimo. & om-
nino per do.Cataldi. §. proficiſci.in
addi.clxx. & in quæſtion.clxix. & in
quæſtio.clxviij.& ibi multùm diffusè
loquitur do.Catald.ubi multos caſus
diſtinguit,quando plures pœnæ im-
ponuntur per legem.

10 *Damnato mandatore an intelligatur*
*damnatus mandans,& alius auxilia*
*tor:& an damnato* Titio *quòd produ*
*xit tales falſos teſtes,an ſequatur ꝙ te*
*ſtes ſint falſi,& econtrà.*

11 *Notario damnato quòd fecerit falſum*
*inſtrumentum,an ſit præiudicatum ei*
*ad cuius utilitatem confectum fuit in-*
*ſtrumentum.*

12 *Damnato de falſo uno ex reis ſtipul-*
*di,an ſit præiudicatum alteri.*

13 *Abſoluto uno ex reis, an intelligat*
*abſolutus alter.*

14 *Sententia lata contra falſos teſtes,a*
*præiudicet producenti,uel econtrà.*

15 *Iudicio falſi contra notarium mot*
*pars in cuius utilitatem eſt confectu*
*inſtrumentum,citetur,an illi fiat præ*
*iudicium.*

16 *Iudicio falſi moto inter partes,ſi co*
*ſtaret notarium uel teſtes habuiſſe*
*titiam, uel præſtitiſſe patientiam*
*li iudicio, an illis eſſet factum præ*
*dicium.*

A N G E L V S.

10 *SED quæro,an damnato di
Titio intelligatur etiam damna
Andręas mādans,& alius auxiliat
Reſpondeo quòd regula eſt in du
bus reis, quòd uno cōdemnato n
a intelligatur damnatus alter: [a] it
cit Bar.in l.denuntiaſſe. §. ſi.per
tex.& in l.cùm filius.in princip.ff.
uerb.oblig.Ex quo ibi infert, quò
cèt Titius ſit damnatus, quia prod
xit A.& B.falſos teſtes: quod de n
ceſsitate non ſequitur contra teſte
quòd ipſi ſint falſi:& ita etiam eco
trà,ſi teſtes ſunt condemnati de f
ſo,non tamen intelligitur conde
b natus ꝓducēs,nec ſibi præiudicat[b]
ut l.Lucius.cum ibi not.ff.de infa.
hoc determinat Bar.in l.ſi teſtame
tum.in fi.ff.de pet.hære.& optimè
cit quod not.Bar.in l.iij.in prin.ff.de
priua.delict.& quod no.Cyn.in l.j.C.
de aduo.diuer.iu.& l.ſi quis homi
11 dii.C.de accuſatio.* Secundò infe
tur,quòd licet notarius ſit damnat
quòd fecit falſum inſtrumētum: h
tamen ſententia non præiudicat
ad cuius utilitatem factum eſt d
iſta



inſtrumentū.& idem etiā tenet Cyn.
in l.j.C.qui accu.nō poſ.& ibi de his
quæſtionibus uide Bal.& Sal.qui ui-
detur tenere contra Cy.& Barto.ſed
in practica ſeruaremus opin.Cyn.&
12 Barto.& eſt text.in l.j.C.de fal.* Ter
tiò infert,quòd ſi unus ex reis ſtipu-
landi dānatus ſit de falſo,alteri non
pręiudicat:ut l.ſi docueris.& ibi no.
13 C.de fid.inſtr.* Quartò ibi quærit,an
abſoluto uno ex reis,intelligatur al-
ter abſolutus regulariter dicit quòd
non:& eſt ratio, quia res inter alios
acta &c.Fallit in caſu §.fin.l.denun-
ciaſſe.ff.de adult.ſed in caſu noſtro
non ualet in mandatore & auxiliato
re.Et iſtam quęſt.ponit Bar.in l.adul
teram.§.j.ff.de adul.& ibi concludit
quòd aut pronūtiatur ſuper iure,ut
quia dicitur quòd nō erat in culpa:
tūc Dy.& Bar.uolunt ꝙ aliis nō pro-
ſit.arg.no.in l.nihil intereſt.& quod
ibi not.gl.ff.de ſica.aut pronūciatur
ſuper facto, ut quia dicitur præfatū
delictū nō eſſe cōmiſſum: tunc Dy.
uult quòd proſit,ut l.cū duobus.§.fi-
deiuſſor.ff.de iureiurando.Sed Bar-
to.ſecundum Richard.malumb.te-
net contrarium, per dictam legem
adulteram.§.j.& ibi reſpōdet ad di
ctum §.fideiuſſor.

A D N O T. a ¶ Damnatus alter.
*Adde tu & uide Bal.in conſil.xxxv.in*
*v.uolu.& Abb.in conſilio lxvj.in fine,in*
*ij.uolu.*Bernar.

b ¶ Nec ſibi præiudicat. *Adde tu &*
*uide Ang.in conſi.cccviij.qui in terminis*
*conſuluit.*Ber.

A V G. Tu autem in hac materia
adde, quòd in terminis quæſtionis
noſtræ,an ſententia lata contra mā-
datarium delinquentem noceat mā
danti:adde quòd iſtam quæſt.in indi
uiduo tetigit Bal.in l.iuriſconſultus.
C.quibus res iudicata non nocet.&
dicit quòd non. & allega.l.nihil.ff.
de adult.quam ſic iuducere uolunt:
ibi enim ſimul & ſemel mandans &
conſulēs pro eodem delicto, poteſt
accuſari unà cum mandatario delin
quente:quod eſſe nō poſſet,ſi ſentē
tia lata cum uno faceret ius quò ad
alium.l.j.in fi.ff.ſi fa.fur.feciſſe dica.
& in terminis uide quid pro & con-
trà,per Albe.de roſa.in prima parte
ſtatutorū.q.liiij.quæ incipit,an autē
ſentētia abſolutoria.& ibi ponit etiā
quando eſt condemnatoria. & latè
per Albe.in l.non ideo minus.C.de
accu.& latè dictum eſt ſuprà,de iſta
materia in uerbo, Sempronium mā-
datorem.in xix.q.in addi.meis.& ui
de illas remiſsiones quas ibi dedi.Et
an abſolutoria lata pro mādāte pro-
ſit mādatario, uel econtrà: uide Bal.
in d.l.non eo minus.C.de accuſatio.
& Bar.in l.j.§.fi.ff.de quæſtio.per Io.
and.poſt Dyn.in dicto c.ratihabitio-
ne.& de opem & auxilium præſtāte,
uide Bar.& Ang.in l.is qui rem. §.ſi
ea mihi Titium.ff.de furt.& uide pul
chra uerba Ange. & Salic.in l.j.C.de
14 raptu uirg.* An autem ſententia la
ta cōtra teſtes falſos præiudicet pro-
ducenti,uel econtrà:adde quòd licèt
Bart.in l. Lucius.ff.de his qui notan.
infa.dicat quòd talis ſententia nō ꝓ-
iudicat:tamē dicit,quòd facit aliqua
lem præſumptionē, & ꝙ talis ſentē-
tia plenè non noceat teſtibus. eſt bo
nus tex.in cap.cùm dilectus. extrà de
ordine cogni.in fi.in l.ſi uteris. C.de
fide inſtrumento. & ibi Bart.remittit
ad not.per Cyn.in l.j.C.qui accuſa.&
Bart.in l.præuaricationis. ff.de præ-
15 uarica.* ubi hoc limitat, niſi in iudi-

 cio contra

cio contra notariū moto fuiſſet pars
citata,ſed Bald.in l.Lucius. ff. de his
qui notantur infamia. uidetur uelle
quòd in terminis illius legis ſenten-
tia lata contra producentem teſtes,
nō nocet teſtibus, etiam præſentibus
uel citatis. Idem fuit de mēte Bal.in l.
fi.C.de fide inſtrumētorū. facit quod
no.Spe.in tit.de fide inſtrumentorū.
§.poſtremo.aliàs §.incipit,inſtrumē
tum.uerſiculo,ſeu pone tabellio.ad-
de Bal.in l.ij.C. de edendo. in ſexta
col.& Bal.in l.fi.C.ſi mi.ſe maio.dixe
rit.& in l.j.in penult. & ultima char-
16 ta.C.qui accu.* Aliam limitationem
dabant Ia. But.& Ang. in d.l. Lucius.
niſi in iudicio moto inter partes con
ſtaret notarium uel teſtes qui falſum
dixerunt,habuiſſe ſcientiā,& pręſti-
tiſſe patientiā illi iudicio:quia tūc ta
lis ſententia præiudicat omnibus, &
teſtibus & notario.Sed contrariū te-
nent Nico. de mat. & Bald. in l. ute-
ris.C.de fide inſtrumē. & Ant. de Bu.
in c.quamuis.extrà,de re iudi.& Spe.
in d.uerſic.ſed pone tabellio.& uide
Alber.de Roſa.in iij.parte ſtatutorū.
q.lxv. qui ponit an in factis connexis
& correlatiuis, puta adulterio, ſen-
tentia lata pro uno, uel contra unū,
proſit uel noceat alteri.

17 *Clauſula, decapitetur ita quòd moriatur, quando ponitur in ſententia quādo reus eſt præſens: quando autem non eſt præſens, uide quæ uerba ponenda ſint, & ſi capiatur bannitus, quomodo fiet ſecundus proceſſus.*

18 *Bannito capto in formatione ſecundi proceſſus, quid probabit contra primā ſententiam.*

19 *Bannitus captus an poſſit per uiam exceptionis impedire executionem ſententiæ.*

ANGELVS.

17 *E T quod hîc dicitur, decapitetur
ita quòd moriatur, eſt uerū, quando
reus eſt ibi præſens, ita quòd execu-
tio corporalis de eo fieri poteſt. Si
autē nō ſit in fortia poteſtatis, tūc
ficialis debet eum bannire de ciuita-
te & cōmunitate, & condemnare ad
mortē. Et ſi quo tēpore in fortiā com-
munis ueniret, quòd ducatur ad lo-
cū iuſtitiæ, & ibi mors inferatur: n
ſingulariter dicit gl. in aut. de len.
§.ſi quis autem. in uerbo, expellatur
de qua gl. Iac. de Bel. ibi fecit feſtū
in aut. de pac. tenen. col. x. in prin.
uide Bal.& Flo.in l.ij.C.ſi pen.app.
mors interue. Et ſi poſtea ueniat in
fortiam communis, debet alius pro-
ceſſus formari, in quo declaretur
ptam eſſe talem perſonā quæ repe-
tur in banno, & bannum exequen-
eſſe. ita dicit Bal. in ti. de feu. ſine c
nō admi. c.j.& poſtea in d. proc.
interim reus & bānitus recognoſ-
ſe, iuxta not. per Bal. in l. diuus. ff.
cuſto. reo. & dixit ſ. in gl. Caiū Sem-
18 pronii. dic ut ibi.* Aduertas tamen
quòd ſi dictus bannitus eſt captus
iſto ſecundo proceſſu cōtra eū for-
mādo, probabit primā ſententiā
bannum latū emanaſſe per falſas al-
legationes, uel probationes falſo
ctas, quod impedit executionē dictæ
ſentētiæ. ita dicit Ang. in l. q Romæ
§. duo fratres. ff. de uerbo. oblig.
ideo Imo. ibi, in. uer. ex prędictis.
quòd infertur maxima utilitas &c.
cit l. prætor. §. Marcellus. ff. de iudi.

AVGVST. Tu adde quòd ego
non ſcio inuenire illam gl. in d. §. ſi
quis autem. in uerbo, expellatur. in
aut. de leno. niſi habeā librum meū
corruptum. Quinimo ego uolui le-
gere Iac. de Bel. in c. j. de pace tenen-
da. in prin. col. x. ibi in libro meo Ia.
de Bel. nullā facit mentionē, nedum
de illa gl. nec aliquid de iſta materia.
Et inquantum domi. Ang. hîc quęrit,
an poſtea contra illum qui poſtea eſt
captus, debeat formari nouus proceſ
ſus, hîc aliquid non dicam: quia latè
iſta materia fuit dicta ſuprà in gl. in
19 uerbo, Caii Sempronii.* Et in quan-
tum dom. Ang. hîc allegat dicta An-
gel. in d. §. duo fratres. dicatis quòd
doctores Moderni ſequūtur ibi opi-
nio. Ange. & aliam limitationē in iſta
materia, quòd talis bannitus captus
qui habetur pro cōfeſſo delicto, poſ
ſit per uiā exceptionis impedire exe
cutionem ſententiæ. uide per Bar. in
l. nō uidetur. ff. de iudiciis. la. prima.
& dixi ſ. in d. gl. Caium Sempronii.



20 *Condemnatus corporaliter ſi præſens ſit, an efficiatur ſeruus pœnæ: & quid ſi ſit abſens.*

21 *Condemnati ad mortem in præſentia, bis moriuntur: primò gladio oris iudicii, ſecundo per ſeparationem animæ à corpore.*

22 *Damnati ad mortem, an hodie efficiātur ſerui pœnæ.*

23 *Damnatus ad mortem, quando teſtari poſſit.*

24 *Condemnatus ad mortem propter aliquod delictum, quod de iure in aliquo loco mortem meretur, in alio non tamen ubique dicatur inteſtabilis, niſi ſit reſtitutus.*

ANGELVS.

20 *E T bene no. quòd quamuis ille
qui eſt præſens dictæ ſententiæ cor-
porali cōdemnatoriæ, ſtatim efficia-
tur ſeruus pœnæ: unde lata ſententia
a non ualeret eius teſtamentum [a], etiā
ante inquiſitionem formatam con-
ditum, etiā ſi eſſet abreptus per uim
de manibus familiæ: ut l. qui ultimò.
& ibi Bart. in principi. ff. de pœnis. &
idem no. in l. cunctos populos. in pe-
nultim. colum. C. de ſumma trinita.
& eſt text. in l. ſi quis filio. §. irritum.
& ibi Ange. Rapha. & Imo. ff. de in-
iuſt. teſtamen. facit gl. & ibi docto. in
aut. ſed hodie. C. de donatio. inter
uirum & uxorem. tamen quando eſt
abſens, & fertur ſentētia, ſi quo tem-
pore uenerit in fortiam communis
&c. ut ſuprà dixi: interim talis ſen-
tentia cùm uideatur lata ſub condi-
tione, non ſortitur effectum, antequā
uenerit in fortiam communis &c. &
ſic non perdit ea quæ perdit ille qui
eſt purè bannitus uel purè condem-
natus. ita eleganter not. Bal. in l. ſer-
uo legato. & ibi Imo. ff. de lega. j. &
ſic interim poterit teſtari & alia fa-
cere, quod bene nota. quod eſſet ue-
rum, ſi ſententia ſub conditione fer-
retur, uidelicet, cōdemnamus ſi quo
tempore uenerit in fortiam commu
nis, &c. Sed ſi ſimpliciter cōdemna-
retur ad pœnam capitis, & executio
differatur ſub conditione, ſi quo tem
pore &c. tunc non diceret uerum
Bald. de qua ſententiæ prolatione
dixi ſuprà in glo. ſuper uerbo, qui iu-
dex cōmiſit A. præconi, quòd ipſum
banniat in fine &c. & etiam in gl. ſu-
prà proxim.

ADNOT. a ¶ Eius teſtamentum. *Adde tu quod imò damnatus ad mortem uel perpetuos carceres, de iure canonico, nō poteſt teſtari nec inſtitui, ſed eſt ſeruus pœnæ. ita Fulg. in conſi. xliij. & uide Bal. in conſi. cclxx. in ij. uol.* Bern.

AVGVST. Tu autem in hac
materia adde Bal. in l. fina. C. ſi à non
competenti iudice. qui dicit quòd

iſti banniti ad mortē,qui ſunt in carcere,non poſſunt teſtari:ſi tamē euaderent de carcere & conferrēt ſe ad locum ſecurū,dicit,fortè poſſunt teſtari.Et ideo ſi habent propriū in eadē ciuitate uel in alia, poſſunt teſtari.ſed dicit Bal.quòd communis opi. eſt, quòd non ualēt teſtamenta eorū qui ſunt diffinitiuè damnati ad mortem, & eſt executio ſecuta. & allegat Io.And.in nouella.in c. quanquā.de uſuris.in vj.qui dixit quòd licet nō ualeat ut teſtamentum, tamen ualet ut quædā diſpoſitio,puta ſi iuberet malè ablata reſtitui.dicit tamē Bal.quòd ualeret teſtamentū banniti ad mortē,niſi per ſtatutū permitteretur ferri ſententiam diffinitiuā ad mortem contra abſentem: quo caſu ante capturam nō eſt ſeruus pœnæ, ſed pòſt
21 quādo eſt in laqueo reipublicę.* Adde Bal.in l.is qui.C.ſi pendēte appellatione mors interuene. q dicit multùm ſingulariter,quòd illi qui in pręſentia damnātur ad mortē & confeſtim moriuntur,bis moriūtur: primò moriuntur gladio oris iudicis, quia fiunt ſerui pœnæ: ſecundò moriūtur per ſeparationem animæ,& teſtamētum inter has duas horas factū non ualet:quia poſt mortem nemo teſta-
22 tur.* Dicit tamē ibi multùm mirabiliter, quòd hodie poſſumus dicere q iſti efficiātur ſerui pœnę,qui damnātur ad mortē:cùm ipſi extra ordinem damnātur ex forma ſtatutorū & decretorum ciuitatis. & dicit quòd iſtā opi.uidetur tenere Spe.in tit.de ſen. in uer. poteſt.Et uide quæ dicam infrà in gl.& eius bona publicamus. in uer.quod incipit, & quòd bona damnatorum hodie reſeruentur filiis. in additi.mea. Adde quod miror quòd iſte doctor non alleget Bar. in l. eius qui.§.j. ff. de teſtamentis. qui ponit ibi materiā de damnato ad mortē, & de bannito,qui poſtea eſt abſens, uel poſtea capitur:& omnino ibi uide Bal.elegantiſsimè loquentē. & ibi uide Ang.qui allegat Bar.in l.cūctos populos.C. de ſumma trinitate, & fi.
23 de catho. in repet.ſua.* Dicit tamen ibi Ang.limitādo prædicta,quòd etiā damnatus ad mortem poterit teſtari, ſi talis ſententia egeret confirmatione,& non eſſet confirmata,quòd teneret teſtamētum. Secundò limitat idem erit ſi quis eſt dānatus ad mortem & executor nō uult exequi, per tex.in l.fin.ff.de leg.j. Tertiò limitat idem ſi per ſententiā fuit illata pœna,quæ de iure imponi nō poterat: quia ante executionē eius non tradi-tur dānatus inteſtabilis, per l. ſi quis exhæredato.§.ſi quis fuerit ff.de iniuſt.rup.irritóque teſtamento. unde nec occiſus ad furorem populi inteſtabilis eſt:quia non licet populo interficere quemquam,ut dixerunt Iudæi ad Pilatum.Et reſpondet ibi Ange.ad l.pe.ff.de ſica. & ibi decidit an Chriſtus fuerit teſtabilis: & cōcludit quòd non. Sed ego dico cōtrarium, ex qua concluſione ſequitur maxima utilitas.Et arguo ſic contra An.Nam ſententia cōmunis doc. eſt,quòd dānatus ad mortē qui eſt in præſentia cōtra quē debet fieri executio,ſit inteſtabilis.Tamē limitatur hoc,niſi iudex condemnauerit reum ad pœnā mortis prohibitā de iure:puta quando cum ſecuri iudex facit occidere hominē, uel cum ueneno:ita per bonas rationes & iura cōcludūt doctores maximè ipſemet Ang.in l.ſi quis mihi bona.§.j.ff.de acquiren.hæredi.& ſequuntur ibi Imo. & Ro. & Rap. & dicetur infrà. Quinimo ipſe Ang. hoc uoluit in d.l.eius.§.j.cùm hęc in Chriſto fuerit appoſita pœna, ut in cruce moreretur & cū clauis fixis:quæ pœna fuit mors ultra omnes mortes acerbiſsima,iuxta illud, Aſpicite & uidete,ſi eſt dolor ſicut dolor meus:& illa pœna penitus fuiſſet reprobata: non dico mori in cruce,ſed crucifigi cū clauis in pedibus & manibus. Dico ergo Chriſtū potuiſſe teſtari. quæ omnia no.tu contra iſtos iudices qui inferunt mortes inſolitas: quia talis poterit teſtari.De iſta materia an dānati ad mortē & banniti abſentes, & banniti qui poſtea capiuntur,poſsint teſtari,maxima eſt iſta materia.Adde ſi tu uis uidere materiam, & uide dicta Pe.de Anch.in clemen.j. extrà de pœnitē.& remiſ.& do.Bal.poſt Bart. in l.j.C.de ſacroſan.eccle.qui eleganter loquitur.& Sal.in auē.ſed hodie. C.de dona.& ibi per doc. Et de bannitis, ſi uis uidere ueram deciſionē, uide dicta Bal. in l.j.C. de hæred. inſtituen. & omnino multùm elegāter locutus eſt Bal.in l. Gallus.§. & quid ſi tantum.ff.de libe. & poſthu. & opi. Barto.ſequitur do.Abbas in c.poſtulaſti.extrà de foro cōpe. & uide Pau. de Ca.in conſiliis ſuis,conſilio lxxxiiij.incipien.In Chriſti nomine Amē.
24 * Primum quæſitum habet duo dubia,& ibi dicit in fine, quòd condemnatus ad mortem propter delictum, quòd de iure in aliquo loco eſt delictum, quòd pœnam mortis meretur: in altero loco non: tamen ſi eſt cōdemnatus ad mortem, ubique eſt inteſtabilis,niſi ſit reſtitutus.& ibi uide an poſsit teſtari ad pias cauſas, qui allegat bonas remiſsiones. uide Pe.de Anc. in c. fœlicis.extrà de pœ. li.vj.qui loquitur etiā de bannitis:uide de materia dānati per ſentētiā, & poſtea appellauit, per Ang. in repetio.§. qui procurauit. in l.tale pactū. ff.de pactis.& in l.j.ff.nil.no. appellatione pendēte.Et tene menti quæ dicit Bal. in l.j.in vij.col. C.ne ex delictis defunctorū. quòd bannitus occiſus à priuato uigore ſtatuti hoc permittētis,nō decedit inteſtabilis, cum moritur per manus priuati. & uide Bal.in c.ueniētes.extrà de iureiu.qui no.loquitur in materia bānitorū,quādo in abſentia dānātur,an teneat teſtamentū eorū.uide Pe. de Anc. in d. c.quāquā.& ibi Dom.de ſancto Gem. & quomodo Pe.de Anch. limitat illā doctrinam Io.And.& reſtringit,dum dixit,quòd pro malè ablatis ualebit diſpoſitio. & omnino uide domi. Nellum in tractatu ſuo bannitorū,in ij. tempore de concurrentibus poſt perfectum bannum,in xlij.xliij.xliiij. q.qui multùm eleganter loquitur in iſta materia.Ego uerò ſi omnia ſcriberē, facerē nimis maximū uolumē. Adde Albe.in tertia parte ſtatutorū. q.xxij.& ſequenti.& quādo bona per ſtatutum ſunt adempta, & fiſco applicantur, an tales poſsint teſtari. uide tex.& Bal.in l.inceſtas.C. de inceſtis nup.Ang.in l.ſi quis.ff.de teſta.

25 *Sententia corporalis lata, an ſtatim debeat mitti executioni.*

26 *Iudex originis ſi uult exequi ſententiam iudicis loci delicti,uel econtra,an tunc poſſit uel requirantur literæ, uel debeat fieri remiſſio.*

27 *Remiſſio in delictis an fieri debeat.*

ANGELVS.

25 * QVAERO, an ſententia corporalis lata ſtatim mittatur executioni

ni.Bar.in d.l.qui ultimò.in fi.dicit ꝙ
de conſuetudine ſtatim fit executio,
a niſi ipſe uel alter ꝓ eo appellet[a]:ut
l.non tãtũ.ff.de app.de iure autẽ de-
bet expectari quòd tranſierint decẽ
dies,qui dantur ad appellandũ:arg.
gl.in l.ex iudiciorum.ff.de accu.cõ-
iũcto ti.nil no.ap.pen.quo tempo-
re elapſo fieret executio per iudicẽ,
qui tulit ſentẽtiam,uel per ſucceſſo-
rem in officio:uel etiam per aliũ of-
ficialẽ eiuſdẽ ciuitatis, q etiã habeat
merũ imperium & ſine literis:ut no.
Bar.in l.à diuo Pio.§.j.ff.de re iudic.
26 * Si autem eſſet alius iudex,puta iu-
b dex originis[b],qui uult exequi ſentẽ
tiam iudicis loci delicti,uel econtrà:
an tũc poſsit uel requirantur literæ,
uel debeat fieri remiſsio : uide Cy.in
auth.qua in prouincia.C.ubi de cri.
agi opor.& Bart.in l.ſi cui.§.fi.ff. de
accu.Sali.latè in authen.ſi uerò.C.de
adul.& per Imo.in l.inter accuſato-
rem.ff.de pub.iudic.

ADNOT. a ¶ Appellet. *Adde tu quòd quando delictum eſt notorium,non admittitur appellatio : imò ſtatim poteſt fieri executio,per ea quæ uoluit Oldra.in conſi.xviij.* Ber.

b ¶ Originis. *Adde tu & uide Ange.in conſi.cclvj.& ibi,an executio taliũ ſentẽtiarum ſit ciuilis uel criminalis,& quãdo iudex uni⁹ territorij,poſsit exequi ſententiã alterius territorij,uide Ang.in cõſi.cclxxv.& Raph.cu.in conſi.lj.quẽ uide.& quando remiſsio ſit fiẽda,uide Oldra.in conſi.ccxxiij.ubi an delinquens in Anglia,ſit remittendus in Anglia.& uide latè Cæp.in conſi.lix.* Ber.

AVG. Tu adde quòd Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.ff. de offic.proconſu. & lega.in xij.q.arguit, quòd poteſtas,qui intra tempus appellandi miſit aliquem ad furcas,poſsit puniri in ſyndicatu : quia abſtulit reo legitimam defenſionem appellãdi: ergo punitur ac ſi innocentem occidiſſet.& alleg.l.hodie.ff.ad leg.Iul.repe.In contrariũ arguit d.l.nõ tantum.ff.de app.Soluit Bal.quòd ſi fecit hoc ex cauſa,quia erat confeſſus,& liquebat de crimine,non punitur: quia morte rei ſentẽtia tranſit in rẽ iudicatam : ſecus ſi eſſet appellatũ: ut C.de app.l.addictos.& dicit Bald.quòd ita obſeruat cõſuetudo, quod no.cõtra iudices qui faciũt iſtos cõfiteri:ſuper quo dicit Bal.uide Cy.in l.ij.C. quorum appel.non recip.& Barto.in l.non tantum.ff.de appel.& gl.dicit quòd confeſſus etiã non auditur appellans,niſi alleget cauſam.ſed Bald.dicit hoc eſſe falſum,quia in l.nõ tantũ.ille erat cõfeſſus,& tamen recipitur appellatio eius,& cuiuſcunque,adeo dicit quòd capitaliter condemnatus non poteſt appellationi renunciare, per l. pactum inter hæredem.ff. de pactis.item uide Bald.in l.fi.C.ſi à non competenti iudice.qui quærit, an lata ſententia criminali poſsit ſtatim executioni mandari, quantumcunque ſit ſententia ultimi ſupplicii,& ſic executio corporis.breuiter Bal.concludit quòd in altero ex tribus caſibus iudex poſsit: primò ſi fuit confeſſus, & conuictus reus.ſecũdò ſi ſit notoriũ reum deliquiſſe.tertiò ſi ſint indicia ita ualida cum confeſsione,quòd maleficia nõ poſsint negari, maximè ſi maleficiũ eſt ualde atrox,uel in alio caſu,ſi ſubitã deſideret ultionẽ.Et uide in hac materia domi.Nellum in tractatu bãnitorũ,in quarta parte primi temporis,ubi tractat materiã iſtius appellationis, maximè in iij.q.qui allegat Gand.& do.Alb.de roſ.in quæſt.ſtatutorum.& ipſum reprehendit.uide Bar.in l.furti.§.j.de his qui notã.infa.& per doct.& uide Bal.in l.addictos.C.de epiſco.audien. & per Bal. Ange.Ful. & Sal.in l.addictos.C.de app.& uide Bald.in l.j.C.ne ex delictis defunctorũ.qui ponit,qua pœna puniatur iudex,qui poſt appellationem malefactorẽ tradidit morti. & uide Bar.Imo.& doc.in l.non tãtum.ff.de app.& uide do.Ant.de bu.in rubri.extra,de re iud.qui ponit multas fallentias,quia ante tempus appellãdi ſententia poteſt mitti executioni.& Abb.in c.ij.extrà de re iud.qui alleg.Spe.& aliqua bona iura de iure cano.in qbus caſibus poſsit fieri ſtatim iſta executio:ibi uide, quãdo ad petitionẽ principis debet fieri executio.Adde gl.in c.cũ apud.xj.q.iij.& gl.in c.quærenti.extrà de of.dele.quæ dicũt ꝙ ſtatim debeat fieri executio in criminalibus.uide doc.maximè Abb.& Imo.poſt Inn.in d.c.q̃renti.& ibi Moder.qui ſcribũt bene per iiij.colum.in iſto paſſu.dicit do.Catal.in tract.ſuo ſyndicatus,quæſt.clxxxvij.quòd ad tumultum populi iudex poteſt accelerare executionẽ corporalem,etiã pendẽte dilatione,ſi aliter tumultus ſedari non poteſt: quæ cõcluſio an procedat aliqualiter,faciũt ea quæ dixi ſ.in proxi.additi.ubi dixi,an ad tumultũ populi iudex debeat condẽnare aliquem : licet do.Catal.ibi multa bona alleget Imo.& Ange.in l.decurionum.C.de pœnis.Et inquantum do. Ange.hic tangit illam difficultatem, per quẽ debet fieri executio, uel per iudicẽ loci originis uel delicti:& dominus



Ange.allegauit Imo.in d.l.penul.ff.
de public.iudic.tu uide bonam glo.
& ibi per doct.maximè per Pet.de
ancha.in repeti.ſua c.poſtulaſti.ex-
trà de foro competen.& uide Bal.in
l.executorem.C.de executio.rei iu.
in vij.colum.& Salice.in l.j.C.ubi de
cri.agi oportet.qui uoluerunt,quòd
iudex loci domicilii delinquentis,
etiam poſtquam cõdemnauerit de-
linquentem,teneatur ad requiſitio-
nem iudicis loci originis conuenti
reum ad ipſum remittere, & ad hoc
allegat gloſſ.not.in l.à diuo Pio.§.j.
ſed dicit quòd Dy.tenuit contrariũ,
& melius.idem uoluit Sali.in d.l.j.&
ſic poſt condẽnationem non fit re-
miſſo.& uide Bal.in auth.ſi quis liti
gantiũ.C.de epiſ.aud.& Io.an.in ti.
de execu.ſententiæ.§.ij.uer.ſed po-
ne.lo primo.& canoniſtæ in c.paſto-
ralis.§.prætcrea.de officio delega.
paſſus iſte eſt dubius. unde uide per
27 Modern.in d.§.j. * Et quia domi.
Ang.hic tetigit unum uerbum,an re-
miſsio in delictis debeat fieri. uide
Bart.in l.ſepulchri.ff.de ſepul.uiola.
qui dixit, ꝙ de conſuetudine hodie
in Italia non habet locũ §.ſi quis ue-
rò comprehenſorum.in authenti. ut
nulli iudicum. quia nõ fit remiſsio.&
ideo Iac.de Belui.in d.§.ſi quis uerò
comprehenſorum.dicit quòd hodie
inter iſtos dominos Italiæ non ha-
bet locum remiſsio:hoc eſt,quod co
gãtur remittere:ſed ſi uolunt remit-
tere,poſſunt.imò dicit do. Anto.de
But.& Imo.in clemẽ.paſtoralis.de re
iudi.ubi bona eſt glo.ꝙ ſi iſti domi-
ni tẽporales,qui habent dominia di-
ſtincta,nõ remittunt,peccãt: quia de
iure debent remittere. & uide om-
nino de materia Alber.de roſa.ultra
omnes

omnes diſputantem iſtam materiam in authẽ.qua in prouincia. C.ubi de crimi.agi opor.qui allegat Oldra.in conſiliis ſuis. uide doct.in ca.ſi.extrà de fo.compet. maximè per Abb.qui eleganter loquitur.Pet.de Ancha.in repet.dicti ca.poſtulaſti.Cald.in rep. ca.j.de rap.& per Ananiã,glo.& doc. omnes in l.j.C.ubi de crim.agi opor. uide pulchra uerba Bal.in l.cum Archimedorã.C.ut in poſ.leg.& doct. & Ang.in l.hæres abſens.ff.de iud.& uide Bal.in l.ij.C.de ſer.fugit.& uide Bal.in rub.de fide inſtru.& in c. Romana.§.porro.extrà de ſenten.excõ. per Ioã. And.& doct.& per doctores in d.ca.paſtoralis.§.præterea.In hac materia remiſsionis in delictis uide omnino Old.in conſi.ſuo cxxj.& ibi etiam decidit, quòd non debet fieri, niſi primò aliqualiter conſtet de crimine.

18 *Statuto cauetur quòd officialis ultimo menſe ſui regiminis non poßit aliquẽ abſoluere uel cancellare de bãno,ſi inquiſitus uenit abſoluendus : an dicto menſe poterit pronũciare abſoluendũ, uel cancellandum eße.*

ANGELVS.

18 *QVAERO, quid ſi ſtatuto caue tur, ꝙ officialis ultimo menſe ſui regiminis nõ poſsit aliquẽ abſoluere uel cancellare de banno,& tamẽ inquiſitus ueniebat abſoluẽdus. dic ꝙ poterit pronuntiare dicto mẽſe ab-
a ſoluendum [a] uel cancellãdum eſſe: quæ ſententia declaratoria non habebit effectum, niſi cõprobetur per ſuũ ſucceſſorẽ: debet tamẽ ſucceſſor cõprobare dictã ſententiã, ſi ius dictauerit,& nõ aliter:ar.l.iure noſtro. ff.de teſta.tut.ita dicit Bal. Rapha.& Imo.in l.ſi filio.§.eius qui.ff.de iniuſt. teſta.& Bar.in l.ſolent.in princ.ff.de offi.procon.& leg.& no.Bal.in l.j.C. ſi aduer.liberta.

ADNOT. a ¶Abſoluendum. *Adde tu & uide Ang.in conſi.ccvij.Ber.*

AVGVST. Tu autẽ in hac materia adde, ꝙ Bal.expreſsè tenet cõtrarium in d.l.ſolent.& in l.nec quicquam.§.ubi decretũ.in fi.ff.de offic. proconſ.& leg.& uide Bal.in l.j.in fi. ij.col.ff.de iuriſdict.omnium iudi.& Ange.in conſilio ccxlvij.uide Imo.& Moder.in l.j.§.ſi quis ita.ff.de uerb. obli.& in remiſsionibus ibi datis habebis ueritatem iſtius paſſus, an ſint paria cõdemnare,uel abſoluere, uel pronunciare condemnandũ,uel abſoluendum. Et quia latè ſcripſi in di. §.ſi quis ita.nolo hic tranſcribere illas deciſiones.

29 *Iudex imponens pœnam inconſuetam mortis , an faciat quòd ille qui fuiſſet inteſtabilis,ſit non inteſtabilis:& an teneatur in ſyndicatu.*

ANGELVS.

29 *ET bene aduertas tu iudex,ꝙ pœnam conſuetam apponas,ut puta ꝙ debeat decapitari gladio: ſecus ſi diceret ꝙ debeat mori ueneno, uel proiici de feneſtris palatii:quoniam licet moriatur, talis pœna non facit eum inteſtabilem, uel incapacẽ: qui effectus fuiſſet inteſtabilis & incapax,ſi pœna ordinaria fuiſſet impoſita : ut l.aut damnum.in princi.ff.de pœnis.coniuncta dicta l.ſi quis filio. §.irritum.ff.de iniuſto teſta.ita dicit Ang.& Imo.in l.ſi quis mihi bona.§. j.ff.de acquirẽ.hæredi.quod nota in practica. Quinimo plus dico reſpectu iudicis, quòd ſi pœnã mortis inconſuetam imponat, etiam illi qui debet mori : ipſe iudex tenetur in

ſyndi



ſyndicatu:ut eſt text.in d.l.aut damnum.in prin.quod no.

AVGVST. Tu in hac materia adde quæ dixi ſ.in hac eadem gloſ. ubi tractaui materiam, an iſti damnati ad mortem poſsint facere teſtamẽtum.& no.bene quomodo Roma.in dicta l.ſi quis mihi bona.§.j.referendo Almanum, dicebat quòd nõ erat uera illa concluſio, per text.in l.eius qui.§.j. de teſtamentis. ubi habetur quòd ille qui eſt damnatus ad mortem per ferrum , nullo modo poteſt teſtari. Nec obſt.ille tex.in dic.l.aut damnum.quia ibi dicitur, quòd ille qui eſt cõdemnatus ad mortem cum gladio , non poteſt iudex uel executor inferre aliam mortem quàm gladii,ſcilicet cum ſecuri uel cum ueneno. Sed aduertas , quia per hæc non recedo à communi opi.ut ſatis dictũ fuit ſuprà in iſta glo.

30 *Statutum uiget Peruſii,quòd occidens forenſem teneatur in ccc.libris. Peruſinus occiditur Aretii, an occidens teneatur in ccc.libris.Quid ſi unus ſecũdum formam ſtatuti debebat condemnari in ccc.libris , & iudex ipſum fecit decapitari ſequendo formam iuris communis , an iudex decapitabitur.*

ANGELVS.

30 *QVAERO,Peruſii uiget ſtatutũ ꝙ occidens forẽſem teneatur in ccc. libris:an ſi Peruſinus alibi occidatur, ubi tu aſsides ,ut puta Aretii:an occidens etiam teneatur in ccc.libris. dic quòd non , imò tantum de ſica. quia quilibet de populo non debet uti illo iure.ita no.Bart.in l.j.in prin. ff.ꝙ quiſque iur. Sed quid econtrà, unus ſecundum formam ſtatutorum non debebat decapitari : ſed omnino cõdemnari in libris ccc.tantummodo iudex noluit ſequi dictum ſtatutum tanquam odioſum,imò uoluit ſequi formã iuris cõmunis,& ipſum decapitari fecit:nam tempore ſyndicatus ipſe iudex dicere non poterit, ꝙ ſibi imponatur prædicta pœna pecuniaria pro homicidio prædicto, quod cõmiſit , faciẽdo ipſum homicidam decapitari.ſed debet ei imponi pœna quam alteri impoſuit [a] , & a
ſic decapitetur. ita eleganter dicit Bar.in l.j.in fi.princip.ff.quod quiſq; iuris. Vnde tu iudex bene caueas & aduertas ad ſtatuta , & noli ſapere pluſquã oporteat. Adde tamẽ ꝙ circa hanc pœnæ impoſitionẽ dixi ſ.ea. glo.in uerſi.quid autem ſi ſunt plures leges &c. & ſic intellige hoc dictum Bar.quando per dictum ſtatutũ in toto receſſum eſt à pœna iuris cõmunis.

ADNOT. a ¶Impoſuit. *Adde & uide do.Iaſon.in d.l.j.Et an ſtatutum ualeat, uide Franc.de Aret.in conſi.lviij. Bernard.*

AVGVST. Tu in hac materia in prima quæſtione, adde ꝙ opinio Barto.tenuerunt Ang. Sali.& Fulgo. ſed Paulus de caſtro ibi tenet contrarium,dicens, ꝙ iſtud ſtatutum nõ poteſt retorqueri contra populum, cum populus non poſsit decapitari: ſed retorquebitur cõtra ſingulos de populo, qui patiũtur uigere tale ſtatutum:& ea quæ cadunt in uniuerſitate,producuntur ad ſingulos de populo,ut delictũ ſit punitũ.alleg.ca.ſi ſentẽtia.de ſent.excõ.in vj.ſed aliqui Mode.ibi approbãt arg. Pau.de caſt. quia illud ca.ſi ſententia.loquitur in ſententia medicinali, & ſic in pœna medicinali , & leuis præiudicii:ut in

cap.j.

cap.j.co.titu.nos uerò in aliis pœnis.
d.l.j.ff.de magiſtrat.conue.& inquã-
tum do.Ang.hic tetigit aliã ij.q.quã
tangit Bart.in d.l.j.ff.ꝙ quiſque iur.
qui dixit,ꝙ poteſtas debeat decapi-
tari, qui decapitauit illum qui in ccc.
debebat condemnari: addatis ꝙ idẽ
dixit Bal.in rub.C.de pœna iudi.qui
malè iudi.& uide Bal.in d.l.j.ff.quòd
quiſque iur.ꝙ ſi poteſtas pro uulne-
re illato decapitaret aliquẽ, decapi-
tabitur ipſe poteſtas,ſi intulit uulnus
in aliquem : non ſic in tortera : quia
ſi torſit non torquendũ, nõ punietur
ſimili pœna,ſed agitur actione iniu-
riarum. Idem uoluit Sali.in l.ſi.C.de
pœna iudi.qui malè iudi.de quo ui-
de Bal.in l.decuriones.C.de queſtio.
Itẽ cõſidera, ꝙ iſti præſupponũt ua-
lere ſtatutũ, quod imponit pœnã pe-
cuniariã pro homicidio. ſed an tale
ſtatutũ ualeat,uide Ro.in ſingul.ſuis
ſecundi anni in penul. ſingula.quod
incip.iudex poteſtatis conſuluit me.
& ibi alleg.bonas deciſiones,diſtin-
guens multùm notanter.

31 *Damnatus eſt aliquis ad mortem &*
*iuſtè,an poſſit executio differri.*

ANGELVS.

31 * QVAERO, aliquis eſt damna-
tus ad mortem,& iuſtè,an poſſit dif-
ferri executio.reſpondit Cyn. Pet.&
alii in l.j.C.de bo.proſcri.ꝙ ſic:ſi di-
catur, ꝙ erat obligatus reddere ra-
tionem ſibi:ut eſt caſus in l.ſeruo le-
gato.§.pen.ff.de leg.j.quod not.fa-
cit l.ſi ſeruus uni.in princ.ff.de leg.j.
ſed aduertas quia dicit Ang. & Imo.
quòd hoc non ſeruatur , quia poſſet
committi fraus. facit l.j.cum ibi no.
per Cyn.& doct.C.de bon.dam.

AVGVST. Tu autẽ in hac ma-
teria adde , & dic ꝙ miror quòd iſte
doctor qui faciebat profeſsionẽ,ꝙ
melius ſciebat dicta Barto.quàm ali-
quis alius doctor , ignorauerit dicta
Bar.in hac materia quæ poſuit in l.ij.
§.j.ff.de cuſt.reo.ubi examinans iſtã
difficultatem dixit breuiter,ꝙ execu
tio corporalis nõ poteſt differri per
exactionẽ pecuniariam,uel per red-
ditionẽ rationis,quando aliquis pe-
teret aliquam dilationẽ longam:ſe-
cus ſi breuem. & uide Ro.in notabi-
libus ij.anni,in notabili xl.in ordine
meo,qui allegat Bart.in illo loco,&
unum bonum tex.& ibi Barto.ita in-
telligit illum tex.in l.j.C.de bo.pro-
ſcrip.uide Ang.in l.is qui reus.in fin.
ff.de pub.iud.& uide Ro.in ſingula.
iij.anni,ſingulari xj.quod incipit,po
teſtas unius loci,qui ponit alium mo
dum differendi executionem corpo
ralem,qui dicit,quòd ſi ille erat arti-
fex eximius,& ciuitas ipſa eo egeret,
eſt iuſta cauſa differendi.ibi uide.

32 *Statuto dicente uel ſententia, pro tali*
*delicto imponatur pœna capitis uel ca*
*pitalis,quid important talia uerba:&*
*an poterit caput amputari.*

33 *Statuto dicente non quòd pœna capi*
*talis,ſed capitis imponatur, quomodo*
*intelligetur.*

34 *Damnandus pœna capitali ex forma*
*ſtatuti,ſi ſit ſeruus,amputabitur ei ca*
*put.*

ANGELVS.

32 * QVID ſi ſtatutum dicat, ꝙ pro
tali delicto imponatur pœna capitis,
a uel [a] capitalis,uel quid:ſi iudex illud
dicat in ſentẽtia,quid importent di-
cta uerba, an poſsit amputari caput,
ut dicit præſens ſententia?Iſtã q.for-
mat Imo.in l.ij.uerſi.item adde,quid
ſi ſtatutum &c.ff.de pub.iud.ubi dicit
uideri tex.in l.eos.§.ſuper his.C.de
appel.



appella.ꝙ non debeat decapitari. &
ita dicit Ioan.And.in c.quanto.ſuper
j.glo.de iureiur.bene facit l.qui cum
maior.§.is demum.ff.de bon.lib.be-
ne facit l.j.cum glo.C.de fal.& ſic ui
detur dicta pœna uerificari in exilio,
uel alia pœna,quàm amputatio capi
tis:ut l.edicto.§.rei autem capitalis.
ff.de bo.poſ.& not.glo.in l.tranſige-
re.C.de tranſact.& in d.l.ij.de publi.
iudi.Quod intellige uerum,niſi ali-
ter conſtaret de mente ſtatuentium:
ut l.iij.C.de libe.præter. & etiam in-
telligit quãdo imponit pœnam alio
caſu, quàm ius commune. nam aliàs
intelligeretur ſecundum iuris com-
munis diſpoſitionem. argumẽ.l.ij.C.
de noxa.& cap. cauſam quæ.de re-
ſcriptis.

ADNOT. a ¶Quæ dicatur
pœna capitis. *Adde & uide Capo.*
*in cõſi.xvj.& uide Pet. de anch.in conſi.*
*clviij.ubi declaratur quòd ubi & quibus*
*caſibus quis debet mori de iure ciuili,&*
*de iure cano. habet locum pœna perpetui*
*carceris.& ibi etiã,quòd prælatus tranſ-*
*latus ad eccleſiam,& rapinam commit-*
*tens,& extorſiones in eccleſia in qua fue*
*rat prælatus, debet degradari tanquã ue*
*nerit in profundum malorum. & ultra*
*prædicta uide Alex.in conſi.ciiij.in j.uol.*
*& in conſi.cxvj.in iiij.uol.Ber.*

AVGVST. Tu autẽ in hac ma-
teria adde ꝙ Sal.in l.ij.C.de fal.mo.
approbauit illam deciſionem Ioan.
And.quam poſuit in iſta materia in
d.ca.quãto.ut cũ pœna capitalis poſ-
ſit aliquas pœnas comprehendere,
& mortis,& deportationis, & ſuma-
mus nos in mitiorem partem , pro
hac ſententia allego Cy.in terminis
in l.j.C.de fal.qui dixit, ꝙ pœna ca-
pitalis interpretãda eſt in mitiorem
partem , ut comprehendat deporta-
tionem , & non mortem naturalem.
allegat l.interpretatione.ff.de pœn.
ſed certè contra iſtam communẽ opi
nio.de directo eſt tex.in l.licet.ff.de
uerb.ſignifi.ubi ex omni pœna , quæ
infamiam irrogat , illa dicitur pœna
capitalis:ſequeretur ergo , ꝙ ſtatutũ
imponens pœnam capitalem, debet
intelligi de leuiori pœna , quàm ſit
deportationis,quæ pœnæ enumerã-
tur in l.capitalium.ff.de pœnis.& ſic
uideretur ſecundũ iſtos doc.ꝙ pro
uno maximo delicto imponẽte pœ-
nam capitalem , ſi minor pœna de-
bet attẽdi, ꝙ attẽdatur & imponatur
omnis minima pœna,dummodo in-
famia irrogetur:& hoc modo pœna
nõ erit condigna delicto, contra di-
cta iura , niſi dicamus quòd propriè
& impropriè capitur hoc uerbũ,pœ-
na capitalis. impropriè largo ſum-
pto uocabulo , ut dixi in pœna infa-
miam irrogante,aliàs ſecus.& ita di-
xit iuriſconſultus in d.l.licet.In ſtatu
tis uerò uerba propriè debent ſumi,
33 ergo &c. * Sed aduerte, quia dubi-
to:quãdo ſtatutum dicit, non ꝙ pœ-
na capitalis imponatur, ſed ꝙ pœna
capitis imponatur. Nam Bald.in l.ij.
C.de fal.mo.dicit per illum tex.ſi ſta
tuto cauetur , ꝙ pœna capitis quis
puniatur, iudex quam pœnam mor-
tis uult, poteſt imponere, uel com-
burere , uel decapitare , uel ſuſpen-
dere. præterea text.in l.hos accuſa-
re.§.omnibus.in uerbo,capitis.con-
iuncta glo.uult quòd iſto caſu intel-
ligatur de pœna mortis. Idẽ eſt tex.
ff.de pœnis.in l.relegatis. in uerbo,
capitis.& ibi gl.ſed aduerte,per hoc
non recedere à cõmuni opi.per illũ
tex.in l.j.& per doctrinam Cy.ibi, &
Salic.

Sali.C.de fal.tantum eſt dicere pœna capitalis, quantum pœna capitis. Nec obſt.illa iura allegata per me: quia ibi pœna illa capitis nõ poterat intelligi,niſi in pœna mortis:quia reſpectu illius,in quem debebat inferri pœna capitalis,uel capitis,non poterat cadere alia pœna capitalis, qa erat ſeruus, in quem nõ cadit amiſſio ciuitatis, uel libertatis,iuxta l.ij. ff.de pœn.& ideo dixerunt rectè ibi illæ glo.in d.§.omnibus.& in d.l.re-
34 legati.* Idem dico in ſtatuto:ſi quis capitali ſentẽtia ueniret condẽnandus,& eſſet ſeruus:tũc ille decapitabitur, quia aliæ pœnæ capitales propriè non poſſunt cadere in ipſum.& propriè pœnę capitales ſunt iſtæ,quę enumeratæ ſunt in d.l.licet.& in l.ij. ff.de pœn.pro hac opin. cõmuni eſt tex.in glo.in l.j.C.ne Chriſtianũ mãcipiũ.in uerbo, capitali ſentẽtia.ubi tex.dicit,Iudæus emens Chriſtianum mancipiũ capitali iudicio feriatur.& glo.dicit,capitali iudicio.i.deportatione.& uide Moder.poſt do.Abb.in c.at ſi clerici.extrà, de iudiciis.& de materia per Sali.in l.is qui cũ telo.in fi.j.col.C.ad legẽ Corneli. de ſica.& hæc intelligo, quando ſtatutum ſeu conſtitutio loqueretur inter laicos: ſecus ſi eſſet conſtitutio epiſcopi, & loqueretur contra clericos:quia etiã ſi diceretur morte moriatur, intelligeretur de excommunicatione per regulam traditã in c.per uenerabilẽ. extrà,qui filii ſint legitimi.Adde quæ dicã infrà in proxi.addi. & uide Bar. in l.fi.C.quæ res uend.non poſſint.

35 *Clericus commiſit delictum morte dignum, & ſententia lata eſt quòd decapitetur, an ſententia mittatur executioni.*

36 *Caſus degradatione digni qui ſint: & an hæreticus, licet non ſit incorrigibilis, debeat degradari.*

37 *Falſarius literarum apoſtolicarum & coniurans contra epiſcopum, an degradari poßint, licet incorrigibiles non ſint.*

38 *Sortilegus & homicida licet incorrigibiles non ſint, an ualeant degradari.*

39 *Degradationis forma quæ ſit, & degradatio eſt duplex.*

40 *Clericus in crimine hæreſis poſt depoſitionem, an tradatur curiæ ſeculari.*

41 *Falſarius literarum apoſtolicarum, an poſt depoſitionem tradatur curiæ ſeculari.*

42 *Calumniam uel contumeliam inferẽs epiſcopo ſuo, uel ſortilegus, an depoſiti tradantur curiæ ſeculari.*

43 *Exceptio per identitatem rationis extẽditur ad ſimilia, & an ſchiſmaticus depoſitus tradatur curiæ ſeculari.*

ANGELVS.

35 * QVID autẽ, ſi eſt clericus qui commiſit tale delictum ex quo debet mori,an ſimiliter lata ſententia, quòd debeat decapitari, fiet executio dictæ ſententiæ? dic quòd nõ, ſed debet fieri primò degradatio: iuxta c.degradatio.de pœ.in ſexto. quo facto poteſt poſtea tradi morti naturali,ſed qualiter fiat iſta degradatio, ſtatim dicam:prius tamen uidẽdum eſt ex quibus cauſis ſit permiſſa: quibus uiſis, uideamus poſtea formã & mo-
36 dum ipſius degradationis. * Caſus autẽ ex quibus fieri poſſit & debeat, ponuntur maximè per Antonium de but.& alios,in c.at ſi clerici.de iudi. uerſi.quæ autẽ ſunt delicta degradatiõe digna.ubi dicit, ꝙ omne graue delictũ, ſit iuſta cauſa degradatiõis: ut c.qualiter & qñ.de accu.de uerb. ſignifi.c.nouimus.& de pœnis.c.tua. quod intelligit uerũ,dummodo concurrat etiã incorrigibilitas:ut c.cum non ab homine.eo.tit.aliàs autem ſi ſit graue delictũ, ſi tamen nõ ſit incorrigibilis,regulariter non eſt degradatione dignũ:fallit tamen hoc quãuis nõ ſit incorrigibilis, ſi tamẽ eſt graue delictũ,degradatur primò in crimine hæreſis. de hæret.ca.ad abolendã.& in c.excõmunicauimus. quod nõ placet.ibi Ant.de But.quoniã hæreticus non degradatur, niſi ſit incorrigibilis uerè uel præſum-
37 ptiuè:ut c.uergentis.eo.tit.*Secũdò fallit in literarũ falſario ſedis apoſtolicæ:extrà de falſis.c.ad falſarios. & iſtos caſus ponit gl.in d.c.cũ non ab homine.& d.c.ad abolendã.& c. nouimus.& xj.q.j.c.ſi quis ſacerdotũ.ubi gl.addit aliũ caſum, uidelicet in coniuratione contra epiſcopum. ſed doc.in d.c.cùm non ab homine. reſtringunt etiã ad incorrigibilitatem:& iſtã opinionem tanquam digniorẽ approbat Butr.& allegat gl.
38 de uerb.ſignifi.c.nouimus. *Tertiò fallit in ſortilego:ut ij.q.vij.c.admoneant. quid de homicida? dicit idẽ Butr.in d.c.at ſi clerici.quòd eſt dubium: & tamen dicit,quòd tenetur, quòd homicida non incidat in pœnã degradationis,ut extrà de homicid.c.ij.& ibi Hoſt.licet gl.aliter ſenſerit.qui cleri.uel mona.c.ij.in gl.fi. & eſt caſus in d.c.cũ nõ ab homine. nõ obſt.tex. allegatus in cõtrarium, quia ibi degradatio ſumitur pro depoſitione uerbali: ut ibi not.& ibi do. Ant.dat unã regulã,quòd quantumcunque in iure aliquando reperiatur pro grauibus etiã imponere pœnã degradationis, intelligentur de uerbali diſpoſitione, uel loquuntur de incorrigibili.Et de iſta pœna degradationis, & aliis multis, uide gl.ordinariã & plenã.de offic.ordi. c.ad comprimendum.in glo.ij.& de uariis pœnis ſuſpenſionis,uide glo. in clem. cupientes. de pœnis.adde quod no.Abb.in d.c.at ſi clerici.ſecundũ quandam diſputationem do. Pet.de Anch.in uerſi.ad tertiũ, quæ ſunt crimina actuali degradatione digna,quòd etiã clericus poteſt degradari & dari puniendus curiæ ſeculari,quãdo cõmiſit arduũ crimen & qualificatũ,ut homicidiũ,ſed non ſimplex: quia non traderetur curiæ ſeculari.ita intelligitur c.cùm nõ ab homine.de iudic.ſed ſi eſſet qualificatum, ut quia proditoriè interfecit uel aſſaſſinauit: iuxta c.j.de homicid.in vj.uel patrem aut aliũ coniunctum interfecit, & ſic tenetur de parricidiis,tunc cũ eccleſia non habeat quid ultrà homicidæ imponat, iuxta c.cũ non ab homine.debet degradari, & dari curiæ ſeculari puniendus: ut d.c.cũ non ab homine, in fi.etiam ſi non eſſet incorrigibilis.idẽ erit in aliis grauibus delictis non ſimplicibus, ſed qualificatis, ut eſt in adulterio cũ raptu uel uiolentia: & ſic de ſingulis,quod no.quia Ferrariæ uidi de facto in raptore adulterante quandam mulierẽ.facit l.ſi adulteriũ cum inceſtu.ff.de adul-
39 teriis.*Nunc reſtat uidere formam degradationis,poſtquã uidimus ex quibus cauſis poteſt fieri:nã duplex eſt degradatio, una uerbalis, altera actualis ſiue ſolennis:ut d.c.degradatio.de actuali & ſolẽni dicamus, quæ eſt ad propoſitum noſtrũ: quæ actualis degradatio fuit inuenta ad

ſimilitudinē exautorationis armatæ militiæ,quoniā miles cœleſtis militiæ & armatæ æquiparantur:ut no. gl.& doc.in l.miles.in prin.ff.de re iudi.Et dicta exautoratio fit in milite armato, quia detrahuntur ab eo inſignia militaria:ut dicit tex.in l.ij.§.ſed ſi exautorauerit.ff.de infamia.& ibi glo.dicit ſic,epiſcopus degradat ſuum clericū, & allegat in auth.ut cleri.apud propri.epiſco.in ſi.ita etiam dicit text.in d.c.degradatio.uer.actualis autem.Et iſta eſt forma, quòd ſi eſt ſacerdos degradandus, ueſtitur ac ſi deberet celebrare,& ei datur calix in manibus : ſi autem eſt diaconus,ueſtitur ut diaconus cum libro euangeliſtarū in manu:ſi uerò ſubdiaconus, ueſtitur ut ſubdiaconus,habens librū epiſtolarū in manu,ac ſi deberet officio ſuo ſolēniter miniſtrare.quo facto adducitur ad præſentiam epiſcopi, qui epiſcopus incipiendo ab eis quæ ultimo loco dicto degradādo data fuerūt, cùm ordinatus antea publicè fuerat, & poſtea deſcendendo gradatim uſque ad primā ueſtē quæ traditur in collatione tonſuræ:quo facto raditur caput ſeu tondetur,ne clericatus ueſtigiū in eo remaneat : & iſta actualis degradatio ſufficit.poteſt tamen epiſcopus,ſi uult,in ipſa degradatione uti certis uerbis ad terrorē dicendo presbytero in remotione planetæ:auferimus tibi ueſtē ſacerdotalē,& te honore ſacerdotii priuamus:ſicq; in remotione reliquorum inſigniū ſimilibus uerbis utēs: in remotione autem ultimæ ueſtis quæ in collatiōe ordinū fuit prima, ſic dicat:autoritate Dei omnipotētis patris & filii, & ſpiritus ſancti, ac noſtra,auferimus tibi habitū clericalem, & deponimus, degradamus & ſpoliamus,& exuimus te omni priuilegio clericali &c. Iſta ſunt quaſi uerba ad tex.d.c.degradatio.de quo uide Spec.in tit.de accu.§.ij.uerſi.degradatur autē.& per doc.iuris ciuilis:ut per Iac.But.& Bald.in auth.presbyteri.C.de epiſco.& cleri.per Bar.in l.qui cū uno.§.exautoratus.ff.de re mili.& in d.l.ij.§.j.ff.de infa.qui tamē legiſtæ alio modo loquuntur:quia in ueritate degradatio iuris ciuilis eſt alia à degradatione ſacri ordinis.

AVG. Tu autem in hac materia quam tangit hîc dom.Ang.quæ eſt materia degradationis,& merè ſpiritualis, & ſatis trita per doct.adde primò, quòd melior glo.quæ ſit in corpore iuris,eſt illa gl.quæ eſt in c.ad abolendā.extrà de hære.quæ dicit quòd in tribus caſibus poſt depoſitionē clericus relinquitur curiæ ſe-
40 culari.*Primus in crimine hæreſis: & idē uoluit gl.in c.cū non ab homine.extrà de iud.& dic quòd uera eſt iſta concluſio,quòd iſte caſus rectè non excipitur:quia ſi uult pœnitere, non debet tradi curiæ ſeculari,ſed debet retineri in carcere ad agendam pœnitentiā.c.pe.extrà de hære. & poteſt illa pœna commutari in aliam.c.commiſſi.extrà de hære.lib.vj.niſi eſſet relapſus : quia tunc ſine ulla audiētia traditur curiæ ſeculari. c.accuſatorem.de hære.lib.vj.& in tali relapſo uerificatur caſus poſitus
41 in d.c.ad abolendā.*Secūdus caſus eſt in crimine falſi.c.ad falſariorum. extrà de crimine falſi.Et ſi opponitur de c.nouimus.extrà de uerb.ſig. §.fin.dic, quòd eſt ſpeciale in caſu illo.



42 illo.*Tertius caſus propter calumniam uel contumeliā quam quis intulit epiſcopo ſuo:ſed aduertas,quia doct.cōmuniter nō tenent hoc, niſi data incorrigibilitate in clerico. Abſurdum enim eſſet dicere, quòd propter homicidiū nō traditur clericus curiæ ſeculari:ut in d.c.cū non ab homine.ſed bene propter contumeliā cōmiſſam in epiſcopum.Et iſtam partē quòd nō tradatur curiæ ſeculari, niſi data incorrigibilitate propter ſimplex uitiū cōmiſſum in epiſcopū, tenuit gl.in d.c.cùm non ab homine.& ibi communiter doc. & doct.in c.fin.extrà de teſti.cog.& ibi aliqualiter facit gl.& gl.in terminis,in ca.ſi quis ſacerdotii.xj.q.j.& gl.in d.c.nouimus.& glo.in c.ſi qui ſunt.ij.q.vij.incip.d.Ant.aliū caſum de ſortilego.ſed do.Abb.ibi,contrà licitū eſt extendere iura.Aduerte tamen pro opi.do.Anto.de Butr.facit quia caſus excepti à regula propter identitatē rationis extenduntur ad ſimiles.c.cum dilecto.de confirma. utili.uel inutili.ubi eſt melior tex.de corpore iuris.& in l.his ſolis.C.de reuo.do.ubi eſt melior text.de iure ciuili.& text.in c.j.§.porrò.quæ ſit prima cauſa benefi.amit.ubi eſt tex. ſingu.ſecundū Bald.facit l.ob æs.C. de prædiis minorū. ſed iſte caſus in ſortilego uidetur ſimilis caſibus ex-
43 ceptis à regula,*& per conſequens exceptio per identitatē rationis extenditur ad ſimilē gl.uoluit Io.Cald. in c.ſeries.extrà de teſt.per do.Abb. in c.iurauit.de probatio.ergo &c. Adeſt alius caſus in ſchiſmatico.uide per Ioan.And.in d.c.cum non ab homine.ut cōprehēdat caſum quando eſſet ſchiſmaticus contra Romanam eccleſiam:ſecus ſi cōtra epiſcopum. uide ibi Abb.aliter diſtinguentem. & inquantum dom.Abb.referendo illam diſputationē do.Pet.de Anch. in d.c.at ſi clerici.uoluit, & communis doctr.doc.in c.cum non ab homine.limitare:ut iſta nō procedant in uno delicto atroci qualificato, uel pluribus geminatis : quia dicit, quòd ſi clericus cōmiſit aſſaſinamentum uel homicidiū ſacerdotis proditoriè,cum ſpoliatione bonorum, uel cupiditate bonorum occidit patrem uel matrem,uel eccleſiam ſpoliauit rebus deputatis ad cultum diuinū,uel ordinauit prodere patriā, uel plura homicidia,falſitates,& latrocinia cōmiſit:certè iſte talis clericus debet degradari abſque alia incorrigibilitate,& tradi curiæ ſeculari:& ſic non habebit locum diſpoſitio c.cum non ab homine.& certè ſtringunt rationem domini Petr.de Ancha.& domi.Abb.& ita aliàs practicaui : quia multi doct.Mod.iſtam partem tenent poſt do.Abb.& aliàs fui cum doct.iuris canonici in maxima diſputatione,qui ſemper uolunt defendere clericos:& mouebar,quia hoc dixit in terminis text.in dicto capit.ad falſariorum.ubi Papa uult, quòd in crimine falſificantis falſas bullas Papæ,uel alio atroci delicto, debet clericus degradari & tradi curiæ ſeculari : ego neſcio cauillare illum tex.nec ſcio fugere ipſum,niſi quis uelit deſtruere eum. Præterea text.in c.j.extrà de homicid.in vj.& ibi Dominic.de ſancto Geminian. qui dicit per illum text.quòd ſi clericus cōmiſit unum homicidiū per aſſaſinamentū,nedū debet degradari,ſed poteſt per iudicem laicum puniri

niri abſque alia degradatione:& ui
de quomodo eleganter inducit do-
minic.de ſancto Gemi.illũ tex.Præ-
terea Bal.in d.c.cùm non ab homi-
ne.dicit quòd ille tex.& eius diſpo-
ſitio non habet locũ in enormi de-
licto. & idem uoluit do.Pet.de Anc.
in regula,ea quæ.extrà de reg.iuris.
in vj.qui refert,ꝙ quidam clericus,
qui multa enormia fecit, ultimatè
occidit proditoriè quendã ſacerdo
tem ſancti Martini,& poſtea eũ de-
robauit:omnes clamabãt iſtum de-
gradandum. Tandẽ dicit,ꝙ ipſe &
multi doct. hic conſuluerũt iſtũ de-
gradandum propter atrocitatẽ deli
cti, & tradendum curiæ ſeculari:nõ
tamẽ epiſcopus ad hoc cogitur, ſed
poteſt,ſi uult. & idem uoluit Pet.de
Anch.in d.c.cùm nõ ab homine. &
in conſi.cxlv.incip.ex narratis in fa-
cto.& in c.j.extrà de homic. & uide
omnino domi.Abb.in d.c.cùm non
ab homine. qui approbat dicta per
ipſum in d.c.at ſi clerici.& doc.non
allegant do.Abb.in c.j.extrà de ho-
mici.ubi expreſsè hoc affirmat.cer-
tè condigna pœna eſſet in clerico
in huiuſmodi atrocibus delictis, in
quibus ſi unus laicus eſſet particeps
& conſocius criminis,quòd combu
reretur unus laicus, uel in fruſta di-
laniaretur, uel in mare proiicere-
tur,uel ad beſtias traderetur,& cle-
ricus autor delicti ſolùm detrude-
retur in monaſterium, uel incarce-
raretur,contra tex.non affectamus.
xxiiij.q.j.c.quæſiuit. de his quæ fiũt
à maiori parte c. ubi habetur, quòd
pœna debet commenſurari delicto.
& ideo rectè dixit Bal. in ſolẽni ſua
repetitione l.cũctos populos.C.de
ſumma trini.& fide cath.quòd bene
faceret epiſcopus clericos commit-
tentes delictum punire ſimili pœna,
qua punitur laicus committẽs ſimi-
le delictũ.Nec obſt. quòd in pœna-
libus non debemus facere extẽſio-
nẽ:quia ſatis dictũ eſt ſuprà in aliis
caſibus,exceptis ultra glo. quia nos
non extẽdimus, ſed lex:quia ubi eſt
eadẽ ratio uel maior,non eſt exten-
ſio,ſed eſt legis diſpoſitio,iuxta gl.
not.in c.j.extrà de temp.ordinan.&
ideo rectè dixit glo.in l.quiſquis.C.
ad legẽ Iul.maieſt.licet illa diſpoſi-
tio ſit pœnalis,quæ loquitur in pa-
tre,tamẽ extenditur in matre.& illã
glo.ſequuntur doc.multa exẽpla ſi-
milia poſſem in mediũ afferre quæ
omitto,ne impleã folia. Formã au-
tem degradationis uide in locis al-
legatis per do.Ang.hic.& uide per
Pet.de Anch. in quadã diſputatione
ſua,quę incipit,quidã laicus.ubi no.
loquitur de iſta materia.uide tex.cũ
gl.in c.cleric.xlvj.di.uide c.j.de obl.
ad ratio.quotuplex ſit degradatio.

44 *Lex uel ſtatutum pro aliquo delicto imponit pœnam ad arbitrium iudicis, an tunc iudex poterit arbitrari pœnam mortis.*

45 *Delicti qualitas ſi non ſuadet pœnam mortis, poterit appellari à ſententia iudicis,licet lege,uel ſtatuto fuerit pœna arbitrio iudicis commiſſa.*

46 *Arbitrariæ ſunt in principe omnes pœnæ, & poterit etiam pœnam mortis arbitrari.*

47 *Statuto dicente quòd incurrat in pœnam centum,uel in aliam pœnam arbitrariam, iudex imponere debet ſimilem pœnam non capitalem,& ſi ſtatutum imponat pœnam centũ,uel maiorem,uel minorem,arbitrio iudicis non imponet pœnam capitalem.*

ANG.



ANGELVS.

44 *QVAERO, aliqua lege,uel
ſtatuto imponitur pœna ex aliquo
delicto ad iudicis arbitriũ, an tunc
iudex poſsit arbitrari pœnam mor-
a tis[a].gl.ſing.in §.in ſumma. inſtit.de
iniur.dicit quòd ſic.& idẽ dicit glo.
in l.penul.C.ſi aduer.lib.in glo.par-
ua.Sed Imo.in l.ij.ff.de publ.in uer.
quid autẽ ſi aliquo caſu pœna &c.
dicit quòd quãdoque lex,uel ſtatu-
tum dicit,ꝙ pœna ſit in iudicis ar-
bitrio, & uſq; ad pœnam mortis: &
tũc clarum eſt, quòd eius arbitrium
poteſt ſe extẽdere ad pœnam mor-
tis:ut l.ſaccularii.§.ſunt quædam. &
ibi caſus.ff.de uar.& extraord.crim.
Quandoque lex uel ſtatutum dicit
pœnam eſſe iudicis arbitrio, dum-
modo ſe non extẽdat ad pœnã mor
tis.& tunc clarũ eſt,quòd illã impo-
nere nõ poterit. probatur apertè in
l.j.de fur.Bar.in l.j.§.expilatores.ff.
de effrac.& expil. & l.iij.de crimin.
ſtelliona. Quãdoque lex uel ſtatu-
tum ſimpliciter dicit pœnã eſſe ad
arbitriũ iudicis : tũc uidetur tanquã
bonus uir arbitrari debere.arg.l.uir
bonus.ff.iudic.ſol.& not.per gloſ.&
Bart.in l.ſi qua pœna.ff.de uerb.ſig.
& c.ſuper his.in glo.in uerbo,arbi-
triũ.& in uerbo,aſtringẽdo.de accu.
& ſic patet quòd ſecũdũ facti quali-
tatẽ aliter, & aliter debet arbitrari.
arg.eius quod habetur in c.ſicut di-
gnũ.de homic.in vj.& d.§.ſunt quæ-
45 dam.*Et ex his patet quòd ſi delicti
qualitas non ſuadet imponi mortẽ,
quòd ſi iudex fuerit arbitratus mor
tem, quòd ab eius arbitrio iniquo
poterit appellari, uel peti,quòd re-
ducatur ad arbitriũ boni uiri:ut no.
gl.ſingularis in d.c.ſuper his.& not.
gl.& Bar.in d.l.ſi qua pœna.de quo
dixi in gloſ. ſuper uerbo, præſente
Caio & appellante.in uerſi.& quòd
poſsit appellari &c. licet illam gl.in
d.§.in ſumma. ſequatur ſimpliciter
Bald.in §.iniuria.in prin.in authen.
de pace iura.firm.co.x.& in l.j.C.de
his qui latro.

ADNOT. a ¶Pœnã mortis. *Adde tu circa hoc,& uide Alex.in cõſil.
cxj.in j.uol.& Cæpo.in conſil.lxxij.latè
per Fely.in c.ex literis.in fi.extrà de cõſti.
& Barb.in conſi.xj.ubi dicitur,quòd iu
dex non poteſt arbitrari pœnam mortis,
ſed Princeps ſic,& ultra.*

AVG. Tu autem in hac materia
adde Imo.in c.ex literis.extrà de re-
ſcri.qui allegat illã gl.in d.§.in ſum-
ma.ꝙ ubi pœna eſt arbitraria,iudex
poteſt imponere pœnam mortis. &
ibi Imo.multũ elegãter loquitur: &
ibi uide an poſsit appellari,ſi malè
arbitrabitur.& illã gl.in d.§.in ſum-
ma.ſequitur Abb.in c.ex literis. di-
cens,ꝙ in hac materia allegat bonũ
tex.in l.ſacrilegii.ff.ad legẽ Iul.pec.
ubi tex.imponit pœnã arbitrariã,&
tamẽ narrat aliquãdo fuiſſe impoſi-
tam pœnã mortis:& illã gl.in d.§.in
ſumma.ſequitur Imo.in ca.inquiſi-
tionis.extrà de accuſ.Dicit tamen ꝙ
debet intelligi illa gl. quãdo quali-
tas delicti hoc importat,aliàs nõ ar-
bitrabitur tãquã bonus uir, qđ face
re debet.allegat Bartol.in d.l.ſi qua
pœna.& illã gl.in d.§.in ſumma. ſe-
quitur Bal.in l.ſi.ff.de rerum diui.&
Bal.in c.j.§.iniuria.de pace iura.fir.
& Bald.in l.j.C.de his qui latro.licet
Bal.in c.j.de pace tenen.nõ uidea-
tur ſequi illã gl.dum allegãdo illam
gloſ.in d.§.in ſumma.uult ꝙ iudex
qui imponere poteſt pœnã arbitra-

riam, nõ poterit imponere pœnam publicationis bonorum, quæ minor eſt morte. arg. l. in ſeruorũ. ff. de pœnis. ſed conſidera, quia illa glo. in d. §. in ſumma. dicit quòd poteſt imponi pœna capitis: non dicit quòd debeat ſibi amputari caput. unde doc. non intellexerunt illam gl. Ad hoc allego tex. cũ gl. in terminis. in uerbo, capitis. in l. hos accuſare. §. omnibus. ff. de accuſa. quæ dicit quòd triplex eſt pœna capitis: pœna mortis, pœna ſeruitutis, & pœna amiſsionis ciuitatis. Non ſequitur: ergo poteſt imponi pœna capitis, ergo de neceſſario poteſt imponi pœna mortis: quia hoc eſt falſum. & ideo referunt Ioan. And. & alii in d. c. quanto. de iureiur. aliàs fuiſſe obtentũ: ſi ſtatutũ imponit pœnã capitis, intelligitur de minori pœna capitis, hoc eſt pœna deportationis: & dictũ eſt latiſsimè ſuprà in addi. proxi. q. Et pro hoc eſt tex. bonus, & ibi doctr. Bald. in l. immerſis. C. de nauf. lib. xj. quòd ille qui arripuit bona ex naufragio, debet puniri pœna arbitraria. & Bal. ibi dicit, uſq; ad pœnã deportationis iſte poterit puniri: nõ dicit Bal. uſque ad amputationẽ capitis. Et ideo refert Raph. Fulg. in l. præſenti. C. de his qui ad eccle. confug. Old. diceret quòd aſſeſſores practicant, ut dicatur quòd pœna capitis imponatur donec moriatur. Miror quòd iſte doctor, qui facit iſtum tractatũ maleficiorum, non alleget iſta in hac gl. & uide in hac materia bonũ tex. in l. qui cùm maior. §. his demum. ff. de bonis liber. an pœna capitis neceſſariò inferat pœnã mortis: & ibi dicitur quòd non: licet pro illa gloſ. multùm faciat text. in dicta l. ſaccularii. §. ſunt quidam. & ibi Angel. qui dicit, quòd pœna capitis in dubio intelligitur pœna mortis: & illa doctrina deſtruit dictum doctorũ in d. cap. quanto. & eſt text. in l. lex Iulia de repetundis. §. fin. ff. ad legem Iul. repetund. quoniam Bald. allegat in l. j. C. ne ex delic. defunc. quòd pœna capitis intelligitur de amputatione capitis. Et ego in terminis allego tex. cum glo. in l. relegatis. in uerbo, capitis. ff. de pœnis. Sed reſponde ad illum text. cum gl. ut dixi ſuprà in addit. proxi. & uide tex. in c. omnis lex. iiij. diſtin. Si quis autem uult tenere illam gl. in d. §. in ſumma. pro illa glo. eſt bona glo. in c. dictum. lxxxj. diſtin. quæ uult quòd ubi pœna eſt arbitraria, iudex ſecundum qualitatem delicti poteſt imponere pœnam mortis, hoc eſt, tradere illum reum curiæ ſeculari. ſed certè pro iſta ſententia eſt bonus text. in dicta l. lex Iulia de repet. §. fi. dum uult, quòd illa pœna extraord. & ſic arbitraria poteſt extendi incluſiuè, uſque ad amputationem capitis ex qualitate delicti. Arbitrabitur tamẽ iudex illam pœnam quæ imponitur ex conſuetudine, ſecundũ Bald. in l. quicunq;. C. de ſer. fug. & ſatis dictũ eſt ſuprà in iſta glo. in addi. meis. in dubio tamẽ in arbitrando debet inclinari in mitiorem partẽ: ut not. in c. de cauſis. extrà de offici. delega. & ſatis dictum eſt ſuprà in hac eadem gl. Præterea iudex etiam non debet eſſe nimis gratioſus. ita dixit Bal. in d. l. quicunq;. C. de ſer. fugi. allegando Ioan. And. in c. j. de re iudic. in vj.
46 hoc intelligas in iudicibus: *in principe autẽ omnes pœnæ ſunt arbitrariæ, & poterit arbitrari pœnam mortis. caſus eſt in l. j. C. de ſacroſan. ecc. faciunt not. ibi per Bal. in repet. ſua.
47 * & ſuprà dicta nullũ dubiũ haberẽt, ſi ſtatuto caueretur, quòd reus incurreret in pœnam centũ ducatorũ, uel in aliam pœnã arbitrariam: quia iudex ſimilẽ pœnã imponere debet: non autẽ capitalem. iſta eſt ſentẽtia omniũ, maximè Bal. in d. l. quicunq;. & in l. conuenticulam. C. de epiſc. & cleri. & Bal. in l. ij. C. de proba. quòd ſi ſtatutũ imponat pœnam centum, uel maiorem, uel minorem arbitrio iudicis, quòd non imponit iſto caſu pœnam capitalem. & Bald. in l. & ſi poſt tres. in lectura. ff. ſi quis cau. qui uidetur limitare, niſi poteſtas haberet liberũ, uel plenum arbitrium. & omnino uide pulchra uerba Roma. in rub. de arbi. in iiij. char. Adde Mathe. in no. xlix. qui approbat gl. in d. §. in ſumma. dicit tamen, quòd ſi iudex arbitratur, quòd imponatur maior pœna, quàm ſit ſolita imponi, ubi de cõſuetudine appareat, dicitur partẽ grauare: & malè facit, niſi ex cauſa faciat, per l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in crimine in quo tacitè uenit bonorũ adẽptio, nõ debet dicere in ſententia, cõdẽnamus dictũ Caium cum bonorũ confiſcatione: & quare non.*

2 *Iudex in ſententia, de qua ſuprà, dicet ſic, condemnamus ad mortẽ dictũ Caium, & eius bona publicamus.*

3 *Bona damnatorum, an hodie regulariter intelligantur confiſcata, quando alquis eſt damnatus ad mortem.*

4 *Bona an aliquo caſu confiſcari poſsint abſque ſententia.*

ET eius bona publicamus, &c. præſentibus T. D. G.



1 & l. teſtibus &c. * Sis bene cautus tu iudex, in crimine in quo tacitè uenit bonorũ ademptio, quòd non dicas in ſentẽtia tua, condẽnamus ad mortẽ dictũ Caium cum publicatione ſeu cõfiſcatione bonorũ: quia tunc ademptio bonorum, cùm ſit acceſſoria ad pœnam corporalẽ, ſi interim pẽdẽte appellatione moreretur reus, ſicut extinguit crimen corporale, ita etiam extingueretur quò ad bonorum confiſcationẽ: ut l. iij. & ibi Iac. Butr. C. ſi pend. appella. mors int.
2 *Sed facias bonorum publicationem æquè principaliter[a], ſicut pœnam corporalem per copulã, &, quæ principaliter, & æqualiter copulat: ut glo. in rub. ff. de iu. & fac. igno. & ſic dicas, & eius bona publicamus. ita dicit Bar. Bal. & alii in d. l. iij. cum ſi. & Bart. in l. j. ff. eo. & Ang. & Imo. in l. defuncto. ff. de publi. iudi. & idem tenet Salic. in l. ſi quis. C. ſi reus, uel ac. mor. fue. & uide Bart. Bald. Ang. & Raph. & Ioan. de Imol. in l. qui à latronibus. §. fi. ff. de teſta. & not. Bart. in l. iiij. ff. de leg. j. & hoc eſt perneceſſarium, quoniam hodie quando uis quòd bona cõfiſcentur, in ſententia expreſsè de cõfiſcatione fiat mentio: nam licet olim propter damnationem ad mortem bona eſſent confiſcata, excepta certa parte, quæ filiis reſeruabatur: ut l. j. ff. de bo. dam. & ibi per Bar.
3 *tamen hodie bona damnatorum regulariter nõ intelliguntur confiſcata, quãuis quis ſit ad mortẽ damnatus, niſi expreſsè in ſentẽtia capitali etiã bona publicentur, niſi in crimine læſæ maieſt. & in aliis certis, de quibus j. dicetur. & niſi quando quis bannitur quòd nudus debeat exulare: ut l.

amiſsione. §. qui deficiunt.ff.de ca.
dimi. & not.Bart. per illum tex.in l.
tutelas. §.fin.eod.tit. & hodie etiam
iſto caſu niſi expreſsè in banno, &
ſententia dicatur, non incorporan-
tur in fiſcum,imò bona deſcenden-
tibus,& aliis reſeruantur,ut in auth.
bona damnatorum.C.de bo.damn.
quinimò etiam ipſi bannito poteſt
pars bonorum per iudicem in ſen-
tētia reſeruari,ut eſt caſus in l.ſi qua
militi. §.j.ff.ex quibus cau.maio.

ADNOT. a ¶Aeque prin-
cipaliter. *Adde tu & uide* Io.de Ana.
*in conſi.lix.& uide etiam* Bar.*in conſil.
clvij.incip.* In Dei nomine,*ſuper his quæ
ſuprà dicta ſunt.* Ber.

AVG. Tu autem in hac materia
licet Bart.fuerit primus, qui in me-
diū adduxit illā nouam concluſionē
in hac materia publicationisbono-
rum,quādo uenit tacitè in ſententia
capitali, an iudex loquatur per di-
ctionem,&: an per dictionē,cum:&
uideatur cōmunis eſſe ſentētia doc.
quam approbat etiam Rapha.Ful.
in d.l.iij.tamen reperio Salic.in d.l.
ſi quis.C.ſi reus uel accuſa.mor.fue.
multùm ſingulariter limitātē iſtam
materiam, niſi iudex in ſententia di
ceret iſta uerba,cum iſta clauſula, ꝙ
ſi ſententia eſſet ſupra,uel ultra ius,
quòd eam reducebat ad ius commu
ne:quia cùm tunc appareat, ꝙ non
uult partē grauare,tantū eſt ſi iudex
loquatur per dictionem,&:ſiue per
dictionem,cum:quia tunc illa copu
la,& : coniungit acceſſoriè, & non
principaliter ex proferentis mente.
Et ideo ſi iudex dicat,talem depor-
tamus,& bona publicamus, & poſt-
ea ſubiungit illam clauſulam quam
poſuit ibi Sali.mortuo reo, non eſt
opus appellare per prædictas ratio-
nes allegatas à docto. in locis ſuprà
allegatis. certè iſta eſt notabilis li-
mitatio ad prædicta, & miratus ſum
ſæpenumero,quòd Salice.qui ſolet
eſſe merus recitator, de ſuo capite
hoc dixerit. Sed poſtea reuoluens
mēbranas, inuenio iſta fuiſſe illius
acutiſsimi ingenii Bal.ubi alibi po-
nens iſtam materiā hæc dicebat de
uerbo ad uerbū in iſta materia.nam
Bal.in l.j.C.ne ex delict.defun.in iij.
col. hoc expreſsè dicebat. quinimò
in hac materia ibi uidetur morde-
re Bart. quòd dicta ſua non placent
contra ea quæ ipſe Bart. dixit cōtra
Bartoluciū illū de Prato,qui diſpu-
tauit iſtam materiam. & ideo Bal.in
d.l.iij.C.ſi pēden.appel.mors inter-
ue.reprehendit etiā Bart.quòd non
4 intellexit d.Bartolucii. *Et aduerte
quia do.Ang.hic dicit, quòd hodie
bona non confiſcantur, niſi hoc in
ſentētia dicatur. Aduertas tamen ſi
ſumus in caſu quo bona confiſcatur,
poſſunt bona confiſcari abſque ſen
tentia, putà ſi conſtat per cōfeſſio-
nem reū deliquiſſe: quia licet mo-
riatur reus ante ſententiam, tamen
bona confiſcata ſunt.ita eleganter di
xit Spec.in tit.de accu. §.j.uer.quid
ſi latro.quē refert & allegat Bal.in
hac materia cōfiſcationis de directo
in l.j.C.ne ex delic.defunc.in iij.col.
idē dicit Bal. ſi erat cōcluſum in cau
ſa, & nō reſtabat niſi ferre ſententiā:
& de illo d.Spe. uide ad aliud pro-
poſitū Bar.in l.j.ff.de priua. del.&
latè per Imo.in l. defuncto.ff.de pu-
bli.iudi.& per Ioan.And.ibi,in add.
& de illo d.Specu. poſſem multa in
mediū adducere: ſed quia do.Ang.
hic principaliter hoc non diſputat,
olo



nolo amplius aliquid aliud allega-
re:quia eſſem extra materiā d. Ang.
& oſtenderem quomodo docto.di-
uerſimodè intelligunt, limitant, &
reſtringunt illam doctrinam Spec.

5 *Bona ſi expreſsè publicentur in ſen-
tētia,an bona in alieno territorio exi
ſtentia ſint publicata.*

6 *Bona ſi expreſsè publicētur in ſentē-
tia,an bona in alieno territorio poſita
confiſcētur fiſco proprio ubi ſita ſunt.*

7 *Iudex quando pronunciat ſuper eo ſu-
per quo delictum eſt delictum de iure
communi,ſed ordo procedendi & con
demnandi eſt de iure municipali,putà
quòd contumax habeatur pro cōfeſſo:
an talis ſententia afficiat bona extra
territorium ſita.*

8 *Confiſcatio olim & hodie quando fit,
ſi bona non excedunt ſummam quin-
gentorum aureorum,fiſcus non uide-
tur curare: & de modica quantitate,
quid poſsit iudex facere.*

9 *Creditores unius territorij an poſsint
agere contra fiſcū alterius territorij.*

ANGELVS.

5 *QVAERO, bona expreſsè in
ſententia publicantur, an bona in
alieno territorio exiſtentia ſint pu-
a blicata.[a]Bart. in l.cunctos populos.
in fi.C.de ſumma trin.& in l.fi. §.di
uus.ff.de publ.in effectu concludit,
quòd de iure ciuitates non poſſunt
publicare ſibi propter delicta:ut l.j.
& ibi not.C.de bo.uacan. Item quia
de iure nō habent merū & miſtū im
periū,neque delictorū grauiorū co
gnitionem: ut C. de defen.ciuita.l.
defenſor ciuitatis. Illæ ergo ciuita-
tes Italiæ quæ iuriſdictionē exercēt,
& illa ciuitas quæ ſibi bona publica
uit,hoc fecit uel ex priuilegio à prin
cipe ſibi conceſſo, uel aliqua cōſue
tudine quæ habetur inſtar priuile-
gii:ut l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de
aqua quoti.& æſtiu. hæ ſunt ciuita-
tes quę hodie in camera fiſcali poſ-
ſunt dici procurator in rem ſuam:
nam ad ſui utilitatem utuntur iure
fiſcali ex tacito,uel expreſſo princi-
pis conſenſu:ut dictum eſt in l.item
ueniunt.§.aut ſenatus.ff.de pe.hære.
hoc præmiſſo in quæſtione prædi-
cta,Bart. ſic dicit, aut iuriſdictiones
ſunt ſeparatæ, ſed burſa fiſci eſt una
in effectu in utroque loco:aut iuriſ-
dictiones & burſæ fiſcales ſunt ſepa
ratæ.primo caſu,aut illa publicatio
fit de iure cōmuni, & bona utriuſq;
loci erunt publicata:ut l.ſi quando.
C.de bo.uac.& quod ibi not. & fiet
executio per officiales illius loci,
ubi ſunt bona : unde dicit ſi præſes
qui eſt in marchia pro eccleſia Ro-
mana, publicaret bona alicuius de
iure cōmuni,quòd intelligerētur pu
blicata illa,quę habet in ducatu.Sed
in illis bonis fieret executio per ꝓ-
cura.fiſci,qui eſt in ducatu:ut l.cum
unus.§.fi.ff.de bo.auto.iud.poſſ.aut
publicatio fit ſecūdum conſtitutio-
nes & ſtatuta particularia: & tūc aut
illæ leges ſpeciales ſunt in utroque
loco,ubi ſunt bona:exemplum,plu-
res iudices ſunt deputati ab uno re
ge per diuerſa territoria regis:unus
publicat ſecundum conſtitutionem
regalem : & tunc omnia bona quæ
eſſent in regno eadem ratione per
eaſdē leges ſunt publicata. Si uerò
dictæ leges ſpeciales non ſunt com
munes ad utrūque locū:exemplum,
in marchia ſunt quędā conſtitutio-
nes,quæ non ſunt in ducatu:tunc ta
lis publicatio non extenditur ad bo
na, quæ ſunt extra locum ad quem

protenditur cōditio:ut l. extra territoriū.ff.de iuriſdi.om.iud.Secundo caſu quādo iuriſdictiones ſunt diſtinctè,& burſæ etiā fiſcales diſtinctæ:tūc aut publicatio fit de iure cōmuni,& tūc extenditur ad alia bona alibi ſita,per dictas leges:tamē quęlibet ciuitas habet bona in ſuo territorio ſita,ſecundum quod dicebat Guil.de Cug.quod probat Bar.quia quælibet ciuitas dicitur procur.fiſci, ut ſuprà dictū eſt.ſed ſi eſſet procu. fiſci,& ad utilitatē fiſcalē,& ad eius officium ſpectaret eius acceptatio, & incorporatio dictorū bonorum in fiſcū:ergo nunc ad ipſum pertinet,& ad eius utilitatem.Et pro hoc eſt caſus in l.fi.de auto.tu.& de foro cōpe.c.poſtulaſti.& etiā ibi dicit,ꝙ ſibi nō placet quòd diſtinguatur,an iudex habeat iuriſdictionem à lege cōmuni,uel municipali:quia nō curo unde iuriſdictionem habeat:ſed hoc ſolū,an pronūciet ſuper eo qd' eſt de iure cōi diſpoſitū,an uerò ſuper eo quod lex uel ſtatutū particulare loci diſponit.de iſta quæſtione etiā uide Ioan.de Imo.in l.ex facto. ff.de hære.inſti.& Anto.de But.in c. poſtulaſti.de foro cōpe.& Ioā.And. in addi.Spec.in tit.de accu. §.ſequitur in additione magna.uide etiam Bal.in d.l.j.in fi.tu etiā addas ꝙ not. Dy.Ray.& Bal.in l.ſi pluribus.ff.de leg.j.quādo iudex originis incœpit inquirere cōtra eundē hæreticū,ſed citius expediuit proceſſum ſuum, quęritur cuius bona & quæ bona publicentur.dic ut ibi:& ibi Ang.& Io. de Imo.quæ omnia ſunt notāda.ſed iſtis caſibus cū fiſcus teneat locum hæredis, ut l.ij.C.ad legē Iul.de ui. & talis delinquens habeat creditores,an tales creditores uniusterritorii poſsint agere cōtra fiſcū alterius territorii in ſolidū,uel pro parte,& quomodo.not.Bald.in d.l.ij.& Bald.Ange.& Imo.latè in l.ex facto. ff.de hære.inſtitu.

ADNOTATIO. a ¶Publicata. *Adde tu quis poſsit bona publicare.& uide* Ro.*in conſil.lix.&* Capolla *conſi.xvij.& an ſi publicentur bona delinquentis in uno territorio, bona alterius territorij ſint publicata.uide* Pau.de Ca.*in conſil.lxxxvj.in primo impreſſi. & do.*Alex.*in conſil.cxj.in iiij.lib.*Et ibi *uide an nomina debitorū cenſeantur eſſe illius territorij,ubi delinquens habet domicilium:uel illius domini ubi ſunt debitores, & quid de bonis mobilibus & mercibus.& uide etiā in conſil.xxxja j.uol.& Cæp.in dicto conſi.xvij.*Fran. *de Aret.in conſi.xj.& ibi de annua præſtatione,quòd* Bononien.*delinquēs habebat in* Ferrarięſi.*& uide do.*Abb.*in conſi.vj.in ij.uol.& ibi an domus delinquentis debeat deuaſtari ſtāte ſtatuto & ſtāte cōuentione,quòd pœnæ maleficiorū diuidantur inter commune & dominum. & uide eundē* Abb.*in cōſi.xciiij.eod.uol. & ibi an ſi una ciuitas ſe ſubmittit alteri,uideatur in eū transferre iura fiſcalia. & adde ad quē ſpectent bona patrimonialia clerici delinquentis.& uide per* Oldr.*in conſi.xvij.ubi latè.& uide* Pa. *de* Ca.*in conſi.cliiij.ubi ponit,an ſi bona laici qui habebat feudum eccleſiaſticum,publicētur,ad quem pertineat ipſum feudum.*Ber.

AVGV.Tu autem in hac materia adde, ꝙ reperio quòd do.Nel. in tracta.bannitorū in ſecūdo tēpore,ſcilicet de cōcurrētibus poſt perfectum bannū,in xvij.q.latè diſputat iſtam materiā:& ibi dicit quomodo Iaco.de Are.primò mouit iſtā quæſtionē in l.fi.§.j.ff.de pub.& ibi uidetur cōcludere,quòd omnia bona perdat.idem dixit Richar.malumb. omnia quęri ciuitati publicari:ut refert Ioā.And.in c.cū ſecundū.extrà de hęre.lib.vj.Guil.de Cug.in l.ij.ff. de ca.di.tenuit quòd unaquæq; ciuitas habebit bona in ſuo comitatu exiſtentia.Tertia fuit opi.Nico.de mate.in ſua diſputatione,quæ incipit,quidam inculpatus.quam ponit de uerbo ad uerbū.Alb.de Roſa.in quæſt.ſtatutorum.q.cxxxiiij.& dicit etiā do.Nellus quòd illā refert etiā Ioā.And.in addi.Spec.in tit.de accu. §.ſequitur.uer.quid ſi aliqs.qui diſtinguit, aut ille qui iudicat habet iuriſdictionē à iure communi,aut à iure municipali.Refert poſtea prædictus do.Nellus quomodo quarta fuit opi.Bar.in d.l.cunctos populos. in fi.& ibi de uerbo ad uerbū refert ea quæ dixit do.Ange.hic,referēdo uerba Barto.Sed dicit do.Nellus ꝙ cū aliàs fuiſſet iſta quæſtio Ianuę de uno qui fuit cōdemnatus,qui habebat bona Ianuæ,& Florentiæ,multa fuerunt allegata:tamē ibi ipſe nō ſequitur doctrinā Bart.in d.l.cunctos populos.maximè in illo mēbro ſuæ diſtinctionis,dum dicit omnia bona publicari,quādo burſę & iuriſdictiones ſunt ſeparatæ, & diuerſæ. Sed unaquęq; ciuitas habebit bona in ſuo territorio ſita:nā dicit quòd hoc nō uidetur ſibi uerū p omnia: quia cōmuniter in ſentētia cōfiſcationis apponūtur uerba ſonantia in camerā fiſcalē,eius qui condemnat, ſiue illius qui officialis eſt:quomodo ergo in hac ſententia poterit ſe fundare ciuitas habens aliā camerā



diuerſam,non in uerbis ſententiæ l. quicquid aſtringēdæ.ff.de uer.obli. Et ſi diceretur,doctrina Bart.procedet,quādo ſimpliciter publicauit & cōfiſcauit bona.quo caſu intelligitur ſecūdū qd' iura uolūt.l.libertus. §.pe.ff.ad municip.reſpondetur ꝙ alteri per alterū quæri non poteſt.l. ſtipula.iſta.§.alteri.ff.de uerb.obli. nec iſte eſt caſus ſpecialis ubi aliter poſsit alteri ſtipulari,ut patet ibi in fallentiis: unde ipſe do.Nellus aliter diſtinguit.& eſt quinta opinio in hac materia,ꝙ licet burſæ fiſcales & iuriſdictiones ſint diſtinctæ & ſeparatæ,tamē ſententia cōfiſcationis fertur ab illo,qui habet iuriſdictionē à ſuperiore utriuſq; ciuitatis,nō in tēporalibus,ſed in ſpiritualibus:ut in inquiſitore hęreticę prauitatis cōfiſcāte bona hæretici.& de hoc dic ut uoluit Ioā.And.in d.c.cū ſecundū.de hære.in vj.& dicit ꝙ uidenda ſunt dicta Guil.de Cug.in d. l.ij.C.de hæredi.decu.ubi ponit cui applicentur bona clerici dānati de crimine per epiſcopū,ex quo laicus perderet bona:& allegat dicta Ioā. And.in addi.Spe.in tit.de feudo.§. pe.in fin.in magna addi.ubi tractat quæſt.cui applicentur bona feudalia,quæ clericus cōdēnatus ab epiſcopo tenebat à laico in diœceſi epiſcopi.Si uerò ſententia fertur ab illo qui ſolū habet iuriſdictionē à ciuitate, à qua eſt officialis conſtitutus,uel à domino eius:& tunc ſi ille officialis ponit in bāno hominē habentem ibi bona,& in aliis ciuitatibus,tūc quantū ad ſe ſpectat,ſi ad ciuitatē condemnātē,ſiue loquitur in cōdēnato ſiue in bānito,nunquam ciuitas illa poterit habere alia bona ſita

ſita in alieno territorio,per iura ſu-
6 prà allegata.*Si autẽ quæris an bo-
na in alieno territorio poſita con-
fiſcentur fiſco proprio ubi ſita ſunt,
tũc dicit do.Nellus,ꝙ Bal.in l.cun-
ctos populos.in ulti.q.ibi multũ no
tanter loquitur.ſed dicit do.Nellus
quòd ſuo iudicio plenè nõ loqui-
tur:quia ibi Bald.uult ꝙ ſi ſtatus rei
adeò mutatur,ꝙ non poteſt habere
proprietatẽ bonorũ:pro iſto caſu ci
uitas quæ nõ cõdemnat,nõ iure cõ-
fiſcationis,ſed ut bona uacantia,oc-
cupabit illa bona:aliàs dãnatus reti-
nebit illa bona.ſed hæc concluſio
eſt falſa:ut ſuprà probauit do.Nel-
lus:quia ſentẽtia condẽnãtis aliquo
caſu non extenditur ad iſta bona.
Vnde ſubdit do.Nellus, iudex iſte
nõ intelligit cõfiſcare niſi bona exi
ſtentia in ſuo territorio & ſuæ ca-
meræ:licet ipſe Bal.aliter dixerit in
l.propter litẽ.§.licet.ff.de excuſ.tut.
Sed dicit do.Nellus,tunc doctrina
Bal.militat quoties ſumus in caſu in
quo iudex cõdemnauit & executio
nem fecit:quia ciuitas quę nõ cõdẽ-
nauit,nõ iure fiſci,ſed iure occupa-
tionis,habebit illa bona: quia ille
fuit effectus ſeruus pœnæ.l.qui ul-
tro.ff.de pœ.& ſic nõ poterit habe-
re hæredẽ:ſi uerò loquitur in banni
to qui non poteſt perdere ea quæ
ſunt de iure ciuili & gẽtiũ,& ſic po-
teſt bona retinere : diſtinguendum
eſt,aut talis bannitus erat oriundus
ciuitatis cõfiſcantis,& ibi deliquit:
tunc ciuitas alia habẽs bona in ſuo
territorio ei auferre aliquo iure nõ
poterit:& ita uerificatur ſecũdũ di-
ctũ Bal.quia ille bãnitus eſt capax.Si
uerò in ciuitate in qua fuit bãnitus
nullũ aliud habebat domiciliũ,nec

ibi aliter ſortiebatur forũ,niſi ratio
ne delicti,tũc ciuitas in qua oriun-
dus eſt,ſi habet bona iſtius rei ibi
ſita,non ex ui alterius ciuitatis,ſed
ſuo iure poterit cõtra illũ procede-
re,& bona cõfiſcare,per no.in l.j.C.
ubi de crimi.agi opor.& adde Pet.
de Anch.in c.poſtulaſti.in repet.ſua.
extrà de fo.cõpe.qui licet uideatur
approbare doctrinã Bar.in d.l.cun-
ctos populos.de uerbo ad uerbũ,ta
men ex dictis ſuis potes colligere
unũ argumentũ pro ſaluãdo Bar.ab
impugnatione do.Nelli,qui per d.
c.poſtulaſti.& l.magis puto.§.illud.
ff.de reb.eo.dicit ꝙ ibi eſt tex.ꝙ ra
tione perſonæ ſubiectę iudex inter-
ponit decretũ ſuper rebus alibi ſitis.
& allegat Inno.in c.paſtoralis.extra
de priui.& Bar.in l.relegatorum.§.
interdicere.ff. de inter.& relega.&
ideo uerbũ iudicis operatur hic,ut
extendatur ad bona undecunq; ſita
ſint:niſi ſaluãdo do.Nellũ reſpõdere
mus quòd ideo ibi eſt,quia utilitas
ibi quam cõſequebatur ille,remane
bat penes illũ qui erat ſubiectus illi
iudici proferẽti illud decretum.Sed
in caſu noſtro utilitas remanebat
penes aliã ciuitatẽ penitus extranei
à perſona iudicis proferentis:unde
ex ſeparatis nõ infertur.ar.l.cũ un'.
§.ſi quis.ff.de bo.au.iud.Adde tamẽ
ꝙ latius loquitur Albe.de Roſa.in
iij. parte ſtatutorum.q.ij.ubi refert
ibi opi.aliorũ antiquorũ in hac ma
teria:& ibi latiſsimè ſcribit,quẽ do.
Nellus nõ uidit in effectu.facit mẽ-
tionẽ ibi de his quæ dixit in ij.parte
ſtatutorũ.q.cxxxiiij.& tandẽ ibi etiã
recitatis opi.antiquorum approbat
do.Nic.de mate.& idẽ facit Albe.in
l.j.C.de hære.inſti.Item adde Pet.de
Anch.



Ancha.in repe.c.canonũ ſtatuta.ex-
trà de cõſti.in uerſicu.ſubſequenter
poſtquàm eſt plenè diſcuſſum de
effectu ſtatutorũ, circa loca,perſo-
nas & bona,in prohibitis & cõceſ-
ſis,eſt uidendũ de ſtatutis quæ pu-
niunt delicta. ibi,in uerbo, poſtre-
mo circa iſta ſtatuta punitiua diſcu-
tiendũ eſſet,ut nõ porrigãt effectũ
extra territoriũ ſtatuentis. & ibi de
uerbo ad uerbũ approbat doctrinã
Bald.in d.l.cunctos populos.niſi in
uno caſu:quia dicit ꝙ quãdo burſæ
& iuriſdictiones ſunt diuerſæ,licet
iudex pronũciet ſuper eo ſuper quo
delictũ eſt delictũ de iure cõmuni:
7 *ſed ordo procedẽdi & cõdẽnandi
eſt de iure municipali:putà ꝙ con-
tumax habeatur pro cõfeſſo:tũc ta-
lis ſentẽtia nõ afficit bona extra ter-
ritoriũ ſita, per cle.paſtoralis.extrà
de re iudi.licet Bar.uelit contrariũ,
quãdo bona de iure cõi ueniũt pu-
blicanda:ut in crimine læſæ maie-
ſtatis.Nã indiſtinctè uult Bar.ꝙ iſto
caſu bona undecunq; quæſita publi
centur,etiã ciuitati alienæ in bonis
ibi ſitis.quod contrariũ dicitur in d.
cle.paſtoralis.adde do.Ant.de But.
in c.poſtulaſti.extrà de fo.cõpe.reci
tantẽ Bart.de uerbo ad uerbũ,in d.l.
cunctos populos.& eũ approbantẽ,
niſi ꝙ diſcrepat à doctrina Barto.in
hoc:quia dicit ꝙ etiã ſi de iure mu-
nicipali bona ueniũt cõfiſcãda,bo-
na alibi ſita cõfiſcabũtur:quia in per-
ſona ſubiecta poteſt iudex & ſupe-
rior diſponere de rebus alibi ſitis:
& hoc ſi ſtatutũ expreſsè dicit, quòd
omnia bona ueniãt cõfiſcãda.ibi ui
de:ſed ſunt ſomnia. Abb.ibi in d.c.
poſtulaſti.ſequitur Bart.in d.l.cun-
ctos populos.de uerbo ad uerbũ,&

ibi dicit,ꝙ cũ publicatio ſit de iure
cõmuni,bona alibi ſita publicabun
tur:ſed illa ciuitas non iure fiſci,ſed
iure bonorum uacantiũ occupabit:
ibi uide.Imo.uerò in d.c.poſtulaſti.
ibi,in hac materia,allegat dicta Ioã.
And.in d.c.cũ ſecũdũ.& dicit ꝙ do.
Ant.de But.ibi ſequitur dicta Bar.in
l.cunctos populos.& ibi nihil aliud
dicit.Itẽ adde Pau.de Ca.in cõſi.ſuo
lxxxiiij.incip.in Chriſti noĩe amen.
Primũ quæſitũ habet duo dubia : &
ibi decidit in effectu,ꝙ qñ iuriſdi-
ctiones & burſæ fiſcales ſunt diuer-
ſæ,& confiſcatio ſit de iure ſpeciali:
& licet generaliter fiat ſuper bonis
delinquẽtis,intelligitur tantũ de bo
nis ſuper illo territorio ſitis,ubi fer
tur cõdemnatio:ſi uerò fieret publi-
catio bonorum de bonis alibi ſitis,
tũc dicit ꝙ fiet executio per iudicẽ
ubi ſunt.& intellige hæc dicta Pau.
de Ca.in hoc ultimo caſu,quãdo cõ
fiſcatio fieret de iure cõi:quia poſt-
ea ſubdit Pau.de Ca.ibi,ꝙ ſi cõfiſca
tio fieret de iure municipali,ut erat
in caſu ſuo,etiam ſi iudex cõfiſcaret
omnia bona alibi ſita, non poteſt
hoc facere:& certè ibi multũ elegã-
ter & ſubtiliter declarat iſtam mate-
riã,& aperit intellectũ nõ intelligẽ
tibus iſtã materiam.& ibi dicit,ꝙ ſi
ſententia mortis fuerit lata in cõtu-
macem,& ſic nõ fuerit facta execu-
tio,& ſic ſtatus rei non fuerit muta-
tus, quin potuerit alibi acquirere
bona,& retinere:tũc clarũ eſt quòd
bona alibi ſita nullo caſu mũdi poſ-
ſunt in confiſcationẽ uenire,per do
ctrinam Bal.in d.l.cunctos populos.
Adde Bal.in l.iuris peritos.§.j.ff.de
excu.tu.& Bal.in l.ſed ſi plures.§.in
arrogato.ff.de uulg.& pup.Itẽ adde
quæ

quæ dicit Lud.de Ro.in ſuis ſing.ſecũdi anni ſingu.50.q dicit ꝙ iſta eſt cõis opinio legiſtarũ & canoniſtarũ, ꝙ bona ubiq; ſita debeãt publicari, & applicari illi fiſco ubi ſita ſunt:intelligitur de bonis immobilib⁹.caſus eſt ſing.ſecũdũ ipſum in l.quicũq;.§.uniuerſi.C.de here.ſecus in bonis mobilibus:qa illa mobilia applicãtur fiſco cõfiſcantis & ferentis ſentẽtiã,etiã ſi illa bona mobilia ſita ſunt in alieno territorio diuerſo.tex.allegat quẽ dicit ſingu.in c.j.§.ſi iudex.de pa.tenen.licet Bal.cõtradicat,& maximè per text.in d.c.j.§.ſi quis hominẽ.& dicit Ro.in ſuis ſingu.ij.an.in ſingu.xix.ꝙ licet per ſtatutũ bona omnia ueniãt cõfiſcanda:tñ iſta bona mobilia,putà annulus,corrigia,& ſimilia,iudex poteſt conuertere in neceſsitatẽ ſui officii.tex.allegat ſingu.in l.diuus.ff.de bo.
8 dam.dũ loquitur de particula.* Sed aduerte ꝙ doct.maximè Ange.in l.quãdo.C.de bo.dã.ꝑ illũ tex.dicit ꝙ quãdo olim & hodie cõfiſcatio fit,ſi nõ excedũt bona ſumma quingẽtorũ aureorũ,fiſcus nõ curat aliãs de alia modica quantitate:ſed iudices ipſi poſſunt applicare pro ſe ad fabricãdã unã camerã,uel pingere,& ſimilia.idẽ dixit do.Catal.in trac.ſyndica.in q.cxciij.Ange.uerò in d.l.cũ un⁹.remittit ſe ad dicta ꝑ Bar.& Bal.in d.l.j.C.de ſumma tri.& fide cath.idẽ fecit in l.fi.§.itẽ diui.& alle.Dy.ibi,& Guil.de Cug.in l.tutelas.ff.de ca.di.& an hodie ciuitates habeant fiſcum,uel ex priuilegio,uel ex cõſuetudine,uel ex præſcript.& multa pulchra per Bal.in l.j.C.de hære.uel actio.uẽ.& ibi etiã ſi de facto nõ recognoſcũt ſuperiorẽ.& tene menti quæ dicit Bar.in l.infamẽ.ff.de pub.iudi.in fi.ꝙ ciuitates nõ recognoſcẽtes ſuperiorẽ ſaltẽ de facto,ut eſt in Tuſcia,tantũ poſſunt in terris ſuis,quãtũ Imperator ipſe in uniuerſos.& uide in l.apud hoſtes.ff.de ſuis & legi.& l.ſi Publicanus.ff.de publi.& in l.j.ff.de aqua pluuia.uide Bart.in l.j.C.de bo.ua.li.x.q ponit de fiſco.Bar.in l.ex quibuſdã.ff.de iu.fiſc.de iſta q.latiſsimè per Albe.in iij.parte ſtatut.q.xix.an reges, ciuitates,uel principes,habeãt ius cõfiſcandi,uel ex priuilegio, uel conſuetudine,& qũo. Bald.in rub. ff. de ſta. Bald.in l.fi.ff.de off.præf.uig.Bal.in c.j.in ij.col.de pace ten.& eius uiol.dicit,ꝙ de iure cõi ciuitates nõ habent ius cõfiſcãdi,niſi quia in pace Cõſtãtiæ hoc fuit cõceſſum quibuſdã ciuitabus in Lõbardia.& uide Ro.in cõſi.ſuo lvij.incip.ad diſcutiẽdã ueritatẽ propoſitæ q.in ij.col.qui ponit quomodo locũ tenẽtes & uicarii publi
